





Digitized by Google



9 M. 6

Digitized by Google

Digitized by Google

9·6·531

Digitized by Google

ANTONII MATTHÆI

VETERIS ÆVI

ANALECTA.

TOMUS SECUNDUS.

Digitized by Google

Digitized by Google

VETERIS ÆVI ANALECTA SEU VETERA MONUMENTA

HACTENUS NONDUM VISA.

QUIBUS CONTINENTUR SCRIPTORES VARII

QUI PRÆCIPUE

Historiam Universalem, Expeditiones in Terram Sanctam, Res Germaniæ, Gelriæ, Hollandiæ, Ultrajecti, Frisiæ, tam Occidentalis, quam Orientalis, & Groningæ; ut & Gesta Equestris Ordinis Teutonici, Dominorum de Brederode, de Culenburch, & de Arckel,

MEMORIÆ PRODIDERUNT:

PRÆTEREA

Itineraria, Testamenta Vetera, & Doctorum Virorum Epistolæ.

Primus in lucem edidit adjectis Observationibus suis

ANTONIUS MATTHÆUS

Quondam Juris in Illustri Academia Lugduno-Batava Antecessor.

EDITIO SECUNDA.

Cui accedunt Editoris Notæ, ejusdemque Indices accurati & locupletes.

TOMUS SECUNDUS.





HAGÆ-COMITUM,

Apud GERARDUM BLOCK.

M. DCC. XXXVIII.

Digitized by Google

Digitized by Google

CATALOGUS AUCTORUM

qui hoc Tomo Secundo continentur.

Hic incipit Tomus Tertius Analectorum prioris editionis in 8.

Digitized by Google

Digitized by Google

CATALOGUS AUCTORUM.

qui hoc Tomo Secundo continentur.

Hic incipit Tomus Tertius Analectorum prioris editionis in 8.

Digitized by Google

Hic incipit Tomus Quartus Analectorum priorus editionis in 8.

HIC

Digitized by Google

HIC INCIPIT

ANTONII MATTHÆI

ANALECTORUM

TOMUS TERTIUS

PRIORIS EDITIONIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

NOBILISSIMO, AMPLISSIMO,
& CONSULTISSIMO VIRO,

D. D. PETRO VAN DAM, JCto

IN

INDIÆ ORIENTALIS

Societatem potentiſſimam,

Cui eſt à conſiliis, jam olim meritis

PERILLUSTRI,

Valetudinem, decus, honorem, ſplendoriſque, incrementum aſſiduum, famam in terris, & ſummum bonum in cœlis.

Nobiliſſime, Ampliſſime, & Conſultiſſime Vir,



IBRUM tertium Analectorum non alii, quam tibi, cui ob ſingularem & inſignem in me affectum, ob ſumma in me merita, & incredibilem benevolentiam, quam toties ſum expertus, tantum fateor me debere, quantum homo poteſt homini, conſecrandum exiſtimavi. Munus eſt, vir Ampliſſime, de quo dubito, ut verum fatear, ſi cum illo affectu, quo complecteris me, comparetur, an ſatis dignum, quod offeratur. Sed ſi cum animo offerentis, qui quamvis impar ſit ſolvendo, aliquo tamen modo animi gra-

titudinem, & quanti faciat Amplitudinem tuam, conatur significare, velut dignum fortassis, præsertim quia literarium est, & in pretio tibi literæ, qui & ipse es literatus, literisque & disciplinis innutritus, accipies. Certe Auctores, quibus constat, viros olim honoratos, hactenus autem nondum visos, etsi visu, & non visu tantum, sed & lectu dignissimos, ut qui habent non pauca, nec nota, nec passim obvia, & quæ alibi quæras frustra, non aspernaberis, ni fallor. Non augebo rem verbis. Dicam tantum, quod res est, & paucis quidem, quinam sint: Floruerunt in Frisia jam ante annos quingentos viri apud suos præcipui & illustres, gloria doctrinarum, studiisque humanitatis & pietate clarissimi Emo & Menco, Abbates in Werum. Werum, seu Wittowerum, cœnobium olim non è minimis, quod inter Groningam & Dammonam in Omlandia, ut scribit Ubbo Emmius 12. *hist.* Cœnobium dico cum Emmio, nam & vulgo sic dicitur, sed ut clarius rem eloquar, non tam claustrum, seu cœnobium, quam locus potius, in quo claustrum, aut duo claustra, ut ita dicam, alterum viris destinatum, quod *Floridus Hortus*, alterum vero fœminis, quod *Campus Rosarum*, ut in agro Trajectensi vicina itidem duo, virorum alterum *Oostbroeck*, alterum *Vrouwen clooster* monialium, ne si viri fœminæque eodem tecto conclusi, ut alibi nonnunquam contigit, auderent nefas infandum. Nequis autem de eo dubitet, locuples adest testis, Menco nimirum ipse ad Ann. 1242. *Paulus*, inquit, *secundus Abbas*

Digitized by Google

bas Floridi Orti anno ab obitu Domini Emonis & suæ successionis VI. *acutissima febre correptus de claustro sororum ad Abbatiam est deductus.* Et idem iterum de Emone ad Ann. 1237. *Coram positis fratribus & sororibus in novo claustro, cui ipse tanquam rigator nomen Campus rosarum imposuit, de laboribus & ærumnis ereptus dormivit cum patribus suis.* & mox: *Corpus itaque ejus sacerdotalibus indumentis, ut decuit, &c. involutum & in Ecclesiam processionaliter delatum*, (sic enim legendum ** *p.* 190.) *sororibus extra portas cum cantu exequiali prosequentibus, fratribus qui aderant comitantibus, in navi est collocatum, & ad Abbatiam deductum.* Werum autem, quod non claustrum, sed quod locus, in quo claustrum, idem indicat ad dict. Ann. ** p. 169. *Cæteros autem labores, quos pro Ecclesia sustinuit, longum est describere, & maxime labores & sollicitudines, quas habuit pro Ecclesia in Werum, quando ibidem claustrum fundavit &c.* Emo primum sacerdos fuit, seu plebanus in Husdinge, qui vicus apud Omlandos est, ut patet ** p. 6. & seqq. & p. 11. Fundato autem claustro, ejus primum Præpositus, & ex Præposito tandem Abbas, ut diserte etiam ait ipse ** p. 119. *Eodem die Emo Præpositus Floridi Horti per manus impositionem præfati venerabilis Antistitis ex miseratione divina astantibus fratribus suis nomen & officium Abbatis suscepit.* Atque ita & Ubbo Emmius ad Ann. 1225. *Anno*, inquit, 1225. *venit Theodoricus Episcopus Monasteriensis, & Antistitem Werumanum*

** Nobis p. 130.

** Nobis p. 116.

** Nobis p. 5. & 8.

** Nobis p. 81.

Emonem &c. ex Præpoſito Abbatem declarat ad IX. *Kal. Mart. cæteraque controverſa cum eo componit.* Nec aliud nomen quam Emo, Germanis, Friſiis, aliiſque, uſitato olim more, quibus unicum tantum nomen. Ea iis modeſtia. Novum quiddam & inſolens, ſicui forſan duplex. Unde & mentio facta, ſi contigiſſet. Geſta Treverorum apud Leibnitium *cap.* 68. *Presbyterorum unus Fredericus, alter duobus nominibus vocabatur Dominicus Guilbelmus.* Quæ verba etiam extant apud d'Achery in Hiſtoria Treverenſi *to.* 12. *Spicil. p.* 243. Mox apud Leibnitium: *Inquiſitus eſt & alter ille, videlicet, qui ob bujus nequitiæ infamiam obumbrandam duobus vocabatur nominibus &c.* Exempla habes affatim & apud Freherum in antiquis monumentis ad *Origin. Palatin.* & in eo, quod nuper prodiit, Chronico Huxorienſi p. 26. & ſeqq. Idem legitur de Longobardis (nam & ipſi Germani) etiam poſtquam jam diu in Italia fixiſſent ſedes, ut oſtendit ſubſcriptio, quæ fœderi eſt ſubjuncta, quod Radelchiſus Princeps Beneventi cum Siconulfo Salerni Principe percuſſit Ann. DCCCLI. Habet id integrum Camillus Peregrinius in *biſtor. Longobard* ubi hi ſunt, qui ſubſcribunt. *Majelpoto. Rofrit. Bernardus. Toto. Joannes. Taſſilo. Guala. Dauferi. Majenulfus. Poto. Petrus. Caide. Laitu. Gualati. Ermengardus. Adelchiſi. Taſſilo. Rodelſci. Joannes. Archiſi. Adelchiſi. Aduim. Epo. Adelpertus. Guaiferi Comes. Radoalt. Radelgari. Radelfrit. Azzo. Adelricus. Adelverto &c.* Et quot quæſo ex Comitibus, qui præfuerunt Hollandiæ, quot ex Regibus

Fran-

Digitized by Google

Franciæ ante Hugonem Capetum, quibus duplex fuit nomen? nisi forsan quod desumptum, aut quod ab aliis vulgo additum, aut à corporis aut ab animi vel virtute vel vitio. Recentioris est seculi, qui ex nominibus increvit fastus. Emonis vitam latissime scripsit MENCO Abbas tertius, ubi desiit Emo orsus, & rerum seriem persecutus usque ad Ann. 1273. Quo & obiit, ut puto. Nam & meminit mox ad eum annum, modo numeri non corrupti, & sic se habeant, ut expressi, Oudgeri Abbatis, qui Menconi successit, ejusdem continuator, cujus nomen incertum. Corrupti autem nec ne, vix est ut possim dicere. Nam & hæsi jam cum exscripsi, utrum esset legendum CIↃ. CC. LXXIII. an CIↃ. CC. LXVIII. obscuris numeris contortisque. Alioquin & id patet, quod ordo temporum vix servatus ab eo, qui continuavit. Nec ratio est in promtu, nisi dicas, quod plures, qui hic aliquid addiderunt. Si unus, cœptum tantum opus, aut affectum haud dubie, conjectis in chartam subinde ab eo, qui cœpit, his aut illis pro re nata, & prout quicquam succurrit, memoriæ tantum causa. Quicunque autem tandem sit, domestica tantum narrat. Ad externa non accedit, ut *Emo* & *Menco*, qui & exactam habent temporis rationem, & inter cetera etiam toti in enarrandis Christianorum expeditionibus in terram sanctam, & rebus contra Saracenos in Syria olim gestis. Unde & Emo inseruit Frisii cujusdam literas, quibus solide enarratur, cujus hactenus

Digitized by Google

nemo meminit, navigatio, seu expeditio, & iter Comitis Hollandiæ, cujus nomen non adjectum, sed ratio temporis si ineatur,** Florentii IV. haud dubie, quod is magno cum apparatu fecit Ann. CIƆ. CC. XVII. Præfectus classis in Syriam. Iter maxime est memorabile. E Belgio Argliam prætervecti Ulixbonam cum venissent, Episcopus civitatis adversus Mauros & Saracenos, quotquot partes Lusitaniæ adhuc armis occupabant, amplis admodum promissis, spe & terrenorum & cœlestium præmiorum, & prædæ ingentis, incitavit. Sed cum multis, præsertim Frisiis, religio esset exercitum adversus Saracenos, qui in Syria, contractum in Hispania conterere, dissensio Duces disjunxit, & universam mox classem in duas partes distraxit. Pars, in qua & Scriptor, expugnatis aliquot in Lusitania Maurorum castris urbibusque, cum jam annus vertisset se, nec ulla amplius oportunitas navigandi in Syriam, Massiliam se primo, & ea mox relicta in Italiam se contulit, & Corneti hyemavit. Ver cum rediisset, assumptis secum Italis, quotquot cruce signati, & gratiis iis actis, à quibus totam hyemem tam humaniter procurati, rursum naves ingressi post magnas difficultates tandem Acon pervenerunt, quæ & olim Ptolemais, validissimum Christianorum propugnaculum in Syria, & quod nisi numerosissimo Saracenorum exercitu, centum hominum millibus per aliquot septimanas, ut Anonymus habet Auctor, quem ineditum adhuc servo, per vices summa vi, & quotidie id oppugnantibus, ex-

** Idem repetit Cl. Matthæus infra pag. 26. in Not. Num. 2. Sed infra p. 423. errorem suum emendat, idque Florentii IV. patri Wilhelmo I. adscribendum docet.

expugnari non potuit. Comes autem Hollandiæ quod Dux classis, ut dixi, diserte id habet Auctor ** p. 37. *omnibus quoque ad salutem animarum & pacem pertinentibus rite dispositis, Comes de Wetha Prædux totius classis est electus, posteriore custodia Comiti Hollandiæ deputata, quem Ducem & Dominum jam totus sibi delegerat exercitus &c.* Narratio est prorsus nova, nec alibi unquam lecta. ** Obiit autem Emo Ann. ciↄ. cc. xxxvii. historiam suam orsus ab Ann. ciↄ. cc. iii. Usus magno cum fructu ejusmodi monumentis, & speciatim his Chronicis, cum historiam olim conderet, doctissimus Ubbo Emmius, ut non semel fatetur ipse. De Emone ad Ann. 1227. *lib. 9. hist. Emo*, inquit, *primus cœnobii Werumani antistes, cui plurimum tribuo, homo illorum temporum æqualis &c.* De Mencone ad Ann. 1262. *lib. 11. Mencone antistite tertio cœnobium regente, cui multa in Annalibus annotata debemus.* Habui, quibus usus sum, duos Codices, chartaceum, & membranaceum. Chartacei usum concessit Ordinum Frisiæ Historiographus, vir admodum Reverendus, Clarissimus Theologiæ in Illustri Academia Franequerana Professor, JOANNES van der WAEYEN. Membranaceus Groninganus & vetustissimus fuit, sed fugientibus passim literis, siglis, & characteribus tam continenter refertus, ut cum esset propemodum ad singula subsistendum, de libro abjiciendo, ut qui lectu esset tam difficilis, consilium non semel ceperim. Sed cum rursum animadverterem momen-

** Nobis p. 26.

** Sic & infra p. 119. sed infra p. 115. ciↄ. cc. xxxii. omnino male.

men-

Digitized by Google

mentum rei, & historiæ alibi vix occurentis, non obscuris etiam indiciis cognoscerem lectum Ubboni Emmio, ut qui ultimam paginam, omnium pessime se habentem, ad oram libri descripserat, & descripserat sua manu, resumpsi animum aliquoties, & quamvis magno cum labore, oculis etiam non semel fessis, descripsi universum. Utendum dederat vir Amplissimus, & cui uni hoc nomine multum debent bonæ literæ, multum debet Respublica, multum Groninga, multum ego, & omnes, quibus placet eruditio, quibus virtus in pretio, vir & mea prædicatione & omni laude major MENSO ALTING, Consul Groninganus. Hic autem etsi altera, & plus quam altera parte auctior, præter Soliloquia, & iter illud in Palæstinam, quæ solus hic continebat, Menconis tamen Continuatio in Frisico tantum fuit. Ex utroque autem ad marginem variantes addidi lectiones, quotquot se obtulerunt.

Multa habet non contemnenda, qui Anonymum sequitur, JOANNES de CASTRO, nec ex iis, quæ vidit, dum superiori ævo Ann. 1540. iter facit per mare rubrum, dum Sinum Arabicum navigans attenta mente contemplatur universum, quicquam omittit sciens, insulas, portus, ripas, & quicquid toto illo tractu ad oram Abissynam, ad Æthiopiam, notatu dignum, Nili fontes & incrementa, & quæ proprie eorum causa, mores item Æthiopum, eorum dissidia, & propter dissidia eorum clades à Zeylanis, vicina ipsis gente, auxilianti-

bus

Digitized by Google

bus Turcis, acceptas iterum iterumque, & acceptas per id tempus, quo non procul ab eo loco, in quo Rex tum Abyſſinus, claſſis appulit Luſitana, in qua & Auctor, cujus ſcriptum hoc, & ſatis appulit oportune, miſſis Regi ſubſidio, cum identidem id urgeret, Luſitanis quingentis Duci ſtrenuo commiſſis. Accedunt excerpta ex aliorum itinerariis, ex SULEIMANNI etiam Baſſæ Ann. 1578. Adjeci inſuper, ut & alias jam feci, vetera aliquot teſtamenta notis, ubi opus, à me aucta & illuſtrata. Adjeci velut bellaria avi mei PONTANI & PET. SCRIVERII virorum Clariſſimorum Epiſtolas aliquot eruditas, ex quibus credidi lectorem, quod in rem ſuam verteret, hauſturum aliquid non inutile.

Tibi autem, Nobiliſſime & Ampliſſime vir, pro tuo in me inſigni, quem tot didici experimentis, affectu & voluntate, transſcribo id univerſum. Eodem animo, quæſo, accipe, quo ego id ipſum offero, prolixo libentique. Majus tuum eſt in me meritum. Fateor id non invitus. Verum aliud non ſuccurrit jam, quo gratum poſſim teſtari animum. Dabit forſan Deus & otium & tempus, quo quid dignius, quod à te, vir Ampliſſime admittatur, qui, quemadmodum jam dixi, & literis es innutritus, & inſignis earum cultor omnes amas, qui eas amant, quique iis ſe exercent, eorum æquus exiſtimator omnes habes in pretio. Deus Opt. Max. benedictionibus & te & univerſam tuam familiam affatim

repleat, prosequatur, honorumque & vitæ saturum serum tandem in cœlum evehat. Vale Nobilissime & Amplissime Vir. Felicem diu te Deus servet. Vovent id boni omnes. Vovet

Nobilit. & Amplit. tuæ

Devotissimus

Dab. è Musæo Lugd. in Batav. Kal. Novembr. CIↃ. IↃC. XCIX.

ANTON. MATTHÆUS.

A N-

Digitized by Google

ANTON. MORNACIUS

ad l. un. ff. de offic. Quæst.

Citari solet hic textus, ut dicamus assumi posse ex historiis, Annalibus, & Chronicis idoneam ad lites terminandas probationem, quod intellige in factis antiquis. *cap.* 13. *cum causam. junct. Gloss. de probat.* & dummodo auctoris, qui profertur, recepta sit fides, ut docet non modo Baldus *h.* sed & ipse Aristot. *lib.* 1. *Rhet. cap.* 15. Denique cum in publicis causarum actionibus utendum sit aliquando ejusmodi testibus, vidi probatum semper hunc morem Senatui. Flodoardi enim historia Rhemensis accepta est in causa, quæ se obtulit in Veromanduorum catalogo Ann. 1599. Possuntque plures repetere memoria, quanta historicorum invecta mole Lud. Buissonius, qui nihil unquam inepte in palæstra forensi molitus est, cancellos fori impleverit in causa illa celebri, quæ ab eo & Clariss. Dureto, imperiosæ facundiæ patrono, per duas sessiones acta est inter Duces Luxemburgium & Espernonium, uter alterum anteiret in jure Pariatus Franciæ. Hoc iterum vidimus in causa, quæ triduum exemit inter Illustriss. Principem Condæum & Ducem Guisium in quæstione custodiæ Normanniæ & juris viduitatis, perorantibus Ant. Arnaldo & Pet. Martellerio Advocatis fortissimis. In ambabus enim illis actionibus permulti hinc inde auctores historici laudati sunt librique allati, & lecti. Scio magnis viris excidisse, ut publice dicerent nihil hæc in causis facere ad decisionem, sed ad ornatum duntaxat, quos tamen de sua illa sententia decessuros fuisse opinor &c.

JOANN. FABER

ad §. item pretium. Inst. de empt. vend.

ET hæc faciunt contra multos simplices legistas, qui nil sciunt de libris Poëtarum & Philosophorum, nec de moralibus, quod est pejus & damnabilius pro salute.

HERM. CONRINGIUS

in liter. ad Henr. Meibom. rer. Germ. tom. præfix.

PAtriæ antiquitatis ignorantia, ejus certe cognoscendæ negligentia, arguit profecto puerilis animi angustias, saltem in iis, qui doctrinæ laudem æmulantur. Quis sane ingenio ad masculam vim erecto non desideret, præter ea, quæ rerum nostrarum quasi oculis exposita sunt, vetusta etiam quæque majorum scire, sive prospera, sive adversa fuerint? Delectat utique permultum etiam horum cognitio: atque adeo vel sola illa, quæ hinc capitur, suavis voluptas, idonea est, quemvis ad hanc operam allicere. Agere vero hoc ipsum & pietas quædam jubet &c.

EMO-

Digitized by Google

EMONIS (†) CHRONICON

ABBATIS primi in WERUM apud OMLANDOS,

Ab Ann. CIↃ. CC. IV. *usque ad Ann.* CIↃ. CC. XXXVII.



Uit vir quidam moribus integerrimis, pie vivere volentium dignus recordatione. Vir iste secundum carnis considerationem nobilitate, & alia quoque dote corporis admodum beatus extitit, statura quidem brevis, facie formosus, corpore validus, velocitate & valetudine viguit. In rebus domesticis fuit providus, in moribus circumspectus & cautus. Ab adolescentia sua puritatem innocentiæ & deinceps diligebat, subjectus parentibus, à quibus quasi unicus plurimum amabatur, quorum providentia postquam geminæ ejus sorores nupsissent, actitatum est, ut cujusdam nobilis filia ei desponsaretur, quæ postmodum est eidem copulata. Defuncto itaque patre, matre superstite, & ...... commorante adhæsit uxori, quam, sicut nuptiæ postulant, maritali diligebat affectu. Ipsa tamen fortassis occulto Dei judicio infecunda permansit. Cumque aliquot annis onus matrimonii strenue perferret, tactus intrinsecus molestia, quia prole, quæ præmium solet expectari nuptiarum, caruit, accensus est igne divini, ut creditur, caloris, & cœpit meditari remotioris vitæ conversationem, & certiorem fratrum & filiorum fœcunditatem. Aggressus igitur nuptam suam verbis dulcibus hujus-

(†) Congruum, puto, præfixi titulum. Codex Frisicus habebat hunc: *Annales cœnobii Wittewerumani ordinis Præmonstratensis in Frisia inter Amasum & Laubacum.* Groninganus hujusmodi: *Incipiunt Cronica, & primo de fundatione & fundatore novi claustri, quod dicitur Floridus Hortus.*

hujuſcemodi inſpirationis, uti ipſa (1) aſſenſum præberet; ſed minime conſenſit, & reſtitit ei more carnalium, una quidem caro facta, ſed non eadem inſpiratio erat in ea. Quid ergo faceret ille tantum accenſus? Non acquievit carni & ſanguini. Cœpit vigilare, genua flectere, crebras orationes fundere, ſed occulte in medio domus ſuæ. Fugiebat thorum nuptæ, ut vel hoc modo ad commutationem ipſam provocaret. Cumque fatigatus eſſet in duro domus ſuæ pavimento, breves & dulces carpebat ſomnos, & mane ſervus vel ancilla impingebant in illum ignari. Adſuit ſacrum quadrageſimæ tempus, quo ſe præparat ad militiam univerſitas fidelium, & ipſe aliquid cæteris altius meditabatur, quatenus licitis ex conſilio ſpiritus, quo affectus erat, quippiam ſupererogaret. Poſtulavit igitur partem panni linei & crudi, & fecit membris aptari, & ſtrictiſſime aſſui, & ſic quaſi lorica indutus veſtes ſuperinduit communes, & contra carnem & ſanguinem vigiliis & orationibus, jejunio panis & aquæ, bis tantum in hebdomada refectionem capiens, fortiter dimicavit. Sed & hanc conſuetudinem aliquot ſequentes quadrageſimas obſervare conſuevit exceptis aliis obſervantiis feriarum, quas ſibi jugiter imponebat juxta Apoſtolum dicentem: *Caſtigo corpus meum & in ſervitutem redigo.*

Cœpit igitur dicere ſororibus ſuis & nuptæ, quod facturus eſſet clauſtrum de patrimonio ſuo, & multorum filiorum & filiarum heres futurus, quod ſubſannare conſueverunt illæ, quia ſperabant & in bona ſuccedere, illaque non quod ſpirituale ſed quod carnale cogitabat. In illa autem tempeſtate tranſmiſſa eſt

à

(1) Solvitur matrimonium ingreſſo conjuge in monaſterium. Neceſſe eſt autem ut id fiat utriuſque conſenſu. *cap.* 4. *cap. uxoratus. cap. ſignificavit. extr. de converſ. conjug.* Qui poſtquam interceſſit, contracta dicitur fraternitas. Fit frater tum qui maritus, ſoror autem quæ olim uxor. Apud Reginon. 2. *Chronic.* Nicolaus Papa I. *Quos Deus conjuxit, homo non ſeparat; Deus tamen & non homo ſeparat, quando divini amoris intuitu, ex conſenſu utriuſque conjugis matrimonia diſſolvuntur.* Idatii Chronicon. *Paulinus nobiliſſimus & eloquentiſſimus &c. cui Theraſia de conjuge facta ſoror.* Nomocanon apud Coteler. 1. *monum. eccleſ. Græc. c.* 492. *ut quæ continentiam ſervare voluerit, faciat id cum mariti conſenſu*; & *c.* 512. Εἴ τὶς μετὰ τῆς γυναικὸς ἀδελφοσύνην ποιήσας. *Siquis cum muliere fraternitatem contraxerit &c.* Vide Roſweyd. *Onomaſtic. ad Vit. Patr. verb. Continentia.*

à ſummo Pontifice crucis prædicatio, ut jam ſecundo incitarentur fideles ad ſuccurſum terræ ſanctæ. At ille ſicut cervus fontem ſitiens gratias egit altiſſimo in corde ſuo, qui talem ſibi devotam oſtendit occaſionem, & id ipſum nuptæ ſuæ innotuit, quod jam dudum voluit ire poſt Chriſtum, & tunc inſtabat hora abnegandi ſeſe & tollendi crucem. Porro illa videns inſuperabile propoſitum habito conſilio, recollectiſque bonis ſuis & donatione ante nuptias, cum dolore ſe ab illo diſſociavit, & in domum patris regreſſa deinceps ſub cuſtodia matris & fratrum ſuorum more turturis vitam caſtam ducebat, & fine bono quievit.

Denique zelo ſanctæ converſationis & promotionis ejuſdem in loco avito totus ardebat, & tranſtulit ſe ad Claricampenſes, ut locus & religio promotionem caperet, & incrementum. Sed illi aliud meditantes, quatenus venditis prædiis ad eos rediret, amarius inſidiis ſororum ipſius & ab earum propinquis arctabantur, & idcirco ab eo receſſerunt. Monachi quoque in vicinia poſiti metuentes à Ciſtercienſibus opprimi propter locorum vicinitatem ipſum alliciebant. Et vocatis clam ſororibus ſemel & iterum convenerunt cum eis, ut tandem datis ducentis marcis ingrederetur ad eos, illi vero reſiduis bonis libere potirentur. Sed non ſedit divinæ diſpenſationi tale cupiditatis commentum carnale. Et ideo ille ſedit ſolitarius, quia levarat ſe ſuper ſe, donec ſua ſponte ſe & ſua obtulit domino *Reyndoni* Abbati, qui tunc extitit Abbas præfatorum in vicinia monachorum ea conditione, ut aſſerere ſolebat, ut in loco ſuo tranſponeret conventum, & ipſe cum illis ibidem faceret reſidentiam perpetuam. Cui gratanter concurrentes omnes * promiſerunt, & de communi conſenſu oratorium conſtruxerunt. Quo conſtructo adfuit piæ recordationis Dominus *Otto* (1) Monaſterienſis Epiſcopus, & inſtantia Abbatis Conventus

* id ipſum. *Cod. Gron.*

(1) Ei in ſpiritualibus parebant etiam Omlandi, ut diſerte ajunt ipſi apud Reydanum *lib.* 11. *hiſt. ad Ann.* 1524. Tranſactio Ann. 1530. *Soo twiſt en ſchelinge der Geeſtlicken jüriſdictien halven tuſſchen den Officiael onſes Gen. Heeren van Munſter, ende den Onderſaten der Stadt ende Ommelanden van Groningen een tyt herwaerts geweeſt ſint* &c. Et mox: *In den eerſten ſo ſel myn Genadige Heere van Munſter van den confirmatien ende benedictien der Abten hebben enen redelyken ende tydelyken penninck.* Vid. *infr.* p. 5. 7. & 10.

ventus venit ad locum, & præparavit se ad dedicandum oratorium in loco constructum. Cui astantes & resistentes sorores Emonis jam dicti fundatoris dedicationi reclamaverunt. At ille nihilominus dedicavit, dicens qui in causa triumpharet, oratorium ut cum aliis rebus possideret. Dedicatum est Oratorium primum anno domini M. CC. IV.

Circa idem tempus cœpit cœnobium Sancti Joannis Evangelistæ in Merna & cœnobium sororum in parochia Skeldensi à quodam *Henrico* Canonico Coppenburgensi Præposito in Merna. Verum claustrum in gratiam S. Mariæ convaluit cooperante matronâ conversa, longæva, amita fratris Herdrici postmodum Præpositi ibidem. † Surrexit etiam cœnobium in porta S. Mariæ per quendam bonæ memoriæ, qui tunc præfuit familiæ in Benethe, olim Abbatem in Doccum. Igitur post hæc omnia præfatus Abbas se illuc transtulit, sed subito post unius noctis moram rediit nunquam illuc rediturus. Ille igitur propter promissam conditionem liber esse voluit, & prædium suum promovere, sed de consilio transposita est illic familia XII. sororum cum Priore. Qui cum lautius se procurare voluisset, orta est animorum scissura inter Fundatorem & Priorem, & recessit Prior. Proinde iterato institutus est alius Prior cum paucioribus, qui cum non attenderet nec acquiesceret animo fundatoris, sed licite ad velle suum rebus uteretur, offensus est fundator, & jam tertio separatus solus remansit. Duo quidem notabilia simplicibus in eo apparuerunt, qui ultra modum literaturam amplectebatur, sed vena ingenii, ut apparuit, arida fuit, & non est subsecuta fœcunditas. Sed tamen ante novissima admodum legere edoctus ordinem Diaconatus suscepit. Alterum erat, quod Præfectis in loco competenter obtemperare non poterat. Plurimas tamen & varias sustinuit angustias & labores in initio caloris pii propositi quærens fideles cooperatores & non inveniens per annos circiter octo. Et tunc non erat invitatus quispiam nisi secularis sacerdos, qui divina celebraret retentis paucis in habitu regulari.

In tempore illo fuit clericus adolescens præfati fundatoris amitæ filius & nomine æquivocus, qui à primis pueritiæ suæ annis * liberalibus fuit studiis imbutus. Is cum fuisset in limine adolescentiæ suæ, & ipse † parvulus parvulos imbueret apud quosdam B. *Benedicti* religiosos mediante abysso judiciorum Dei

† *Fris.* Qui rexit.

* *Cod. Gron.* literalibus.

† parvus.

Dei cœpit gustare, sed tenuissime, quia suavis est dominus, & displicuit ei mundus præ dulcedine religionis. Ad quam quo pacto pertingere posset, nondum cogitabat. Vallaverat eum verecundia, quæ radicem traxit ex simplicitate, & pudicitia, & stupore quodam animi sui, qui jugiter ab annis pueritiæ premebat linguam suam à turpiloquio, & animam à motu concupiscentiæ, & cogitationum trahentium ad opus inhonestum, ne quasi passer instabilis rueret. Qui cum mare versus Angliam anno ætatis suæ quasi xx. transisset communis causa studii literarum, quod fuit Oxoniæ, æstuabat uberius liberalibus artibus se implicare, in quarum foribus stans à fratre suo carnali secum commorante revocatus, & ut zelo innocentiæ protegendæ disciplinæ juris intenderet persuasus. Deinde in patriam remeans fervorem juventutis verecundia erudiente temperavit, quæ sic per Dei gratiam ipsum ad ordinem clericalis militiæ præparavit. Tandem de media abisso secularis vitæ nesciens eligitur, & invitatur ad titulum cujusdam ecclesiæ. Quamobrem ad sacros ordines properavit, & à venerabili Mindens. Pontifice domino *Thidmaro* primitias quinque ordinum suscepit simul, & deinceps per legitima † interstitia ad ordinem sacerdotii est provectus. Functus ergo sacerdotio plebem pro viribus custodivit sine delectu personarum omnibus omnia factus, & sic de manu Archidiaconi de more Monasteriensis ecclesiæ recepit curam animarum. Porro jugiter eum, qui est Deus virtutum, cujus est totum, quod est optimum, precibus & desideriis perquisivit, ut quæ bona essent nutrirentur, & nutrita custodirentur. Vulneraverat cor ejus amor & timor, & adhæsit anima ejus post eos usque ad fores justificationis. Sed nondum adhuc caminum doloris & laboris ingredi conabatur, in quo, sicut postmodum experiebatur, examinantur, qui per portam justificationis introducuntur. Parturiebat animus ejus fœtum vitæ remotioris, sed non peperit propter seculares, quibus adhuc serviebat satis ignarus futuræ novitatis post conflictus vetustatis. Interim diligebatur ab omnibus in simplicitate sua, sed ipse altius meditabatur, eo quod Apostolus proloquitur: *Si adhuc hominibus placerem Christi servus non essem.* Inter prospera præsentis vitæ & dulcia dulcedine patriæ cœlestis afficiebatur tanquam in aure cordis diceretur ei; *Transi in locum tabernaculi admirabilis, ubi est vere sonus epula-*

† Gradatim ordinum fit collatio, non per saltum, ut dixi jam *lib. 1. manud. ad jus Canon. cap.* 8.

epulationis in voce exultationis & confessionis. Nunquam fruitione temporalium incertorum animæ refriguit suspiratio, sed adhuc morabatur, quasi in Ihericho, sicut ille qui statura pusillus erat, qui vix potest subsistere, fragilitate carnis infirmus, aut compede consuetudinis ligatus, cui displicent mala, nec resistit, quia caro concupiscit adversus spiritum. Peccat tamen magis sub Deo, quam contra Deum, semper de veritate cogitans, & de misericordia confidens. Meditatur de venia, quia terretur à culpa, ratione repugnans, sed sensualitate succumbens. Intus voce dicitur, *Concupivit anima mea justitias tuas*, quia nondum perficere desiderat. Quemadmodum quidam dolent, quod dolere non possunt, sed dolent, ut doleant, & dolor inefficax inferat dolorem efficacem. Postpositis itaque secularibus litteris mel & lac Evangelicæ lectionis esuriit, & potum de Psalmorum nectare quæsivit. Vacabat officio sibi injuncto cum officio scribendi & legendi, redarguens se ferula pii desiderii, quo detrimenta ante actæ ætatis redimebat, quia spiritus adjuvat infirmitatem nostram. Mater enim sua carnalis onus rerum familiarium administrabat, fœmina provida, & Deum timens, sollicite satagens, & orans, ut fide & opere proficeret coram Deo & hominibus, quia scriptum est; *Cani sunt sensus hominis, & ætas senectutis via immaculata.*

Quodam igitur tempore dum solennia dedicationis ex more peraguntur, aderat quidam sibi valde familiaris, qui specialis fuerat cultor decoris Dei in construendis ecclesiis & ornandis: & in hoc studio ab adolescentia & deinceps flagrabat. Qui etiam post horam prandii in sobrietate consumptam, cum simul per viam cum hospite deambularet, cœperunt sese mutuo invitare ad melioris vitæ conversationem, & vilescebat mundus utrique cum delectationibus suis. Ille quidem, uti postmodum deprehensum est, calore novi operis, iste simplicitate novæ vitæ trahebatur. O altitudo sapientiæ & scientiæ Dei, qui regna transfert & constituit. Placuit igitur illis, ut locum illum visitaturi convenirent. Et accesserunt & invenerunt illum solum, qui se & locum quasi elapsus de manibus multorum solitarium conservabat. Et gavisus est in conventu eorum, & accensa sunt corda eorum, ita ut concordarent ad invicem super altari ad locum illum promovendum rebus & religione.

In-

Digitized by Google

Interea præfatus facerdos trifariam religionem corde tenus 1 ponderavit, & unam illarum propter vicinitatem decrevit vitare, alteram quoque, licet eam diligeret, non elegit. Præmonftratenfem ergo ordinem acceptavit fiducia 2 incorporandi animo concepta. Egit ergo medio tempore mediante viro illuftri piæ opinionis, *Popekone* in 3 *Tjamerfverna* plebano, ut omnis fcintilla difcordiæ orta aliquando inter monachos vicinos & fundatorem loci extingueretur, conftitutis ab Epifcopo Monafterienfi delegatis, qui anno gratiæ M. CC. octavo citatis partibus, cum Abbas *Reyndo* nollet comparere, compofitionem fuper rebus, fumptu & expenfis in loco novello, vallatam atteftatione virorum proborum confirmarunt VI. Kalendas Martii. Teftes compofitionis prius celebratæ fuerunt *Olbrandus* de *Incawerth*, *Eve* de *Romefwerve*, *Eggardus* de *Nothenfum*.

1 ponderabat.

2 incorporationis.

3 Thjamerfvoerde.

† Unde ubi tempus vifum fuit opportunum memorato facerdoti, cœpit parochianis fuis propofitum propalare, & difpofitis rebus fuis valedixit omnibus † profectus cum amico memorato & cum fundatore loci jam femel dicti. Pervenerunt igitur ad Hortum B. virginis trans Lavicam, & expofita intentione eorum coram Venerabili Abbate loci Domino *Ricardo* dictus Abbas revoluto libro inftitutionum voto ipforum Deo fortaffis difponente fatisfacere minime confenfit. Quamobrem turbati funt & tertius rediit ad propria. Sacerdos ergo memoratus & loci novelli Fundator habenas propofiti minime laxarunt, & fe ad invicem confiderabant, quoniam ille adhuc cucullam geftabat, quam conditionaliter & electus, ut dixit, accepit in ordine, quem profeffus erat ante tempus regularis inftitutionis, & ideo ne difpar habitus concordem utriufque voluntatem impediret, fua fponte nigra vefte depofita candidam † cappam fibi aptavit & induit, & profecti funt per Groningam in ebdomada pœnofa poft Dominicam Palmarum & in Sabbato Sancto Monafterium venerunt. Ibi remorati per diem refurrectionis die fequenti acceptis literis bonæ memoriæ *Ludgeri* Canonici, quoniam in civitate tunc non erat Epifcopus, ex ejus confilio accefferunt ad Abbatem Varlarenfem, qui vocatis fenioribus & aftantibus in Capitulo veftem dedit benedictam, & remittens ad titulum novi clauftri curam loci fideliter commendavit, afferens fe non poffe more Paternitatis tam remotum

† Inde.

† & profectus eft.

† Qua utuntur Præmonftratenfes, ad quorum exemplum vitam jam componebat ipforum ordini inferendus, ut Menco infra in ejus vita. *Cappam*, id eft, togam.

motum locum visitare. Sicque reversi sunt anno gratiæ M. CC. IX. Conversionis eorum primo.

* Deest in *Groning.* usque ad *Post reditum.*

* *Omnipotentis Dei gratia Monasteriensis ecclesiæ Episcopus tam præsentibus quam futuris hoc scriptum inspecturis salutem in vero salutari. Accessit ad nos Magister* Emo *quondam in* Husdinge *plebanus, & sua nobis insinuatione monstravit, quod laicus quidam* Emo *de* Romerswert *religiose vivere cupiens in possessione sua Capellulam fundavit, ac habitum religionis à B. Benedicti in* Fildwerth *Abbate recepit nulla facta professione, & postea reversus in possessione sua libere est versatus. Postmodum vero idem Magister* Emo *in eodem loco conversus secundum regulam B. Augustini & Ordinem* (1) *Præmonstratensem ibidem vivere & Deo servire cœpit, cui & fundator illius loci Emo tanquam majori cessit, & in eadem regula quasi majori & liberiori similiter versari consensit. Nos autem factum utrorumque commendantes eidem Magistro* Emoni *in eodem loco secundum ordinem prædictum Deo serviendi, fratres insuper & sorores colligendi præsente fundatore consentiente plenam concessimus auctoritatem. Et ne res gesta posteris in dubium venire queat, scripto & sigillo nostro confirmavimus. Acta sunt hæc anno Dominicæ incarnationis* M. CC. IX. *pridie Kalendas Aprilis feria Pascalis ebdomadæ, indictione* XII. *epactæ* XII. *Concurrente* III.

Post

(1) Fundavit hunc Norbertus, quem alii ajunt Coloniensem, alii Lotharingum, Clivensem rursum alii, Xantho natum in Menapiis, nobili genere, ut nonnulli, ignobili. Martin. Polonus ad Ann. 1119. *Ann.* 1119 *cœpit Præmonstratensis ordo in Laudiensi diœcesi, sub patre Norberto, qui fuit Coloniensis, sicut & Bruno, qui ordinem Carthusiensium incepit. Unde versus:*

Anno milleno centeno bis quoque deno
Sub patre Norberto Præmonstrati viget ordo.

Robert. de Monte *append. ad Sigebert. Hoc tempore Norbertus loci & ordinis hujus fundator, de partibus Lotharingiæ oriundus, genere, divitiis, atque facundia ipsis summis Principibus familiaris atque notissimus, divino fervore succensus; postposita seculi pompa, repente ad votum suum Diaconus & Presbyter simul ordinatus, paupertatis Christi tunica induitur, & verbo prædicationis ferventissime instans, bajulansque sibi crucem nudus nudum Christum sequitur.* Add. Hospinian. *de orig. Monachat. lib.* 4. *cap.* 12. Chr. Fr. Paulin. *Chron. Otbergens.* §. 42.

Digitized by Google

Post reditum vero eorum fundator loci memoratus cœpit ventilari spiritu contractionis versus in arcum pravum, sive ut loci regimen, cui ipse adhuc idoneus non erat, Rector sibi in futurum servaret, sive quia simulabatur à quodam falso fratre, Waldrico sacerdote, qui subintraverat valde astute, qui utique conabatur per eum in loco dominari, sed postmodum exigente malitia sua non sine adminiculo proborum virorum more Basilii eliminatus est. Alter vero convocatis pluribus, qui loci & religionis ibidem incrementum optabant, monitis & minis eo usque perductus est, quod tandem volens fixis in terram genibus sub attestatione stolæ obedientiam promitteret. Nam propter inconstantiam suam Sacerdos memoratus eundem & locum deserere meditabatur.

Ecce persecutio duplex & utraque domestica, quam consequenter lenire dignatus est Altissimus. Irascitur enim & miseretur, conturbat terram, & sanat contritiones ejus. Sane accesserunt ad eum duo adolescentes Deo inspirante, qui seminarium dici possent messis in Christo postea colligendæ. In ipso initio caloris cordis fluctuabat anima sua pro desiderio futuræ, quam desiderabat, societatis. Trahebatur nempe amore contubernii clericorum ex occulto ut creditur instinctu spiritus. Nam quid oremus sicut oportet nescimus, sed ipse Spiritus pro nobis orat gemitibus inenarrabilibus. Qui autem scrutatur corda scit quid desiderat spiritus. Ipse desiderio piæ conversationis vigilias & jejunia attemptabat, & orationi vacabat. Lectioni quoque & meditationi psalmorum præcipue intentus erat, & inquirebat in eis non verba tantum scientiæ, sed compunctionis. Nocte quadam cum devotioni hujuscemodi propositi vacaret ferventer, & sopori se dedisset, audivit sibi dici per nocturnam revelationem, *Postula à me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam, & possessionem terminos terræ*, & evigilans exhilaratus est, & eventum hujus oraculi spe lætus expectabat. Die itaque sequenti juvenis quidam acer, moribus, & actibus, ut fama fuit, dissolutus, cum quadam nepte sua, ut seculo renunciaret, accessit. Qui in conventu, ut erat flagrans spiritu quodam vehementis indignationis, votum fecit, & obedientiam, & stabilitatem spopondit, sed quia spiritu pietatis accensus non erat, perseverare non potuit. Qui autem perseveraverit usque in finem salvus erit. Verum ante discessum

ſuum laboribus & opibus ſuis conventu jam congregato fideliter providebat, ideo ante obitum ſuum corde ut ſperatur contrito, ut ſaltem defunctus reduci mereretur, poſtulavit, & meruit. Anima ejus requieſcat in pace. Puella vero de ipſius detrimento dolebat, & dolore erudita moribus & bona converſatione proficiebat. Reliquam partem oraculi credebat partim impletam, & partim orabat ſemper impleri, † utpote ſicut Yſachar inter terminos portionem cupiebat, ita ipſe in rememoratione finis vitæ ſuæ & mundi hujus ad æternæ patriæ pertingeret hereditatem, ille autem qui fecit omnes terminos terræ, qui inquam per dona ſancti ſpiritus conceſſit omnibus ſuis de terrenis triumphare, ipſe eodum ſpiritu doceret terrena deſpicere, & amare cœleſtia. Porro impletum eſſe quodammodo opinabile eſt in diſpoſitione domorum, quæ conſtitutæ ſunt ad ſubſidium conventus Deo diſponente in terminis terræ per plagas cœli. Quarum prima verſus Auſtrum quanto eſt beatior cultu divino & contubernio fratrum tanto majori labore & ſudoris diei & æſtus fundata eſt.

† ut.

Anno Converſionis ſuæ tertio, anno vero gratiæ M. CC. XI. primo collata eſt eccleſia in Werum, novo clauſtro, † paucis adhuc ibi fratribus collectis, vigilia Johannis Baptiſtæ à majori & ſaniori parte Canonicorum, Paſtore ejuſdem eccleſiæ in religionem B. Benedicti cedente. Erneſtus autem quidam præpotens importunitate paucorum, qui reſidui non conſenſerunt, partem ſibi vindicavit, pro cujus inſtantia Otto Monaſterienſis Epiſcopus donationem jam dictam Canonicorum impedivit per ſententiam latam contra Canonicos, à qua appellatum eſt per Præpoſitum novi clauſtri die ſexta poſt ſententiam IX. Kalend. Octobris in villa Reydenſi. Quarto igitur Idus Novembris collectis expenſis iter Romam arripuit adhærente ſibi Henrico illo antiquo ſodali, qui in initio religionis * defecit. Sed tunc poſthabita omni cura rei familiaris propriæ comitem ſe indiviſum ultro exhibuit.

† paucis adhuc fratribus ibidem collectis.

* defecerat.

Tranſeuntes autem per *Covordiam* & villas reliquas Hrenum tandem apud Diezburch traducti ſunt. Deinde per *Trajectum*, per *Tungriam*, per *Heſdinum*, per *Villarium*, per *Bonam ſpem*, per *Altum montem*, per *Claros fontes*, per *Cluniacum*, per *Renolium*, per *Laudunum*, Præmonſtratum venerunt. Ubi ſumma caritate retenti per piæ recordationis Abbatem Gervaſium

Digitized by Google

fium per dies aliquot requieverunt. Præpositus igitur negotium domino *Gervasio* plane intimavit, qui corroborans ipsum literas ad Summum Pontificem pro ipso sub tali dedit tenore.

Reverendissimo Patri, & piissimo Domino Dei providentia sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ summo Pontifici humillimus ejus servus Gervasius, fratrum Præmonstratensium minister humilis cum omni instantia devotam obedientiæ voluntatem: Lator præsentium Canonicus novi claustri, quod est ordinis nostri, de Frisia oriundus, in qua rari inveniuntur Præmonstratenses, vel alterius ordinis Professores, ad me nuper accessit, credens quod humilitatis meæ preces apud Sanctitatem vestram pro eo debeant gratiam invenire. Licet igitur supplicare nequaquam sufficiam pro me ipso, quod sicut sapientibus & insipientibus ita divitibus sitis & pauperibus debitores, vestræ humiliter supplico pietati, quatenus ipsum in recitationibus suis, in quantum permittit honestas, vestra dignanter exaudiat celsitudo. Allegant autem pro ipso & personæ petentis simplicitas, & religionis in patria memorata raritas, quæ si in partibus diffusius propagaretur, videretur opus esse caritatis & sapere caritatem. Valeat in Domino Sanctitas vestra, quam Dominus ecclesiæ suæ conservet incolumem.

His acceptis literis & vale dicto viam incognitam est ingressus. Via autem hæc est, qua ivit perveniens Romam, habens civitates & castella signata vice quasi commonitorii in perpetuum laboris ipsius; *Sessun*, castellum *Theoderici*, *Sechana*, *Mer. sur. seine. Troes. sur. seine. Bar. sur. seine. Lugdunum super Rodanum.* Demum *vallem Morianam* ingressus est usque *Thrinte*, qui est terminus vallis. Post vallem sequuntur civitates Longobardiæ, *Susia*, deinde post alias *Pompeja* super *Padum*, *Placentia* super *Padum*, deinde *Pons tremulus*, *Luke*, Castellum, quod dicitur *sanctus Quiricus*, *Radecoph*, *Viterbium*, *Sutrium*, Castellum *beati Petri.* Kalend. igitur Februar. XIV. die Mariæ & Marthæ Romam venit, præsidente *Innocentio* Papa, tertio anno Pontificatus ejus. Mansit autem per dies quinquaginta, in quibus devotionem Domini Papæ in missarum celebratione, in verbi Dei prædicatione per (1) stationes consideravit, licet iisdem diebus

(1) Stationes sunt cœtus & conventus fidelium. Loca etiam destinata fundendis ad Deum precibus. Jo. Diacon. *de vita S. Gregor. lib.* 3. *cap.* 18. *Stationes per basilicas vel beatorum martyrum cœmiteria secun-*

diebus pro caufa plurimum laboraverit, fub Auditore Domini Papæ, fubdiacono, domino *Andrea*, Notario maximo. Per dies illos quadragefimales divina officia in principalibus ecclefiis, videlicet beati Johannis Baptiftæ & Sancti Salvatoris audire confuevit.

Quinto igitur Idus Martii Romam reliquit, & Papiam venit, ibique in vigilia Pafchæ apud monachos *Vallis umbrosæ* manfit † extra muros. Deinde relicta Papia Bononiam profectus eft: Literas enim fuas *Romæ* mercatoribus Bononiam tendentibus commiferat, & pignus tradiderat pecunia ab eis accepta. Cuftodes † namque in præfidiis, quos pofuerat * Otto jam excommunicatus à Domino Papa, fpoliaverunt clericos literas de Curia deferentes. Cumque Bononiam veniffet, VI. dies, videlicet Papia relicta, expectavit ibidem mercatores præfatos. Poft multos ergo dies tandem quidam ex eis venerunt, & gavifus ut reddant quantocius literas poftulavit. Illi deinde poft longas inducias confeffi fe perdidiffe literas apud quoddam præfidium. Plenus ergo anxietate propter labores & tædia correptus eft febri per aliquot dies. Cumque labor habitus in Curia totus effet caffus, nifi etiam reverteretur, confifus Dei mifericordia plus quam in viribus propriis, pecunia jam exhaufta, placuit domum redire & querelas ad pedes B. Petri deponere (1). Sed ille fodalis ejus magis animam illius quam propriam falvare

† extra civitatem.

† autem.

* Otto IV. Imp.

fecundum quod hactenus plebs Romana quafi eo vivente certatim difcurrit, follicite ordinavit &c. Ziegler. *lib.* 3. *de epifc. cap.* 14. *n.* 8. Proceffio etiam *Statio*, ad mitigandam Dei iram, ad impetrandam ejus gratiam, de ecclefia in ecclefiam folenni ritu inftituta. Dixi ad Anonymum, quem edidi Ann. 1690. Et *Statio* hæc non inepte. Nam & ftatur dum convenitur, & ftatur rurfum, dum proceditur, dum hoftiam, quam circumferunt, perinde ac fi feffam certis locis deponunt, & ftatur etiam in templo, ad quod proceffio inftituta. Gabr. d'Emiliane *de monach. præftig. lib.* 2. *p.* 136. Et hinc *Statio* etiam infra, ubi aut judicandi aut vifitandi caufa confiftit quis, infra ad Ann. converfionis Abbatis Emonis XVI. *Deinde feria fexta Bedum ftationem habuit &c. Pertranfiit autem Fivelgoniam in tribus ftationibus &c.* item; *reverfus eft Hunfegoniam, & habita ibidem ftatione declaravit* IV. *Judices cruce fignatorum.*

(1) Ex Codice Groning. In Frific. *poft illud ad pedes B. Petri deponere*; nihil aliud fequebatur, quam. *Et auditis literis adverfitatis ipfius juffit Papa literas refcribi & reddi, & cooperante Domino licet fatigatus optato fine potitus eft.*

ſalvare cupiens ſeſe ultro exhibuit, † ſed ne cum eo rediret periculum febrium prohibuit, ſicque ſolus Deo duce redux, & à Cancellario coram Papa introductus, & auditis literis adverſitatis ipſius juſſit Papa reſcribi litteras & reddi, & cooperante Deo licet fatigatus optato fine potitus eſt. Multum interim pro ſalute ſodalis ſui ſollicitus Bononiam reverſus eſt, & eum ſalvum invenit. Ipſe interim ſcribebat, & miſſarum ſolemniis vacabat, & orationibus apud Capellam beatæ Teclæ virginis, ſocius domini Egidii piæ memoriæ ejuſdem Capellæ rectoris. Frequenter etiam intravit & exivit inter monachos beati Stephani, ubi requieſcunt pretioſi martyres Chriſtiani Vitalis & Agricolaus. Poſtremo vale facto omnibus familiaribus iter arripuit cum comite ſuo, & per aliam viam reverſus eſt, videlicet Mediolanum & Cumas, & ſic Alpibus tranſmiſſis venit Baſileam ſuper Hrenum & Argentinam, ubi navi conducta, Spira, Wormatia, Maguntia, & quamplurimis caſtris relictis Coloniam venit. Poſt hæc * pedeſter itinere reverſus eſt Deo diſponente & cooperante circa octavas Apoſtolorum.

† &

* pedeſtri.

Anno autem converſionis ſuæ IV. facta eſt amicabilis compoſitio cum filio Erneſti præſtitis ſibi expenſis pro redimenda pace ſuper collato jure à patronis majoris & ſanioris partis, quod licet dictus filius Erneſti voluiſſet uſurpare poſt iniquam ſententiam interpoſita appellatione nunquam fratres perdiderunt, & ideo ſecundum Auguſtinum projecta pecunia pacem ſibi comparavit.

Anno autem ſequenti quantum pro ordine, perſonis, & rebus laboraverit, facilius mente quam litera poteſt ponderari. Pro ordine inquam, quia perpendit quod diverſæ eſſent conſuetudines in eccleſiis unius & ejuſdem ordinis contra inſtitutionem primævam, & ventilabatur eadem varietate nolens, & cœpit mendicare libros & transſcribere. Aderat pro hoc mutabilitatis medicina carus amicus, & hujuſcemodi ſollicitudinis medicus ſcolaſticus, frater *Fretbericus*, qui junctus fuit ei corde in primo introitu in Ortum, cum ab aliis, ut ſupra dictum eſt, pateretur repulſam. Ipſe ore & manu verbis & ſtilo inſtillabat auribus ejus, ut libros ordinis ſuis laboribus de ipſo gremio matris eccleſiæ transferret, & novam plantam novo potu rigaret. Et excluſa varietate cœpit textum librorum muſicorum conſcribere, quem apud fontem facile poſſet corrigere, &

 notis

notis quasi scaturigine prima aspergere. Quæ ipsemet opera simplicitatis mirari se sæpe asseruit hac ratione, quia quasi oblitus fuit virtutem Dei disponentis & operantis, & ponderabat imperfectionem sui supra se aliquid præsumentis. Igitur profectus est assumpto secum fratre *Thitardo* in multa simplicitate, & invenerunt gratiam coram optimæ recordationis domino *Gervasio* Abbate, & in tempore competenti votis suis satisfecerunt & redierunt. Denique reportavit literas confirmatorias laboris sui in monasterium, quod de novo *Floridus* (1) *Ortus* nomen accepit, in Werum in hæc verba.

Gervasius *Dei patientia Præmonstratensis dictus Abbas Venerabilibus in Christo fratribus ordinis Præmonstratensis Abbatibus universis has literas inspecturis Salutem & sinceram in Domino caritatem. Non facile debet convelli, quod cum labore conficitur, nec à filiis immutandum, cui patrum auctoritas suffragatur, quin potius in sua debet semper integritate persistere, quod constat esse & multa diligentia comparatum, & provida patrum sanctione statutum, sed & propria insuper honestate subnixum. Sane dilectus in Christo* Emo *Floridi Orti provisor nuper veniens Præmonstratum multo sategit studio, multa curavit instantia, ut in ecclesia sua, quæ adhuc nova est, libri ecclesiastici haberentur secundum usum omnino & ordinem, quo ipsa ecclesia Præmonstratensis utitur, tam in lttera, quam in cantu. Ordinarium quoque ad exemplum nostri, & institutiones conscripsit, & quas in scriptis non invenit expressas. Quoniam ergo omne totum pulchrius elucescit, si partes à se ipsis non discrepant, & membra eo rectius disponuntur, quo suo capiti cohærentia conformantur, nos ipsum* Emonem, *qui ad hoc sollicitius laboravit, ut ecclesia sua suo toti, hoc est, ordini conveniret, & suo capiti, videlicet ecclesiæ, per identitatem-consuetudinum cohæreret, attentius in domino commendamus, præcipientes districtius in virtute Spiritus Sancti, & sub pœna excommunicationis, quatenus usus legendi pariter & cantandi, quem ad uniformitatem ordinis conservandam secum tulit à nobis in ecclesia Floridi,*

(1) *Ortus* pro *Hortus* abjecta aspiratione. Quod plerumque usitatum tum. Martin. Rango ad *diplom. Pomeran.* 5. Diploma VII. Pomeranic, editum ab eodem: *Volentes ut de ortulanis, cum Colberg fuerimus, ad coquinam nostram nobis caules & olera ministrentur, nullo valente ab ipsis ortulanis caules vel olera, cum Colberg non fuerimus, extorquere.*

Digitized by Google

Floridi Orti perpetuo modis omnibus habeatur, nec Priori, Abbati, nec alicui nostri Ordinis Professori, aliquatenus liceat omnium eorum, quæ notavit, aut scripsit, jota vel unum, vel unum apicem immutare, Sciturus qui hoc fecerit se ex ea hora sententiam excommunicationis incurrisse, qua aliquid prædictorum omnium immutare præsumpserit, nisi mutationem illam in Præmonstratensi ecclesia factam esse noverit & receptam. Datum Præmonstrati VI. *Id. Junii Anno gratiæ* CIↃ. CC. *quarto decimo.*

Postmodum pro consummatione cœpti illius congratulatus est fratribus, qui eodem afficiebantur desiderio, subscribens in hunc modum. *Credo fratres observantiam institutionum Præmonstratensis ecclesiæ vere Apostolicæ esse quasi civitatem super montem sitam. Cujus cives Apostolos & eorum successores patres nostros Dominus commendans dixit:* Qui vos recipit, me recipit. *E contra de perversis dixit:* Quicunque non receperit vos, neque audierit sermones meorum &c. tolerabilius erit terræ Sodomorum &c. *Sed hoc quidem Apostolis Nunc autem per successores eorum in lumine vobis quoque professis ordinem Præmonstratensem audire, & recipere, & servare sub prædicta spe vel pœna prædicuntur. Denique ex inspiratione, ut spero, Spiritus Sancti institutiones sacras hujus sanctæ civitatis complexus præcipue Deo disponente pro viribus, uniformitatem eorum, quæ ad cultum Dei pertinent, deesse dolui. Quæ quidem suo loco in Capitulo missale, textus, commendantur. Porro aliquamdiu circumferebar vento variæ consuetudinis, donec dante Deo attraxi spiritum pietatis, & primo ad immolandum hostias jubilationis Deo uniformiter usum cantus de gremio Præmonstratensis ecclesiæ, non sine labore, sed cum solatio fratris Thitardi transtuli. Sane hunc laborem satis dulcem persuasit mihi caritas fratrum, quos non minus quam me dilexi, quos eadem Spiritus Sancti inspiratio id ipsum mecum petere & expectare fortiter perdocuit. Persuasit etiam obedientiæ donum, genitrix virtutum. Monuit concordiæ uniformitas. Sed credo fratres non deerunt, qui dicent curiosum esse pro his quasi minimis acquirendis, sicut Dominus arguit scribas & Pharisæos, qui decimabant mentam & anethum, & reliquorum, quæ graviora sunt legis. Sed subjunctum est, hæc oportuit fieri, & illa non omittere. Plane Deo disponente pro viribus domum sibi more converso fieri desidero. Romani nempe, ut legitur, postquam civitas erat munita muris, volebant eam munire legibus. Religiosus vero prius spiritualibus ditare se studeat quam temporalibus. Puto adhuc esse, qui quasi dedignando*

dignando dicent me uti posse consuetudine vicinarum ecclesiarum. Sed legant mecum & intelligant, Nolite cantare, nisi quod constat esse cantandum. *Quid explicatius his verbis vel simplicius? His jam dimissis, filii dulcissimi, quorum palatum sanum est, vobis inquam laborem meum pro uniformitate ordinis durum satis, sed dulcem, commendo, vos inquam cognoscite, quanta sit hilaritas conscientiæ etiam in hac vita sine hæretica contradictione uniformiter Deo psallere secundum instituta ecclesiæ Præmonstratensis, quæ mater est omnium ecclesiarum suæ professionis. Porro pro imperfecto meo, quod à nobis facile deprehenditur, super audacia tanti cœpti veniam peto. Sed ignorare nolo vos duo esse imperfectionis materiam, videlicet animum ad ulteriora pronum, qui nihil credit actum, dum quid superest agendum, & usum pristinum, qui etiam virtutem cognitam cogit negligere. Modum tamen in notandis libris servavit*

* cline. *exsepta * clune cornuta, pro qua ipsi utuntur flexa rotunda, & torculum frequenter habent, & podatum præpunctatum, & puncto percantato fortiori voce, quasi cum quadam subdistinctione resumunt podatum. Hæc ideo de notis vel figuris dixerim, quia certus usus earum dulcem modum cantandi reddit, qui haberi non potest de exemplaribus confuse & superbe notantium. Semitonium*

† cline. *quoque † clune circumflexa cantant. Postremo fratres dulcissimi gratias ago Deo in exultatione, qua me non meis meritis sed vestris orationibus cumulavit, quod opus sanctum, opus dignum benedictione, à multis desideratum pro uniformitate ordinis per me & fratrem in Christo transferri in pace concessit.*

Anno eodem, anno inquam gratiæ CIↃ. CC. XIV. Magister Oliverus scholasticus Coloniensis verbi Crucis legatus ingressus est Frisiam, ad cujus exhortationem multitudo hominum utriusque sexus (1) cruce signata est per singulas Frisiæ maritimas, &

(1) Cœpit crucis assumptio pro recuperanda terra sancta sub Urbano Papa III. Crucem aut pallio aut togæ assuebant, conspicuam aut in pectore, aut in scapulis, aut dextro humero, exemplo tesseræ militaris, quam dextro olim brachio, ut Justinus scribit *lib. 5. hist.* deligabant Spartani. Varii autem coloris cruces pro nationum diversitate, ut dignosci invicem sic possent. Andr. Sylvius Marcianensis ad Ann. CIↃ. XCVI. *Affigunt igitur cruces è purpureo panno confectas in palliis suis ad scapulam dextram pro tessera militari.* Idem ad Ann. 1188. *Signo se crucis insigniunt &c. Et Rex Franciæ cum suis rubeas cruces, Rex*

Digitized by Google

& trunci in ecclesiis erecti causa pecuniæ ad subsidium terræ sanctæ. Anno namque Domini CIↃ. C. LXXXVII. Apostolico Urbano VI. imperante in Alemannia Fretherico, Constantinopoli Ysacio, in Francia Philippo, in Anglia Heinrico, in Sicilia Willelmo, in Hungaria Bela, capta est Iherusalem à Saladino Ægypti & Syriæ rege. Hanc urbem Latini XCVI. annis tenuerant, ex quo ipsam cum Antiochia Christianorum recepit victoria, cum eam gentiles prius per annos XL. possedissent. Commendationem vero Innocentii Papæ, qui pro liberatione terræ sanctæ prædicationes direxit sic posuit Magister Oliverus dicens: *Innocentius qui successit Cælestino favorem suum impendit* (1) *Ottoni*, *& eum Romæ coronavit in Imperatorem. Qui nimis ingratus benefactori suo patrimonium S. Petri statim post acceptam coronam invasit, nec pepercit puero Frederico, sed Apuliam hostiliter ingressus Deum & homines contra se provocavit. Ideoque summus Pontifex multis præmissis admonitionibus eum excommunicavit. Deinde ejus* (2) *Barones ab ejus fidelitate absolvit, & sic imperio perdito mortuus est in Saxonia cum signo maximæ contritionis.* (3)

Innocentius Papa ingenio, facundia, memoria præcellens fuit, in jure ex lege Domini eruditus, valde magnanimus plurimum, qui contumaciam Regum & aliorum Principum compressit, Regem Francorum (4) *Philippum* uxorem suam, sororem

Rex Angliæ cum suis albas, Comes Flandrensis cum suis virides suscipiunt. Add. quæ dixi ad *Vett. aliquot Testam.* XIII. *p.* 498. ** Edidit hæc Testamenta Cl. Mattheus una cum Alciati Epistola contra vitam Monasticam, aliorumque Epistolis, Lugduni Bat. 1695. in 8.

(1) Chron. Augustens. ad Ann. 1210. *Otto à Domino Papa excommunicatur.* Idem ad Ann. 1211. *Otto intravit Apuliam, ibidem Fridericum Regem Siciliæ expugnare voluit; & totam Apuliam sibi subjugavit. Otto Rex à multis Episcopis Alemanniæ excommunicatus à Papa denuntiatur.*

(2) Imperii proceres. Vid. *lib.* 4. *de Nobilit. cap.* 7.

(3) Ex Cod. Gron. In Frisico post illud *cum signo maxima contritionis*, sequebatur hoc tantum: *Anno*, ut supra, *gens Livonum, Hestonum, Prussorum, variis erroribus delusa, ignorans Dei filium, & incarnati verbi mysterium, numina gentilium colebat, Dryades, Amadryades, Orcades, Napeas, Hinnides, Satyros, & Faunos*; & mox: *Completis igitur &c.*

(4) Guilielm. Armoricus *de gestis Philippi Regis apud du Chesne to.* 5. *hist. ad Ann.* 1199. *Petrus Capuanus Apostolicæ Sedis Legatus convocato*

rem Regis Daciæ, quam abjecerat, per interdictum Franciæ recipere coëgit, *Joannem* Regem Angliæ, qui admittere recusavit ad sedem Cantuariensem Cardinalem sanctæ Romanæ ecclesiæ Dominum *Stephanum*, vita & scientia fulgentem per sententiam excommunicationis & interdictum Angliæ in tantum humiliavit, ut ipse & successores sui à (1) Sede Apostolica regnum Angliæ recipiant.

Temporibus ejusdem Pontificis populus Aquilonaris, qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnam fidei Catholicæ. Nam gens Livonum, Hestonum, Prussorum, variis erroribus delusa, ignorans Dei filium, & incarnati verbi mysterium, numina gentilium colebat, Dryades, Amadryades, Orcades, Napeas, Hinnides, Satyros & Faunos. Separabat enim sibi lucos, quos nulla securis præsumpsit violare, fontes & arbores, montes & colles, rupes & valles venerabantur, quasi aliquid virtutis & auspicii reperiri posset in eis. Nunc autem sanam doctrinam secuta & adepta, ac in Pastorem animarum suarum conversa Jesum Christum, Pontificibus suis obediens, ecclesias ædificat ac frequentat, legibus Christianis pro magna parte subjecta.

Præterea Constantinopolitana civitas scismatica in diebus suis expugnata, in Latinorum transivit dominium & potestatem. Insuper Tolosanum Comitem, receptatorem hæreticorum, & defen-

cato concilio apud Divionem oppidum Allobrogum totum Regnum Franciæ interdixit, pro eo quod Rex uxorem suam non exhibebat, & superinductam tenebat. Et hoc factum fuit in festo S. Nicolai, sed executio sententiæ dilata fuit usque post Natalem, & non multo post Philippus Rex misit solemnes Nuncios ad Dominum Papam. Secuta mox transactio inter Papam & Regem, Rege conjugem recipiente, Papa liberos legitimante ex subintroducta susceptos. Idem ad Ann. 1201. *Philippus puer & Maria soror ejus, quos Philippus Rex ex superinducta genuerat, à Papa Innocentio legitimantur.* Nomen conjugis Ingeburgis. Subintroductæ Maria Bohemiæ Ducis soror, quam *contra Deum* Philippus Rex, ut ait Auctor Gestorum ejus apud eund. du Chesne, *quinque annos tenuit, & post quinque annos hac dimissa primam scilicet Ingeburgem in gratiam recepit nuptialem.*

(1) Chronic. Altissiodorens è: *Facta sunt igitur duæ insulæ Anglia scilicet & Hibernia de feudo S. Petri.* Diploma Regis & juramentum vid. apud d'Achery *to. 5. Spicil. p.* 574.

Digitized by Google

defenſorem humiliavit, & Albienſes hæreticos per largas remiſſiones Catholicis indultas ad nichilum deduxit, quos primo loco per Prædicatores humiles ac literatos ad orthodoxam fidem reducere ſtuduit, deinde quaſi contra ethnicos & publicanos (1) peregrinos armatos tranſmiſit.

Ammiramolinus Rex Carthaginenſis in tantam ſurrexit elationem, ut miſſis litteris blaſphemia plenis generaliter omnes Chriſti cultores ad conflictum invitaret. Unde propter indulgentias à Domino Innocentio Papa factas de duobus Regnis Franciæ & Angliæ multitudo maxima congregata apud Toletum, ſed qui vitiis pleni erant non fuerunt digni diem conflictus expectare, nec placere domino videbatur, ut diſpoſita cœlitus Chriſtianis victoria multitudini bellatorum aſcriberetur, & licet Rex Caſtellæ liberaliſſimus, & miles ſecundum vires ætatis ſuæ ſtrenuus larga manu * diſpendia diſtribueret, reverſi ſunt tamen ad propria, remanentibus paucis. Dux (2) Auſtriæ propter viarum intervalla maxima tarde venit, nec aſſequi diem belli valebat. Rex autem Caſtellæ, & Arragoniæ, & Navarræ in fide Trinitatis, & cum ſignis Unitatis tranſeuntes portum, & obviantes Principi perfidiæ, qui licet eminentiorem locum occupaſſet, & numero equitum ac peditum Chriſtianos multipliciter vinceret, virtute tamen divina ſuperatus, in bello fugatus evaſit, cæſis militibus multis Sarracenorum, & amiſſis civitatibus ac caſtellis plurimis. Factum eſt anno Domini CIↃ. CC. XII. XVI. die Julii.

* Stipendia.

Poſt

(1) Peregrini qui jam *Pelgrims*. Non ad bellum conducti, ſed prædicatione crucis ultro ac ſi contra ethnicos ſuo ad id ſumptu incitati ac prompti. Hiſtoriam Albigenſium & belli contra eos geſti Petrus ſcripſit monachus cœnobii vallium Cernaii apud de Cheſne *to. 5. hiſt.*

(2) Lutpoldus aut Leopoldus. Godefrid. Monachus ad Ann. CIↃ. CC. XII. *Quidam cum Duce Auſtriæ Lutpoldo ad Hiſpanias contra ethnicos pugnaturi progrediuntur. Ibi enim infinita multitudo Sarracenorum, & cæterorum gentilium, à Maſamitho Rege Marroci miſſa, navigio mare tranſierat, ut illi totam Hiſpaniam ſubjiceret, & omnes Chriſtianos ex ea eliminaret. Commiſſo itaque bello à Rege Hiſpaniæ, & cæteris Chriſtianis cum eo, Domino Deo populo ſuo victoriam conferente innumerabilis multitudo eorum proſternitur: cæteri autem ad naves fugientes in mare demerguntur.*

Digitized by Google

Poſt hanc glorioſam victoriam idem Apoſtolicus Orientali eccleſiæ compaſſus Prædicatores crucis (1) per regna miſit Occidentis, cor apponens ad liberationem terræ ſanctæ, orationes generales inſtituit, Concilium indixit, quod celebravit in Lateranenſi baſilica anno CIↃ. CC. XIII. menſe Novembri. Et interſuerunt CCCC. & XIII. Epiſcopi, Abbatum & aliorum Prælatorum eccleſiæ turba conventusque numerari facile non poterat, ubi principaliter ordinatum eſt de his, quæ ad ſubſidium terræ ſanctæ pertinebant. Terminus etiam generalis expeditionis præfixus erat, infra quem idem ſummus Pontifex obdormivit in Domino.

Anno quoque VII. converſionis ſuæ Concilium Romæ celebratur III. Idus Novembr. Sic namque ſcripſit Dominus Papa: *Taliter vos præparetis, quod à præſenti incarnationis* CIↃ. CC. XIII. *anno uſque ad duos annos & dimidium præfixis vobis pro termino Idib. Novembr. &c.* Quæ Synodus congregata eſt in Baſilica Lateranenſi, quæ Conſtatinopolitana dicitur, CCCC. XIII. Epiſcoporum, tam Latinorum quam Græcorum, & Abbatum DCCC. & aliorum eccleſiæ Prælatorum, Præpoſitorum, Decanorum, anno Pontificatus Domini Innocentii XVIII.

* de quibus ſupra *Cod. Gron.*

Completis igitur piis laboribus * ut ſupra dictum eſt, fratribus collocatis in *Florido horto*, & ſororibus in *Campo* primitivo reductis, in *Campo*, inquam, *roſarum*, multiplicata eſt familia, Dei gratia, hereditate admodum feſtinata. Fundator autem perſecutionem movebat ſingulariter volens in communi converſatione jejunare, & ſingulariter prandere, & occaſione literaturæ modo verſus † Auſtrum, modo verſus Occaſum, modo verſus Orientem pergebat, aſſumpto ſibi jumento & rebus, quas quoquo modo conquirere valebat. Dicebat aliquando * ad quoſdam, quod in conſcientia communiter torqueretur pro mutatione habitus, & apud tales, qui vermem conſcientiæ non medicabant, & ideo donec licentia nec conſilio accepto Romam adiit, & reverſus ultra à conqueſtione ceſſavit. Porro cum eſſet

† Hrenum.

* apud quoſdam.

(1) Godefrid. Monach. refert id ad Ann. 1214. Quod autem ſequitur de Concilio ad Ann. 1215. Qui & ultimus Innocentii. Chriſti enim CIↃ. CC. XVII. Honorii eſt ſecundus, qui Innocentio ſucceſſit, ut Auctor paulo infra.

esset apud Hyldeisem causa studii literalis, † ut discebat in ha- † ubi.
bitu regulam, cœpit ægrotare usque ad mortem. Et venit qui-
dam religiosus causa visitationis & consolationis, & interroga-
vit eum de professione & moribus ejus. Et comperto quod
quadam singularitate ductus illuc transierat, injunxit ei sub spe
salutis, ut postea innotuit, quatenus ad locum suæ conversio-
nis, & ad stabilitatem, & ad obedientiam rediret. Et conva-
luit, & rediit, & resedit in melius commutatus, & mansit ali-
quo tempore gratia Dei visitante & in loco stabilis & quietus.
Et appropinquante termino, qui præteriri non potest, quia in-
perscrutabiles sunt dies hominis, ne innotesceret ei finis suus,
ille inquam finis, qui est sine fine, dissolutionem sui corporis
persensit, & dixit, quod pedes & nervi obsequium subvectio-
nis ei denegarent. Et procedente tempore præ habundantia
humorum, ut putabat, vertigine, & totius corporis quasi mo-
le, premebatur, & tali pressus stupore fecit sibi fieri sanguinis
diminutionem, & exinde in lecto decubuit.

Cumque decubuisset, & certa sui custodia non fuisset † cito † subito.
vocavit conversum, qui in eadem domo dormire consuevit.
Ac ille occurrens vidit eum agonizare, & continuo vocavit sa-
cerdotem, qui assistens post verba consolationis & exhortatio-
nis cœpit psallere, & officium more canonico agonizanti exhi-
bere. Quo peracto reclinavit caput & paululum obdormivit,
& evigilans dixit, quod per visionem vidisset omnes charas in
Christo sorores exeuntes de oratorio, & gratanter ei occurren-
tes, & astantibus commendavit, ut oratio fieret pro eo ab eis.
Et * dormivit in pace. Nocte igitur dormitionis suæ, ut di- * obdor-
cebatur, cuidam sanctimoniali B. Benedicti per revelationem mivit.
ostensum est vidisse virum albis vestibus & usque in cœlum pe-
netrare. Et mane comperto obitu illius gratulata est anima ejus
cum cæteris charis & amicis ejus. Obiit autem anno gratiæ
M. CC. XV. Octavo Idus Octobris.

Denique post mortem præfati fundatoris domus Dei &
beatæ Virginis in campo prænominato, sicut ante mortem
ejusdem, dictus Præpositus Floridi Orti sollicitudinem utrius-
que familiæ fratrum & sororum gerebat. Qui sæpe ut dice-
bat de difficultate sollicitudinis obstupuit, quam misericorditer
Deus mitigabat, diversis modis, quos inspirabat, quibus
invigilabat correctoni suorum, necessariis quoque rebus ad
sustentand-

sustentationem competentem, donis quoque Spiritus Sancti, quibus personas fratrum & sororum accendit, ut patientiæ, humilitati, caritati, & obedientiæ invigilarent, ex quibus in uno corpore collegii fratrum diversam spargebat utilitatem, sicut dicit Apostolus: *Unicuique datur manifestatio spiritus ad utilitatem*; per timorem, per pietatem, quæ est cultus Dei, scilicet Deum cognoscere, cognitum diligere, dilectum adorare: per scientiam quoque, per quam fratribus suis clericis & laicis concessit res terrenas & negotia seculi rite dispensare, & se suosque fratres contra adversitatem & pusillanimitatem munire, ut recte & secure viverent in medio nationis pravæ, & cæteris bonis, de quibus scriptum est: *In bonis justorum exaltabitur civitas.* In rebus autem gerendis & administrandis se simplicem æstimavit & insufficientem. Et cum plerumque in stuporem traheretur propter temporis malitiam & fratrum conquestionem sub pondere suspirantium injunctæ sollicitudinis, & illi innitendum humanæ solertiæ audacter dicerent, ille meditabatur de Deo confidendum, & de eo præsumendum, & ab eo solo petendum, ut vias hominis dirigat. Sicut ille, qui oppressus à gigantibus, & contradictoribus, à proditoribus, ab iniquitate, & dolore, usura, & dolo, pro se & omnibus clamavit; *Jacta cogitatum in domino.* Quod etiam expertum se dicebat multis casibus minus subtiliter examinatis, de quorum eventu timebat turbari, sed de eisdem in melius mutatis meruit lætificari. Unde illud Apostoli: *Scimus quod diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum.*

Anno conversionis ejus nono soluta est compositio, quæ inita fuit cum filio Ernesti decimo sexto Kalendas Martii, cujus pater decimo quarto Kalendas Novembris collecta multitudine bellatorum venit † Loppersum ejicere * Eghardum de domo dotali ecclesiæ asserentem, se jus habere in ecclesia fratris sui † Alberti jam defuncti. Cujus dimidia pars ab Episcopo concessa fuit filio suo, sed tum stimulante invidia quorundam in illa seditione quidam igni opposito domum, pro qua litigabant, accendit, de cujus incendio exusta est eclesia * S. Petri vicina, pro cujus restauratione compulsus est à parochia exponere mille marcas, & pro ipsis solvendis hypothecaria † satisfecit cautione. Ernestus vero Idib. Decembris nocte B. Luciæ martyris mortuus est, & nutu Dei reddita est pax fratribus, quemadmodum

† Loppeshem.
* Eggehardum.
† Aldberti.
* beati.
† satisdedit.

modum beatissima * martyr & virgo astantibus Christianis promiserat. Et uni ex fratribus eadem nocte venerabilis virginis per somnium revelatum est, quod fumo domus ecclesiæ repleretur, & cista, in qua erant indumenta sacra adhuc communia, Conventui & præfato *Ernesti* filio de loco sursum tolleretur. Qui mane intellexit jam dictum Ernestum moriturum. Quod & factum est.

* virgo & martyr astantibus olim.

Eodem quoque anno facta est donatio ecclesiæ in Werum ab universitate patronorum decimo quinto Kalendas Aprilis præsente *Menkone* Decano in † Loppersum, & aliis plurimis, constitutis jam fratribus sub ordine Præmonstratensi. (1) Ipse vero conscriptis exemplaribus ecclesiasticorum librorum cum fratre præcordialissimo memorato de Orto beatæ virginis primo ad capitulum proficiscitur, & triduo Capitulo terminato, remansit usque in diem omnium Sanctorum. In quo Capitulo se & locum novellum imbutum suavi sapore Præmonstratensium consuetudinum in usu vivendi & religione Deo serviendi optulit, petens paternitatem, & percipiens, & literas reportans in hunc modum: *Ego Gervasius Dei patientia dictus Abbas Præmonstratensis omnibus in perpetuum. Notum esse volumus tam præsentibus quam futuris, quod cum ecclesia Floridi Horti in Frisia per Dei gratiam dilatari cœpisset, ita quod surgens de paupere fundamento jam haberet incrementum, quoniam vir religiosus Emo ejusdem loci Præpositus, qui fuit unus de duobus primis inhabitatoribus & fundatoribus dicti loci, idem Præpositus tandem veniens ad generale Capitulum Præmonstrati se obtulit, & locum suum ecclesiæ & ordini Præmonstratensi, quem elegit, & professus fuerat à primis ecclesiæ sibi commissæ fundamentis, ipsamque Præmonstratensem ecclesiam immediate matrem elegit, ut ecclesia Floridi Horti tanquam specialis Filia Præmonstrati per Præmonstratensem Abbatem tanquam per Patrem regatur secundum quod Ordinis exigunt instituta. Nos autem devotionem ipsius & suorum in Domino commendantes, sicut erat merito commendanda, recipimus eum in filium, & ecclesiam suam in filiam spiritualem. Ne igitur*

† *Lopperhem.*

(1) Sic in Groning. In Frisico abrupta hæc & ita ut sequitur: *Sic primo Præmonstratum proficiscitur, mores, statuta obedientiam amplexurus in Capitulo generali, cujus obedientiæ testimonium eidem Emoni Abbas Præmonstratensis impertit in hunc modum; Ego Gervasius &c.*

Digitized by Google

igitur futuris temporibus super hoc possit aliquis scrupulus suboriri praesentes literas in testimonium rei gestae conceptas sigilli nostri appensione duximus roborandas. Actum anno gratiae CIↃ. CC. XVII.

Formam Capituli, quod per triduum celebratum, in scriptum redegit hoc modo: Primo die postquam ingressi sunt Capitulum Abbates Præmonstratensis ordinis procurantur litteræ variæ & pro causis quibuscunque tam per patres Ordinis quam per Nuncios potentum, & pro excusatione absentium, & conceditur fraternitas supervenientibus per librum solito more, item pro absolutione defunctorum, quibus olim vel per certum Nuncium, vel pro se petentibus per literas data fuit fraternitas. Quorum literæ recitantur. Quibus lectis subjungit Abbas, *Anima ejus & animæ omnium fratrum defunctorum &c.* Pro fraternitate quoque danda multi tam viri quam fœminæ religiosæ, pauperes & divites, introducuntur.

Die secunda ante ortum lucis pulsatur unum de maximis signis, & statim omnes surgunt Abbates & Capellani, dicentes apud se primam, & pulsatis omnibus signis omnes chorum ingrediuntur, & mox Abbas ille, cui pridie injunctum fuerit, imponit solemniter, *Dum sanctificatus* &c. cum sequentia, *Veni Sancte Spiritus*. Missa itaque percantata, vel usque Agnus Dei, pulsatur nola, quæ suspensa pendet ante ostium Capituli, vel (1) Caminatæ Abbatum, ter interciso sono. Finita missa omnes intrant Capitulum, & omnibus decenter stantibus imponit Abbas Præmonstratensis, *Alleluja*, *Veni Sancte spiritus*. Quo percantato dicit, *Benedicite*, & mox Abbas aliquis humilians se ante dictum Præmonstratensem accepta benedictione facit sermonem. Postea sicut prius fraternitas à supervenientibus postulatur & conceditur, & Abbates pro familiaribus suis postulant. His ita peractis prior Capituli, Abbas aliquis, publice pronuntiat, ut exeant Capellani, & continuo surgunt circatores secundum ordinem cum scedulis duo, in quibus continetur, quomodo se habeat domus illa, quam visitarunt in spiritualibus

(1) *Caminata* cœnaculum, conclave, in quo caminus. Chronic. Fontanell. *cap.* 15. *Caminatam fratrum à fundamentis ædificavit.* Ignem *in silva caminare*, id est, accendere in *legib. Longob. lib.* 1. *tit.* 16. *cap. ult.* Sic legit Reinesius *epist. ad Daumium* 98. Vossium reprehendens legentem *comminare lib.* 5. *de vit. serm. cap.*.

Digitized by Google

ritualibus & temporalibus. Quibus recitatis porrigunt cartulas Priori Capituli, & coram Præmonstratensi se prosternunt dicentes, *Siquid minus fecimus, quam debuimus, veniam petimus*, & Abbas subjungit, *Indulgentiam &c.* Post hæc omnia dicit Dominus Præmonstratensis his, qui diffinitores dicuntur, ut facto prandio conveniant, & super singulis, quæ recitata sunt, tractent & disponant.

Die tertia, ut prædictum est, ante ortum lucis pulsatur prima, & ingressis omnibus chorum, imponitur solemniter, *In medio ecclesiæ.* Abbates interim, qui volunt, missas celebrant. Missa vero percantata pulsatur nola Capituli, ut dictum est, & omnibus in templo constitutis, imponit Dominus Præmonstratensis, *Veni creator.* Postea dicit, *Benedicite*, & rursum fit exhortatio. Diffinitores autem, si adhuc habent indiscussa, iterum conveninnt seorsum, & alii quo libet exeunt. Fit tamen interim exhortatio in Capitulo claustri; cui multi intersunt. Reversis vero diffinitoribus in Capitulum pulsatur nola, & conveniunt singuli Abbates, & surgens Prior Capituli dicit; *Exeant Capellani, & Nuncii Abbatum remaneant*, & ex tunc de tabula pronunciat, quæcunque diffinita sunt, & scripta, videlicet de Abbatibus deponendis, quibus dicitur, *Abbates illi præ insufficientia sua cedant*; & statim surgunt, & reddunt sigilla, & dat eis prostratis indulgentiam. Quibus rite de Abbatibus peractis surgunt, & Capitulum claustri intrant, & siquæ sunt de culpis subditorum ordinata pronunciantur in audientia omnium. Postremo Dominus Præmonstratensis more præfationum in parasceve orat pro omnibus gradibus ecclesiæ. Tandem accensis candelis, & allatis stolis & baculo pastorali excommunicantur proprietarii, & alii secundum ordinem, & dicit: *Omnis proprietarius &c. auctoritate Domini nostri Jesu Christi &c.* subjungens, *Fiat*, *Fiat*, & projicit ad terram candelam, quam tenuit, & alii Abbates similiter. Postea subjungit *Confiteor*, *Misereatur*, *Indulgentiam.* Sequitur Benedictio, *Sit nomen Domini benedictum*, *Adjutorium*, *Benedicat.*

Eodem anno applicuit exercitus Christianorum Acon contra Saracenos, Anno gratiæ CIↃ. CC. XVII. Hoc in loco libuit interponere pro favore peregrinorum topographiam, & eventus quos pertulerunt viriliter pro Christo peregrini navigantes per mare versus terram Sanctam, quos quidam familiaris suus in

via peregrinationis suæ conscripsit, & ei transmisit in hunc modum:

ANNO dominicæ incarnationis CIↃ. CC. XVII. Pontificatus *Honorii* Papæ secundo, ultimo die mensis Maji, natales fines & arva dulcia linquentes primitias peregrinationis nostræ libavimus ei, qui peregre proficiscens suis bona sua quandoque cum usuris repetenda distribuit. Per hostium itaque Lavicæ fluminis in altum emissi, ventis usi pro voto secundis die tertio Angliam vidimus. Quam præ oculis & à dextris habentes, insulam, quæ dicitur (1) Wich, vidimus, quæ mari excedente divisa ab Anglia per se facit insulam, sed debitam Angliæ servat obedientiam. Sequenti autem die Sabbathi *Deutenmutha* pervenimus, ubi portus inter duos montes altos sinuoso nos collegit amplexu, ubi Hollandiæ (2) Comitem, & Comitem de Wetha cum multis viris nobilibus & in XII. navibus advectos invenimus, ubi consilio prudentiore promulgatis legibus in exercitu servandis, omnibus quoque ad salutem animarum & pacem pertinentibus rite dispositis, Comes de (3) Wetha Prædux totius classis est electus, posteriore custodia Comiti Hollandiæ deputata, quem Ducem & Dominum jam totus sibi delegerat exercitus. Die igitur Dominico aliquantum aëre perturbato propter dies interlunares semper navigantibus suspectos Comes de *Wetha*, ventis suadentibus se mari commisit

(1) Vectis seu Vecta, quam accurate in Britannia sua descripsit Cambdenus.

(2) Florentius hic haud dubie ** Wilhelmi primi filius. Wilhelmus enim ipse, cui anno demum ejus seculi XXIV. Florentius filius successit, Hollandia non excessit tum.

(3) In diœcesi Coloniensi Comitatus de Weda. Unde & Hermannus, Archiepiscopus Coloniensis, qui religioni reformatæ, quam promovebat, addictior, & hinc clero invisus, Archiepiscopatu tandem cessit invitus Ann. 1547. Sleidan. *lib.* 10. *lib.* 18. & *lib.* 24. *hist.*

** Vide hoc Tom. II. pag. 423. ubi Cl. Matthæus errorem suum emendat, & probat ex Godefrido Monacho hoc iter ipsi Wilhelmo patri adscribendum. Godefridum Monachum Auctorem sane probatissimum sæpiusque à Matthæo nostro laudatum edidit Freherus inter Germanicarum Rerum Scriptores Tom. I. pag. 239. & seqq.

Digitized by Google

fit cum multis navibus, quibus vento opposito nebulis & imbre disjectis una in scopulos incidit Brittanniæ, quæ salvis hominibus cum multa rerum jactura deperiit. Nos igitur cum Comite Hollandiæ Britanniam dimittentes quarta feria portum (1) S. Mathei attigimus, ubi secundo perlectis constitutionibus totus eisdem legibus servandis se astrinxit exercitus. Sequenti vero die Dominico mutatis custodiis Comiti Hollandiæ præducatus & Marscallo Coloniensi postducatus committitur. Portum Sancti Mathei linquentes Aquiloni vela laxavimus, qui Ulixbonam tendentibus & omnibus suis collateralibus est utilis. Ventis itaque prosperis sed nimis lenibus usi sexta † feria proxima *Phare* pervenimus, quod est opidum Galiciæ, dives admodum, portum habens flexuosum, turre sublimi præsignatum à Julio Cæsare constructa. Sequenti die versus Compostellam iter arreptum per diem & noctem continue laborantes vix confecimus. Unde post oblata Deo & beato Apostolo sacrificia reversi per IX. dies ventis oppositis *Phare.* sumus detenti. Hortatu igitur Comitis Hollandiæ, qui ab incolis didicerat, quod ab illo portu ventis *Ulixbonam* ferentibus exire non possemus, versus Britanniam ad unius miliaris æstimationem reversi, portum optimum, inter duos montes, ut dictum, aëreos situm intravimus. A quo in festo Apostolorum progressi ventis instabilibus per tres dies & noctes jactati fluctibus quarto die Portugaliam pervenimus. Hic portus faucibus arcis & objectis scopulis est præclusus, ubi quædam de navibus nostris non sine magno periculo, ceteræ vero extra portum in conspectu scopulorum anchoris missis in angustia spiritus noctem exegerunt. Mane autem facto ventis suadentibus iterum iter attemptantes, sed voto fraudati portum *Silere* intravimus, ubi in grangia portui proxima ad Abbatem de *Alcubar* ordinis Cisterciensis intravimus. A quo de situ terræ & portuum difficultate multa audivimus. Qui etiam inter cetera nobis retulit, qualiter Magister Regis de Maroch ad fidem nostram conversus palam coram Rege prædicavit, Regnum ipsius finem habiturum in proximo. Quo ad jussum Regis interfecto, filius ipsius in lege doctissimus, fidem Christianam publice professus contra legem Regis prudentissime disputavit, & de fine Regni

† Singuli dies septimanæ etiam *feriæ* olim dictæ. Et cur *feria* jam dixi ad Annal. Egmund. *cap.* 76.

(1) Portus S. Matthei in Arragonia.

Regni ipsius ex dictis Prophetarum probabilem collegit sententiam, qui secunda die mille lanceis confossus interiit. Cujus Rex corpus cum immundo loco projici juberet, Deo volente, nulla poterat arte moveri. Quo miraculo Rex confusus, Christiani roborati, in tantum, ut ab illo die publice missas celebrarent, & ecclesias construerent in civitate Maroch. His igitur & plurimis ab eo auditis portum *Silere* tertia feria post festum Alexandri martyris linquentes sexta feria proxima Ulixbonam pervenimus. De cujus situ quædam propter utilitatem, quædam propter delectationem annectimus. Est igitur *Ulixibona* civitas Hispaniæ terminus gentium & ecclesiæ, ritu veteri sita in monte ab Ulixe & Achille condita, quod probant antiqua ædificia *turres veteres* appellata, & pagus vicinus *Achele* vocatus ab Achille. Caput autem civitatis ipsius circulum implens muro & turribus altis verticem civitatis pulchre coronat, ubi est domus episcopalis & sedes. Corpus vero civitatis per devexum montis usque ad aquam fluminis descendens ad Austrum muro cingitur & turribus, ubi miro schemate constructam in honore beatæ virginis ostendit ecclesiam, in qua corpus beati Vincentii martyris in sarcophago requiescit argenteo. Ad Orientem vero extra civitatem quoddam est venerabile cœnobium, ubi palma de sepulchro martyris Christi *Popteri Ulvinga* pulchre consurgens in aëre demonstratur, qui mutato nomine *Heinricus*, Princeps militiæ Christianæ, ante LXX. annos ibidem cum suo armigero vitam finivit in Christo, qui nunc divina revelatione canonizatus gloria temporali lætatur & æterna. Tagus autem flumen ad Austrum descendens largo sinu innumeris navibus stationem præbet tutissimam. Notandum vero, quod naves portum intrare volentes sinistri littoris latere decurrunt, usque dum in faucibus ipsius fluminis receptæ oppositi littoris montem ascendant, donec scopulum transeant quinquaginta cubitorum, in sinistro latere sub aquis latentem. Collectis igitur in hoc portu multis navibus, adunato totius exercitus consilio, & populo civitatis, Episcopus loci illius sermonem faciens ad populum, persuadere nitebatur, ut in Hispania remanere, & inimicos ecclesiæ Dei in urbe *Alcor* dicta expugnaret, utile hoc fore & honestum multis rationibus asseverans, suum, & suorum, & Regum terræ promittens auxilia,

ſta, lucra promittens, & moram ſine lucris etiam utilem probans, cum propter rerum copiam ibidem venalem, tum propter moram Regum & Principum, qui eo anno non tranſirent, cætera quæ rationi videbantur conſentanea, annectens. Sed his omnibus magna pars exercitus, ſed præcipue Friſones reclamabant, multa in contrarium allegantes, illud præcipue, quod Dominus *Innocentius* negaverat cuiquam licere peregrinos in Hiſpania detinere, vindictam eccleſiæ docens inchoandam à capite. Diviſo igitur excercitu quinta feria poſt beati Jacobi feſtum ſimul à portu exivimus, media parte navium verſus terram ſanctam tendente, & ceteris ad expugnandam urbem *Alcor* properantibus. Nos autem urbe à ſiniſtris relicta caput Sancti Vincentii, & *Caput* de *Sacis*. *Alvor* quoque & *Silvis* urbes captas quondam à noſtris, *Almadra* quoque & *Albufere* caſtra fortia pertranſeuntes ad lævam ante portam civitatis, quæ quondam *Sancta Maria*, nunc *Hairin* dicitur, ventis fallentibus anchoras projecimus de navibus XXV. ibique noctem agentes mane ſocios nocte diſpulſos à nobis veniente læti ſuſcepimus, ſimulque cum ipſis vela levantes, dum procedere temptaremus ſubito voto & vento fraudati rurſus uncos harenæ mandare cogebamur. Nec mora minoribus ad terram navigiis advecti de obſidenda civitate conſilia ventilavimus. Diverſis itaque diverſa ſentientibus, divino ſpiritu neſcio an ſuo impetu flammati circa veſperam Friſones ſigna levantes ad cœlum, & beatam virginem in ſubſidium cum cantico invocantes hoſtes diſpoſitos in campis & urbem audacter inſiliunt, ſtatimque hoſtibus in fugam converſis dum portis appropiant, Saracenum per murum deſcendentem conſpiciunt. Quo ſtatim interfecto quidam Friſo ſagittam injecit, & eodem fune tranſcendens murum vexillum in turri ſublime depoſuit, portiſque apertis ſocios recepit. Qui tota nocte ſpoliis intendentes, mane ſuccendentes civitatem, multam navibus prædam invexerunt. Licet autem nox illa nubibus atris texiſſet cœlum, multi tamen imaginem beatæ Virginis ſe vidiſſe teſtabantur in aëre, tanquam ſuæ vindictæ congratulantis. Erat autem hæc civitas fortiſſima, cujus duæ partes aqua cingebantur, tota muro turrito vallata, ſpiſſo in tantum, ut in ejus vertice duo poſſent equites concurrere. Hæc vaſtatio omnem in tantum terruit viciniam, ut nullus in ſuis prædiis ſperaret ſalutem.

D 3 His

His itaque peractis in die S. Petri ad vincula procedentes civitates & oppida terrarum illarum, *Odiamam*, *Harmund*, *Kæsalam*, saltus quoque & *Arenam S. Eulaliæ* cum *Hispali* magna transeuntes ad lævam sequenti die *Rodete* pervenimus. Jactis anchoris terram propere conscendimus, conversis in fugam civibus nostri castrum invadunt, spoliis vastant & ignibus, totaque illa nocte in oppido permanserunt. Mane facto plurimis ad naves cum præda reversis, quibusdam spe lucri per vineas incaute dispersis, Saraceni multitudine magna per noctem collecta nostros invaserunt. Paucis itaque cæsis utrinque, missis de navibus auxiliis, tota die pauci de nostris cum multis Sarracenis commiserunt, ita ut pauci de nostris, Mauri plurimi arcubus morerentur & balistis. Sole vero ad occasum vergente Sarraceni fortius conglobati, diu ventilatis consiliis, clangore horrido intonantes velut parati omnia fortunæ committere, cum impetu nostros insiliunt, sed statim in fugam conversi turpia post tergum vulnera susceperunt. Nostri ergo tunc demum navibus se suscipientes balistariis ultimam mandavere custodiam. Qui repulso barbarorum impetu post omnes navibus invecti & ultimam meruerunt victoriam. Tunc vero victores mutuis se laudibus efferentes, dum se humiliant in laudibus, in gloria plus crevit timidissimis quibusque audacia loquendi. Mane facto feria sexta stationem solventes contra insulam *Cadix* proras dreximus, portaque recepti in magnanimitate spiritus, qui semper nascitur ex prosperis, terram conscendimus, civitatem ejusdem nominis turribus multis munitam obsedimus. Civibus in insulam ulteriorem elapsis, civitas desolata inimicos suos suæ solitudinis accepit solatium. Cujus ædificia materia & arte fulgentia, vineas, & pomeria &c. nobis vendicantes in labores aliorum intravimus, ortosque & vineas, ficus & oleas, & omne genus arboris promiscue succidimus, Mahumeriamque ipsorum tantis impensis, tanto constructam ingenio, ut referenti nemo crederet, ad referendum nemo sufficeret, solo æquavimus, cujus ligna coloribus & floribus excisis, necessariis usibus deputavimus, & usque ad dies aliquot ibidem permanentes, tandem saturati spoliis reliquias civitatis per ignem judicavimus, velisque levatis usque ad fauces stricti maris, quod *Ostrica* dicitur eodem vento & velo volavimus, ubi Euro se opponente super anchoris noctem exegimus. Mane vero

Digitized by Google

vero ventis furentibus ad insulam prædictam redire compulsi damna & pericula & multas pertulimus angustias. Quatuor namque diebus continue ascendendo ad cœlum & descendendo usque ad abissos fluctibus iratis jactati sub insula, ventorum vim sequi, & mari procelloso nos committere, quod plurimum timebamus, judicavimus tutissimum, illud Senecæ ad Lucillium recolentes; *in tempestate navigantibus nil æque timendum quam terram.*

Anchoris itaque prima Sabbathi mane levatis, sed pluribus in fundo relictis LXXXVI. naves statione soluta, ubi erat spiritus ventorum & procellarum impetus, illuc ferebamur fidei & propositi scindentes unitatem necessitatis exigente articulo. Nos vero in portum *Hispalis* magnæ, quæ nunc *Sibilia* dicitur, non sine periculo magno intravimus. Dominus autem qui deducit ad inferos, & reducit, humiliat & sublimat, eodem die mutatis pro voto ventis cæteras naves & socios nostros in viam voluntatis eorum reduxit. Nos vero à portu exire non valentes duas ibi noctes exegimus. Tertio tandem die vela levantes eodem die circa Solis occasum horridas fauces intravimus, ubi Europa & Africa montibus erectis in cœlum facile conspiciuntur à dextris & sinistris. Ibi *Mutemuda* civitas Africæ & Ceteriph oppidum Hispaniæ ex parte montium occidentali sibi contra ponuntur ex directo, ubi commeatui brevissimus est transitus. Ad orientem vero *Cepta* civitas conspicitur in Africa, cui ex directo *Malagam* opponit Hispania. Igitur in alis Zephyri velut carcere emissi die beatæ virginis itinere assumpto non navigare sed volare videbamur, ita ut qui sæpe descenderant in navibus & operationes fecerant in aquis, nunquam se tam immanibus procellis jactatos jurarent. Ventis itaque ingentibus à conspectu Hispaniæ, quæ præ oculis semper habenda est, * *Balbellonam* euntibus, longe delati *Evice* insulam quarto die venimus, & nos deviasse cognoscentes proris ad terram conversis tertio die *Tortosam* civitatem accessimus, ubi *Errora* fluvius limes gentium & terminus fidelium, dulcibus aquis influens amaritudinem temperat, & reddit potabilem. Ibi tandem Sarracenis à tergo relictis libertatem consecuti & aquas potabiles, veteris veritate probata proverbii, quod libertatem æstimat & polum ponto aqua potabili, laudavimus inventorem. Defecerat enim nobis aqua, & multi de nostris,

* Barcellonam.

noſtris, ſitis, & febrium & dyſenteriæ calore ferventes aquas maris amaras haurientes ſitim extinguendo incitabant. Alii limum in lagenis inventam, alii quoſcunque fructus manibus exprimebant neceſſitatis ſuæ indicantes auxilium, alii feces vini vel cerviſiæ ſugebant. Nonnulli quoque gemino famis & ſitis malo confecti in amaritudinem animæ ſuæ panes amariſſimos, aqua maris confectos comedebant. Duobus igitur diebus in convivio dulcium aquarum deductis ventis proſperis navigantes Arragoniam à ſiniſtris & caſtra plurima linquentes vigilia Sancti Bartholomei *Barcellonam* venimus, ubi ſecundis ventis gaviſi, laſſis corporibus, ſuadentibus ventis tamen provecti, octo miliaribus emenſis portam Sancti *Feliciani* martyris in territorio Catalogniæ contigimus, collectiſque ſociis, qui ibi ſtationem fecerant, *Marciliam* properavimus, ſed duris Boreæ flatibus à terra repulſos portus Sancti Mandriani martyris nos ſuo collegit in gremio, una dieta diſtans à Marſilia. Qui inter montes altiſſimos complicitus Tolonam civitatem habet à dextris. Capella vero Sancti martyris in latere ſiniſtro vili ſcemate conſtructa, ſed multa ſanctitate famoſa monſtratur. Inde vero xv. die provecti, relictis à læva *Ganda*, & *Gera*, & *Antibure* civitatibus, portum, qui *Oliva* dicitur, in feſto Lamberti martyris intravimus, qui monte interjecto ad Occidentem Vaceam habet caſtrum in monte ſublimi conſtructum. Unde per dies octo progreſſi relictis ad ſiniſtram civitatibus famoſis *Janua* & *Piſa* & caſtris innumeris, ad dextram vero inſulis Sardinia, Corſica, Capricorno Gorgonio, & Ella, & aliis quam plurimis ad oppidum in territorio Piſano, quod *Plumbinum* dicitur, pervenimus. Unde poſt octo dies *Meſſinam* tendentes ventis contrariis agentibus portum † civitatis veteris, quæ quondam *Centum collis* dicebatur, in feſto beati Dionyſii martyris non ſine magno intravimus periculo. Unde propter anguſtum ſpatium & navium multitudinem, quæ portu ſtricto collidebantur, egreſſi cum navibus XVIII. ſtationem fecimus in portu Cornetano. Eſt autem *Cornetum* à cornis dictum caſtrum Domini Papæ, in patrimonio Sancti Petri fundatum, tribus miliaribus diſtans à mari, & duas dietas à Roma. Igitur à civibus Cornetanis honeſte ſuſcepti, de fide & ſecuritate literis ipſorum muniti cuncta, quæ ad hyemis ſolatium pertinebant, diſponere curavimus. Quos Dominus Papa benigne ſuſcepit, de

† Civita Vecchia.

de virtute Frisonum & audacia, & in destructione civitatum Hispaniæ non parum gavisus, qui nostris aures suæ sanctitatis inclinavit in tantum, ut (1) *Veronicam* Domini nobis infra paucos dies bis videndam monstraret. Præterea literis suis transmissis Cornetanis, Biterbiensibus, Tuscanis, Veterallis, & ceteris vicinis civitatibus & castris nos cum multa commendavit diligentia, sub anathematis interminatione præcipiens, ut in commerciis, & contractibus, & ceteris necessariis nos fideliter tractarent. Quod ab omnibus inviolabiliter est observatum. Igitur hyeme peracta in prima veris adolescentia, vigilia Sancti Benedicti, naves in altum à porta deduximus accepta à Cornetanis, ut & à Potestate, à Senatu, & universa Communitate licentia, qui bonum principium meliori fine concludentes honeste susceptos honestius dimiserunt cum multis millibus utriusque sexus, cum apparatu insigni & gloria, cum baneriis & vexillis CLVIII. usque ad mare deduxerunt, ubi collecto cœtu, dispositis in gyro populis *Potestas* Cornetanus, qui prudens & legum doctissimus Frisonum fidem & audaciam multa commendavit facundia, satisfactionem offerens spontaneam, siqua facta fuisset in nos injuria. Signatos quoque Corneti, Biterbii, Tuscanii, Senæ, Veterallæ, Montisalti, Montisflasconii, & ceteros, qui in navibus nostris in terram sanctam properabant, fidei nostræ commendavit, & in omnibus nobis præcepit esse subjectos. Omnibus igitur in hoc consentientibus ipse Senator vexillum insigne in signum potestatis & dominii propria manu porrexit, omnibus Latinis fide adstrictis, ut in omnibus negotiis pacis & belli nobis tanquam patribus obedirent. Nosque respondendi tempore accepto qualescunque gratiarum actiones ipsis retulimus de beneficiis acceptis, & pietate erga nos usque in finem servata, quum æquanimiter nemoris sui incisionem suis vetitam civibus à nobis tolerassent, quam pie nos in suis hospitiis & fideliter in commerciis tractassent, quam humane infirmos nostros visitassent, quicquid

(1) Locus insignis, sententiam confirmans Mabillonii, Papebrochii, Leibnitii, aliorumque, quod *Veronica* non Sancta aliqua, non Diva, ut perperam putant Reiskius, & Sebastianus à S. Paulo, sed vera Christi icon, sudario impressa. Vid. Leibnit. in *præfat. ad Accesf. histor.*

quid vel usus communis vel peritia Physicorum in remedium morborum adinvenerat, secum afferentes & prout cuique opus erat impertientes, quanta pietate infirmos nostros ut filios suos deplorassent, sepulchra eorum ut sanctorum venerantes; & cetera. Pro quibus omnibus nostri laboris participium, & Deum ipsum retributorem constituentes non sine lacrymis abrepti & divisi in die Annuntiationis dominicæ vela levavimus, & per diem & noctem prospere navigantes ventis contrariis in portum veteris civitatis sumus revecti. A quo eodem die feria tertia recedentes velis Aquilone tumentibus, Hostia Tiberina, Tagetam, Bajas, Neapolim, Principatus Apuliam, Calabriam, Siciliam, quo tendebamus, relinquentes ad lævam, sexto tandem die, feria secunda, pluribus defatigati periculis ex imperitia ductoris in insulam, quæ dicitur *Lampeosa* duce Christo devenimus, ubi † cursarios Januenses in galea una feliciter invenimus. Qui deprædata Barbatia & captis Sarracenis tempestate coacti illic in portu recepti socios à se divisos expectabant. A quibus de errore nostro & imminentibus periculis sufficienter instituti, quarta feria Siciliam CCC. miliaribus à tergo relictam proras direximus. Emensis igitur CXX. miliaribus *Malthам* insulam devenimus, qua à dextris relicta, feria III. *Sarrogasam*, quæ *Siracusana* dicitur, feliciter contigimus C. LX. miliaribus à *Maltha* distantem. Est autem *Siracusana* sedes episcopalis ad orientem Siciliæ inter *Mæzaram* & *Cataneam*, ubi diem Palmarum solemniter celebravimus, Canonicis ejusdem ecclesiæ morem Latinorum per omnia sequentibus. Quarta feria proxima inde recedentes per dies & noctes ventis usi prosperis sed nimium validis in die Sancto Paschæ sub Creta insula ad occidentem anchoras projecimus, & ibidem tota nocte jactati fluctibus & procellis præter spem Dei misericordia servati mane insulam, quæ *Sikilon* dicitur, accessimus cum tribus tantum navibus, quarum duæ in portu tenacibus anchoris remanserunt. Nos vero fallente anchora ventis oppositis à portu repulsi circa vesperas sub Creta recepti ad Aquilonem tota nocte ventis usi secundis die secundo ad vesperam *Candiam* civitatem pervenimus, ubi à custodibus insulæ diligenter edocti, quæ sydera, quam cœli plagam sequi deberemus tendentes versus *Acon*, post solis occasum portum linquentes ventis & mari plus quam pro voto blandientibus die VII. sequenti, die post

† *Corsairen*, prædones, Matth. Paris ad Ann. 1234. *Cursarii & piratæ nimis impediunt subsidium terræ sanctæ.*

poſt Marci Evangeliſtæ portum Aconenſem gaudentes intravimus, gratiarum actiones, non quas debuimus, ſed quas potuimus, referentes Deo, qui nobis omnis humanæ ſocietatis ſolatio deſtitutis tanto affuit ſuæ pietatis præſidio, ut poſt multos labores requie corporis indulta docere videretur expreſſe, quod ſit beatarum poſt mundi pericula futura requies animarum, & tunc demum quæ paſſi fuimus periculorum meminiſſe juvabit. Amen.

SANE corporis ſui complexionem eatenus temperatam eſſe novit, quod nec aſpectu nec tactu ſubito, quibus & appetitur concupiſcentia fœminarum, caſtitas erudiente ſtupore verecundiæ per Dei gratiam conſuevit violari. Quamobrem immittebat & imprimebat ſuggerendo hoſtis antiquus illecebroſas cogitationes per abſconditam tentationem, quæ eſt carnis concupiſcentia, quæ teſte Apoſtolo concupiſcit adverſus ſpiritum & è converſo. Cumque tribularetur aliquotiens oraculo Apoſtolicæ ſententiæ armatus eſt. Nam cum immineret, lingua palpitante verba * hujuſmodi: *Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus.* Gratia Dei per Jeſum Chriſtum ſpiritus quodam robore convaleſcebat, juxta quemadmodum quidam ſapiens dixit; *Vincit in certamine, qui ſpiritu ductus gratiam attendit.* Et extunc expertus eſt utiles eſſe tentationes. Sicut caro ſine fide, ſic anima ſine temptatione corrumpitur. Et vileſcebat ei mundus, ſicut ille, qui afflictus dicebat, *Ego dixi in pavore meo*, quo ſcilicet erudiebatur, *omnis homo mendax* & infirmus. Duo inter utilia utiliora & efficaciora ægitudine urgente probavit antidota, quod quandoque cum non ſentiret, Ieronymo dicente, oratione fugarentur peſtes animæ, & jejunio peſtes corporis. Nam cum corpori auctoritate ſpiritus indiceret abſtinentiam panis & aquæ, prævaluit ſpiritus, & in corpore, qui obſtupefactus languore naturæ ſuæ, ſomes refriguit. Legerat aliquando, quod à temptatione maligni nulla perſona excipitur, nullus locus excluditur, ubique dolus, quia temptatio eſt vita hominis ſuper terram, & multiplices ſunt hoſtes dæmon cum vitiis, homo cum beſtiis, mundus cum elementis, caro cum ſenſibus. Specialiter tamen tres hoſtes nos affligunt, dæmon, mundus, caro. Ex his tribus duo conjurant tertio ad ſubverſionem noſtram. Denique temptationem carnis & illecebras mundi expertus erat aliquando acrius ſibi inferri

* Deeſt, *dixit*, aut ſimile quid.

Digitized by Google

ferri post memorabile festum *Laurentii* Levitæ & Martini Episcopi. Acrius inquam præ aliis vicissitudinibus maligni rotam complexionis forsitan Deo permittente ex sua versutia ad subvertendum inflammabant. Quodam igitur tempore cum à Capitulo generali reversus fuisset adeo duobus hostibus illis vexatus est, quod nisi restitisset, ille ternarius amoris, & timoris, & pudoris, tanquam piscis rupta sagena forsitan evasisset. Interim confitebatur, orabat, & per intervalla propter reverentiam corpus & sanguinem dominicum participabat, nec tamen adhuc requievit spiritus ejus, donec salubrius meminit & plenius illorum trium, quæ mensæ divitis, id est, veritatis apparent. Sunt autem ista, utilis sagina, bona terræ, medulla tritici, quæ sunt eucharistia, lectio, oratio. Hæc enim tria apparent contra tria, quæ nos infestant, videlicet carnem, mundum, dæmonem. Eucharistia contra carnis incentiva. Sic enim carnis vitia edomanda sunt, ut ad usum eucharistiæ semper dignus minister sit. Convertit ergo se ad libros scientiæ, ut agnitos excluderet laqueos concupiscentiæ. Redarguit namque ab exordio conversionis vitas Patrum, & libros Cassiani tanquam Ethicam incipientium non lectitasse. Apprehendit igitur volumen beati Augusti *de sermone Domini in monte*, & legebat, & intus garriebat, & elevabat spiritum à terrenis. Quærebat differentias peccatorum & invenit. Quod qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, & hoc fine & animo attendit, ut concupiscat, quod jam non est titillare, sed plene libidini consentire. Quod si anima titillata fuerit, culpa est, non tamen crimen. Visus præcedit proprie motum, qui est ad delectationem corporalem, & interior est concupiscentia, quæ dicitur & est mater adulterii, in quo primis parentibus male aperti oculi leguntur. Cum vero transit in affectum cordis, ubi non deest voluntas, sed occasio, passio dicitur, mors videlicet in domo. Et est passio quædam animi forma vel deliberatio ex consensu, unde dicitur iracundus, vel amator. Alias passio est subitus animi motus sine deliberatione boni vel mali operis, vel subitus animi affectus iræ vel amoris. Sicut autem bona voluntas, cum deest copia agendi, remuneratur, sic deliberatio cum molimine vitiorum damnatur. Tribus modis peccatum confirmatur, suggestione, delectatione, consensu. Suggestio fit per memoriam, vel per corporis sensus, cum quid videmus vel tangimus. Quod

si

ſi quid delectaverit, illicita delectio refrenanda eſt. Sed huic non conſentimus, ſi damnantis rationis jure cohibemus. Si conſentimus, plenum peccatum erit Deo notum in corde noſtro, & ſi facto innoteſcat hominibus, & tamen à ſerpente ſit ſuggeſtio, & quædam ſuaſio in appetitu carnali, tanquam in Eva delectatio, in ratione tanquam in viro conſenſus. Delectatio ante conſuetudinem vel nulla eſt, vel tam tenuis, ut prope nulla ſit, cui conſentire magnum peccatum eſt, cum eſt illicita. Tribus gradibus pervenitur ad peccatum, ideo tres ſunt differentiæ peccati, in corde, in facto, in conſuetudine. Primos motus qui non abjicit, in delectationem incidit, deinde in opus, deinde in conſuetudinem. Secundum magiſtrum Stephanum poſt primos motus ſequitur conceptio, deinde delectatio, poſt conſenſus in actum, deinde opus, poſt conſuetudo, deinde obſtinatio, quæ dividitur in præſumptionem & deſperationem. Secundum *Innocentium* Papam; anima diſtemperatur cogitatione, infirmatur delectatione, moritur conſenſu, effertur operatione, ſepelitur conſuetudine. Si adhuc temptationis ardor non defecit, ardenti ſtudio libros moralium arripiat, in quibus egregius Doctor non minus humiliter quam ſalubriter, quæ ſit vicaria ſucceſſio vel ſucceſſiva alternatio hujus temptationis & divinæ contemplationis in eodem homine oſtendit. Hic eſt temptatio, hic eſt pugna. Hic eſt militia, hic eſt conflictus vitiorum & virtutum. In hujus conflictus conſideratione ardebat, ardenter legebat, & elevabat ſpiritum à fecibus carnis & curis hujus mundi. Vere lectio illa novitium inſtruit, titubantem erigit, hominem ſibi ipſi oſtendit. In hoc conflictu homo ſe totum Deo committere debet. Nam teſte Job; *Si ſubverterit omnia, vel in unum coartaverit, quis contradicet Domino?* cum vel virtutes, quas habuit ſubtrahit, vel has omnino non ordinans vitiorum concuti temptatione permittit. Deus unam eandemque mentem & in contemplando illuminat, & importunitatem temptationis obſcurat. Secreta ſapientiæ ſupernæ ſunt opera, cum Deus quos creavit deſerit, cum eos illuminat, & cum carnis temptationibus coercitos pulſat. Tamen cum fatigant iſta, nec ſuperantur, nequaquam propter pollutionem trucidantur. Temptatur juſtus, ut erudiatur, ſolidetur, bona ſibi non attribuat, ne torpeat, à fortitudine non deficiat, ſed ſit

Digitized by Google

in jugi custodia sui perfectus. Nam sæpe mentis nostræ cogitationes ardore libidinis immundi spiritus succendunt, & quasi igne nos concremant, dum castos motus animi luxuriæ temptatione perturbant. Virtutes autem nostræ temptationis tempore, etsi ab incolumitate sui status deficiunt, per intentionis tamen perseverantiam integre in mentis radice subsistunt. Item Job: *Bestiæ terræ pacificæ vobis fient.* Bestiæ, scilicet motus carnis contra nos insurgentes. Sed cum cor sub divina lege deprimitur, & carnis incentiva detumescunt, etsi temptando submurmurant, non tamen ad efficacem operam quasi ad morsus exsurgunt. Qui has bestias terræ plene edomat, certe ille ad tertium cœlum raptus dicat: *Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ.* Sed aliud est has bestias in campo operis sævire, aliud intra cordis foveam frementes tenere. Ideo illicita cogitatione affligimur, qui in quibusdam terrenæ actionis vel conversationis actibus libenter occupamur. Necesse est, ut immundas cogitationes timoris fletus diluat, & quicquid mens de inexperto certamine vel de conversationis pristina memoria patitur, laceretur. Sæpe immunda animo vertimus, quotiens à precibus vacamus, & in oratione earum rerum imagines patimur. Quid in multis moror? His atque his similibus, animus ejus redundabat, qui Spiritus Sancti apotheca efficiebatur, & reficiebatur dulcedine mirabili, & sic virtute sacræ lectionis & compunctionis nebula temptationis evanuit, & animus ejus ad lucem propositi pristini renovatus requievit, juxta illud: *Et misertus es nobis*, Item: *Commovisti terram & conturbasti eam.* Item: *Ostendisti populo tuo dura.* Perpendit quoque sanctos sine donis Spiritus Sancti nihil agere potuisse meritorie, quia omne optimum ex dono est. Quapropter optabat unice inesse fidem, & caritatem, ceterasque virtutes, ut in beato Martino, & inter alias fugam opportunitatis, sicut alius etiam dixit; *Si vis salvus esse fuge homines.* Intellexit quoque quod virtutes naturali voluntate ad effectum deduci non potuerunt, nisi gratia Dei suam voluntatem perficiendi facultatem non administraret, reprimendo fragilitatem, per quam incipientes & proficientes semper relabuntur, unde & hic trepidabat. Quoniam juxta cujusque fragilitatem, sive ex sensualitate per gulam & luxuriam, sive ex ratione per superbiam, maligni spiritus mala multa proponunt. Unde si damnetur avaritia ex tunc lucrum cum

cum fraude proponunt. Luxuria quoque, testante beato Gregorio, etsi à carne abscissa est, à corde tamen funditus abscissa non est. Hinc & Jeronymus ad Eustochium virginem: *Si post nuditatem. jejunia, famem, carceres, flagella, supplicia in semetipsum reversus Apostolus exclamat: Infelix ego homo quis me liberabit? quis se putet securum esse debere?* Siquidem offert Deus gratiam bonis & malis, & quibusdam perdendis non solum offert, sed & confert, ut Saul. Et hoc propter præsentem justitiam, cui deserviebant; sed secundum præscientiam Dei erant de medio malorum. Porro præscientia non mutat naturam hominis, qui liber creatus est. Sed Deus ita præscit aliquod futurum, ut & nihilominus præsciat ipsum hominem æque potentem ad dimittendum, si vellet, sicut ad faciendum, quod necessario est futurum. Sicut quidem si Deus providit hominem peccaturum, & non possit esse quin peccet, tamen non vidit ex necessitate peccaturum, sed ex voluntate. Quia providentia Dei etsi falli non possit, neminem tamen cogit, & non de præscientia Deus judicat, sed de justitia. Salvandis vero absque omni merito præcedente, quasi velint nolint, aliquando infertur gratia, ut Paulo. Timeant ergo omnes servi Dei, quoniam nichil deest timentibus Deum. Ipse enim prævenit nolentem, ut bonum velit per gratiam. Sequitur volentem, ut bonum possit per dominum. Adjuvat liberum arbitrium, ut sponte bonum sequatur. Avertit captivitatem, ne sequi abnuat, firmat fragilitatem, ne sequens relabatur, & dat meritum, quod sequens non deficiat, & dabit præmium æternum, videlicet gaudium sempiternum, quoniam gratiam & gloriam dabit Deus. Nam & Spiritus Sanctus ad fideles suos venit per gratiam illuminantem. Virtutes acquirendo anxiatus est spiritus, quoniam in primo ingressu vitæ regularis majorem habuit orandi devotionem, verum aliquanto minor in operatione religio propter inexpertas adhuc vitæ illius observantias. Multiplicatis vero fratribus imminuta apparuit affectus devotio, propter quod valde trepidabat, quoniam hæc duo onera sunt, oratio & misericordia. Unde illud: *Benedictus Dominus, qui non amovit orationem meam, nec misericordiam suam à me.* Sane ex compassione sollicitus fuit circa fratres, quæ aliquando interrupta oratione perurgebat ipsum. Quapropter postulabat sibi reddi lætitiam orationis, & principaliter spiritum ad firmandam perseverantiam pristinæ devotionis. Legerat namque quod oratio est de bonis

Digitized by Google

bonis impetrandis ex pietate & perseverantia pro se & omnibus Catholicis. Unde cum sollicitudo fratrum in orando perseverantiam turbaret, deprehendit sui ipsius infirmitatem. Itaque necessario inventa est pro malis removendis deprecatio. Delinquit nempe homo vel fragilitate infirmus, vel consuetudine compeditus, & in his improvidus putrescit, donec Deus per inspiratam deprecationem dignam sibi fragilitatis & negligentiæ inspirat detestationem.

Effectum orationis & jejunii expertus est hoc modo. Quædam namque puellula in annis adhuc puerilibus oblata est monasterio. Quæ ut postmodum innotuit ab infantia insidias immundi spiritus cum magna importunitate & in forma cujusquam animalis teterrimi coloris se ingerentis ferebat. Cumque in claustro fuisset quasi subtractione deceptus spiritus illic non comparuit. Porro pater puellæ cum die quadam inquireret, si bene se haberet filia, respondit, *Bene, & eo melius, quia monstrum tale me illic non invenit.* At ille dicta dissimulavit, & valedicens recessit. Verum post dies aliquot, o res horrenda! affuit mane, & vespere, & in crepusculo, & terram solidam per magna & parva fragmenta in scolas spargebat. Sed interim quidam strepitus fiebat, quasi super ligneo interstitio, priusquam caderent super pavimentum. Et hæc illusio multis diebus fiebat. Interea quibusdam maturioribus sororibus mane & vespere permissum est id ipsum experiri, & apparuerunt ad parietem quasi duæ scintillæ ignei ruboris, moventes se sursum & deorsum, antequam fragmenta spargerentur. Ex hac tandem illusione doluit conventus, & assumpto sacerdote & præmissa letania exorcizavit aquam, & invocato nomine Jesu Christi, & excitata fide cordis necessaria contra tumultus phantasticorum, orationes complens aspersit, & recessit, & sic per dies aliquot evanuit, & rursus rediit. Sed jam tum multiplicatis orationibus & jejuniis mire devotæ congregationis nocte quadam cuidam virgini per nocturnam visionem compulsus est fateri, quod fas non erat ei illic ultra commorari.

Effectum quoque confessionis hoc modo expertus est. Cuidam puellæ in monasterio oblatæ, cum esset in annis pueritiæ, O altitudo sapientiæ & scientiæ Dei! permissus est spiritus immundus illudere. Siquidem certis noctibus videlicet quatuor ante novilunium, & VI. per interlunares noctes post dictas matutinas

tutinas quasi de lecto alterius veniebat, & se quasi palpabilem ingerebat: Nam curiositas illius ætatis hanc dedit audaciam, ut apprehenso monstro quadam vice inquireret, quo nomine ipse vocaretur, & respondit intelligibiliter, quod non usuali, sed alio nomine vocaretur. Sed cum adhuc accederet, & illa horreret, invita sopore phantastico premebatur. Cumque evigilaret, monstrum ad stratum alterius quasi repedabat. Quæ cum postmodum illusione decepta desipere inciperet, ad confitendum festinavit. Quam consolari studuit, & revocare ad virtutem fidei Jesu Christi, & compatiens ejus instituto voluit, ut istis præfatis diebus illa & aliquot puellæ singulis diebus confiterentur, & communicarent, injunctis aliquot psalmis, & vigiliis, Verum licet pro ea fideliter precarentur, donec illi infundebatur deprecatio digna contra consuetudinem illius mali, non sunt exauditæ. Crebro ergo confitebatur, sed turbulento animo, tanquam illi compateretur, vel non crederet, recedebat. Denique cum quadam vice affectasset, quatenus ipse sciret condolens horrori suo, confitendi causa accessit ad fenestram. Qui cum exhortaretur eam firmiter credere, invasit eam subito horripilatio, & irruit vehementia horroris cum tremore totius corporis, & excidit quasi à mente per modicum, sicut lumen à cereo flante vento, lingua interim palpitante verba Cantici usque in finem; *Quoniam tu solus sanctus, tu solus dominus, tu solus ab Jhesu Christo &c.* & recedebant ab invicem. Cumque adhuc illa die quidam anxie confiteretur, & auxilium peteret, respondit: *Funde coram Deo orationem tuam, & pete ab eo, ut dignam tibi infundat deprecationem.* Quibus ex verbis toto corde commota, sicut rei exitus declaravit, digne Deum pro peccatis suis deinceps peroravit. Nam quadam nocte per revelationem nocturnam audivit ter percantari antiphonam Evangelici oraculi usque, *Modo non petistis quicquam in nomine meo, petite & accipite.* Sicque per Dei gratiam ab illusione liberata est.

Recogitabat aliquando annos pueritiæ & adolescentiæ suæ, & gratias agebat Altissimo, qui usu temperantiæ, cujus adhuc scientiam nondum habuit, vitam suam præteritam exercitaverat. Qui secularis inter seculares nec tamen gulæ deditus erat, nec ebrietati vacabat, & castigabat eum ignarum temperantia dominio suo, cum esset in aliquantula rerum abundantia, ne corrumperetur importune serviendo gulositati & ebrietati juxta ap-

appetitum concupiſcentiæ. Poſtmodum cum ſeculo renuntiaſſet, & virtutem abſtinentiæ deprehendiſſet conſtare in æquanimitate tolerandi inopiam, & in non corrumpendo per abundantiam, miratus eſt ſe evaſiſſe, & congratulatus eſt illi, à quo conceſſum eſſet per innocentiam communia vitia declinare, & per intellectum ad regularis vitæ inſtitutionem fore perductum. Meditatus eſt aliquotiens corde, penſans miſericordiam ejus, qui eſt pater luminum, quod adeo ſimplicitate ſui ſalubriter delectari conceſſit eidem, ut nec honoris nec dignitatis ventilaretur ambitione. Poſtmodum cum diligeretur & honoraretur à pleriſque bonis cavebat ſibi fieri inflationem aurium honore & nomine falſæ ſimplicitatis, & quotiens ad conſilium vel colloquium vocabatur, ſemper ſollicitudinem in corde quærebat. Denique cum ſeculo renunciaſſet, non ad loci dignitatem præmemorati ſed ad ſollicitudinem ſe præparabat. Nam neque qui rigat, neque qui plantat eſt alicujus momenti, ſed qui incrementum dat Deus. Et quia diſcipulus hominis non fuit, ne magiſter fieret erroris, per magiſterium erudiebatur timoris, de quo ſcriptum eſt: *Qui timetis Deum, ſperate in illum, & illuminabuntur corda veſtra.* Cenſura noſtra quoque divini amoris obedientiam docet & reverentiam. Cum autem caritas, quæ manet immobilis, ſit radix juſtorum, & flos ejus ſpes coeleſtium, metuebat intus in animo vitium cupiditatis temporalium, quæ eſt radix malorum, verum cum flos illius radicis eſt delectatio temporalium, illuminatus eſt ex oppoſito, & ſperabat & præſumebat de Chriſto cupiditatem cum flore ſuo partim aruiſſe, ex eo quod temporalia nunquam ad delectationem, ſed ad uſum duntaxat fratrum propter Dei cultum diligebat. Porro cupiditas ſolet deviare in avaritiam, quæ amatores ſuos præcipue ad duo exercet, ut de quæſitis rebus opera miſericordiæ minime fiant, & ſive bene, ſive male, ſemper in augendis rebus firmetur. Sicut ſcriptum eſt, *Venatio leonis onager, & pauperes paſcua divitum.* Recurrebat ad ſuam conſcientiam, & invenit in ea pro modulo ſuo largitatem ab eo utique, à quo eſt omne datum optimum, repoſitam, ut ſi poſſet omnipotenti daret, & ſuper omnem vocem querulantium turbabantur viſcera ejus. Non enim comedit aliquando, ſi vidit vel audivit pauperem, quin compateretur ei, & ſubveniret, & ſuper omnibus afflictis pia geſtabat viſcera. Sæpe etiam

cum

cum collocasset se in stratu suo tempore algoris, ante oculos mentis penuriam pauperum & defectus senum & debilium compatiendo constituit. Sane secundum Evangelioam sententiam multi hodie ad monasteria currunt, & omnes habere cupiunt, quod delectat, pauci brevissimam viam ad delicias videlicet contemptum earum inveniunt. Et utique quidam sunt in ecclesia Prælati sua quærentes non quæ Jesu Christi, Deum non propter Deum quærentes, sed temporalia quærentes, & propter hæc Deo servientes. Quisquis talis est mercenarius, & cum Simone mago mercatore est ejiciendus. Etiam Apostolus quæstum & avaritiam, quæ est idolorum servitus, in eo exhorruit, Sed ne ob augurium nimis fallax obstupesceret, sententiam Sanctorum in hac perplexitate investigavit, & advertit ad principalem intentionem semper fore recurrendum, qui affectus operi nomen imponit, & Reverendus pater Augustinus astruit id ipsum dicens exemplo Johannis; *Videtis non quid faciat homo considerandum, sed quo animo & voluntate faciat.* Item beatus Jeronymus: *De sensibus Deus judicat & voluntate.* Et Poëta: *Ut desint vires tamen est laudanda voluntas.* Igitur ut per hostium intret, qui ad Deum converti desiderat, introduci debet principaliter propter Deum, & secundo propter temporalia, quia hoc sine temporalium subsidio nequit fieri. Sic scribit beatus Gregorius cuidam Episcopo, ut pauperrima regularia monasteria requireret, quæ secundum Deum vivere sciunt, & eisdem sacerdotes lapsos tradat cum rebus eorum. Sic etiam Apostoli pretia pro prædiis à conversis acceperunt ad fovendos egenos. Sicut dominus habebat loculos à fidelibus oblata conservans. Verum quoniam Deus videt veraciter, utrum intentio illius fuerit pronior ad cultum Dei, quam ad cupiditatem, hoc solum superesse æstimabat, ut timeat ne alios lucretur, & se ipsum perdat.

Anno quoque conversionis suæ XI. quo fundata est grangia secus *Emetha*, ut extrinsecis etiam temptationibus excitaret fidem retributionis æternæ, & illuminaret corda ad cognoscendum, quod non sit Christianæ virtutis in temporalibus exultare, fratres pusillanimes pro tenuitate temporalium & amissione eorum placuit in camino probationis examinare. Per exercitium temptationum enim probatur fides. Vigente ergo æstate ignis corripuit quandam officinam, & subito multa consumpsit, quæ erant fra-

trum usibus reposita. Porro quam certum sit, quod irascitur & miseretur Deus, hic apparuit experimento, quod dormitorio fratrum, quod propter vicinitatem flagrantis incendii humanis viribus defensari non potuit, pepercit. Hoc in autummo die beati Magni. Sed mitigavit iram non prorsus amovit. Media namque hyeme sequente cum putarent se pœnas sufficienter exsolvisse, & ultra se in probatione deficere, venit diluvium, & operuit subito totam terram, & mansionem virginum & sororum suarum, & submersit oves, & boves, & universa pecora earum, & ventilata sunt per direptionem procellarum necessaria, quæ usibus earum præparata. Quid facerent illæ agniculæ nunquam expertæ talem cladem? Cœperunt quærere tutam stationem, & se connexis manibus tenere gregatim, confiteri ad invicem, & psallere, & ad exitum præparare. Sed in illo articulo periculi non aderat Præpositus. Cumque domus illa, in quam conscenderant, cujus columnæ in terram minime defixæ erant, jam ictibus procellarum dissiparetur, divisæ sunt ab invicem, & pars conscendit oratorium, pars altera domum Australem, & statim domus post fugam earum stare ultra non valuit. Porro ex collisione trabium fractæ domus rumpebantur partes alterius, & tunc præparabant se, & animas suas Deo commendabant, connexæ manus & mentes, & aquæ inundaverunt in altum, & ecce confortatæ sunt subito, & stabant simul, & domus valde debilis pondere earum immobilis reddebatur & firmior. Sane Deus pepercit oratorio misericorditer, quod propter sui eminentiam facile potuit expugnari à ventis, propter semetipsum, & serenissimam virginem matrem suam, & ancillas suas. Et fugit mare. Et cœperunt sese nominatim inquirere & clamare, & tandem convenerunt, & gratias egerunt Deo omnium redemptori. Hanc vastationem nequam spiritus quodam præludio multis ante ebdomadibus prænunciarunt, & constat nimirum, sicut testatur egregius doctor Augustinus, quod aliquando nequam spiritus, quæ ipsi facturi sunt, prædicunt. Accipiunt namque potestatem aerem morbosum reddere. Aliquando non quæ facturi sunt ipsi, sed quæ signis naturalibus futura pernoscunt, prædicunt. Nam cum memoratæ sorores in domo Australi, quam præfatus sum, in qua erat refectorium, quodam vespere ad bibendum consedissent, subito paries tribus ictibus vehementer percussus alto strepi-

Digitized by Google

ſtrepitu inſonuit, & ſic ſecundo & tertio, dein multis locis, & multotiens. Et confirmatæ ſunt ancillæ in Chriſto, & tandem fide cordis animatæ contra phantaſiam ſurrexerunt, & more ſolito potum cum gratiarum actione terminarunt. Porro fratres per ignem & aquam examinati valde facti ſunt puſillanimes, & ſi quiſpiam quantumlibet vere teſtificaretur eis, quod poſſent in tanta perturbatione perſeverare, nullatenus crederent, nec affirmarent. Sed fidelis eſt Deus, qui non patitur quenquam temptari ſupra id quod poteſt. Occaſionem hinc tamen oſtendit ſuis conſilii & auxilii ad habendum neceſſaria in dura afflictione ad innovandas domos novas & veteres, ad emendum granum, ad conſtruendas grangias pro ſubſidio fratrum & ſororum Chriſti. Et apud Dominum miſericordia, & copia apud eum rei. Magnanimus igitur erat in colligendis fratribus, ſicut qui paratus erat omni ſi poſſet petenti tribuere, ſed de iiſdem in melius mutatis meruit lætificari, & in grangiis inſtituendis, & domibus conſtruendis. Verumtamen ſibi ſuſpectus erat, ne quod foris recte agebatur, intus profuturum cenodoxiæ, mercede vacuaretur, & intrinſecus quadam moleſtia premebatur propter malitiam temporis, cujus ſimilis non erat comperta ab annis priſtinis, quia univerſa uſibus humanis neceſſaria in ſummo erant pretio, & pretium eorum quaſi nullius pretii reputabatur. Denique in ſimplicitate ſua ſententiam fratrum expectabat, & ſemper extorſit ab eis honeſta & neceſſaria. Proinde cum ſtaret ad laudandum Deum inter pſallentes ſono multitudinis mulcebatur, & erupit aqua de oculis, & lingua palpitavit verba interciſis ſuſpiriis, & exultavit ſpiritus ejus in domino, dicens Deo: *Paſce agnos tuos, non meos, ut quid voluiſti me dici Paſtorem? Timentibus te nihil deeſt.*

† Anno inquam gratiæ CIↃ. CC. XIX. anno diluvii noctu beatæ Julianæ LV. anno III. Honorii Papæ tertii, menſe Januario, die menſis XVI luna ipſius diei XVII. die Paſchæ VII. Idus April. Dominicali litera F. die inquam Januarii XVI. cum aliquot diebus præcedentibus ſpiraſſet Africus, ſed non immoderate, die præfato plus ſolito invaluit à mane uſque ad veſperam, ſed præcipue, ut viſum eſt, ab hora nona diei invaluit, qui ut aſſerunt naſcitur é refluxionibus Oceani vergentibus ex occidente & oriente, & concurſum facientibus in latere Auſtrali.

† Sic in *Cod. Gron.* In Friſico tantum ita: *Anno gratiæ* CIↃ. CC. XIX. *anno inquam diluvii noctu B. Julianæ, cum diebus aliquot &c.*

ſtrali. Frigidus autem & ſiccus erat ſecundum tempus, quod per diem naturalem quadrifarie ſecundum Philoſophos dividitur. A media parte noctis uſque ad mediam diei calidum & humidum. A media diei uſque ad mediam ejuſdem calidum & ſiccum. A tertia diei uſque ad tertiam noctis frigidum & ſiccum. A tertia noctis uſque ad tertiam ejuſdem frigidum & humidum. Verum per intervalla grandinem cum magna acerbitate projecit, quia calor ſolis in alto erat, qui guttas attraxit, ſed frigore conſtrictæ in grandinem ſunt verſæ. Et his jaculis ille cruentus Africus armatus miſeros tam mari quam in terra afflixit crudeliter. Cumque homines pro defendendis domiciliis ſuis plurimum uſque ad ſolis occaſum & ultra laboraſſent, & furorem Oceani minime formidaſſent, jam hora dormitionis ſecuritatem qualemcunque promittente, illico choro cruentiſſimo crudelis ceſſit Africus collaterali Zephyri à ſeptentrione. Et quia mare funditus motum fuit per Africum, choro ruente effluxit, & effuſum eſt multis voluminibus, & citatius more bullientis aquæ, & obtinuit præcipue maritimas Friſiæ, & more repentinæ mortis invaluit, & attraxit pauperum domicilia, divitum domos indomite aggrediens, ſicut quidam dixit; *Mors æque tuguria & turres Principum ac divitum pulſat*: Cumque aliquid reſiſteret, eo amplius furor arma nocendi exacuit more humani ingenii aſſiliendo recurrens, relabendo fugiens, donec crebris aſſultibus ipſas domorum columnas effodiendo & frangendo evulſit. Dum igitur hora dormitionis ſecuritatem, ut dictum eſt, promiſiſſet, & ſubito violentia maris amplius invaluiſſet, & quaſi per ſpatium unius horæ noctis aſcendiſſet, cæperunt miſeri mortales fugere, & ſcandere domorum ſolaria, & præterea trabium robora calcare, & feneſtras protecta facientes tutiſſimum ſibi refugium putaverunt non in tectis ſed ſuper tecta commorari. Multi ſiquidem volentes, ſed non valentes tempeſtati reſiſtere, & res perituras defendere, perierunt, quos violentia currentis aquæ in terra ſubſiſtere non permiſit. O dolor & gemitus videre homines tanquam natatilia maris inter fluctus jactari, videre miſeros aliquot ſudibus † compreſſis & ſubſtratis ſibi, vel fœno & ſtramentis, quo trahebat vis maris, ſine navi navigare. In quo diluvio milia virorum, mulierum, & parvulorum perierunt, & eccleſiæ deſtructæ ſunt.

† Comprehenſis.

Sane

Sane diluvium diei Mercurii in tertia parte feriæ aſcribimus, quia diem à veſpera in veſperam computamus, * ut ſic Hebræi à mane in veſperam quos dies præcedit & nox ſequitur, nam myſtice à luce in tenebras † cecidit. Mirum in modum cum ſecundum Philoſophos de XXIV. horis feriæ tertiæ præcedentis feriam quartam luna teneret horas ſecundam, IX. XVI. XXIII. ſecundum quas, ut aſſerunt, mare movetur ſubito, nec hora diei IX. nec hora noctis XVI. ſed quaſi confuſus, quaſi in medio horarum ſuarum irruit cataclyſmus, & legis ſuæ oblitus eſt Neptunus, ut eo atrocius Deo permittente contra incautos inſaniret. Mane facto cœpit ſævire Africus, & miſeros mortales ſubmerſos cum ceteris animalibus quaſi gremio terræ immeritos eventilare, cui accedente veſpera reſtitit aquilo à ſeptentrione. De ſingulis horis ſingulis planetis in uno die deputatis ſic dicunt. In die Lunæ prima hora de XXIV. horis, qui ſunt in die naturali, deputata eſt Lunæ, ſex ſequentes aliis planetis. Item VIII. eſt Lunæ, ſex ſequentes aliarum planetarum. Item XV. eſt Lunæ, VI. ſequentes aliarum planetarum. Item XXII, Lunæ, XXIII. Saturni, XXIV. Jovis, XXV. Martis, & illa eſt prima hora ſequentis diei. Unde illa dies dicitur Martis. Ordo vero planetarum hic eſt, Sol, Venus, Mercurius, Luna, Saturnus, Jupiter, Mars. De hujuſmodi dixit Poëta:

* non ut.

† definit.

Felix qui potuit rerum cognoſcere cauſas,
Unde tremor terris, quaſi ſi maria alta tumeſcant
Obicibus ruptis, rurſuſque in ſe ipſa reſidant.

Auguſtinus de his: *Non eſt curandum Chriſtiano, ſi ignorat de illis rebus, quas Philoſophi ſe inveniſſe exiſtimant, quia nec ipſi omnia repererunt. Quædam humana conjectura inveſtigantes, quædam hiſtorica ſapientia ſcrutantes, plura opinantes potius quam ſcientes.* Satis eſt Chriſtiano rerum creatarum ſive cœleſtium ſive terreſtrium. . . . . . nec non bonitatem credere creatoris, qui ventis imperat & mari, & miſericordiæ non obliviſcitur, parcendo & ſervando incolas terræ, quando in quarto ſeptenario lunaris temporis illam violentiam permittit ebullire. Primo namque die naſcentis lunæ primi ſeptenarii Oceanus copioſior eſſe videtur, quia aer in aquoſam ſubſtantiam tranſit, luna nihil caloris habente, & proficiente luna proficit

Digitized by Google

proficit calor, & minuitur mare, humore nimirum aeri. deficcato per calorem accenfionis ufque ad VII. diems Poft eundem diem paulatim ebullit & crefcit Oceanus, & tantum videtur facere calor, quantum videbatur facere humor. Secundum opinionem Philofophorum diluvium fit ex elevatione & depreffione ftellarum, ut fi omnes planetæ fimul eleventur plus folito à terra remotæ minus de humore confumunt, unde humor excrefcens per terras fe diffundit, & fit diluvium. Quia enim aftrorum elevatione crefcit, deficcatur aliorum propinquitate, & fit particulare diluvium. Si vero omnes fimul deprimantur ex vicinitate terras adurunt. Et propter hanc inæqualitatem contingit terrena modo diluvio modo incendii aduftione finiri.

Signa ergo caufam effe futurorum crediderunt gentiles, quia, ut dicit beatus Auguftinus, fuperiorem ceteris omnibus caufam effe voluntatem Dei videre non potuerunt. Voluntas namque Dei prima & fuprema eft caufa omnium fpirationum & motionum, quæ & proprer raritatem mira videntur. Hæc eft fola, unde ortum eft, quicquid eft. Sed & fidera vel ftellæ funt in figna tempeftatis vel ferenitatis, ficut de ortu Jubilei dicit Magifter in hiftoria ecclefiaftica, qui ab hoc inftituit annum quinquagefimum, quia Abraham peritus erat in aftris, & noverat, quod intemperies aeris, quæ fit ex elevatis vel depreffis planetis, femper ufque ad L. annos ad temperiem redeat, & quod vidit fieri in aftris voluit fieri in terris. Contingit autem diluvium propter fcelera hominum, quia fcriptum eft, quod fub Noë filii Cham abutebantur uxoribus fratrum fuorum nimiis fornicationibus, iratufque dominus peccatis hominum dixit, *Pœnitet me feciffe hominem*, *Delebo hominem*, *quem feci. Difperdam eum cum terra*, videlicet, omni fertilitate terræ. Terra enim vigorem fuum in fertilitate perdidit per diluvium.

Hæc & his fimilia in fcriptum redegit fibi foli ad contemplandum jugiter magnalia, & mirabilia, & terribilia Dei, quæ fecit, fed & tibi, ô lector, ut admoneantur finguli fuper petram &. in alto cum fapiente domos fibi ftabilire, firma faciant domorum fuarum laquearia. Et fi quando Domino Sabaoth federit maritimas Frifiæ quafi per fervum fuum flagellare, & permiferit ventos ruentes, validos, certos nuncios interitus,

tus, Africum & Chorum, sursum cor habeant, & peccata sua ante se statuant, & ex tunc tutiora & altiora loca ascendant neglectis rebus perituris, quæ justo Dei judicio necesse est amittere, sed cum dolore, quo tanquam in fornace vasa figuli torquentur mortales. Ecce talem stragem attulit furens Oceanus, vicem faciens Totilæ & Theoderici, qui persecuti sunt ecclesiam Dei peccatis hominum exigentibus. Sed adhuc iratus erat Altissimus, & residuum maris fame flagellavit & pestilentia juxta comminationes Prophetarum, qui semper populum rebellem ac peccacem, vel ne perirent à facie gladii, famis, & pestilentiæ, terruerunt. Unde ad David:

Ecce trium rerum tibi Rex datur optio: septem
Annis vexabit teque tuosque fames.
Aut tribus instantes patieris mensibus hostes,
Aut tres vexabit pestis ubique dies.

Erant quidam blasphemi, qui in labore hominum non fuerunt in cacuminibus villarum constituti, & sylvarum accolæ, in quorum terminis quasi unius horæ incursus, quia non erat nisi unica maris æstuatio, licet multum aucta incrementis, quibus tot millia stravit ut civili prælio rabies Oceani, & mitigata recessit. Et ideo illi habundantes panem pauperibus & annonam indigentibus sicut olim Idumæi aquam negaverunt Israëlitis. Et isti res alienas ex inundatione rapientes ut proprias cum gaudio amplexati sunt, & creatis justitiariis pro restitutione earum malitiose absconderunt.

In illa maris inundatione accidit, cum hinc inde aggeres dissipasset, & quasi irrecuperabiliter destruxisset secus Emesam circa terminos fratrum, & multi depauperati decessissent de finibus illis, quorum erat reparare, quod mare crebro ascendit pristinos terminos reposcens, & facta est querela ab incolis sex villarum, quorum * patres immunes erant operis illius, ut fratres Floridi horti ex parte sororum suarum, & alii pauci ad reparationem compellerentur. Et circumvenerunt Consules illius anni, & contra responsum est omnes ad onus teneri, quia quorum erat reparare urgente necessitate recesserant, & ideo agros fratrum & aliorum quorundam non debere immode-

* partes.

rate onerari, vel etiam magis, quam singulos sex villarum; quod esset fraternæ compassionis, & publicæ utilitatis. Unde factum est, ut cum viderent per fratres impediri graviter minati sint, & communitatem eundi & ducendi per vias etiam publicas auferre conati sunt. Cum ergo tanto periculo fratres se exposuissent factum est mirabiliter, quod majores de septem villis mari conterminis statuerunt convenire, & convenientibus eis continue elegerunt Juratos, qui pro utilitate & necessitate instantis periculi justam dictarent sententiam, nam jam Consules anni dissimulabant tale negotium diffinire, & partibus citatis talem dederunt sententiam: Quod omnes agri æquo onere propter necessitatem in reparatione aggerum respondere deberent. Qui volentes efficacem fore sententiam, quoniam pars altera nondum consensit, collecti in unum spoliaverunt rebelles. Qui sequentes spolium vulneraverunt unum letaliter peccatum cumulantes damno. Et sic fratres per gratiam Dei cum triumphantibus triumpharunt.

Pro violenta vero Frisiæ oppressione per subitam maris diruptionem multas secum causas pertractabat, quod licet multis religiosorum conventibus sit insignis, qui pro affectu pro ea indesinenter supplicant, quia tamen numerosa hominum multitudine est elata, & libertate, quæ res est inæstimabilis, & pauperum & divitum ditissima, animalium quoque copia, pascuis, & fructuum fertilitate opulenta, & jucunda, forsitan in oculis Altissimi pro tot & tantis bonis rea arguitur ingratitudinis, & convincitur judicio diluvii, famis, & pestilentiæ, ne innoxia sibi videatur, sed ut reatum suum agnoscat, & abominationes suas, & præcipue illorum, qui deberent esse sal terræ, saporem sapientiæ, & lucem scientiæ in salsuginem convertunt & tenebras. Unde posita est terra in salsuginem à malitia inhabitantium in ea. Ibi ordinantur † presbyteri sine certo titulo contra illud *dist.* 70. Ferri * candentis purgatio non aboletur contra illud 11. *qu.* 5. *abolenda*. Ecclesiæ constructæ hinc inde in Episcoporum potestate. Clerus ecclesias ingreditur & non ædificatur. Dotem ecclesiæ auctoritate propria disponunt vel vendunt laici. Nummi pro chrismate extorquentur, contra illud in extravagantibus primis de Simonia. Ecclesiæ jure hereditario à filiis sacerdotum possidentur contra illud VIII. *qu.* 3. Presbyteri & ceteri

† Vid. *manud. ad jus Canon. lib.* 1. *tit.* 8.

* Vid. *lib. de probat. cap.* 2. *n.* 92.

teri altaris miniſtri ex oblatis convivantur, & tabernas intrant contra illud *diſt.* 44. Conjugati ſacros ordines capiunt, & beneficia eccleſiaſtica, & conjuges conjunguntur contra decretales *ff. de cleric. conj.* Nec res, quas acquirunt, poſt ordines eccleſiis, ſed liberis ſuis relinquunt contra illud de *pecul. cler.* Peccata igitur ſacerdotum & altaris miniſtrorum maxima ſunt propter dignitatem officii, ut dicit dominus Innocentius Papa, & propter perverſitatem exempli, & ſcitur quod multa ſunt venialia laicis, quæ mortalia ſunt presbyteris. Eis enim datum eſt noſſe myſterium regni Dei, & claves regni cœlorum, & panem & vinum conſecrare in corpus & ſanguinem Domini noſtri Jeſu Chriſti. Sed heu in diebus noſtris ſine examinatione & indigne manducant illud, non enim vivificationem, ſed judicium manducant, nec advertunt, quæ advertenda ſunt in ipſo, & ideo ſine reverentia quaſi ad alium cibum accedunt. Ideo multi ſunt infirmi incognitis videlicet febribus, & imbecilles longas & incurabiles infirmitates incidentes, & dormiunt in morte, quia ex his contingit mortalitas, fames, diluvium. Sunt etiam qui conſideratione mundi ad corpus & ſanguinem Domini accedunt, manentes in criminali, vel impœnitentes in veniali, vel manentes in voluntate peccandi. Ideo rei efficiuntur corporis & ſanguinis Chriſti, nec ipſas negligentias, quas in tractando, ſumendo, ſervando admittunt, emendare maturant, non attendentes & peccatum & periculum totius eccleſiæ eſſe quod delinquunt.

Laici etiam oblationes, primitias, decimas ad cumulum mutuæ damnationis non perſolvunt, quæ danda ſunt miniſtris Dei, non ſervis dæmoniorum. Olim in populo Judæorum fiebant decimæ frugum Levitis. De his Levitæ ſummo ſacerdoti decimabant, de quo panis propitiationis. Item x. partes decimabant decimarum, ex quibus in anno Iheroſolymis ſe procurabant. Item ad opus peregrinorum decimabant de illis, ſibi nihil retinebant. Decimas ſolvere eſt de jure divino, unde & ante legem & in lege ſolvebantur. Quod Adæ in extaſi oſtenſum eſt, ut oſtendatur initium & finem boni eſſe à Deo. Item decimam damus & novem retinemus, quia omnis imperfectio à nobis eſt, ut oſtendamus nos ex illis eſſe, ex quibus decimus ordo Angelorum replendus eſt. Primitias tamen recompenſat eccleſia per poſſeſſiones & oblationes cotidianas,

Digitized by Google

& jejunia quatuor temporum. Sacerdotes mortaliter peccant, quod non prædicant minutas etiam decimas esse persolvendas. Sed omnes laici tenentur in generali scire decimas esse persolvendas. Unde beatus Augustinus: *Si tu decimam non dederis, tu ad decimam revocaberis.* Ideo penuriam patimur. *Decimæ sunt*, teste Augustino, *tributa egentium animarum*, & pro eis Deus dat salutem corporis & animæ. Sed & verum est, quod Deus nulla peccata impunita dimittit, nec homo pœnitens non punitur. In medio nationis pravæ impediuntur electi. Qui & si affectum consulem capiunt, non valent, sed & inflammantur contra illos, & fiunt quasi jumentum irrationabiles, terrena quoque immoderate ambientes. Sed utinam sint apud te Deus, quando est à te solo gratia, quam negligunt plurimi.

Hic se ipsum accusabat, & timebat periclitari ex participatione rerum etiam licite acquisitarum, quas afferunt seculo abrenunciantes, quando monasterium ingrediuntur, & examinabat utrobique intentionem sui suscipientis, & alterius offerentis, ne forte vitio Simoniæ corrumperetur. Simon olim sua optulit, spiritualia emere volens, & de emptis gloriam & lucrum habere. Verum sua dare licuit, emere thesaurum et margaritas, quod est virtutes, Deus jubet, sed non secundum intentionem Simonis, qui in iniquitate volens remanere, quæ iustis debentur, appetiit possidere, unde Deum injustum probavit. Pecuniam quoque Spiritui Sancto coæquavit, & Deum cupidum comprobasse arguitur. Porro quia in pravitate voluit perseverare, & pecuniam Spiritui Sancto parificare, respondit Apostolus: *Pecunia tua tecum sit in perditione*, innuens, quod primitus unusquisque se ipsum & deinceps res suas debeat Deo offerre. Quod vero religiosi faciunt, qui projectis veteribus pilis & cornibus currunt ad fontem aquæ salientis in vitam æternam, non ambientes celsitudinem, sed carcerem, deferentes secum debitum bonorum suorum subsidium, gratis accipientes spiritualia, chori introitum, fratrum communionem, orationum participationem, ut ministrent pro suo ordine in psalmodia & ymnis, & divinorum celebratione. Carceres enim ecclesiæ sunt monasteria, vincula pœnalia, & excommunicatio. Nam si etiam quispiam spem habens & promissionem, ut Abbas fieret, ut dicitur 16. *qu.* 5. per laicos, ambitiosa mente & cum munere ingrederetur, pro hujusmodi delicto in mo-

monasterium detrudendus esset, ut habetur I. *qu.* I. *reperiuntur*, sed cum non exprimatur in quod detrudi debeat, in illud quod visum, detrudi potest, & erit ibi, ut in ergastulo, ablatis ei, quæ sunt honoris, & quæ sunt oneris remanentibus.

Disputabat adhuc de peccato illius magi, volentis spiritualia emere & vendendo gloriam & lucrum optinere. Qui dum pro spirituali gloriam voluit usurpare, Deo, cui debetur gloria, se voluit parificare, quia auctoris sui gloriam negare convincitur, quisquis sibi tribuit, quod operatur, & dum propter spiritualia pecuniam intendit accipere, creatoris cultum creaturæ attribuit, in eo idololatriam incurrens, & Deo cultum auferens sacrilegii crimen non effugit. Porro ipse testimonio conscientiæ suæ fixum habuit nichil prorsus horum unquam intendisse. Unde & sperabat & præsumebat de illo inspectore desiderii reatum non habere. Non enim venditur in claustro quicquam à Prælato propter sua vel privata lucra, quod condemnat canon. Unde Magister Simon Tornacensis arguit illum duntaxat Simoniam committere, qui lucrum proprium captat. Et sic ut dicitur XII. *qu.* I. *futuram*. Beatus Hilarius autem parentibus omnia dereliquit, aut vendita erogavit, ipse tamen factus Episcopus Ardatii, quæ illa ecclesia tunc habuit non solum possedit, sed & acceptis nervosis fidelium hereditatibus ampliavit. Licuit ergo religiosis & res & rerum stipendia cum illis, qui ad monasterium veniunt, recipere sufficientia ad corporis procurationem. Similiter habetur XVI. *qu.* I. *de lapsis sacerdotibus*, qui si parentes habeant, res eorum legitime parentibus tradantur, ita tamen ut eorum stipendio, qui in præsentia dati fuerint, sufficienter procurentur. Sed propter temporalia non licet allicere simplices. Qui illecti fuerint, & comam deposuerint, in eo, quod cœperunt perseverent, & res eorum heredibus reddantur propter occasionem mali & præsumptionem. Pro ingressu monasterii, quia est spiritualis, non licet aliquid exigere, compositio tamen consecutive & temporaliter expetitur. Solita erat dari pecunia pro ordinatione Pontificis, id est, quando ordinabatur, sed nihil est extorquendum. Qui vero promisit, solvere tenetur. Quare Ananias optulerat, quicquid habuit? Postquam idem retinuit, & fefellit, quia habuit, mulctatus morte. Ergo si licuit non solventem morte punire, licet promissum solven-

Digitized by Google

dum exigere. Magifter in verbo abbreviato: Contingit, quod aliquis accedens ad clauftrum dicat: *Offero me & mea huic ecclefiæ vel monafterio ad ferviendum perpetuo.* Si fine diftinctione recipitur, fanus erit ejus ingreffus, fi non plura quam oblata ab eo exigantur. Si diftinguitur inter illum &. fua, ut fcilicet ille fit caufa, quare fua recipiantur, fanus erit ingreffus & licitus. Si autem diftinguatur inter illum & fua, ut fua fcilicet fint caufa, quare recipiatur, vitiofus erit ingreffus. Si autem monafterium eguerit, ita quod offerentem fe illi fine pecunia recipere non poffit, vel fuftentationem fpiritualem & fraternitatem concedat, rem corporalem, vel in exceptionem paupertatis fuæ & in fuftentationem vitæ illius poteft exigere, ut recipiat temporales redditus, quibus fuftentetur dum vivit. Quod fi perpetuos exegerit, jam manifefta cupiditas vitiofum facit ingreffum. Ex his autem liquet non debere conftrui monafterium fine certo numero agrorum, pecorum, & perfonarum. Cum enim alioquin augmentum fufceperit non nifi difficile laqueos cupiditatis & Simoniæ vitare poterit.

Item peccatum eft, fi in recipiendo Canonicum vel monachum pecunia intervenit, nifi, ut dicit Magifter, forte fuerit oblata. Similiter fub conditione, & permixtu contractus, fi quis fe & fua reddit domino. Poteft tamen non effe pecunia. Quid enim fi dicat Prælatus: Bene recipimus te fi vis, fed hic non habes, quod comedas, nifi tecum ducas, quia nec nos habemus, quia nec noftra nobis fufficere poffunt. Argumentum fimile de *Simonia Tua nos.*

Confuetudo etiam in multis eft ecclefiis, ubi numerus taxatus eft monachorum vel Canonicorum, fi fuperveniat aliquis, qui aliquam portionem fufficientem ad præbendam inftituendam offerat, quod admittitur & approbatur inftitutio talis, quia contigit hoc de facto in ecclefia Parifienfi confentiente toto Capitulo recepto Cantore. Item Magifter Bartoldus: *Si paupertas monafterii fit in tantum, ut aucto numero perfonarum neceffe fit augere patrimonium, ibi ftatum loci introitum petentibus fignificare non improbamus.* Quidam plus dicunt etiam taxationes & rei pretium imponere licere, in hoc cafu habentes, quæ tueantur fuam opinionem, cœnobitarum confuetudines.

Unde fi conftiterit monafterio omnia bona, quæ habet, acquifita per Simoniacum ingreffum omnium ibi commorantium, credimus effe diftinguendum, quod locus aut eft carceris, aut vo-

voluptatis. Si carceris, non oportet tamen monachos exire, quia arctiorem non invenirent locum vel carcerem. Unde ipsi non emerunt honorem, ut dictum est, sed onus, & ideo doleant, quia extraordinarie introierunt. Bona vero illorum sive mobilia sive immobilia in manus alicujus personæ ecclesiæ resignata per eandem possunt eidem ecclesiæ sicut & aliis conferri. Si vero claustrum voluptatis, sicut regalium monachorum, videlicet urbana claustra, tunc quia non onus sed honor emptus est, omnes statim abscedant. Si vero mixta sint omnia & confusa, tunc, sicut dicitur, in ecclesia assumant ventilabrum, & mundent arcam claustri & conscientiæ, ut dona fornicatoris & raptoris rejiciant, & grana scilicet pura & munda sibi assumant. Sed si non poterunt, quia nesciunt, quæ sint de granis, quæ de paleis, faciant, quod possint æstimare, & nihil, quantum in se est, omittant de contingentibus. Si autem omnino in hoc est aliquis solus, & resistere non potest, sequatur conscientiam.

Sane adhuc meditabatur, si tanta perplexitas in participatione rerum licite acquisitarum, quanto plus vinculi in oblatione & communicatione rerum illicite acquisitarum, cum quibus plerique accedunt, qui titulo usuræ divitias accumulaverunt, sicut prædiximus, quia acquisitio illicita dinoscitur in acquirendo & retinendo, utpote furtis, usuris, & Simoniace acquisitis. De quibus, ut quidam dicit, elemosina vana est, imo nulla est. Porro ex dictis sanctorum intelligebat, quia bona talium, qui in iniquitate pristina præcipue volunt permanere, non congruit religiosis recipere, non quod pecunia sit in perditione, sed quod mala eorum videntur ex tali deceptione sequi, & illi ex his magis confirmantur in iniquitate, & infirmis fratribus scandalum ex hoc generatur, de quibus beatus Augustinus: *Nummi tui convertuntur in bonum, & tu remanes malus.* Recte quidem offertur, sed non recte dividitur. Sic etiam beatus Augustinus XIV. *qu.* 5. videtur reprobare elemosinas omnium avaritiam sectantium, dicens: *Fideli totus mundus divitiarum est, infideli autem nec obolus.* Nonne omnes, qui videntur sibi gaudere acquisitis, eisque uti nesciunt, alienum possidere convincuntur. Omne igitur quod male possidetur alienum est. Male autem possidet, qui male utitur. Ex quo videtur, quod elemosinam non posse hinc fieri dictum sit tantum

Digitized by Google

tum in odium usurariorum vel avarorum. Usurarius quippe non est dominus fœnebris pecuniæ de æquitate. Peccat in Deum & in proximum contra illud; *In sudore vultus tui vesceris pane tuo.* Primum ex usura, ut dicitur XIV. *qu.* 5. elemosina fieri non potest, sed refundere debet eam ei, à quo accepit, ut dicitur ibidem. Si non sit, dabit heredibus. Si non sint heredes, dabit pauperibus. Et transferetur dominium in pauperes, auctoritate juris, non facto refundentis *tit. de usur. Cum tu.* Et si cœnobitæ aliqui pauperes essent possent possidere titulo ex donatione, quia jus eis donavit. De quibus beatus Augustinus: *Nec prodest dispergere pauperibus, & pauperem fieri, cum anima misera superbior efficitur divitias contemnendo, quam fuerat possidendo.*

Movebatur quoque ex eo, quod pecuniam ecclesiæ dederat cuidam adversario, qui violenter voluit ipsam supplantare ecclesiam, quam veraciter à majori & saniori parte patronorum collatam sibi tenuit, & à diœcesano confirmata fuit, & rite possessa, & legit, quod causarum decisiones etiam in re dubia & pro lite incerta fiunt plerunque in spiritualibus aliquo dato, vel retento, vel promisso, & advertebat disquisitionem hanc utilem esse propter scrupulosos fratres, & propter æmulos eidem oblatrantes. Fit igitur litis decisio vel transactio, aliquo dato; Alias in personis ut. *c. Generalis*, ubi dicitur, *Quisquis serviles personas putaverit non esse restituendas, nisi de voluntate dominorum testimonio subscriptionis absolutas, vel legitima transactione concessas, periculum non se ambigat proprii honoris subiturum.* Item fit in rebus ecclesiasticis, ut habetur XII. *qu.* II. *Quod si necessitas optulit &c. ut aliquid rerum ecclesiæ distrahatur, apud duos Episcopos causa probetur, & sic quæ facta fuerit venditio vel transactio corroboretur.* Item in criminibus maxime injuriarum XXIII. *qu.* IV. *Si illic ubi hæc acta sunt supplicatione suscepta constiterit eum, qui male tractatus est, ignovisse, semel in ablatione remissa punitio recidivo dolore non debet iterari.* Item pro vexatione XXIV. *qu. ult. Tributum.* Item *ext. tit. de Simon. Matthcus*, ubi non præcipit Papa dimittere administrationem, qui quid dederat pro sua vexatione. Item pro impenso beneficio XII. *qu.* 2. *quicunque. Quicunque Episcopi suffragio cujuslibet aliquid ecclesiasticæ utilitatis providerint, & pro eo quodcunque commodum in remunerationem promiserint, promissi solutionem eos exsolvere oportebit.*

Ecce

Digitized by Google

Ecce in tot casibus solet celebrari transactio. Sed in re spirituali transactio fieri cum temporali non debet. Sed dicam quod in re spirituali intrinseca & extrinseca fieri possit transactio. Si enim veraciter quisquam probaverit vel sciat se juste possidere ecclesiam, licite daret rem aliquam extrinsecam. Quippe licet unicuique jus suum redimere, sicut dicitur 1. *qu.* 3. *Quæsitum.* Quod si credat tantum se juste possidere, potest partem redditand auctoritate superioris concedere, quia si rem extrinsecam daret, posset esse emptio. Igitur dantur munera pro re spirituali adipiscenda, & male 1. *qu.* 1. *per tot.* pro recuperanda quoque illicite, ut 1. *qu.* 1. *Nullus.* Pro ea retinenda licite ut 1. *qu.* 3. *Quæsitum.* Porro si juste possides, & non potest adversarius cogi per censuram ecclesiasticam, detrahendum est severitati, ut habetur *d.* XXXIV. *fraternitatis.* Is autem potest, qui commode potest. Tunc demum dare pecuniam non erit vitiosum. Sed secundum Augustinum licet projicere pecuniam, & emere tibi pacem.

Anno conversionis ejus XII. bisſexto intrante, luna XXVI. II. septenario lunationis, octava Innocentium, Dominicali litera E. facta est horrenda maris diruptio, & multis metuenda in horrore crepusculi. Sed quamvis in multa profunditate æstuavit, non æquo molimine delevit homines ut antea, quia terminos maris nondum occupare ausi sunt, ut olim. Anno eodem D. Theodoricus Episcopus (1) tertius intravit partes Frisiæ. Qui cum multis veniens multis eguit, & dixit ad se pertinere quæstum (2) Synodalem negotiorum illius anni, cujus ipse tenetur facere visitationem, & sic pertransivit etiam Emesgoviam, qui bello concertaverant diuturno, & suasum est illi, ut pro bono pacis se interponeret, & non audierunt eum. Tellus mater vix pro compensatione laboris & seminis ordeum germinavit, & constabat, quod ira Dei nondum fuit aversa, & non restabat nisi orare, *Ne declines in ira à servis tuis Domine petentibus nobis æterna & temporalia. Scimus Domine iratum te esse, quia tollis*

(1) Monasteriensis, & Comes de Isenburch, à cujus fratre Friderico interfectus Engelbertus Archiepiscopus Coloniensis. Cæsar *in* ej. *vit.*

(2) Synodaticum uno verbo, quod Episcopo visitanti, & Synodum per provinciam indicenti præstatur. Vid. du Cange.

Digitized by Google

tollis temporalia, ficut cum faciem tuam avertis à quærentibus æterna.

Anno converſionis ipſius XIII. in IV. ſeptenario lunationis, cum hyems ſecundum naturam piſcium verſus finem ſuum magis humida, aquis videlicet pluviis, & minus frigida fore debuiſſet, ſpes tamen fefellit. Nam die præfata cum aliquot diebus præcedentibus dirupit aggeres Neptunus, & totam terram replevit amaritudine, loca tamen ſtatus ſuperiora deſeruit, ſed in inferioribus expatians ruptis obſtaculis verſus ſylvas moram fecit odioſam. Siccitas magna ſecuta eſt. Collecta eſt meſſis ordei, quod debile fuit tam culmo quam ariſta, & tenue. XIV. Kalendarum Octobris, luna XXIX. effudit ſe Oceanus, & totam terram optinuit, & quæ ſicca fuit paulo ante repleta eſt amaritudine. Eodem tempore Magiſter *Ioannes Xantenſis* verbi crucis prædicator cum diſpoſuiſſet ſtationes per loca prohibitus eſt invidia Oceani.

Anno quoque converſionis ipſius XIV. in medio Ianuarii magna rabies fuit ventorum, & circa anniverſarium diluvii priſtini ſub titulo B. Julianæ, unde rurſus formidabant ſubverſionem. Quid ergo utilius orent niſi verba Prophetæ; *Quouſque iraſceris ſuper orationem ſervi tui? qui non inimicis ſed & factis ſervis tuis iraſceris.* Orarent utique & dicerent, *Cibabis nos pane lachrymarum, & potum dabis amaritudinis. Tranſeat ira à ſervis tuis Domine, ne in æternum damnemur. Scis enim quam diu utilis erit caſtigatio, & tam diu paſcemur & potabimur hujus vitæ doloribus ad ſufficientem eruditionem.* Dicant ergo univerſi ſupplicando, *Quia in nos, o Deus! à te nobis illatæ non tranſierunt iræ afflictionis tuæ; ſed adhuc terrores tui conturbant.* Quia quod accidit & accidere poſſe non imprudenter timetur. Promittit autem & facit Deus miſericorditer tribulationem, nec alimentum ſubtrahit, ſed deſiderium movet, & miſericordia ſuavis eſt patienti, ſicut panis eſurienti. Siccitas arefecit paſcua. Herba ordei & avenæ brevis fuit & rata, ſed Silvæ abundabant ſiligine. Verumtamem ſi tellus irriguum ſuperius ſuo tempore aliquot hebdomadibus habuiſſet, famem frugum ubertate depuliſſet, decurſis jam annis tribus & menſibus ſex. Hic eſt annus VIII. ab incurſu Orientalium Friſonum in Fevelgoniam in die B. Laurentii contra Rhodbernum, & generum ſuum, & cæteros parentes, quorum domus incineratæ ſunt, & Conſulum terræ ex parte. Contremuit tota terra propter Juratos, quos

quos Universitas Fresonum de more vetustissimo creaverat apud (1) Upstallesbome. Item hic ipse annus est, in quo vinculum societatis Fivelgoniæ & Hunesgoniæ secundo Nonarum Augusti pene scissum est occasione injuriæ cuidam illatæ, instigante *Eppone Rhembada* de *Monemawalda*, cujus domus incendio vastata est, & multi de parte Fivelgoniæ cæsi occubuerunt. Pluviæ vero in capite Kalendarum Septembris & deinceps læserunt messem hordei, avenæ, feni. Luna autem XIV. proxima die post festum undecim millium virginum facta est eclipsis Lunæ. In Augusto vero stella multis incognita flammivoma ab Aquilone apparuit multis noctibus. Quam propter ignitos radios, quos sursum spargebat, Cometam fuisse existimabant, quæ, ut dicitur, regni mutationem, aut pestilentiam, sive bellum, vel æstus ventosque portendit. Unde quidam Poëtarum dixit:

Præpes sanguineo delabitur igne Cometes,
Prodigiale rubens, nec illum navita tuto
Nec impune vident populi, sed crine minaci
Nuntiat aut ratibus ventos aut urbibus hostes.

Pluribus autem diebus quam VII. visus est, sed nondum per LXXX. Dicunt quidam, quod non sit stella, sed ignis, juxta voluntatem creatoris ad aliquid designandum. De eo dicunt, quod anno destructionis Iherusalem multotiens visus sit ad modum gladii bis acuti. Est autem attestante Davide dominus in cœlo, qui revelat mysteria, mutat tempora, transfert regna, ut universi cognoscant, quod dominatur excelsus in regno humano, & cui voluerit dabit illud. De eclipsi dicunt, quod cum sol est in inferiori hemisphærio, luna in superiori, terra in medio,

(1) Locus prope Auricam est in Frisia Orientali. Arboribus erat consitus. Ad quas Frisii judicabant, & conventus habebant publicos. Unde & leges Opstalbomicæ, quas edidit olim Siccama. Infra ad Ann. 1231. *Eodem anno ortum est bellum inter Ernerenses & Utbusenses propter insulam, quam Iurati apud Upstallesbome Uthujensibus adjudicaverunt.* Item infra ad Ann. 1223. *Aderant ibi Consules terræ & Iurati de Upstallesbome.* & mox: *Consules terræ & Iurati Orientales.*

Digitized by Google

dio, tumor terræ interpositus non patitur radios solis ascendere ad lunam, sed non nisi in xv. luna, quia tunc est soli opposita, non tamen in omni xv. sed quando contingit, in eà contingit. Eodem anno summo Pontifici D. Honorio Papæ occurrit illustris Imperator Fridericus apud urbem Campaniæ de Latere, & illic cum episcopis & proceribus Imperii de negotio terræ sanctæ tractaverunt, & in festo S. Martini Veronæ Concilium celebrare statuerunt.

Torquebat se plerumque inquietum curiositas vanitatis inter prospera & adversa. Circa quæ dupliciter movebatur & appetitu & metu. Nam nec appetitum cohibebat, ut Deum gratis diligeret, nec clavo fortitudinis confixit metum, ut oculata fide cum Propheta psalleret: *Quoniam fortitudo mea non in terrenis, & refugium meum es tu, in quo solo est securitas.* Duo utique hi affectus quasi pedes curiosæ mentis. Alter fugiendo quid timet, alter eligendo quid appetit. De quorum ascensu & descensu terribiliter dicitur: *Ascendunt*, Doctores videlicet ecclesiæ, *quum pro temporali habundantia, quum prosperitate religionis eriguntur contra Deum, & descendunt usque ad abyssos gravitate peccatorum, & anima eorum in malis ascendendo & descendendo tabescit.* Contra prospera autem & adversa interpellat ecclesia caput suum martyrum mota fortitudine dicens: *Ex eorum mutatione tribue nobis prospera mundi despicere, & nulla ejus adversitate moveri.* Hoc oraculo fero à somno concupiscentiæ excitatur & convaluit. Expertus est vires vel potentiam animi detestabili sopore curiositatis enervari, sensum quoque imaginandi præsentia, præterita, & futura, intellectum quoque, quæ vis est cernendi & capiendi invisibilia, ipsam rationem, quæ vis est discernendi species & genera imaginum. Denique ipsam mentem concupiscentia aggreditur, ut fallat ambitione honoris ad gloriam, potentiæ ad superbiam, ad habendum & retinendum plus justo temporalia, etsi non in habitu, qualitate suæ mentis difficulter mobili, inflexione tamen favoris vel detractionis, quibus quatitur mens, in despectu videlicet claustralium ceterorum, consummationem in omnibus, non tantum virtutum exercitiis, sed & rebus æquare contendit, oblita Doctoris egregii dicentis: *Ille non est arundo vento agitata, quem à statu sui rectitudine nulla varietas rerum flectit.* Nam ut dicit beatus

Digitized by Google

beatus Auguſtinus : *In temporalium proviſione regnum Dei cogite-
tur. In militia regni Dei temporalia non cogitentur.* Hinc eſt quod
orationis ſuavitatem , quicquid ex caritate non naſcitur , mul-
ta ſollicitudine & occupationibus rerum & negotiorum facit
vileſcere .... Hæc advertit detrimenta & damna cancero-
ſæ cupiditatis , & alia innumera. Sancti vero ſcientia polle-
bant, per quam res terrenas & negotia ſeculi rite diſponebant,
qui teſte beato Gregorio omnia ſimpliciter aſpexerunt, & in
his quæ viderunt rapacitatis ſtudio non trahebantur. Intelli-
gentiam quoque divinorum habuerunt, quæ oculum mentis il-
luminabat ad contemplationem æternorum, & ſapientiam ſpe-
cialis jocunditatis de utroque provenientem, præſertim de ar-
canis Dei pleni erant.

Sane teſtimonio conſcientiæ gaudebat, & de Dei gratia præ-
ſumebat , quia ſtimulum timoris & amoris Dei in corde ſuo
poſtmodum ſentiebat , ſicut dicitur ; *Lætetur cor meum , & ti-
meat nomen tuum Domine;* & recolebat jugiter detrimenta inexo-
rabilis fragilitatis humanæ , & caliginem invincibilis ignoran-
tiæ. Natura enim hominis & ad bonum ſe habet & ad malum
ex libero arbitrio , & arbitrium quidem, videlicet habilitas ra-
tionabilis voluntatis ad aliquid eſſe potens dicitur, & ad aliquid
infirmum, quia liberum eſt & ad bonum & ad malum, & ma-
la voluntas ex homine eſt , & à diabolo, & ad aliquid infir-
mum, quia opus habet gratia ad eligendum bonum , & bona
voluntas à Deo eſt. Siquidem bonis & malis Deus offert gra-
tiam. Sed per hanc, niſi perſeverat, nemo bonum operatur.
In bonis perſeverant, ubi jam incipiunt bonum & velle & ope-
rari. Et hoc in illis ex juſtitia Dei perſeverat , non quod ipſi
boni vellent ipſi gratiæ adhærere , quia nec vellent niſi gra-
tia perſeverat. Sed quia Deus videt quoſdam tales , qui
ſi gratia adjuvans perſeveret ipſi gratiæ vellent adhærere ,
quod velle nunquam in actu poſſet haberi, niſi gratia perſe-
verante. Ibi itaque conjuncta ſunt miſericordia , quæ obtu-
lit , & juſtitia , quæ perſeverare facit. Juſtum quippe eſt ,
ut gratia ei non ſubtrahatur, quæ erat ei, ſi perſeveraret con-
ſenſus. Malis vero ſubtrahitur gratia ex juſtitia, quia videt Deus
eos tales eſſe, quibus etiam ſi gratiam conſervaret , illi ta-
men arbitrii libertate nollent conſentire , & oporteret gra-
tiam, quæ neminem compellit, in illis ad bonum velle
H 3 compel-

Digitized by Google

compellentem esse. Itaque simul sunt subtractio gratiæ & hoc malum velle & operari. Sicut in bonis simul sunt gratia perseverans & bonum velle & operari. Præscientia ergo Dei manet, quia gratia aspirans tales facit, quales providit. Gratia ergo secundum justitiam. Justitia autem ejus in filios filiorum, & justitia ejus sunt montes Dei. Ei hi sunt justi, qui per justitiam fiunt montes Dei. Sed ne quærat quis, cur quidam eligantur, quidam reprobentur, præveniens Propheta dicit: *Judicia tua, abyssus multa*, videlicet inscrutabilis profunditas, & quam homo non attingit. Unde dicit beatus Augustinus: *Cur Deus quosdam trahat, quosdam non, noli investigare, si non vis errare*, Ecce descensus quasi ad inferos titubantis conscientiæ, sed, o Deus, & si descendero ad infernum, ades.

Adjuvit quoque dictum Apostoli quasi quoddam canticum ascendendi usque ad spem. Spe enim salvi facti sumus, & beatus est, qui habet eum in spe, qui est omne bonum. Ait enim; *Gloriamur in tribulationibus nostris, scientes quod tribulatio patientiam operatur, patientia probationem, probatio spem. Spes autem non confundit, quia caritas diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis*. Unde illud: *Si sumpsero pennas meas diluculo*, videlicet geminam caritatem, *quasi volaturus ad extrema mundi, etiam illuc ad extrema mundi manus tua*, id est, virtus, *deducet me*. Caritas vero pro signo est Spiritus Sancti, qui in mente est, illa, dico, quæ est de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta. Siquidem ipsius animus movebatur frequenter cogitare severitatem, requirere emendationem vitæ, remedia animæ, diversos quoque articulos temperantiæ in rebus & personis, ut quasi diversis mansionibus more Hebræorum ad terram pertingeret promissionis. Et voluntas, quæ bonorum esse dicitur, nam mali cupiditatem habent, urgebat operari principaliter propter honorem Dei, & utilitatem proximi, in quibus teste Sapiente quodam constat cor purum. Porro conscientia bona dinoscitur esse in pœnitentia & patientia. Denique patientia, omnium scilicet injuriarum remedium, quæ est in caritate, fructuosam facit pœnitentiam, quando usus ejusdem pœnitentiæ vertitur in consuetudinem. Consuetudo quasi innovat naturam; ut possit ille dicere. *Vivo jam non ego, vivit vero in me Christus*..... ad veterem naturam,

ram, quia similia de similibus dicuntur, pertinent illecebræ sensualitatis, secundum quinque sensus, per quos oblectamenta hujus mundi influunt ad replendum appetitum carnalitatis ...... ut si comedit religiosus, dirigat motum ad hunc finem, ne deficiat in Dei servitio. Si esurit, esuries ejus ad hoc dirigatur, ut caro afflicta redigatur in servitutem. Patientia itaque per pœnitentiam ad serviendum Deo reddit hominem velut insensibilem, quod fit spiritu consilii, qui intercidit flammam ignis, id est, fomitem peccatorum, ut peccatum, quod est in carne, jam non appareat peccatum.

Anno conversionis ejus XV. VII. Kal. Febr. postquam Africus, & cum Zephyro Chorus imbres largos sparsissent, quos interim flatibus suis sursum in aerem trahentes, & in nubes condensantes de eisdem nubibus deorsum projecerunt per nubes collisas, quæ ex aquis per ventos elevatæ & conglobatæ, de quibus venti iidem inclusi, ut asseritur, volentes erumpere magno murmure tonuerunt, & fulgura excussa micuerunt. Verumtamen ille solus sapiens & potens, cujus altum potentia, profundum sapientia, longum & latum veritas & caritas, novit plene causam tanti terroris super terram, mare, & omnia, quæ in eis sunt. Rumor fuit terræ motum fuisse apud Brixiam civitatem Langobardiæ. De terræ motu dicunt, quod venti concavis locis inclusi, qui de spiramine aquarum concipiuntur, qui & spiritus procellarum vocantur, dum erumpere gestiunt, terram tremere faciunt. Hinc fit terræ hiatus in locis fragilibus continuis aquis, quæ facile rumpuntur. Hic autem in terra tremor, quod in nube tonitru. Hic hiatus, quod in cœlo fulmen.

† XV. II. Kal. Maji frustra taurus prodiit, quod agricolæ parum opinati sunt. Quippe gelicidium & pruina terram concludens, insuper pluvia immoderata sinum terræ siccari non permiserunt, nec superficiem, & sic non minus dulcis quam salsa aqua fecit nocumentum. Ecce secundum interpretationem Joseph super somnio Pharaonis, qui vidit boves obesas secus fluvium à macris totidem devorari, superfluitas aquarum adducit famem & multimodam miseriam, & adhuc manus domini non est remissa, qui tamen populum sibi peculiarem non nisi post longam afflictionem, in qua contradixere Ducibus sibi à Deo præordinatis, suspirantes

† Nota: tauris ararunt veteres.

Digitized by Google

tes & dicentes, fœtere fecistis nos coram Pharaone, liberavit, & liberare distulit. Qui secundum Prophetam adjutor est in oportunitatibus, in tribulatione, sed quando oportunum & salubre est, & quando gratior est liberatio. Spirabunt igitur in te, qui noverunt nomen tuum, quod est, *Ego sum qui sum.* Ex his tua ope æquanimiter ferentes mutabilia orabunt ultra pro pace populi & ecclesiæ, & pro peccatis suis orantes, *Parce Domine*, *Parce populo tuo & ecclesiæ tuæ.* Utique etiamsi in continenti, quod peterent, acciperent, semper tamen rogandus est Deus, ne quando perdat, & non debet esse fastidium petendi, ut largitas donatoris non habeat defectum. Accessit memorabile festum Assumptionis beatæ virginis, in quo post peracta missarum solennia inundantia pluviarum fossæ & depressa terrarum quasi lacus adimplentur, & campi in stagna aquarum conversi sunt. Et videres lacteas adhuc, cum jam regio alba deberet esse ad messem. Ecce elementa contra peccatores pugnant. Cœli cometam miserunt, aer immoderatam inundantiam. Terra sterilitate, mare subversionis horrore triumphavit. At tu Christiane qui afflictionibus erudiendus es, dicas: *Justus es Domine in disponendo, & justus es in operando. Miserationes tuæ super omnia opera tua, & ira super opera diaboli.* Periit fœni copia ex parte maxima, & messis præcipue vernalis late per multas provincias. Arbores olim fructiferæ poma negabant, & vindemia diu dilata est. Adhæc extendit manum suam Altissimus, ut eo feriret fortius in retribuendo.

Anno conversionis ejus XVI. bissexto intrante v. Id. Mart. vigilia B. Gregorii rusticus tellurem scindere, & fabam serere, debitis se armavit instrumentis. Negotiorum enim diversa sunt genera. Medicina bona est, quorum ordini convenit. Mercatura si tenuis est, sordida est. Agricultura nil melius, nil uberius, nil homine libero dignius. Circiter festum S. Gertrudis erexit se Libisticum & Lilium. Rediit temperies vernalis, & color campis præmortuus in ortu arietis decimo quinto Kalend. Aprilis croceos flores erexit, & salices foliis cœpit vestire. Idus vero Maji Magister *Oliverus* Groningam ingressus est cum magno favore totius populi feria IV. Deinde feria sexta *Bedum* stationem habuit. Proxima vero Dominica Winchium, ubi multos divites signavit. Pertransiit autem Fivelgo-
niam

niam in tribus ſtationibus Lopperſum . . . . . Fermeſum , una in *Menterne*, & duabus in terra Rheydenſi, poſt quas Sabbato ſacro Pentecoſtes, & die ſacro in *Florido Horto* pauſavit. Secunda vero feria ingreſſus eſt Emeſgoniam , & ſtationem habuit *Huttum*. Dein *Huſum* in multa ſpe reconciliandi gentem illam , ſed tunc non profecit. Quapropter reverſus eſt Hunſegoniam, & habita ibidem ſtatione declaravit IV. Iudices cruce ſignatorum , & rediit Coloniam obviam D. *Conrado* Cardinali Portuenſi tunc Legato totius Teutoniæ. Qui poſtmodum Conſilium propoſuit cum Epiſcopis celebrandum, ſed propter occurſum *Friderici* Imperatoris dilatum eſt. Judicibus igitur Magiſter *Oliverus* tale dedit mandatum. *Ad Concilium Domini Portuenſis Epiſcopi ſedis Apoſtolicæ Legati pro negotio crucis principaliter nos oportuit accedere. Ideoque quia fidelitatem veſtram & induſtriam experimento didicimus, negotium crucis, quod nobis à Summo Pontifice commiſſum eſt, vobis tam in Groninga quam per totam Friſiam Monaſterienſis diœceſis committimus in abſentia noſtra, ſive in terra pacanda , & armis deponendis , ſive in cauſis ſignatorum.* Formam quoque expreſſit ſacerdotibus ad parochianos ſuos, ut in exhortando nulli darent crucem , qui non corporaliter nec rebus terram ſanctam poſſet juvare. In qualibet eccleſia poni juſſit truncum, ut in priore prædicatione, & proceſſionem fieri in quolibet menſe, & ſinguli ſacerdotes darent indulgentias decem dierum iis , qui ſecundum facultates offerrent, & de his quinque in carinam computarent, & quinque in annalem pœnitentiam. De indulgentia vero quadraginta diedierum quatuordecim dies computarent ad † carinam , reliquos in annuam pœnitentiam. Reconciliandi eccleſiæ ab uno tantum ſubdelegatorum introduci deberent , ſi tamen perſonaliter crucem acceptarent. Nam nulli robuſti ſignari debebant ad redimendum. In abſentia vero ſua talibus literis ſalutavit Prælatos Friſiæ.

† Carina, dierum quadraginta jejunium , quibus aliud non ſumebant, niſi panem & aquam. Dixi ad Annal. Egmund. cap. 37.

Honorabilibus viris in Chriſto, dilectiſſimis Abbatibus , Præpoſitis , Decanis, Conſulibus & populo Friſiæ Oliverus *ſervus emptitius Crucis, Colonienſis ſcholaſticus, verbi crucis Miniſter vitam bonam & exitum felicem. Laudans Dominum laudabo, gaudens in Domino gaudebo, nuncians nunciabo profectum Crucis. Nam poſtquam à vobis receſſit Lantgravius Turingiæ, Regis Hungariæ gener, miles, juvenis & in armis ſtrenuus, dives & potens crucem tranſ-*

marinam accepit, & cum eo decem Comites, Milites autem plurimi, & popularium turba, quæ dinumerari non potest. Notum præterea vobis esse cupio, quod Dani cum provincia Bremensi & Coloniensi navalem exercitum præparant. Unde vos moneo quatenus perseverantes & constantes esse velitis in apparatu navium secundum formam temporis, quam vobis præscripsi, cum apud vos essem. Illud etiam scitote, quod Dominus Imperator de Saracenis Siciliæ triumphavit.

Reversus est tandem x. Idus Iulii, & stationem habuit Groningæ. Deinde proxima Dominica Frodawaldæ in loco harenoso. Deinde *Sutherbusum.* Deinde *Doccum.* Et recepit illum gens illa honorifice, & commissæ sunt illi dissensiones terræ illius terminandæ, quæ diu convaluerant inter duo castella *Tithardi* videlicet & *Vigeri*, cui favit totus populus propter seditionem & rebellionem præfati *Thitardi.* Transiit deinde ultra Bordenam. Deinde reversus est, & formam compositionis inter præsentes enuntiavit. Et accepta licentia & vale dicto iter eundi Groningæ arripuit volens redire in Emesgoniam ad sopiendam discordiam gentis illius, quæ jam crebro per Nuncios invitaverat ipsum, volens regi consilio ipsius. Cumque in itinere esset eundi Groningæ cum religiosis viris & secularibus honestis, & propter treugam crucis sine armis pergentibus supervenit præfatus Thitardus, & simulans se pacis colloquium habiturum cum Magistro, paulo ipsum à consortio societatis traxit, & corripiens equum † irruit in nobilem & honestum virum Elterum in den Oert, Capitaneum in Middelstein, & caput ejus gladio percussit anno CIↃ. CC. vicesimo tertio sexto Kalendas Augusti, concurrentibus in idem scelus, & ferientibus impiissimis sociis suis brachia & crura illius militis & cruce signati, post frequentes indulgentias peccaminum suorum, qui odivit, ut creditur, ecclesiam malignantium, & cum impiis non sedit. Anima ejus requiescat in pace.

† *Cod. Gron.* irruit in virum honestum *Elretum* de *Midlestum*, & caput ejus gladio percussit VI. Kal. Aug. &c.

Anno eodem, anno inquam Domini CIↃ. CC. XXIII. *Herdricus* Præpositus de *Skelwalda*, dum plena authoritate Episcopi fungeretur, & nimis insolesceret, tum quia Achephalus erat, tum quia divitiæ ei affluebant, in quibus speravit, & præcipue de brachio Episcopi, quia dixit se plane non curare, quid universi religiosi sentirent, dummodo in gratia Episcopi consisteret. Motus est ergo Præpositus & Conventus *Floridi*

Digitized by Google

ridi Horti contra eum zelo Phinees, qui coeunti cum Madianitide non pepercit. Sed & iste Madianitidem amavit, quia judicia Dei non custodivit. *Madian* namque *declinans judicium* interpretatur. Ille namque excommunicavit & solvit pro pecunia, ecclesias clausit & aperuit clave cupiditatis, præter ebrietates & comessationes suas. Eodem anno dictus Præpositus cum tribus Abbatibus Frisiæ, duobus noviter institutis ivit Præmonstratum, ubi facta mentione prædicti *Herdrici* breviter Dominus *Conradus* Præmonstratensis Abbas dedit literas Capituli Abbatibus de Horto S. Mariæ, de Doccum, & de valle B. virginis, ut eundem sub pœna ascripta in Frisia habere respectum compellerent, quarum tenor hic erat: Conradus *Præmonstratensis Abbas & Abbatum ejusdem ordinis Capitulum generale de horto S. Mariæ, de Doccum, & de valle B. virginis, Abbatibus salutem in Domino. Intelleximus relatione Abbatis de Hamburna, qui auctoritate generalis Capituli curationis officio in Frisia functus erat, duas esse in Frisia Præposituras, quas tenent frater* Herdricus, *& frater N. quibus Abbas præfatus auctoritate ordinis præceperat, ut infra certum tempus, videlicet quadraginta dierum secundum debitum Ordinis Præmonstratensis, quem professi sunt, ejusdem Paternitatem sibi procurarent. Quod quia facere contempserunt, pœna excommunicationis jure punire possemus eosdem, nisi fœcunditatem ficulneæ sterilis per patientiam expectaremus. Quia igitur libertas secundum Apostolum multis velamen malitiæ fore dignoscitur, vobis in virtute sanctæ obedientiæ stricte præcipimus, ut præfatos Præpositos auctoritate Capituli Præmonstratensis ad præsentiam vestram citetis, & sub pœna suspensionis & interdicti præcipiatis iisdem, ut ante nativitatem Domini secundum debitum ordinis alicujus Abbatis in Frisia paternitatem sibi eligant. Quod si facere contempserint, extunc suspensos & excommunicatos sicut Acephalos auctoritate ordinis & nostra denuncietis.* Et præmissis citationibus postremo anno Domini CIↃ. CC. XXIV. in Conversione S. Pauli pro contumacia excommunicatur. Sed ille extraordinarie Romam appellavit. Cujus excommunicationis denunciatio transmissa est Episcopo, qui consuluit, ut mitteret Præmonstratum, quod & fecit, & obtinuit revocatorias ad Clarholtensem, & Varlerensem, ut ipsi accedentes de statu suo cognoscerent, & cessare à procuratione Episcopi, & respectum habere etiam in Westphalia persuaderent.

Digitized by Google

rent. Quod si non faceret Præmonstrati citarent: Tales etiam literas misit ei Abbas Præmonstratensis: *Conr. Dei patientia dictus Abbas Præmonstratensis, dilecto in Christo filio* Herdrico *Præposito in Skelwalda salutem & synceram in domino charitatem. Cum didicerimus te regularem vitam elegisse, & gerere habitum in nostro ordine assuetum, propositum tuum plurimum in Domino commendadamus monentes te ob salutem tuam & ob ordinis honestatem, ut eligas aliquem religiosum locum de nostro ordine infra diœcesim Monasteriensem, ad quem habeas respectum ratione Paternitatis, & de quo recipias & visitationes & consuetudines ordinis approbatas. Credimus enim quod hoc ipsum & tuæ honestati expediat pariter & saluti, nec in aliquo erit juri * sui Capituli, quod honorare volumus derogatum. Cum præsumamus, quod augmentare potius velit quam minuere ordinem nostrum Episcopus memoratus. Super eo autem quod dixisti in literis tuis ad nos missis, quod secundum mandatum (1) Circatorum accessisti ad Venerabilem fratrem nostrum Præpositum Cappenbergensem obedientiam facturus eidem, non es redarguendus, imo merito commendandus, cum bene placeat nobis, ut recipiaris ab ipso, si gratiam inveneris apud ipsum. Super eo vero quod postulasti in calce litterarum tuarum, ut duabus vel tribus sine suspicione personis præciperemus, quod de omnibus circumstantiis causæ & loci inquirerent veritatem, scias quod in hoc exaudivimus preces tuas, prout videre poteris in nostra Commissione ad* Varlerum *&* Clarholtum *emanante. Hoc siquidem scire te volumus, quod si dilexeris ordinem, ordo te diliget & honorabit etiam in quantum poterit cum sua honestate.*

* Cod. Gron. *juri tui Episcopi, quem honorare.*

Herdricus itaque cognito quod literæ contra ipsum essent allatæ, plenus † profanitate & ira in superbiam exarsit, credens præfatum Conventum conculcare, quemadmodum *Iulianus* Basilium, & extinguere, ut *Arioch* sapientes Babilonis. Confinxit multa contra præfatum Præpositum & Conventum, & faciens A. Notarium Episcopi scribere singula deputavit. Petit & A. de

† Cod. Gron. *potestate.*

(1) Diœcesin hi circumeunt, in statum ecclesiarum, in mores cleri inquirunt. *Circada*, pensio, procuratio, quæ eo nomine exhibetur *cap. conquerente ext. de offic. ord. cap. cum Apostolus, cap. sopitæ cap. cum venerabilis ext. de censib. cap. ad audientiam ext. de præscr. cap. præterea* x. *de jur. patr.* Ziegler. *de diac. cap.* 17. *n.* 12. *& seqq.* Strauch. 2. *amæn.* 8. *cap.* 4.

de Loppeſſum Decanus, ut ſuper illis peremptorie in Purificat. S. Mariæ eundem Præpoſitum citarent Monaſterium, qui ad cumulum depreſſionis more adulantium, qui ſemper dicunt Euge, Euge, in cœtu laicorum executionem citationis fecerunt circiter feſtum S. Luciæ. Igitur Præpoſitus multis ex cauſis Romam appellavit, & tunc Monaſterium miſſus eſt frater P. procurator, qui appellationem illam ſolenniter innovavit. Cum ergo pendente appellatione nihil innovari debeat, ille Præcurſor Antichriſti ſedens in inſidiis, ſub cujus lingua labor & dolor, quia nocentior fuit lingua illius labore, quem ingeſſit, Sabbato proximo Dominicæ Quinquageſimæ de facto congregavit clerum, & per literas Epiſcopi mandavit præfatum Præpoſitum & Conventum excommunicatos denunciari, ita ut nullus in terra vel eis quicquam venderet, vel ab eis compararet, contra decreta Romanorum Pontificum. Quod ne fieret frater Paulus procurator Conventus ſecundo appellavit Coloniam nuncio jam Romam deſtinato. Interim ſupplicatum eſt eccleſiæ Præmonſtratenſi per literas præfati Conventus & Magiſtri *Oliveri* in hunc modum.

Reverendo in Chriſto & Venerabili Domino Conrado *Dei providentia Præmonſtratenſi Abbati*, *Emo Dei gratia dictus Abbas Floridi Orti ſalutem*, *& tam devotam*, *quam debitam & cum orationum ſinceritate obedientiam. Notum ſit Paternitati veſtræ*, *quod clauſtrum*, *quod Floridi Orti dicitur*, *in quo Deo auctore in regimine deſervio*, *Domino Gervaſio anteceſſori veſtro ſuiſque ſucceſſoribus obtuli immediate ſanctæ Præmonſtratenſi eccleſiæ*, *circa fratrum meorum & domus curam ejus cupiens vigere ſollicitudinem. Affectu itaque meo penſato locum iſtum in filiam ſuſcepit*, *& affectum ſuum ſpopondit circa eundem indeſinenter vigere*, *& ne rem hanc apud poſteros in oblivionem venire contingeret*, *ſuis voluit literis confirmare*, *quarum hic formam duxi breviter inſerendam; Ego* Gervaſius, *Dei patientia Præmonſtratenſis Abbas omnibus in perpetuum. Notum eſſe volumus tam præſentibus quam futuris*, *quod cum eccleſia Floridi Orti in Friſia per Dei gratiam dilatari cœpiſſet*, *ita quod ſurgens de paupere fundamento jam haberet Conventum*, *quem vir religioſus Emo ejuſdem loci Præpoſitus gubernabat*, *qui fuit unus de duobus primis inhabitatoribus & fundatoribus dicti loci*, *idem Præpoſitus tandem veniens ad generale Capitulum Præmonſtratenſe optulit*, *& locum ſuum eccleſiæ & ordini Præmonſtratenſi*, *quem elegerat*, *& præfectus fuerat à primis commiſſæ*

 ſibi

sibi ecclesiæ fundamentis, ipsamque Præmonstratensem ecclesiam immeditate matrem elegit, ut ecclesia Floridi Orti tanquam specialis filia Præmonstrati per Præmonstratensem Abbatem tanquam per patrem regatur, secundum quod exigunt ordinis instituta. Nos autem devotionem ipsius & suorum in Domino commendantes, sicut erant merito commendandi, recepimus eum in filium, & ecclesiam suam in filiam specialem. Ne igitur futuris temporibus super his possit aliquis scrupulus suboriri, præsentes literas in testimonium rei gestæ conceptas sigilli nostri appositione duximus roborandas. Actum anno gratiæ CIↃ. CC. XVII. *Harum literarum intuitu supplico, ut filiæ vestræ solitam impendere dignemini pietatem, & contra pravorum violentias consilio & scripto vestra prompta sit defensio. Verum quia tribulatio proxima est, ad vos suspiro sperans, quod injuriæ meæ vobis expositæ vestram movere debeant pietatem. Quidam igitur* Herdricus *dictus Præpositus de Skelwalda* † *inordinate nitens, factus Officialis & exactor Episcopi Monasteriensis, occasione continuæ procurationis Decanatus nimis procurationem, quam foris prætendit, per insolentias plurimas confundit, ut ei cui venando pecuniam probavit, possit placere. Qui inter cetera, quæ ingerit scandala, cum se auctoritate vestra & Capituli generalis ad eligendam Paternitatem sensisset urgeri, me tanquam hujus coactionis cooperatorem ab Episcopo Monasteriensi in vindictam malitiose criminari & gravari persuasit. Cumque super injuria Episcopi legitime Sedem Apostolicam appellassem, dictus Præpositus sive ex mandato Episcopi sive non contra privilegia ordinis & juris me & fratres meos excommunicatos denunciari fecit, humanitatis beneficium & vitæ necessaria ab aliis percipienda prohibendo, quæ etiam, sicut optime novit vestra discretio, in articulo necessitatis juste excommunicatis propter excommunicationem non sunt amputanda. Hanc igitur inauditam coram vobis depono querelam supplicans, ut de Horto S. Mariæ &* † *in Doccum Abbatibus viris religiosis detis in mandatis, quod si ita hæc invenerint plene corrigant, & ipsum ad resarcienda damna fratribus per eum data per pœnam suspensionis & excommunicationis compellant, & nihilominus sententiam excommunicationis, quam contra Ordinis privilegia tulit, nullam esse publice denuntient. Præterea supplico, quatenus super ordinis disciplina adeo vestra invigilet discretio, ut supra dicto Præposito* Herdrico *correcto tantum vobis apud omnes in Frisia accedat honoris incrementum, quantum dissolutio ipsius ordinis ingessit opprobrium. Quo vero efficacius*

† *Cod. Fris.* in ordine tumens.

† de Dockinge.

Digitized by Google

cacius id promoveatur, fratrem unum latorem præſentium, Canonicum ad vos deſtinavi, rogans obnixe, ut ipſum tanquam filium recipiatis, & in his quæ ad domus noſtræ protectionem & ſæpedicti Præpoſiti correctionem ſpectant, ſecundum ſcientiam à Deo vobis datam benigne expediatis. Præterea obnixe flagito, ut auctoritate veſtra & ordinis imperioſe pro reverentia ſummi Pontificis Domino Epiſcopo Monaſterienſi ſcribere velitis, ut me & fratres meos inculpatæ famæ per Dei gratiam apud omnes optimos viciniæ noſtræ ſine vexatione temerariæ excommunicationis Deo ſervire permittat, quoniam per Dei gratiam in tanta libertate in Friſia conſtituti ſumus, quod nec pullo gallinæ violenter per ſuos nos poterit ſpoliare.

Item per literas Magiſtri Oliveri: *Venerabilibus viris, Dominis, Conrado Præmonſtratenſi Abbati, ceteriſque Abbatibus, ac toti Præmonſtratenſi Capitulo Oliverus ſervus crucis emptitius, Colonienſis Cancellarius paratum ſemper cum devotis orationibus obſequium: Cum ex mandato ſedis Apoſtolicæ Friſiam, ſedis Colonienſis provinciam peragrarem, duos in ea viros Præmonſtratenſis habitus inveni. Alteri eorum, videlicet Emoni Abbati Floridi Orti, à clero & populo plenum teſtimonium modeſtiæ ac laudabilis vitæ perhibetur. Reliquus* Herdricus *de Skelwalda Præpoſitus non ſolum apud populares, verum etiam à bonis & gravibus ſufficienter infamatur. Officialis enim gerens officium excommunicat & abſolvit, eccleſias claudit & aperit pro pretio, & quod abominabilius eſt baptiſmum parvulorum impedire nititur, quibuſdam eccleſiis chriſma negando pro unius vel paucorum delicto, ut ita pecunia chriſma redimatur. Hæc autem vobis ſignifico, quia gentem Friſonum diligo, quia fide ſtabilis & in armis ſtrenua iterum ſe præparat ad terræ ſanctæ ſubſidium, tam in bellatorum numeroſa multitudine quam navium utili ac neceſſario & inſtanti expeditioni provido apparatu. Sane quoniam ordinem veſtrum veneror & amo Excellentiæ veſtræ religioſius ſcribendo, quantum audire placet, caritative conſulo, quatinus ſi prænominati fratris vulnus ſit medicabile, ſicut habitu ſuo obia . . . . . . incorporetur humo. Alioquin immedicabile vulnus enſe ſpiritualis gladii præcidatur, ne pars ſyncera trahatur, & ſcandalum per gentem devotam & ad obſequium Salvatoris mundi promtam latius dilatatum gravius animarum periculum inducat.*

Accepto itaque inſtrumento de Capitulo Colonienſi in hunc modum; *G. Dei gratia major in Colonia Decanus, & Archidiaconus totumque Capitulum majoris eccleſiæ viris Venerabilibus S. de Orto*

Digitized by Google

to S. Mariæ, D. in Doccum Abbatibus Præmonstratensis ordinis, & magistro I. in Nova ecclesia Plebano Trajectensis diœcesis Salutem in domino. Querelam Magistri E. Præpositi in Florido Orto Præmonstratensis ordinis Monasteriensis diœcesis recepimus continentem, quod cum ipsum Episcopus Monasteriensis Theodoricus super quibusdam causis contra privilegia ordinis Præmonstratensis & formam juris gravare niteretur, idem Præpositus super omni injuria ipsius per se & procuratorem suum Paulum *Canonicum Præmonstratensis ordinis Sedem Apostolicam appellavit, ac postmodum cum se & fratres suos à jam dicto Episcopo per excommunicationem & negandam in omnibus necessariis vitæ communionem nimis injuste gravandum persensisset, per Procuratorem suum P. ne id fieret, nostram legitime audientiam tanquam à suspecto appellavit. Mandamus igitur vobis, quatinus partibus convocatis de appellatione ad nos interposita cognoscatis, & si causam, ex qua gravatum se putat, secundum ea, quæ dicta sunt, legitimam inveneritis, excommunicationem in Præpositum & Conventum ipsius latam nullam publice renuncietis. Testes autem qui nominati fuerint &c:* Eodem instrumento tractus est in causam universus clerus, qui non debuit obedire iniquæ denuntiationi per ecclesias amplius quam quinquaginta, & citatus est fratrum numerus post Dominicam *Misericordia Domini* locis deputatis trans Lavicam Vemenge & Doccum. Cumque comparuissent, & præfatus Præpositus Floridi Orti ex sententia judicum appellationem præcessisse excommunicationem probasset, illi Coloniam appellarunt. Missum est ergo Coloniam in occursum illorum, & intellecto processu causæ Decanus remisit causam in eundem statum, in quo fuit tempore primæ appellationis in hunc modum: G. *Dei gratia major in Colonia Decanus & Archidiaconus totumque Capitulum ecclesiæ beati Petri viris Venerabilibus G. præposito in Fermeshum & G. Priori in Feldwirth salutem in Domino. Constitutis in præsentia A. Domini Episcopi Monasteriensis & L. Præpositi Floridi Orti, &* v. *Plebanorum de Fivelgonia Procuratoribus de consensu ipsorum ita ordinatum est, & terminatum, quod commissio ad S. de Orto S. Mariæ, & H. de Doccum Abbates, & L. Plebanum Trajectensis diœcesis impetrata super excommunicatione à Domino Monasteriensi Episcopo in eundem Præpositum E. & Conventum Floridi Orti factam à nobis penitus est cassata, & quicquid auctoritate ejusdem Commissionis fuit factum, sive in citando, sive*

in

in absolvendo, sive ad interesse condemnando cassatum est, & pronuntiatum est non tenere. Procuratores quoque prædicti appellationi tam ad Capitulum quam ad Dominum Archidiaconum ipsum factæ renunciaverunt. Reliquimus etiam negotium in eo statu, in quo fuit tempore appellationis, quam Magister E. & Præpositus dicit se ad Sedem Apostolicam interposuisse, de qua cognoscere non est nostræ auctoritatis, salvo jure utriusque partis. De eo ergo, quod apud nos de consensu Procuratorum factum est sollemniter, maneat occultum. Mandamus vobis quatinus convocato clero Fivelgoniæ, ea quæ supradicta sunt, & in conventu laicorum publice denuncietis, nullum ex his partibus præjudicium generando.

Interim rediit Nuncius Roma, & tria paria literarum reportavit contra Episcopum, duo super causa, tertium super iniquis exactionibus & injuriis ipsius. Fecerat enim ecclesiam nostram spoliari chrismate: Honorius *Episcopus servus servorum Dei Venerabili fratri Monasteriensi Episcopo Salutem & Apostolicam benedictionem. Dilecti filii Præpositus & Conventus Floridi Orti sua nobis conquestione monstrarunt, quod tu in eos sine causa rationabili, nulla competenti monitione præmissa, contra statuta Consilii generalis auctoritate propria excommunicationis sententiam promulgasti. Ideo fraternitati tuæ per Apostolica scripta mandamus, quod si ita est infra octo dies post datam præsentium sententiam ipsam sine qualibet difficultate relaxes. Alioquin dilectis filiis de Orto S. Mariæ & de Doccum Prioribus, & Magistro I. Scolastico de nova ecclesia Trajectensis diœcesis, nostris dedimus literis in mandatis, ut ipsi ex tunc sufficienti ab eis juxta formam ecclesiæ cautione recepta super his, pro quibus est hujusmodi sententia promulgata, relaxent eandem, & injuncto eis, quod de jure fuerit injungendum, audiant siquid fuerit quæstionis, & appellatione remota debito fine decidant, & faciant, quod decreverit auctoritas nostra, firmiter observari. Datum Laterani.*

Honorius *Episcopus servus servorum Dei dilectis filiis de Orto Sanctæ Mariæ, & de Doccum Prioribus, & Magistro I. de nova ecclesia Plebano, Salutem & Apostolicam benedictionem. Dilecti filii Præpositus & Conventus Floridi Orti sua nobis insinuatione monstrarunt, quod venerabilis frater noster Monasteriensis Episcopus in eos sine causa rationabili, nulla competenti monitione præmissa auctoritate propria excommunicationis sententiam promulgavit contra statuta Concilii generalis. Unde ipsi nostris dedimus literis in mandatis,*

 datis,

datis, ut si est ita infra octo dies post susceptionem ipsarum sententiam sine qualibet difficultate relaxet. Quocirca discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus si dictus Episcopus mandatum nostrum neglexerit, vos ex tunc, sufficienti ab eis juxta formam ecclesiæ cautione recepta, super his, pro quibus est hujusmodi sententia promulgata, relaxetis eandem, & injuncto eis, quod de jure fuerit injungendum, audiatis siquid fuerit quæstionis, & appellatione remota sine debito terminetis, facientes quod decreveritis authoritate nostra firmiter observari. Datum Laterani VI. *Idus April. Pontificatus nostri anno* VIII.

Honorius *Episcopus servus servorum Dei, dilectis Filiis de Orto Sanctæ Mariæ & de Doccum Abbatibus Præmonstratensis ordinis, salutem in domino & Apostolicam benedictionem. Ex parte Præpositi & Conventus monasterii Floridi Orti, Præmonstratensis ordinis nobis est oblata querela, quod Venerabilis frater noster Monasteriensis Episcopus ipsos indebitis exactionibus aggravat & molestat, alias eis plurimum injuriosus existens. Ideoque discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus partibus convocatis audiatis causam, & appellatione remota sine debito terminetis, facientes, quod decreveritis, auctoritate nostra firmiter observari. Testes vero qui nominati &c.*

Citatus itaque est Episcopus denuo & assignata loca trans Lavicam prætaxata, & die cedente propositum est fecisse excommunicationem appellatione pendente, & ecclesiam Conventus chrismate spoliasse. Judices ergo cognita spoliatione chrismatis habita interlocutoria per sententiam adjudicarunt ecclesiæ illi restitutionem chrismatis sub certo articulo diei, videlicet B. virginis. Cumque procurator Episcopi id minime curaret, Præpositus propter contumaciam petivit, ut Episcopus excommunicaretur, quod & factum est. Interim cum Herdricus omnia mala ista procuraret cum A. Notario Episcopi, Deo ordinante accidit, quod † Dominus C. Episcopus Portuensis Cardinalis Coloniam veniret. Ad ipsum præfatus Præpositus misit cum literis Abbatem, ut moneret Episcopum absolvere Herdricum à procuratione negotiorum suorum, & si Episcopus non faceret, daret in mandatis Abbatibus de Horto S. Mariæ, & de Doccum, ut prædictum Herdricum compellerent cessare, quod & factum est in hunc modum:

† *Cod. Gron.* quod Dominus C. Portuensis Cardinalis.

C. Dei gratia Portuensis & Sanctæ Rufinæ Episcopus Apostolicæ sedis

ſedis Legatus Venerabili in Chriſto eadem gratia Monaſterienſi Epiſcopo Salutem in Chriſto Ieſu, Significarunt nobis de Orto S. Mariæ, de Doccum, & alii plures Abbates Præmonſtratenſis ordinis, quod Herdricus *Præpoſitus de Skeldwalda contra conſtituta ſui ordinis vagatur per mundum, & negotiis ſecularibus ſe immiſcet, & alias plurimas inhoneſtates committens in ſalutis ſuæ præjudicium & gravamen & ſcandalum plurimorum. Quocirca vobis mandamus auctoritate legationis, qua fungimur, quatenus dictum* Herdricum, *in ſuo errore nullatenus foveatis, ſed ipſum moneatis, & efficaciter inducatis, & ſi neceſſe fuerit compellatis, ut relictis ſeculi vanitatibus redeat ad obſervantias regulares. Alioquin ſciatis nos dediſſe in mandatis Abbatibus de Orto S. Mariæ, & de Doccum, de valle beatæ virginis Præmonſtratenſis ordinis, ut dictum Herdricum ad id cenſura eccleſiaſtica compellant juſtitia mediante. Miramur enim quod talem Officialem habetis. Datum Tulpeti* XII. *Kal. Iulii.*

C. miſeratione divina Portuenſis & Sanctæ Rufinæ Epiſcopus, Apoſtolicæ ſedis Legatus, dilectis in Chriſto de Orto S. Mariæ, & de Doccum, de valle beatæ Mariæ Abbatibus Præmonſtratenſis ordinis, Trajectenſis diœceſis Salutem in Criſto Ieſu. Veſtras & aliorum multorum Abbatum veſtri ordinis Præmonſtratenſis recepimus continentes, quod Herdricum dictum Præpoſitum in Skeldwalda *ſæpe à vobis monitum à vexatione ſeculari & aliis actibus inhoneſtis compeſci cenſura eccleſiaſtica faceremus, monendo primitus venerabilem fratrem noſtrum Epiſcopum Monaſterienſem, ut ipſum à familiaritate ſua penitus amoveret, Nos vero ſupradictum Epiſcopum monuimus diligenter, mandantes eidem, ut ipſum ad hoc, ſi fuerit neceſſe, compellat. Quocirca diſcretioni veſtræ legationis, qua fungimur, auctoritate mandamus; quatenus ſi præfatus* Herdricus *monitionem dicti Epiſcopi noluerit exaudire, vel Epiſcopus ſuper his negligens fuerit memoratus, ipſum Herdricum ad obſervantias ſui ordinis monitione diligenti præmiſſa per cenſuram eccleſiaſticam auctoritate noſtra firmiter compellatis. Datum Bunnæ* XI. *Kal. Iulii.*

Cumque dictus Herdricus Abbatibus parere contemneret excommunicatus eſt. Mira Dei providentia cum A. & B. procuratores Epiſcopi poſt nativitatem B. virginis in Friſiæ partes veniſſent, & ferverent adhuc furore diuturno, & peragratis villis Beſclo, Hugemthe, Lidinge, veniſſent Uſquert, ibidem à fratre S. viro conſtante & defendente Ordinem, pro-

K 2 cura-

Digitized by Google

curatore Abbatum, denunciatur Episcopus excommunicatus, & illi, si procurarent negotia, excommunicati. Et credidit populus & recessit ab eis die primo. Die altero D. *Herdricus* impedivit populum mobilitate sua volens & nolens, vel magis timens Episcopum aliquantulum gravati, tum quia gravis ipsi erat Episcopus, & non processerunt, quia datæ sunt literæ universis pro defensione ipsorum, si Episcopus vel Nuncii sui ante absolutionem suam gravaret. Veniunt itaque * Loppersum, & die prima D. *Herdricus* de Usquert, & obtulit Conventui compositionem, ut omnis controversia inter Episcopum & ipsum quiesceret; & ad Herdricum pax esset, & cautionem daret Præpositus, ne Abbates contra eum scriberent. Ad quod respondit Præpositus nihil se velle spondere pro Abbatibus, quia hoc non esset in sua potestate. Quo audito A. & B. cœperunt præfidere quasi contemnentes reconciliationem. Recessit ergo frater S. Procurator Abbatum interritus, & frater P. & alii fratres volentes excommunicationem denuntiare, sed G. de Fermesum Decanus, P. & A. in † Loppersum Præpositi, & quamplurimi cum ipsis gravissimum fecerunt strepitum currendo, clamando, & conviciando, putantes eos tali insultu à proposito coercere. Factus est concursus & clamor, ut possent dicere fratres contra tales insidias inermes: *Circumdederunt me canes multi, Concilium malorum obsedit me.* Sed. dicti fratres indefessi restiterunt. Affuit eis Deo sic ordinante vir nobilis Stitho inflammatus caritate correctionis ecclesiæ non rogatus. Amor enim Christi otiosus esse non potest, & quasi tuba vehemens voce & manu illos furentes dimovit, & ita usque ad crepusculum vis vi repulsa est cum multa tamen læsione.

* Loppeshem.

† Loppeshem.

Die sequenti congregatus est populus quasi vir unus. Aderant ibi Consules terræ & Iurati de Upstallesbome, & audita denunciatione excommunicationis Episcopi à delegatis Summi Pontificis & Herdrici ac Cardinale decreverunt sententiam admittere, & nisi Decani duobus millibus marcarum terram immunem fore, si assisterent Nunciis Episcopi, caverent, non debere eis impendi obedientiam. Quod quia visum est illis intolerabile, dixerunt se nolle hoc facere, & ideo Nuncii Episcopi soli & contempti vacuæ mensæ accedebant videntes vacuos honores & vacuas crumenas se habere, & sic compulsi sunt Dei misericordia disponente formam compositionis Præposito

posito & Conventui beneplacitam per amicos & familiares præcipuos ipsius Conventus offerre & conscribere, in hunc modum:

In nomine Domini Amen. Ego Theodoricus Dei gratia Monasteriensis Episcopus omnibus, ad quos præsens scriptum pervenerit Salutem in Domino. Notum esse volumus universis, quod discordia, quæ inter nos ex parte una & Præpositum E. Floridi Orti & suum Conventum ex altera parte vertebatur, sopita est in hunc modum: Præpositus E. obedientiam, quam aliquis alius Abbas vel Præpositus Præmonstratensis ordinis, salvo jure privilegiorum & ordinis suo Episcopo facit, vel fecit, Domino suo Episcopo Monasteriensi faciet & exhibebit, & omnes causæ sive crimina super quibuscunque articulis, quæ contra eum vel Conventum suum motæ fuerunt, sopitæ sunt & extinctæ. Omnes quoque sui fautores, clerici sive laici, qui propter causas contra ipsum motas in aliquod devenerunt gravamen, liberi erunt penitus ab illo & exempti. Instrumenta quæcunque ex utraque parte, tam nostra, quam Emonis Præpositi & sui Conventus à quocunque optenta fuerint, nullius erunt penitus momenti, & ipse Præpositus obediens erit nobis modo supradicto, & nos ipsum, quantum potuerimus, promovebimus. Discordia vero, quæ inter Emonem Præpositum & suum Conventum ex una parte, & inter Herdricum de Skeldwalda & suum Conventum ex altera vertebatur super quibuscunque causis, sopita est in hunc modum. Uterque supradictorum Præpositorum, dextra sibi ad invicem data, veram amicitiam inter se promiserunt se fideliter servaturos, adjicientes, quod neuter ipsorum consilio vel facto alium sive in generali Capitulo, sive alio quocunque loco, gravabit, nisi siquis eorum requisitus fuerit in animam suam, liberum ei erit dicere veritatem super re, de qua fuerit requisitus. Instrumenta quoque ex utraque parte, à quocunque etiam optentæ fuerint, sive à Domino Papa, sive à delegato, sive ab ecclesia Coloniensi, sive ab Episcopo Monasteriensi, sive à Capitulo generali in manus Domini Gerconis de Fermesum, & Alfardi de Midlestum resignabunt, nullo unquam tempore valitura. Fautores quidem utriusque partis ab omni gravamine, quod propter eos incurrerant, liberi erunt & soluti simul cum illis, qui propter denunciationem cujuscunque excommunicationis sese à synodo subtraxerunt. Acta sunt hæc apud Loppeshem anno Dominicæ incarnationis CIↃ. CC. XXIV. XIII. *Kal. Octobr. præsentibus testibus G. de Fermessum Decano, P. & A. Decanis de*

 Lop-

Loppeshem, *& aliis quam plurimis. Ut autem hæc compositio firma maneat & inconvulsa præsens pagina nostro sigillo*, *& E. Præpositi floridi Orti*, *& H. Præpositi de Skeldwalda sigillis est roborata. Data per manus Magistri A. Notarii Episcopi Monasteriensis.*

Cum ergo forma pacis inter Episcopum & Conventum ordinata fuisset, & jam conscribenda, & dextram idem Episcopus dedisset societatis, quia dies eundi ad Capitulum generale instabat, dixit Præpositus *Herdrico:* Si in proposito haberet ire in societate sua, quatenus se prepararet. Ille ad hæc fore adhuc dubium dixit, utrum personaliter iret, an pro se Legatum mitteret. Quod clam procuravit mittens duos, qui literas Episcoporum Coloniensis, Trajectensis, Monasteriensis Capitulo præsentarent. Præfatus vero Præpositus cum fratre Sibrando Abbatum procuratore die B. Matthæi de Groninga profectus est, & Præmonstratum pervenit. In Capitulo itaque Abbates de Cappenberge, de Varler, de Clarholt ipsi restiterunt Consilio, quantum valuerunt, & auxilio quorundam aliorum sibi fore periculosum, si dictus Herdricus à procuratione negotiorum Episcopi prohiberetur, cum monasteria ipsorum possiderent ecclesias, in quibus ipsi Synodalia jura procurarent. Postremo cum causa ipsa tractaretur à diffinitoribus diffinitum est illum penitus debere cessare à procuratione negotiorum Episcopi auctoritate generalis Capituli & auctoritate privilegii cujusdam summi Pontificis collati Ordini Præmonstratensi in hunc modum :

Honorius *Episcopus servus servorum Dei dilectis filiis Abbatibus & fratribus universis ordinis Præmonstratensis salutem & Apostolicam benedictionem. Cum relictis seculi vanitatibus ei soli impendere teneamini famulatum*, *cui servire regnare est*, *indecens constat esse*, *ut cum debeatis orationibus invigilare involvatis vos quæstionibus alienis. Quocirca universitati vestræ auctoritate præsentium inhibemus*, *ne quisquam vestrum in pertractandis alienis causis præsumat existere procurator. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ inhibitionis infringere*, *vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit*, *indignationem* (1) *omnipotentis Dei*, *& beatorum Petri & Pauli Apostolorum*

(1) Verba hæc quid importent, aut quem hæc habeant effectum, quærenti respondebit Iacobus Columbini in glossa ad Ant. Mincuccii *lib.*

Digitized by Google

rum ejus se noverit incursurum. Datum Laterani x. *Kal. Iulii Pontificatus nostri anno* VI.

Et directæ sunt litteræ per Abbatem Cappenburgensem domino Monasteriensi Episcopo, quod Capitulum Præmonstratense non admitteret, ut sæpe dictus Herdricus esset de cetero Officialis, & aliud par litterarum transmissum est Abbatibus de Orto S. Mariæ, & de Doccum, ut citarent illum, & ad sententiam Capituli servandam compellerent in hanc formam: Quod efficacissime per ipsum Abbatem Præmonstratensem in consistorio Abbatum proximo & postea in Capitulo claustri pronunciatum est:

G. Dei patientia dictus Abbas Præmonstratensis & Abbatum ejusdem ordinis Capitulum generale Venerabilibus in Christo fratribus S. de Orto S. Mariæ & in Doccum Abbatibus Salutem. Cum expositum sit nobis in Capitulo generali, quanta dissolutione & insolentia frater Herdricus Præpositus in Skelwada sit respersus, quanta etiam scandala ex eo, quod Synodalia procurata, cum sit insufficiens & minus idoneus, sint exorta, discretioni vestræ auctoritate nostra fratrumque mandamus, quatenus dicto H. ex parte nostra & ordinis firmiter injungatis, competenti tamen monitione præmissa, ut infra instantem quadragesimam apud Hamburna vel Varlare sibi Paternitatem assumere non omittat, ut patrem super se habeat, à quo & ecclesia ejus formam sibi religionis assumat, & à quo etiam visitetur secundum consuetudines ordinis approbatas. Cæterum cum idem H. citatus fuerit ad Capitulum generale, nec Capitulum curaverit visitare, sub præfata vobis auctoritate mandamus, quatinus ex parte nostra firmiter injungatis eidem, ut infra instantem solemnitatem Pentecostes veniat personaliter Præmonstratum satisfacturus ordini super eo, quod ad mandatum nostrum visitare Capitulum non curavit. Verum quia ex procuratione Synodalium, quibus vacat, multa scandala provenerunt, tum quia insufficiens & minus idoneus, tum quia exhibet se dissolutum, volumus, ut ex decreto generalis Capituli ab eorum procuratione desistat, & ex parte nostra ei præcipiatis hoc ipsum.

Ille

lib. 4. *de feud. tit.* 16. *Dic*, inquit, *quod in Papalibus important privationem beneficii, vel officii &c. In Imperialibus privationem feudi seu aliorum bonorum &c.* Nec est, quod quis dubitet. Videatur constitutio Friderici Barbarossæ, quæ de *pace tenenda* est, apud eund. *lib.* 6. *de feud. in fin.*

Digitized by Google

Ille inquam frater *Herdricus* plenus blaſphemia ordinis ſui & habitus cum tenuiſſet mediam partem eccleſiæ vicinæ ſibi, tam per preces, quam per potentiam in corde ſemper ambiens, & rapere volens, oculos habens, & non conſiderans perſuadet ſacerdoti, qui tenuit reſiduam partem eccleſiæ, ingredi monaſterium, cogitans per illius introitum eccleſiam de qua exiit intrare. Verum continuo verſus eſt populus in conſpirationem ſeditionis, & ejecit omnia quæ in domo dotali collocarat, cum damno & dedecore. Poſtmodum nullo religioſorum uſus conſilio aciem collegit armatam amicorum & cognatorum ſuorum. Et illi de parte adverſa robore multorum ſeſe munierunt, & convenerunt Conſules terræ & Iurati Orientales pro reformanda pace inter eos. Ille vero violenter voluit vindicare domum manu armata, & cæperat applicare exercitum, ſed prohibitus eſt à Conſulibus præfatis. Populus autem de parte altera, ſicut ſemper ſolet eſſe inquietus † & malignus perverſis ſpiritibus applicuit ſe ad foſſatum clauſtri, & cœperunt ſe altrinſecus congregati ſpiculis provocare & vulnerare. Et mortuus eſt quidam nobilis de Mentera ſilva, cuſpide tranſmiſſa in caput ejus. Quo comperto cœpit multitudo cingere obſidione foſſatum per diem & noctem, & tunc non immerito frater *Herdricus* timore magno timuit & fuga ſe ſervare conſtituit. Unde dimoto paululum populo valde metuens vitæ equum paucis conſcendit, & porta aperta erupit. Et ſecuti ſunt eum quidam. Equus autem ipſius præ rapido curſu, ut * dicitur, feſellit eum, ſed tamen tunc non fallax ad ſalutem ejus, cecidit tamen & continuo à ſocio ſuo alii impoſitus eſt jumento, & non periit fuga ab eo, ſed evaſit, & animam ſuam pro equo & cappa perdita redemit. Conſequenter propinqui illius defuncti more ſuo cœperunt exurere domos proximorum ſuorum in ultionem. Quare illle reverſus ad ſe præcepit illis offerri mille marcas pro compoſitione vitæ ipſius, & in redemptionem monaſterii, ut parcerent. Interea illi ſepelientes mortuum ſuum & multitudinem magnam congregantes denuo venerunt, & non pepercit oculus eorum cuiquam cognatorum ſuorum. Poſtremo ingreſſi clauſtrum domos magno ſumptu conſtructas, unam, & aliam, & tertiam, & quartam, quæ erat nidus ſororum Chriſti bonæ opinionis & converſationis incinerabant, quæ quaſi continua cohæſit oratorio ipſarum, & mira res apparuit

† Al. *malignis perurgentibus ſpiritibus.*

* credi-tur.

paruit, ut dicitur, quod ventus pro oratorio pugnavit, & flammam ventilavit, ne læderet domum domino consecratam. Sed illi Assyriis & Chaldæis crudeliores non pepercerunt, sed more Romanorum antiquo sitientes pecuniam lapidem in altari consecratum evulserunt, credentes pecuniam ibi fuisse sepultam. Insuper & sacrosanctum Dominicum corpus cum vase suo detulerunt.

Eodem anno Augustus pluviosus spem fœni & annonæ fraudavit. Nam faba præter solitum inter festum B. Bonifacii effloruit, & circiter idem festum rosa † natalitia habuit. A festo B. Martini gelu forte constrinxit lutum & lacus ad meandum, exceptis paucis & brevibus interstitiis per totam hyemem, & ultra. † natalitium.

Anno quoque conversionis ejus XVII. sacratissimo die Paschæ, videlicet III. Kalendas Aprilis, Eurus ab Oriente nubibus intumuit, & in octava ejus nive candida & tecta & prata operuit, & sic intravit cano capite Aprilis & frigido, nondum pro voto multorum, qui fœno, & pabulo, & annona caruerunt. Et fuit illis diebus magna caristia omnium rerum. Mortua sunt pecora præ inopia fœni, & agni præ frigore, & debiles erant oves, Tria enim concurrerunt, frigus insolitum, mortalitas animalium, & caristia annonæ metuenda. Vendebatur nempe quarta pars modii pro duabus marcis & dimidia, consternatæ sunt mentes multorum considerantium, quod talia exigunt iniquitates eorum, & omnia opera Domini sunt veritas & judicium. In quo triplex est consolatio misericordiæ suæ & justitiæ. Cum enim graves pœnas solvimus, etsi causam ignoramus, intelligimus tamen esse de justitia Dei. Tertia est à fletu. Unde, *Discedite à me omnes, qui operamini iniquitatem.* Rectus est Deus, quia neminem fallit, fidelis, quia reddit promissa, justus, quia omnia æque discutit. Per misericordiam invitos liberat, quod ubi non facit, veritate vindictæ non immerito damnat. Sapientiæ namque Dei non est numerus, quum hic finitum sit, quod mundus iste complectitur. Octavo † Kalend. Maji intravit D. *Theodoricus* tertius Monasteriensis Episcopus, IX. Kal. Iunii & decimo Kalend. Iunii in ebdomada Penthecostes apud Floridum Hortum sicut amicus honorifice susceptus. Eodem die ecclesiam ipsius dedicavit. Eodem die *Emo* Præpositus Floridi Horti per manus impositionem præfati † Octavo quoque.

Digitized by Google

Venerabilis Antistitis ex miseratione divina astantibus fratribus suis nomen & officium Abbatis suscepit. Anno conversionis ejus XVII. indictione XIV. Concurrente XI. Epacta IX. anno præfati Pontificis VII: in ordine Pontificum Monasteriensium vicesimi quinti, qui * rexit anno gratiæ CIↃ. CC. XIX. & sedit annos. VII. Beatus namque *Ludgerus* primus Pontifex fuit Monasteriensis. Successerunt ei Gerfridus, Alfridus, Luibertus, Bartholdus, Wilhelmus, Nithardus, Reynoldus, Hildeboldus, Dodo, Suetherus, Theodoricus primus, Sigefridus, Hermannus primus, Rodbertus, Fritherìcus primus, Erpo, Burchardus, Theodoricus secundus, Egbertus, Wernerus, Frithericus II. Ludovicus, Hermannus secundus, Otto primus, Theodoricus tertius, Ludolphus. Anno inquam gratiæ CIↃ. CC. XXV. anno Pontificatus D. *Honorii* Papæ V. anno à Concilio Lateranensi XIII. † anno à prima prædicatione Magistri Oliveri XII. anno à fundatione ecclesiæ sororum XXII. anno dedicationis ecclesiæ in *Werum* XV. anno cataclysmi noctu B. Marcelli VII. Sane prædictus Pontifex, qui anno transacto instinctu quorundam nimis persecutus erat Præpositum cum Conventu *Floridi Horti*, cum eodem pacem firmam stabilivit, & fraternitatem poposcit & accepit, & ibidem die illo demoratus est. Et sequenti Sabbato scilicet *Quatuor temporum* ordines clericorum in * Fermesum solemniter celebravit, & post nonam unde exivit reversus est. Nimium siquidem sollicitus fuit, & laboravit ab introitu suo usque ad exitum, super causa *Herdrici*, quæ vertebatur inter ipsum & Sylvanos Skeldenses. Ideoque in primo ingressu invitavit Consules terræ, ut ope illorum compellerentur reddere pecuniam pro incendio claustri ipsius. Unde illi non crediderunt ei, nec comparuerunt. Tandem multoties vocati proposuerunt nullatenus obedire vel damnum resarcire, nisi ille in perpetuum ecclesiam præfatæ parochiæ liberam fore hypothecaria cautione sufficienter caveret, & id ipsum contra eum conclamavit totius terræ multitudo. Nondum enim recuperaverat favorem populi propter insolentias & abusiones suas detestabiles, & audire eum dedignabantur, nisi illud fieret. Quod intelligens Episcopus præcepit *Herdrico*, ut id suo consilio committeret & arbitrio. Quod & factum est. Et arbitratus est Episcopus præfatos parochianos debere pro incendio ei restituere mille marcas & sexcentas,

* cœpit.

† primæ prædicationis.

* Fermesheim.

Digitized by Google

sexcentas, & illum in perpetuum silere super præfata ecclesia, & super hoc cautionem immobilium sufficientem præstare, & altrinsecus jurare, ne postea pacem unquam violarent. Ipse vero pro bannis noningentas marcas percepit. Et ita pridie Iunii reversus est. Julius sicut leo fervidus in initio sui secutus est, sed posteriora ejus pluviosa usque ad VII. Id. Aug. & expectabatur temperies, quia prata densa erant, & sata ad messem propter irriguum Iulii. Sed luna quarta quasi post horam vespertinam turbo cum tempestate subito exortus est, & secuta est continua inundantia pluviæ. Unde Poëta de luna:

Si nigrum obscuro comprenderit aera cornu,
Maximus agricolis pelagoque parabitur imber;
Sin ortu quarto, namque is certissimus auctor,
Pura, neque obtusis per cœlum cornibus ibit
Totus & ille dies, & qui nascentur ab illo,
Exactum ad mensem, pluvia ventisque carebunt.

Augustus totus pluviosus fuit, & terræ cultoribus injuriosus, & collecta est messis cum culmo viridi, & grano lactenti & mentita est spes segetis. Septimo Idus † Decembris anno CIↃ. CC. XXV. Consules terræ confirmarunt fratres Floridi Horti in possessione esse in Emetha. Eodem anno occubuit Engelbertus Præsul Coloniensis occisus à Comite Fritherico Ysenburgense. Eodem anno in vigilia Apostolorum Simonis & Iudæ factus est terræ motus horribilis in multis locis, & circa horam sextam diei ipsa quasi superficies pavimenti rupta est, & muri quasi concussi, & laquearia ventilari videbantur. Postea maxima pluviarum inundatio sequuta est, & impleta sunt prata aquis abyssi superioris. Nam inferior abyssus est Oceanus. Abyssus nempe profunditas dicitur aquarum. Nubilosus siquidem aer iste pertinet ad Abyssum inferiorem, quia hinc sunt nubes, venti, tempestates, pluviæ, coruscationes, tonitrua, grando, nix. Eodem anno cum multiplex fieret querela coram Papa *Honorio* tertio contra exactiones Advocatorum, quas extorserunt à religiosis domibus præcipue monialium inverecunde, Abbatissa Asindensis super causa simili incitat Engelbertum Archiepiscopum, & optinuit delegatum contra Fre-

† Septimo Idus Septembr. Consules terræ &c. *Cod. Groening.*

thericum cognatum suum, fratrem Episcoporum Monasteriensis & Osnabrugensis. Præfatus Episcopus tunc temporis summus fuit & fidelissimus in causis ecclesiasticis, qui commonitum patruelem suum habuit Fretherícum Comitem Isenburgensem, promittens se velle ipsum de rebus patrimonii sui ditare, ne idem plus justo peteret, sed ille non acquievit. Accidit ergo, quod pro causa Imperii præfatus Pontifex *Sosaciam* pergit, & in via dictum Comitem obviam habuit, qui *Fritbericus* minando, ne eum jure suo scilicet Advocatiæ privaret, torva facie & animo furioso & lingua pulsavit. At ille Episcopus æquanimiter toleravit, & cœptum iter illo dimisso peregit. Iam tunc multi Comites, ut fama fuit, in mortem ejus conspiraverant. Cumque *Sosaciam* venisset, & illic patrueles sui videlicet Episcopi Monasteriensis & Osnaburgensis affuissent, affuit & frater eorum sicut Satan. Sed cum Archiepiscopus milites ad hospitium præmisisset, ut cum paucis commodius rediret, adjuncto sibi Comite de Tremonia, dictus *Fretbericus* dispositis in nemore insidiis cum aliquot servis Episcopi Monasteriensis, ut fama fuit, insecutus est. Cumque dictus Episcopus nemus quoddam perambularet, servi Fretherici ante & post de latebris prosiluerunt, & accurrentes trahebant & tenebant jumentum Episcopi. At Episcopi veniens post tergum clamat Fretherícus, ut Episcopus sibi soli servetur, & accurrens percussit reverendum caput tribus ictibus, deinde cætera membra, donec humi cecidit multis de Comitatu suo nescientibus, & aliis fugientibus præter Comitem Tremoniæ, qui se super mortuum sed frustra totum expandit. Accidit, ut dicitur VI. feria, die beati Willebrordi. Postmodum corpus ejus ad Abbatiam montis veteris primo deductum est, deinde Coloniam. (1) Illis diebus dominus Conradus Cardinalis,

(1) Hæc ex Cod. Groningi usque ad *Eodem anno*. In Frisio erat ita: *Hujusmodi interfectionis culpam impingunt Episcopo Monasteriensi & Osnaburgensi fratribus Fritberici Comitis præfati, perinde ac borum suggestu boc facinus perpetratum fuisset. Horum purgatio Romam devolvitur, ut sese innoxios purgent. Interim lite pendente Episcopus præfatus Monasteriensis vita defungitur, ejusque frater Episcopus Osnaburgensis superstes temporis successu gratiam Domini Papæ Honorii reconciliatam sensit.* Cæterum vitam Engelberti & totam hanc historiam scripsit admodum

nalis, Episcopus Portuensis & S. Rufinæ, cum Teutoniam visitaret, ad instantiam Episcoporum, & omnium Prælatorum ecclesiæ, nec non illustris *Heinrici* filii Fretherici celebrare constituit Concilium in civitate Maguncıæ, in quo Priores ecclesiæ Coloniensis pilleum suum primo ter gladio incisum, & sanguine respersum, deinde camisiam cum wambicio quasi recenter tincto ejulantes & cantantes, *Videtis Jacob vestimenta &c.* inferebant, & ipse Cardinalis flens cum omni multitudine subjunxit, *Fera pessima &c.* Deinde à ministerialibus ecclesiæ Coloniensis accusati sunt principaliter Episcopus Monasteriensis & fratres & Comites multi. Monasteriensis autem quasi moræ impatiens diem & locum petiit ad se de objectis expurgandum. Præfixus est ergo ei dies Purificationis beatæ virginis, & pro loco civitas Leodiensis. Interea collegit expensas, & invitavit Priores ecclesiæ cathedralis, nec non & Priores totius Episcopatus, videlicet Abbates, Præpositos, Priores, & Decanos. Invitavit quoque Episcopos Bremensem, Verdensem, Mindensem, Trajectensem, & occurrit in Comitatum suum Mindensis cum fratre suo Osnabrugensi. Aderant & Abbates Frisiæ, Sancti Bernardi, Floridi Orti, & de Doccum. Et profecta omnis multitudo VI. Kal. Febr. proxima feria post conversionem Sancti Pauli. Et solutum est gelu forte, & tendebant versus Austrum. Euronothus & Africus flatibus & imbribus valde homines & jumenta fatigarunt. Primo igitur die fessi venerunt ad *Lippiam*, secundo *Duzburch*, tertio *Nussiam*, quarto *Ruram*, quinto *Aquasgrani*, VI. videlicet in Purificationis vigilia Leodium. Die igitur Dominico mane facto in equis pompatice ibant ad ecclesiam beati Lamberti cathedralem, & expectantibus Episcopis, & omnibus post horam (1) primæ venit Vicarius quidam, & officium missæ cœpit

modum accurate Cæsarius Heisterbacensis, quem doctissimis Commentariis illustratum publicavit Ægidius Gelenius Canonicus Coloniensis anno hujus seculi XXXIII. De Advocatis ecclesiæ, eorum jure ac potestate, & illicitis exactionibus dixi, quod sufficit, *lib.* 2. *de Nobilit. cap.* 29. *& seq.*

(1) Prima, primum est ex officiis ecclesiasticis diurnis. Horæ enim sunt septem, Matutina, Prima, Tertia, Sexta, Nona, Completorium. *Matutina* est cantus nocturnus cantus antelucanus. Durand. *Rational. lib.* 5. *cap.* 5. Dixi *manud. ad jus Can.* 2. *cap.* 18.

Digitized by Google

pit legere sine cantu. Ecclesia namque Coloniensis pro signo mœstitiæ sollemnitatem cantandi prohibuerat, donec ultio fieret condigna pro scelere, & totus clerus quasi in triduo ante Pascha in habitu lugubri & voce submissa horas reddebat. Cardinalis interim misso Episcopo Hildesemense proposuit, si placeret dominis Episcopis differri Capitulum in feriam sequentem, & placuit. Aderant ibi, ut fama fuit Episcopi IX. Comites plurimi, & multitudo infinita. Die sequenti ascenderunt Episcopi cum comitatu suo aulam episcopalem, in medium videlicet cœnaculum, & moram fecit Cardinalis, & fluctuabat plebs avida novitatis, & implebat domum. Episcopi quoque plurimi expectabant. Sed pro signo cunei episcopalis cathedra Pontificalis super capita manu ferebatur. Accessit tandem Cardinalis, & semel & secundo data indulgentia urgebat populum descendere, & descendit paulatim. Tandem placuit excommunicare remanentes, & in negotio illo alienos, & tunc timentes dederunt locum, & facto silentio post prælibationem paucorum verborum domini Cardinalis surrexit Scolasticus domini Osnaburgensis *Olricus*, & pulchre peroravit pro electo ecclesiæ suæ captando benevolentiam, elidendo malam præsumptionem, exhibendo contra inimicorum confictionem justam satisfactionem. Surrexerunt & ministeriales Coloniensis ecclesiæ, & Comes Gelrensis contra Monasteriensem. Contra ministeriales Monasteriensis pro Monasteriensi, & facto tumultu dilata est causa. Die vero proxima finxit se Cardinalis iturum extra civitatem, & recessit populus de aula & clerus. Sed clam rediens cum Episcopis intravit, & clausa janua dedit audientiam, & adjudicata est eis expurgatio per Episcopos. Et subtraxerunt se Episcopi, & territi defecerunt, & subsecuta est ab officio suspensio & beneficio, & appositi sunt pro custodia spiritualium & temporalium diœcesis Monasteriensis Episcopus Patherbonensis & Comes Gelrensis. Septimo igitur Martii profecti sunt Romam, & pridie Kal. Maji. innotuit rumor depositionis eorum, videlicet Monasteriensis Osnaburgensis electi fratris sui. Monasteriensis autem post brevi defunctus est, & frater gratiam Domini Papæ invenit. Eodem anno (1) *Ludo-*

(1) Ludovicus VIII. post expugnatam Avenionem apud Monpenserium in Arvernia defunctus anno Regni sui tertio. Auctor gestorum ejus

Ludovicus Rex Francorum obiit veneno apud Albigenses. Succedit *Ludovicus*.

Anno Domini CIↃ. CC. XVI. die Dominico quarto Nonas Octobris migravit B. Franciscus institutor ordinis pauperum fratrum. Sequenti vero anno XVII. Kalend. Augusti die Dominico canonizatus est. In autumno pestilentia equorum fuit, quorum linguæ & ungulæ putrescebant, sed sanguine fuso super ungulam convaluerunt.

Anno Domini CIↃ. CC. XXVII. Cruce signati versus terram sanctam portum * Januæ liquerunt † 5. Idus Maji. sed XI. Kal. Maji recesserunt de Bordena. Una navium ipsorum comparata & instructa fuit ad usus pauperum de pecunia divitum virorum & mulierum pene duobus millibus marcarum in terminis duorum Decanatuum per labores Emonis Floridi Horti Abbatis, & E. Prioris de Feldwirth, & P. & G. Decanorum de * Loppessum, & Fermessum. Eodem anno conflagrata est villa Groningensis decimo Kalend. Maij. Anno eodem Episcopus *Ludolfus* Frisiam est ingressus XVII. Kal. Junii, & ante ingressum ejus occisus est *Hecco* subdiaconus, juvenis satis probus. Occisus est etiam *Herbrandus* de *Ripa* XII. Kal. Jun. Occisus *Folcardus* diaconus de *Fene*, & factum est interdictum divinorum per Fivelgoniam propter occisorem *Herbrandi* XVII. Kal. Junii. Circiter Kal. Julii reversus est Episcopus. Anno (1) eodem quinto Kalendas Augusti cæsus est crudeliter *Otto* Episcopus

* patriæ.
† IV. Id.

* Loppeshem & Fermeshem.

ejus apud du Chesne to. 5. *hist. Die autem Jovis ante festum omnium Sanctorum Regem ad propria redeuntem infirmitas mortalis invasit, & die Dominica subsequenti, scilicet in octavis omnium Sanctorum, dum esset apud Montpencier in Arvernia, anno Domini* CIↃ. CC. XXVI. *migravit ad Christum.*

(1) Ad annum refert præcedentem incertus Auctor, quem edidi Anno 1690. *cap.* 24. *in fin.* Sed est error in numeris. Rescribendum ut in notis dixi XXVII. Wilbrandus enim, qui electus post mortem statim Ottonis *ibid. cap.* 26. & qui post annum demum, ex quo electus, ingressus est Episcopatum *ibid. cap.* 27. dicitur eum ingressus Ann. CIↃ. CC. XXVIII. *ibid. cap.* 28. Albert. Abbas Stadensis ad Ann. 1227. *Otto Trajectensis Episcopus versus Trentam ante Colfelde Fresonum insolentiam compressurus in paludoso loco à rusticis die Pantaleonis feria quarta occiditur.*

Digitized by Google

† In Groning. est, *Abbatis olim de Lippia in Livonia.*

copus Trajectensis, filius *Bernardi* de *Lippia* Abbatis † olim in Livonia, & postea Episcopi ibidem, juxta Coverdiam, & cum eo ingens multitudo Nobilium, qui collecta manu Comitum & Militum voluit cohibere rebellionem *Rodulphi*, qui cum quibusdam seditiosis de Groninga, qui Geliconidæ dicebantur, contra Episcopum præfatum & *Egbertum* præfatæ villæ rectorem conspiraverant. Applicuit igitur contra prædictum Castellum, & ingressus est cum exercitu quandam paludem. Et miserabiliter in eadem à † Trentonibus prostrati & conculcati perierunt. Anno eodem xv. Kalendas Aprilis migravit Honorius Papa tertius. Successit Gregorius nonus. Anno eodem consummatum est fossatum claustri. Eodem anno Boritius de majoribus Principibus Chunorum, quos Teutonici * *Waelwyn* vocant, per fratres de Ordine Prædicatorum ad fidem Christi conversus est, & baptisatus cum multis gentis suæ hominibus à Domino *Roberto* Strigonensi * Episcopo, præsente Bela juniori Rege Ungariæ fratre Regis Andreæ.

† *Drentonibus.*

* *Waelwin.*

* Archiepiscopo.

Anno Domini CIↃ. CC. XXVIII. post constitutionem satisfactionis pecuniariæ, quam priori anno Dominus Episcopus Monasteriensis de consilio Decanorum, & Abbatum, & cleri edidit pro occisione sacerdotis H. videlicet in mille marcis Groningensis monetæ, de consilio arbitrorum in eadem causa tales conscriptæ sunt literæ: *In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Ego Th. de Doccum Dei patientia Abbas, Prior, & monachus Claricampi, subdelegatus Domini H. Abbatis loci ejusdem, & Fretbericus de Frekenhorst Domini Ludolfi Episcopi Legatus in Frisia suæ diœcesis, arbitri in causa, quæ vertebatur inter Godescalcum pugilem & Gerconem H. de Ripa Plebani occisorem super occisione ipsius H. à partibus constituti, dilectis suis D. de Loppeshem Decano & H. Upwirthe plebano, & omnibus, ad quos hæ literæ pervenerint salutem: Notum facimus vobis, quod cum dissensio inter Godescalcum & Gerconem super corpore H. occisi verteretur, nec non inter Dominum Ludolfum Monasteriensem Episcopum & ipsum G. super forma bannorum in nos ex consensu partium sollenniter in claustro Seldwirth tam de compositione quam pro bannis est compromissum. Nos vero diligenti super his Loppeshem cum prudentibus habito tractatu in hoc concordatum convenimus, quod sententiam Domini Episcopi, quam Fermeshem super ordinibus tulit, quantum ad nos fore ratam*

Digitized by Google

ratam decernimus. Verum quia Pœnitentiarius Domini Papæ pro jam dicto G. supplicavit, quatenus cum ipso Dominus Episcopus misericorditer agere dignaretur nos pro reverentia Sanctæ crucis de compositione per Episcopum taxata ccc. *marcas ex misericordia alleviamus, constituentes, ut septingentæ marcæ Groningensis monetæ pro ordinibus dentur secundum consuetudinem terræ memoratæ, &* cc. *libræ pro bannis Domini Episcopi &c. Actum est hoc anno Domini* CIƆ. CC. XXVIII. *Loppeshem* III. *Non. Maji, feria* VI. *proxima post Ascensionem Domini.* Eodem anno factæ sunt sedes chori. Eodem anno rediit à Roma *Wilbrandus* quondam Episcopus Patherburnensis, quem elegerat ecclesia Trajectensis, & in ultionem decessoris sui cum multo exercitu per plurima loca, & pridie Idus Octobr. per incendia intravit & optinuit Drentoniam.

Anno Domini CIƆ. CC. XXX. anno vero Conversionis XXII. quidam Canonicus sacerdos in horto S. Mariæ Abbati suo piæ recordationis D. *Sigardo* apud vallem S. Mariæ dormienti nasum cultello sacrilega manu amputare conatus est, quem penitus præscidisset, nisi clamor prædicti Abbatis & tandem advenientium fratrum concursus impedivisset, perpetuam tamen maculam † illi imposuit, quem Circatores illius anni primum Domino Stenveldensi tanquam patri deinde Domino Præmonstratensi mittendum decreverunt, sed Abbas læsus & Conventus * instituerunt, ut primum Romam pro absolutione iret, & sic factum est. Qui cum in itinere esset subiit ordinem pauperum fratrum, & postea Romam profectus est & post modicum * tempus mortuus. Eodem autem anno, quo vulneratus est Dominus Sigardus Idib. Novembris, postquam convaluit, defunctus est. Anno eodem Annus erat transitus B. Ludgeri primi Monasteriensis Episcopi XXI. Annus Pontificatus *Gregorii* Papæ IX. quartus, Annus consecrationis *Fretherici* illustris & semper Augusti Romanorum X. Annus conversionis beati *Augustini* DCCC. XXI. Eodem tempore viguerunt Ambrosius, Marrinus, Jeronymus, Prudentius, Claudianus. Annus conversionis beati Benedicti DCC. IV. Annus quando cœpit Papa *Gregorius* Doctor egregius DC. X. Annus passionis beati Bonifacii IƆ. V. Annus ex quo capta est Jherusalem à Saladino XL. Ex quo Magi Coloniam translati sunt LXVI. Annus ex quo cœpit ordo Carthusiensium C. XL. Ordo Cisterciensis C. XXXII.

† Abbati.

* instituerunt.

* temporis.

Digitized by Google

Ordo Præmonſtratenſium c. x. Ex quo plantatus eſt hortus S. Mariæ LXVI. Floridus Hortus XVII. Annus primæ peregrinationis contra Saladinum XLII. mediæ XXXIV. tertiæ prædicante magiſtro *Olivero* XIII. primi adventus magiſtri *Oliveri* XVI. quartæ peregrinationis IV. concertationis inter Menternenſes & Sylvanos XXIX. Annus XVIII. à Concilio præſidente *Innocentio* Papa III. Donationis eccleſiæ in Werum Annus XV. introitus fratrum in Floridum Ortum XVII. Annus diluvii noctu beatæ Iulianæ LXVII. A cataclyſmo noctu beati Marcelli Papæ XII. prioris peſtilentiæ animalium XXXVII. poſterioris XXIV. Annus *Engelberti* Colonienſis Archiepiſcopi occiſi VI. Domini *Ottonis* Trajectenſis Epiſcopi apud Covordiam occiſi III. Annus conflagrationis eccleſiæ in *Loppersbem* XIII. Idem incendii monaſterii Sancti Bernardi. Triumphatæ Threntoniæ victore exercitu Domini *Wilbrandi* Trajectenſis II. pridie Id. Octobr. Sed (1) anno Domini CIↃ. CC. XXIX. III. Kal. Septemb. *Rodulfus* ſemel ejectus uſurpavit ſibi Covordiam occiſis quibuſdam & captis cuſtodibus præfati caſtelli.

Anno gratiæ CIↃ. CC. XXXI. XII. Kal. Junii facta eſt donatio eccleſiæ in Skirame dominica ſanctæ Trinitatis à potentioribus, ſed V. Id. Iul. caſſata eſt fratribus abſentibus, inſtantia quorundam, videlicet Decanorum & aliorum, ſed IV. Kal. Aug. innovata eſt, præſentibus jam dictis Decanis. Eodem die confœderati ſunt Trentonibus Fivelgones datis juramentis, & diſpoſuerunt præliari contra Groningenſes. Eodem namque anno ortum eſt bellum inter Erneren'es & Uthuſenſes propter inſulam, quam Jurati apud *Upſballesbome* Uthuſenſibus adjudicaverunt. Sed quia jam dicti Ernerenſes parere recuſaverant decimo quarto Kalendas Auguſti Juratos ſecuta eſt Univerſitas Fivelgoniæ pro cohertione ipſorum, & congreſſæ ſunt partes in pugnam. * Groningenſes itaque quos cauſa non urgebat, ſed magis elatio inſtigabat, & aliquantula ſocietas *Egberti* Rectoris jam dictæ villæ cum qui-

* Gronienſes.

(1) Godefrid. Monach. ad Ann. 1228. *Eodem anno Epiſcopus Trajectenſis caſtrum Kuvorde iterum impugnat: ſed defenſoribus ſibi diffidentibus caſtrum in deditionem recipit, & Cæſarium Rodolfum dominum caſtri ejicit, & exulare præcipit. Qui exilium ſimulans occulte revertitur, & caſtrum dolo captum poſſidet, ejectis illis ** quot Epiſcopus ibi poſuerat.*

** *quos.*

quibusdam fautoribus Ernerensium, qui sibi astiterant in seditione civium suorum, Groningenses inquam cum denso globo virorum gerentium arma Fivelgonibus inusitata * sociati Ernerensibus in pugna Fivelgones in fugam verterunt, & lassos in fuga nudaverunt, occiderunt, & prostratus *Ecellus* vir potens linguæ, & universitati terræ, quia justus dicebatur, acceptus. Qui mortuus est die B. Mariæ Magdalenæ. Ex tunc valde timuerunt Ernerenses, & vetus fossatum antiquissimæ discordiæ inter Ernerenses & Hunesgonenses foderunt usque ad mare. Interim confœderati sunt Vivelgonibus Fredasilvani & Trentasilvani contra Ernerenses ad pugnandum. Verum Fredosilvani, parochiani cis amnem, commisso prælio visi sunt inferiores in pugna. Sed imposita eis ad placitum pecuniæ summa quieverunt, & tunc cum Trentonibus Groningam applicuerunt XIV. Kalendas Septembris, & deinceps. Threntones tamen VII. Idus Augusti applicuerunt, VII. quoque Idus Augusti Fivelgonenses collecto exercitu fossata per loca repleverunt, & congressi sunt ad præliandum. Et quia illo die Groningensibus propter metum Trentonum nemo adfuit, post aliquantum bellum Ernerenses fugam inierunt, etiam relictis villis post tergum, & in fuga illis fessis & lassis & fœminis nihil nocuerunt, quos redeuntes à fuga Ernerenses occiderunt, & diem illum læti in triumpho terminaverunt. Die sequenti vigilia S. Laurentii, die luctus & miseriæ, denuo ad fossatum applicuerunt, & res aliquantulum prospere gesta audaces fecerat debiles, & inermes sacerdotes quoque, qui adfuerunt. Et ecce soluta obsidione Trentonibus, qui dolo quorundam, ut postea compertum est, reversi fuerant, adfuit cuneus † Groningensium ut nubes densa præeuntibus sagittariis, & impetu facto transierunt fossatum, & tanta multitudo Fivelgonum nec unam miserunt cuspidem, sed impleta stupore in fugam se dederunt, & statim qui lassi, qui debiles fuerant vulnerati, nudati turpiter, & occisi passim per prata jacuerunt. Nobiles quoque hinc inde nudati ignominiose & capti sunt, tam à Groningensibus quam ab Ernerensibus, & ditiores Groningæ incarcerati, & nihil restabat, nisi per dies & noctes, nudos, captos, & occisos quærere & deplangere.

His ita gestis XIV. Kalendas Septembris repetiit fossatum universitas Fivelgonum pugnatura. Sed septimo Idus Septembris excu-

* associati.

† Groningensium.

excusarunt se non posse venire propter metum belli, quod IV. Idus Septembris Episcopus * ipsorum indixit facturum, sed pro fide servanda obsides dederunt. Quarto vero Idus Septembris † Ernerenses adductis plurimis trans Lavicam bellatoribus & aliis quamplurimis hinc inde facto impetu vastarunt villas adversariorum, quot voluerunt, sed nec ecclesiis Dei pepercerunt, nec fœminis reverentiam exhibuerunt. Incenderunt etiam ecclesiam in *Husquert*, & juxta illam inclusum bonæ famæ, & tunc in illa ecclesia consumptum est igni dominicum sacramentum. Ecce ad tantum nefas attraxit eos feritas rebellandi, cum pro fide violata impeterentur. Confœderati fuerunt illis de Hugemercke, de *Midag*, de *Merna*, de *Groninge* cuncti bellatores, instigante quosdam sola superbia, quosdam quidem timore patriæ spoliandæ. Inter cæteros de Hunesgonia (1) capitales erant *Oppo*, *Eyzo*, & *Egbertus* Rector Groningæ, oblitus totius consilii & auxilii, quod impenderunt ei Fivelgones, quando ejectus fuerat à præfata villa per * Geliconides, & hoc in recenti. Propter hujusmodi detestabile sacrilegium procurante honesto viro D. *Herbrando* Decano ecclesiæ illius excommunicati sunt ab Episcopo *Ludolpho*. Et eadem excommunicatio confirmata est à D. *Gregorio* Papa IX. Ernerenses igitur inconsulto D. Papa pecuniam ad reparationem ecclesiæ exposuerunt, & per pecuniam præfatam Episcopo reconciliari studuerunt. Eodem tempore defunctus est præfatus Decanus possessor ecclesiæ in *Husquert*, tertius heres illius nominis, relicto parvulo ejusdem nominis.

* ipsis.

† Ermerenses.

* Geliconidas.

Cum autem dicat Apostolus, *Pacem habete, & Deus pacis erit vobiscum*, dicunt sapientes, *Militare non est peccatum.* Dicit enim Augustinus: *Quid culpatur in bello? An quod moriuntur alioquin morituri, ut dominentur in pace victuri? Hoc reprehendere timidorum est, non religiosorum.* Nocendi cupiditas, ulciscendi crudelitas, implacatus animus, feritas rebellandi, libido dominandi, hæc sunt, quæ in bellis jure culpantur. Unde sciri potest, quod illud sit justum bellum, quo edicto à Principe vel popu-

(1) Capitales sunt proceres, Duces populi, primates. Sic infra ad Ann. 1250. *ut quarta pars cederet Ernerensibus &c. reliquæ tres Utbusensibus, & omnes occisi hinc inde à capitalibus utriusque partis solverentur.*

populo nec vindicatur illata, nec propulsatur inferenda injuria. Clericis non licet arma movere manu propria, sed moventibus possunt auctoritatem dare. XXIII. *qu. ult.* Omni tempore potest, † si culpa subest. Pugnandum causa necessitatis & utilitatis pro defensione sui & suorum, & ecclesiæ, & fidei, & patriæ regnique. Leo enim propterea populum contra Saracenos congregari præcepit, & cum eis Roma egressus ad littus descendit maritimum. Quia Deum videtur temptare, qui sanctæ religionis detrimenta non præcavet. XXIII. *qu.* 8. *c. igitur &c. Si nulla.* Nam si hodierni temporis ecclesia perfectionem Evangelicam & patientiam imitata memoratis paganis colla submitteret, evacuaretur prædestinatio, & excideret promissio. Et ideo Machabei magis Sabbato rebellare quam pariter omnes interire elegerunt. Sed valde cavendum, ne prædicta verba Augustini nocendi cupiditate conscientiam remordeant.

† nec culpa.

Anno igitur CIↃ. CC. XXXII. Hunesgonenses intraverunt terminos Fivelgoniæ, & succenderunt *Wigbaldeswerff*, & postea XV. Kalendas Octobris post placitum solenne, quod Groningæ habuerunt, cui etiam interfuerunt Translavicenses, post pocula exhausta ascenderunt equos equites, & admixta est multitudo peditum spe prædandi adversarios, & hora vespertina intraverunt superbe villam Emethaj horrenda & incerta nebula. Et concrepatione campanarum stupefacti fugerunt, & in fuga in via publica comprehensi miserabiliter sunt occisi & capti pene meliores terræ ad quadringentos. Alii innumeri vulnerati evaserunt. Quidam vero secus viam relicti, & sic nox hos & illos obtexit. Post proximo Sabbato Episcopus *Ludolphus* celebravit ordines clericorum *Bedum*, qui jam tertio Frisiam intraverat. Postmodum Fivelgones habito consilio statuerunt, quod captivi omnes in turribus quarundam ecclesiarum includerentur, donec plenius deliberarent, quid de illis utilius fieret, sed medio tempore ad magnam confusionem omnium furtive de turribus aufugerunt. Et sic præterea illo anno nichil memoratu dignum actum fuit.

Anno CIↃ. CC. XXXIII. effudit abyssus superior horrendam satis pluviarum inundantiam à Calendis Iulii & deinceps, & exspatiata est aqua huc atque illuc per campos & planitiem terrarum, duobus annis retroactis satis aridis, præsertim post

† Cod. Gron. Tanta fuit imbrium effusio mense Septembri.

exaltationem S. Crucis. † Tanta fuit inundatio mensis Septembris, ut diluvio maris possit æquari, & ideo fœnum multum periit, & prata relicta sunt cum vellere suo. Residuum fœni magnis navibus ducebatur per campos & vias quasi per alta maria. Annus ille fuit magnæ afflictionis hominum & animalium, ut homo & deinceps reddat Deo vota laudis suæ, & cogitationibus suis confiteatur ei, & reliquiæ cogitationis & recordationis peccatorum quasi debent esse in memoria, ne superbiant abstinentes ab operibus malis. Verisimile fuit, quod in illa inundatione superioris abyssi, quæ hactenus salsugo in sinu terræ delituit, diluta sit & absorpta. Ex tunc terra cœpit solitos fructus reddere, Unde o vos Christiani dignis flagellationibus castigati orate humida solstitia propter æstum æstatis, & hyemes serenas. Duo quippe dicuntur esse solstitia, videlicet XII. Kal. Januar. & XII. Kal. Iul. & duo æquinoctia XII. Kal. April. & XII. Kal. Octobr. Dicitur ergo ille pronosticus: Cum libra fecerit æquinoctium in Octobri, serite ordea campis, si fieri possit, etiam usque ad Januarium, & lini segetem vere cum aliis sationibus cum signum tauri XI. Kal. April. apparuerit. At si triticum & aliud genus farris, quod habet aristas serere volueris, ante abscondantur Plejades, quæ pridie Nonas Aprilis occidunt, debita quam sulcis committas semina. Multi ante occasum earum, videlicet ante Aprilem cœpere, sed illos expectata seges vanis elusit avenis. Signa in sole & luna commendantur agricolis. Nam Deus est, qui fecit luminaria & potestatem dierum & noctium. Sol in ortu maculosus abscondens se signat imbrem, radiosus & pallida aurora grandinem, cœruleus pluviam, igneus euros, maculæ cum igne ventos & imbres in occasu. Luna nova nigra signat imbrem, rubea ventos. Quarta vero certissima signa dat. Si tunc

Laxa, nec obscuris per cœlum cornibus ibit,
Totus & ille dies, & qui nascentur ab illo,
Exactum ad mensem pluvia ventisque carebunt.

Imbrem etiam prænunciat bucula cœlum suspiciens, rana querulans, hirundo lacus circumvolitans, formica ova efferens, corvi facto agmine rauce crepitantes. Signa serenitatis sunt hæc:

hæc: Stellæ per imbrem nec nimis obtuſæ, nec nimis ſcintillantes, nebula ima petens, noctua non clamans, corvi ter vel quater gutture preſſo clamantes, & ut dicitur:

Nocte rubens cælum cras indicat eſſe ſerenum,
Si de mane rubet ſignum donat pluviale.

Eodem anno ſtatuta D. Gregorii Papæ IX. tranſmiſſa ſunt Præmonſtratum in Capitulo generali. Obiit Geyco Decanus in Fermeſſum vir per omnia ſecularibus artibus idoneus, & bene religioſus, & obſequioſus. Succeſſit ei Sicco quartus à proavo Sigrepo.

Anno gratiæ CIↃ. CC. XXXIV. circa Epiphaniam duo de prædicatoribus Bremenſis collegii Fivelgoniam intraverunt ad cruce ſignandum contra (1) Stethingos. Sed poſt negotium eorum in eccleſia Damenſium declaratum aliquanto tumultu populi vexati ſunt, & ideo * Groningam ſe tranſtulerunt, & Damenſes excommunicatos denunciaverunt in Groninge, & per Hunesgoniam ſtationes inſtituerunt, & adulati ſunt invicem cum Gronienſibus & Hunesgonibus, ac Statingos, Trentones, & Fivelgones pares eſſe propter inobedientiam dicere non timuerunt. Illi inquam Prædicatores (2) incluſis, quorum fuit ingens multitudo, propter abuſiones, quibus ſimplices alliciebant, valde inſultabant, & præcipue uni illorum de Stetheſwerth, qui incorrigibilis apparuit, & illuſionibus deceptus ſimplices alliciebat; & contra eum adeo proceſſerunt, ut ejicerent de Cluſa, & per manum armatam Gronienſium duceretur Groninge. Qui poſt confeſſionem multarum blaſphemiarum vix quod non combureretur evaſit, & in pœnitentiam perpetuam in ſpecu ſubterraneo peragendam Abbati ſuo de Rottum redditus eſt. Nam ibi olim converſus fuit. Iſti inquam Prædicatores, ut multis viſum eſt, ſine diſcretione uſi ſunt aucto-

* Groninge.

(1) *Stadingos* dicas an *Stethingos*, non refert. Etiam de iis dixi ad Annal. Egmund. *cap.* 35.

(2) Monachi, qui amplexi ſtrictioris vitæ genus, aut clauſtro ſe concludebant, aut cellis, quæ prope clauſtrum, ex iis non exituri, *Incluſi* dicti, *Recluſi*. Vid. du Cange. Supra ad Ann. 1231. *Incenderunt etiam eccleſiam in Huſquert, & juxta illam incluſum bonæ famæ &c.*

Digitized by Google

auctoritate ligandi & solvendi, quasi gladio in manu furentis. Pauci igitur cruce signati sunt contra Stathingos. Dammenses itaque post multas comminationes vix optinuerunt reconciliari post castigationem (1) virgæ profusis genibus nudi & prostrati per aliquot signatos emissos contra prætaxatos Stadingos. Denique prædicatorum istorum vexatione quasi divinitus timor & tremor cecidit super Fivelgones propter conjurationem, quam fecerunt, instigante *Excello*, quibusdam aliis contra Episcopum super rescriptis, quæ impetrabat clerus, & contra interdictum ecclesiarum, & contra bannos immoderatos, & contra satisfactionem pecuniariam, quam statuerat Episcopus pro sacerdotibus occisis jam ante annos quasi quinque, conspirantes & conjurantes compositionem sacerdotis occisi non excedere cccc. marcas, & alia quædam conjuratione firmarant, in præjudicium canonicarum sanctionum, contra quod dicit Calixtus Papa XI. *qu.* I. *Conjurationis astutia non solum inter Christianos abominabilis est, sed & inter ethnicos, etiam ab exteris legibus prohibita.* Ludolfus Episcopus Monasteriensis recto utens ordine à Domino Papa judices optinuit, Sancti Petri, & Sancti Iohannis Decanos, & Custodem Osnaburgensis ecclesiæ, per quos frequenter commoniti, & interdicto ecclesiarum puniti, non resipuerunt, sed justam quandam querelam sibi habere videbantur adversus sacerdotes fornicarios & tabernarios, quos ante

(1) Sic absolutio cum dabatur cum reis vulgo actum. Nec sacra hæc aliter constabant quam damno famæ & facultatum, ut dixi *lib.* 3. *man. ad jus Canonic. cap.* 12. In magnates aliquot Hispanos abhinc aliquot adhuc annos idem plane usurpatum, ut Domina de Aunay ait in memorabilibus aulæ Hispanicæ *p.* 37. Illustre autem est exemplum, quod Annales ecclesiæ Wintoniensis suppeditant *Angl. sacr. part.* I. ad Ann. 1197. de Rege Walliæ ejusque filiis, excommunicatis ob injuriam sibi factam à Mencvensi Episcopo, & nisi post preces, lachrymasque, & suspiria ritu tum usitato in gratiam non receptis. *Episcopus igitur*, verba hæc Annalium, *vapulato Regis defuncti corpore jam fœtido, vapulatis & filiis, cum mortuo vivos eorumque terram absolvit assensu & auctoritate Domini Archiepiscopi Cantuariensis.* Et ejusmod. sunt infinita. Aliud etiam habet Gaufridus de Coldingham hist. Dunelm. *part.* I. *cap.* 2. *Tandem*, inquit, *obtinente Theodbaldo Archiepiscopo Legato personas apud Beverlacum absolvit; ubi in liminibus ecclesiæ singuli nudi virgis sunt coram omnibus cæsi &c.*

ante humiliationem laicorum corrigere dissimulavit Episcopus. Et non solum non de ordinibus sed nec de rebus ecclesiasticis legitur aliquando laicis attributa disponendi facultas. Verum quæcunque in ordinibus à Principibus decreta inveniuntur, nullius auctoritatis esse monstrantur. Ita continetur *dist.* XCVI. *Bonum quidem.* Casus talis: Symmachus Simplicius Papa infirmabatur, cumque de salute cœpisset desperare, supplicavit Basilio urbis Romæ præfecto. Quod audiens Basilius ægre tulit, & convocatis Episcopis protulit constitutionem. Deinde defunctus est Basilius & convaluit Symmachus, reprobavitque constitutionem à Basilio factam, & hoc ne in posterum laici de rebus Ecclesiasticis disponendis se intromitterent. Anno igitur præfato Kalend. Martii de beneplacito Episcopi soluta est constitutio stulta laicorum renuntiantium eidem, præcipiente Episcopo, ut pœnitentiam agerent, & ex gratia de expensis, quas fecerat, liberi essent. Eodem anno prædicatores hac & illac versus Rhenum, Westphaliam, Hollandiam, Flandriam, Brabantiam quasi nubes volabant, & Principes & populos contra *Statingos* concitabant. Quos contra querela Bremensis Archiepiscopi jam pene per quinquennium auribus Domini Papæ illata est, qui causam hujusmodi tribus Episcopis delegavit, & ut multis innotuit inter cetera reprehensibilia principalior causa fuit inobedientia, quæ scelere idololatriæ non est inferior, dicente Salomone, *Nolle obedire scelus est idololatriæ.* Illi namque licet gens modica fuit secus ripam Wiseræ fluvii propter violentias, quas milites & servientes intrantes ad eos irrogabant, omnes hujusmodi ejecerunt & se defenderunt, & interim redditus Episcopi & ecclesiarum non reddiderunt, propter quod sacramentis ecclesiasticis & sacerdotum ministerio privati sunt. Præfati igitur Episcopi propter inobedientiam eorum causam sibi commissam Prædicatoribus commiserunt, quatenus ad * cohertionem ipsorum crucem darent omnibus peregrinari volentibus in remissionem omnium peccatorum. Non parva ergo multitudo signata est in præfatis partibus. Terminus quoque peregrinationis ad præliandum constitutus est sextus Kalendas Iunii Sabbato ante Ascensionem Domini. Adfuit ergo (1) Comes Hollandiæ cum multa acie pugnatorum in multis navibus

* coertionem.

(1) Florentius IV. Vid. *Chron. Goudan.*

navibus. Aderat & Comes Geldriæ & Cliviæ. Adfuit Dux Brabantiæ cum incredibili multitudine bellatorum. Statingi ergo quid facerent pauci inter multos, inobedientes inter Catholicos, * præmoniti & obstinati, nolentes relinquere glebam patriam? Et in primo congressu Comes de † Oldenburgh laxatis habenis cum equo cadente corruit & occisus est. Fama fuit apud Statingos fuisse XI. millia pugnatorum. Princeps exercitus Christianorum fuit Dux Brabantiæ, qui tandem coacta militia hinc inde illos perditos & lassos jam circumcinxit, & facto impetu in ore gladii consumpsit. Fama fuit multos viros & mulieres exitu præconsiderato in palude & alibi se per fugam servasse. Et hæc est tertia crux data contra inobedientes quasi idololatras. Nam prima fuit contra Saracenos. Secunda contra hæreticos Albigenses. Tertia contra Statingos. Multæ siquidem novitates in diebus D. Gregorii noni * pullularant. Prima est religio Prædicatorum, qui ut nubes volant. Item humiliatorum, seu nodosorum, vel nudipedum. Item quorundam simplicium, qui dicuntur (1) *Beggini*. Item communium collegia fæminarum. Item * asinorum ducentium asinum. Item fratrum de gladio. Item de novitate miraculorum. Item de quodam de Armenia, qui Romæ in turba cum tuba perstrepuit dicens, *Laudate & properate*. Item ordo de redemptione captivorum, qui dicitur S. Trinitatis. Secta XIII. in Langobardia. Item unum quinque decretalium. Anno eodem fuit annus concertationis Nordensium duodecimus, qui confixerant cum Hundrensibus, Herbingensibus, & Upgentensibus, & Emesgoniis Broekmannis, & multos centenarios hominum hinc inde prostraverunt. Ipsi quoque damno, ut dicitur, quingentorum occisorum puniti sunt. Cunctis * prædictis summam puri auri mille marcarum & quinque millia argenti pro pace obtulerunt. Totidem quoque marcas secundum monetam Emethensium exhibuerunt † Uthensensibus, quas olim acceperant ab eis, ne se eorum inimicis associarent. Annus etiam fuit quartus guerræ Rheydensium cum parochianis de * Esendorp & fautoribus suis. Reidenses quippe postquam offensi fuerant propter injurias ipsis illatas

* præmortui.
† Aldenburch.
* pullularunt.
* Asinorum.
* prædictis terris.
† Utcenfibus. Uthusensibus.
* Ekathorp.

(1) Albigenses etiam sic dicti, ut & quivis hæretici. Godefrid. Monach. ad Ann. 1212. *Eodem anno multitudo populi ex omni Saxonia, & Frisia, & diversis partibus cruce signati ad expugnandos Begginos proficiscuntur.* Sed de secta sermo hic singulari. Vid. du Cange.

Digitized by Google

latas redeuntibus vel etiam euntibus ad nundinas frequenter indicto bello indocti ad arma & inermes cum † villicis armatis & equis impinguatis congressi sunt in campo trans Emesam, & disposita acie ipsorum in multitudine gravi irruerunt hostes, licet pauci, & versa est multitudo in fugam secus Emesam in obliquum, & pene omnes nobiles vel divites capti sunt, alii alias fugientes naves non apprehenderunt, & amni se crediderunt, & in eo capti sunt, vel submersi. Duces adversæ partis fuerunt *Stephanus*, & *Eustachius*, & milites de Castellulo *Fresenburch* sub Comite de Ravenesburch, qui consilio pacifico usi reddiderunt captivos, & sic aliquantulum quieverunt.

† pilleis pennatis.

Anno secundo post inchoatam guerram à ** Hreidensibus contra incolas Emesæ superiores præfatos ortum est bellum inter Emesgones inferiores & Hreidenses propter quendam Hreidensem submersum, qui voluit prædari venientes de nundinis, quem Emesgones indignum compositione censuerunt jure prædonis. Emesgones ergo collectis navibus & repletis applicuerunt, & scissis aggeribus proximas villas compulerunt ad deditionem. Amnicolæ vero non consenserunt, sed viriliter eos de partibus superioribus repulerunt. Anno ergo domini CIↃ. CC. XXXIV. auxilium veterum hostium & Comitis de Ravenesberch postularunt, sed pauci venerunt. Eodem tempore Hreidenses à Fivelgonibus auxilium petierunt, Fredosilvani similiter. Mota enim gens à quatuor ‡ monetis à Stauria usque Lavicam contra Longawaldenses & Frodawaldenses, quasi in prælio Episcopi *Wilbrandi* adjutores extiterant Threntonum in occisione & spoliatione ipsorum, & similiter contra Fivelgones, quorum quidam prope Emesam piraticam prædam contra mercatores eorum exercuerant. Sed non credidit gens illa sibi, & ideo ab invicem recesserunt, cum hactenus unius fori fuissent.

‡ marcis.

Ecce quid expertus sit ille nobilis concionator in manifesto nobis est, qui dum sufficienter ostendisset humanum statum esse incertum & fluctuantem, subjunxit; *Omnia in mundo sibi contraria & nichil æternum*, dicens, *Tempus & tempus omni rei sub cælo*, & post pauca: *Tempus pacis & tempus belli.* Reversus itaque in se contemplatus est in illa specula generali, quæ est sui

Soliloquis Auctoris.

** Werumenses Præsules litteræ capitali R. aspirationem H. præfigunt, atque *HReidenses*, uti & *HRenum*, & alia multa, ad eundem modum. Alting. in Notit. Germ. Infer. Part. Alt. voc. *Reidensis Terra.* Amplissimus Altingius per *Werumenses Præsules* intelligit Emonem & Menconem.

Digitized by Google

sui ipsius cognitio, unde Boëtius, *Cognosce te ipsum, & cognosces omnia præsentia, præterita, & futura*, & invenit, quod multiplex est bellum. Inter Deum videlicet & hominem, inter hominem & mundum, inter hominem & carnem, inter virtutes & vitia. Locus belli mundus. Tempus militiæ est præsens vita. Unde est illud: *Domine, quid conteris bella ab initio.* Fuit enim bellum sub Lucifero, sub gigantibus, sub turrim ædificantibus, inter circumcisos & incircumcisos. Sub lege inter Iudæos & Israelitas. In novo Testamento inter Christum & diabolum, inter Christianos & paganos, inter hæreticos Catholicos, inter veros fratres & falsos. Sub Antichristo inter angelos & homines in judicio. Est & jugis pugna virtutum cum vitiis in anima hominis. Nam prima omnium virtutum petiit campum pugnatura Fides. Secuti sunt Apostoli & martyres. Adjutores erant fidei, spes, caritas, & patientia. Occurrit ydololatra cum proceribus hujus mundi, & post VIII. generales persecutiones Dei gratia evanuit ydololatra. Deinde prodiit pudicitia, & occurrit Sodomica libido, quæ gladio verbi per collum fixa prostrata est. Post fidem & castitatem procedit patientia. Occurrit ira tumens, quæ frustra arma consumens, sed dejiciens, cuspide versa se ipsam ttansfigit. Sequitur superbia in equo impatienti, cui occurrit humilitas juncta sibi spe. Sed post multas blasphemias superbia corruit in foveam & conculcata est. Prodit luxuria videlicet omnium totius terræ superfluitas ebria, cui occurrit sobrietas, & crucem domini intentans fugat hostem, & de curru cadens lacerata est, & dentibus silice contritis vomuit, quas hauserat escas. Instat adhuc avaritia succincta gremium, quæ post multas simulationes etiam virtutum comprehensa est à largitate & strangulata. Adhuc procinctus bellicus non est solvendus tibi o anima, quia oritur invidia † ex discordia ad disturbandum triumphum latens, cui occurrit concordia, stipata legione omnium virtutum, sed fides pilo transfixit linguam illius hærentem palatis. Hæc sunt multiformia bella in anima. Unde ille: *conturbata est anima mea*, & merito, quia adhuc supersunt feculentæ turbationes propter prædictos conflictus etiam in anima sapientis, succedentis sibi vicissim pro causarum varietate, quæ potius dici debent in anima sapientis affectiones, nam affectio est mutabilis mentis impulsio. In insipiente perturbationes sunt. Primus quidem modus perturbationis secundum Poetam est metus. Unde, *Hinc metuunt, cupiunt, gaudentque, dolentque.* Auctoritate

† &

tate vero facræ fcripturæ primus motus eft cupiditas, fecundus metus, III. dolor, IV. gaudium, quia radix omnium malorum cupiditas. Cupiditatem fequitur tenacia, multiplicatio, inaffectio, voluptas. Metum fequitur follicitudo, inconftantia, fictio, irrationabilitas. Dolorem fequitur livor, amaritudo, clamor, crudelitas. Gaudium fequitur diffolutio, jactantia, mendacium. Ecce quot & quales perturbationes fequuntur quaterniones prædictas. Hi etiam dicuntur Nuncii importuni in malum, quibus in anima fapientis refpondent Cardinales virtutes, videlicet timori prudentia, dolori fortitudo, fpei juftitia, gaudio temperantia. His etiam ratio domum fuam, id eft, carnem & animam difponit in bonum, utens timore pro janitore, dolore pro dapifero, gaudio pro pincerna, fpe pro cubiculario. Aliæ etiam gemmæ dicuntur in corona in homine, ut caput animæ coronetur. Timor in fronte, fuppofita fibi juftitia. Spes in capite, fuppofita fibi prudentia. Dolor à finiftris cum fortitudine. Gaudium à dextris cum temperantia. Quis non meretur tot varietates in bono & in malo? Sunt etiam gaudium & dolor de præfenti, timor & fpes de futuro. Dolor tamen de malo, gaudium & fpes de bono. Novit qui inter ifta quafi inter diverfas molas conteritur, quod ficut non eft pax temporis, quamvis inftanter oretur, fic nec ifta finunt miferum animum requiefcere. In tanta triftitia confuluit Propheta dicens, *Effudi fuper me vel in me animam meam*, ad dominum videlicet, qui eft folus fuper rationalem animam, cui fimilis eft, quia cæfo corpore non decrefcit. Sic & Deus inpermutabiliter permanet, quod eft, quamvis res, in quibus eft anima, varientur. Anima dum fuper fe extenditur videt Deum, in fe remanens, nec comprehendit, fed cogitat fuper fe effe illam invifibilem Deitatis effentiam. Vifione corporea nullus videt Deum, qui fpiritus eft. Vifione ænigmatica videt per fidem in præfenti. Comprehenfive, pure, videtur ab angelis, à fanctis, ab animabus bonis. Videtur tamen in præfenti per infpirationis, contemplationis, orationis, meditationis, prædicationis officium, vel etiam quando redit ad fe, dimiffis exterioribus & dilatato intellectu Deum intelligit, & quodammodo videt & recognofcit. Si vero inferior vis animæ contriftetur, confolatur eam ratio, & revocat ad fe exhortando dicens. *Quare triftis es anima mea, & quare conturbas me. Spera in Deo &c.* Anima hominis proprie dicitur, non pecu-

 dum,

Digitized by Google

dum, quia illorum anima in ſanguine eſt conſtituta. Hinc quoniam immortalis eſt anima recte dicitur amœna, id eſt, à ſanguine longe diſcreta, quia poſt mortem corporis perfectam ejus conſtat eſſe ſubſtantiam, vel dicitur anima, eo quod animet ſubſtantiam atque vivificet. Anima dicitur animi, id eſt, à vento, quod cogitatio ejus adinſtar venti motu celeri pervagatur. Fit autem ex appetitu ejus & deſiderio. Mens dicitur à *mene*, id eſt, à luna, modo enim tribulationibus attenuatur, modo lætitia reparatur. Spiritus quoque tripliciter dicitur. Veraciter ſpiritus nullius indigens, complens univerſa, totus in toto, immobilis loco, & voluntate æternus, ſingulariter potens. Spiritus quoque dicitur tenuis ſubſtantia, nobisque inviſibilis, creatus immortalis. Unde & ſpiritus per totum corpus emiſſus atque receptus, per quem vita mortalium flatu neceſſario continetur, nec otium capiens jugi mobilitate reparatur. Anima igitur nec animus nec mens proprie vocatur. Sed quatenus res iſtæ in ea excedunt. Dicatur igitur anima dum corpus vivificat, animus dum vult, mens dum ſcit, memoria dum recolit, ratio dum recte judicat, ſpiritus dum ſpirat, ſenſus dum ſentit, voluntas dum conſentit. Anima igitur hominis dicitur ſpiritualis ſubſtantia, quare nullatenus ſanguinis effuſione conſumitur.

Anima hominis eſt à Deo creata, ſpiritualis propriaque ſubſtantia, rationalis, & immortalis, ſed in bonum malumque convertibilis. A Deo creata eſt, quia dicitur, *Omnem flatum ejus feci.* Spiritualis, quia nec longo, nec lato, nec profunditate clauditur. Propriaque ſubſtantia, quia nullus ſpiritus alterius carnem ſuſcepit, ut ejus paſſionibus condoleat, vel lætetur. Item ineffabili conditione diligit carnem ſuam. Vita corporis animæ præſentia eſt. Accepto vulnere in corpore dolet. Alimenta competentia ubique diſpergit, nec poteſt ſe ſegregare, niſi ſecundum juſſionem conditoris. Rationem habet, quia divina tractat, qui eſt animi probabilis motus, quo per nota ad ignota ducitur, cogitationes ſuas apprehendit, movetur, erigitur, fluctuari cognoſcitur. Immortalis eſt, quoniam corpus vivificat, in ſemetipſa vivit. Non conſtat ex partibus, ſimplex namque eſt. Ad ymaginem & ſimilitudinem Dei facta eſt, & ideo ab eo non diſcrepat. Sed ymago poteſt habere aliquam ſimilitudinem, nec hic poteſt implere totum virtutis

virtutis opus. Passionibus obnoxia est, & mœroribus pervia. Vivit in se. Post hujus seculi amissionem pura, subtilis, cita, æterna, videt, audit, tangit, omnia spiritualiter ex toto cognoscens. Affectionibus hic obnoxia est, modo gaudio levatur, modo mœrore deprimitur. Semper eam naturalis mobilitas exagitat ad cogitationes. Nam sopitis sensibus ymaginatione deludimur. Bonarum rerum amissibilis ac receptibilis est, nec recolit magis quam discit artes usuales, & nova sic audit, quasi nihil ex his didicisset. Nobili semper ardore vegetatur, & calore membra vivificat. Lumen implere dicitur propter ymaginem Dei, quod pro modulo necessarium accipit. Potest quidem ex aliqua parte sentire, sed ydonee non valet explicare. Lumen aliquod spirituale anima habet in cogitatione posita. Et quamvis in se lucida est, clarior tamen fit, cum à Deo bonis actibus intenta non recidit. Anima formam habere nullatenus putanda est. Forma dicitur, quod aliquod spatium linea lineisve concludit. Et anima tamen licet informis formas legitur accipere frequenter. Ipsa quoque quantitatem penitus non habet. Quantitas enim aut de conjunctis constat, ut arbor, homo, aut de disjunctis, ut populus. Nec formam recipit, nec quantitatem, ubicunque est. Creatori tamen circumstantia ejus & quantitas patet, qui omnia sub mensura, numero, & pondere creavit. Justitiam habet contra parva & magna, prudentiam contra confusa & incerta, fortitudinem contra prospera & adversa, temperantiam contra non rectos impetus carnis & delectationes. His quatuor animæ salus custoditur. His quatuor præterita complectitur contemplatione, ratione, memoria. Stultis juvenibus obviat, quod aut in parilitate partium aut humoribus anima inepta nimis habitatione deprimitur. Multis morbis accedentibus acumen solitæ sapientiæ tollitur. Cæterum anima nec crescit cum parvulis, nec fatuis aliæ tribuuntur, sed sicut immortalitatem assumunt, ita & rationabiles esse se generaliter sentiunt. Parvulis ratio crescit longa meditatione, non anima.

Anima rationales habet virtutes. Prima est imaginatio, per quam incorporalia imaginarie sentimus. Secunda imperatoria, quæ facit transferri de loco ad locum, voces edere, manus curvare. Tertia principalis, quæ facit corporalibus sensibus sopitis profundius firmiusque aliquid tractare. Quarta naturalis,

lis, id est, calor animi vitalis, qui nobis propter fervorem suum moderandum auras æthereas hauriendo & reddendo vitam tribuit. Quinta delectatio, appetitus boni malique, quam sub jucunditate animus concupiscit. Prima est attractiva capiens de utili, quod sibi necessarium sentit. Secunda detentoria, donec decoctum procuretur. Tertia translativa. Quarta expulsiva, quæ contraria expellit.

Legitur mox ubi corpus de limo est effectum, statim Deum insufflasse, factumque esse Adam in animam viventem. Insufflatio Dei mandatum est, & jussio. Secundum hoc dixerunt, mox ubi semen humanum coactum fuerit in vitalem substantiam illico creatas animas corporibus dari discretas atque perfectas. Physici XL. die humanum corpus ac mortale animam dicunt accipere. Fixe credendum est & Deum animas creare, & occulta quadam ratione justissime illis imputare, quod primi hominis peccato tenentur obnoxiæ. Dominus autem Jesus Christus absque peccato sine dubio venit, qui erat omnium peccata soluturus.

Quidam animæ sedem, quamvis sit in toto corpore diffusa, in corde esse volunt dicentes, quod ibi purissimus sanguis & vitalis spiritus continetur, ut inde & cogitationes sive bonas sive malas exire confirment, quod animæ virtutem operari posse non dubium est. Plurimi autem animam in capite insidere manifestant ad similitudinem aliquam divinitatis, quæ licet omnia ineffabili substantia sua repleat, scriptura tamen eam cœlos insidere confirmat. Fuit in primo homine beatitudo naturalis, arbitrii liberi potens, & inviolata scientia, sed in transgressione perdidit, quod posteris traditurus acceperat. Ad nos transmittere non potuit, quod amisit. Inde nutrita defectio, inde ignorantia, inde curæ, inde pœnitenda consilia, obscurata cognitio, turpe desiderium, justitiæ neglectus, plura nobis cum pecoribus communia, multum divinitas à nobis discreta. Prænunciat enim nobis, proh dolor! solis discussio serenitatis adventum, venturam seculis libertatem temporum ratione colligimus, lætitiam nobis interdum ignari animi præsagio promittimus. Sed quid tale ignorare potuisset anima, si ejus fuisset dignitas custodita? Depressa est jure ad ignorantiam, quæ scire voluit contumaciter vetita. Modo signis aut conjecturis sapit aliquando, quæ sine labore nosse potuit universa.

Anima

Anima eſt res ſpiritualis vicina ſubſtantiæ Dei, quæ corpus movet, regit, ſenſificat, capit quaſi infinitatum ymaginem, & revocat ſe ab exterioribus, ſecundum quod dicitur mens rationalis. Eſt autem à Deo, non de Deo, nec de aliqua præjacenti materia, ſed de nichilo creata, nichil habens ſimile in aliqua creatura. Quicquid intelligit, tota ſcit, & ſi non totum ſcit, ſcit ſe viventem & intelligentem, vel aliquid volentem. Cum ergo ſe intelligentem ſcit, ſe utique ſcit. Vis animæ ingenium, & vis ſcilicet ad aliquid percipiendum. A quo eſt ſenſus applicatione exteriorum per viſum. De ſenſu ſurgit opinio rerum. Opinio, ſcilicet fluctuans, & incertum vel falſum de rebus animæ judicium. Ratio verum & certum videlicet de re corporea. Intelligentia certum eſt judicium de re incorporea, quæ eſt ſolius Dei. Efficientia animæ in vi vegetandi, ſentiendi, ratiocinandi. Ratio in præſentium notitia, quid ſit, in abſentium intelligentia, quale ſit, in cognitorum inquiſitione, cur ſit, & extenditur ad cognitionem naturæ, & morum diſciplinam.

In anima ſunt ratio, memoria, voluntas, triplex dignitas. Unde; diliges Dominum Deum tuum, ex toto corde, ex tota mente, & ex tota anima tua. Hæc trinitas corruit per ſuggeſtionem, delectationem, conſenſum, item imprudentiam, infirmitatem, immundiciam. Ratio recipit malum pro bono, pro vero falſum, incommodum pro commodo, & ſic perdit Ethicam, Logicam, & Practicam. Memoria ſciſſa eſt in cogitationes affectuoſas, oneroſas. Voluntas in concupiſcentiam carnis & oculorum, & ſuperbiam vitæ. Sed per virtutes catholicas reparatur, fide, ſpe, caritate. Item cordis proprium eſt Deum credere, & quæ Dei ſunt. Mentis eſt recordari, diligere Deum, ſapere. Item anima habet tres dignitates, intellectum, voluntatem, memoriam. Intellectus in corde, ex intellectu generatur voluntas, de ambobus procedit memoria.

Sunt autem tres vires animæ, rationabilitas, iraſcibilitas, concupiſcibilitas, quibus aſſiſtunt fides, ſpes, caritas. Sunt etiam quatuor virtutes cardinales datæ animæ in adjutorium operationibus ſuis. Prudentia aſſiſtit rationi, ne erret in agendo, vel omittendo. Temperantia concupiſcibilitati, iraſcibilitati adeſt fortitudo. Iuſtitia aſſiſtit libero arbitrio, ex quo procedunt opera meritoria vel demeri-

toria. Hæ vires etiam dicuntur affectiones naturales, quæ facile corrumpuntur. Ratio convertitur in superbiam, & concupiscibilitas in invidiam. Sunt etiam duæ naturæ animæ propter semetipsam & corporis conjunctionem. Superior ratio, inferior sensualitas, vel carnalitas. Per rationem affectat cœlestia, per sensualitatem terrestria. Ratio autem & sensualitas inter se rixantur. Sensualitas habet quinque sensus, per quos oblectamenta hujus mundi influunt, ad replendum appetitum carnalitatis.

Anima habet quatuor status, primum creationis, quo ab unitate profluit ad ternarium, quia anima suscipit unitatem substantiæ, & ternarium potentiarum, nimirum irascibile, concupiscibile, rationabile. Secundum, quo à ternario ascendit ad novenarium, quoniam in statu vegetationis suscipit officium regendi corpus, quod secundum naturam influit & defluit per IX. foramina per oculos, aures, nares, os, & per duos inferiores meatus. Tertium operationis, quo anima visibiles & invisibiles exercet actiones. Quartum resolutionis, quo anima post varietatem vitæ præsentis redit ad puritatem naturæ. Item de eadem: Tres sunt animæ potentiales virtutes. Ratio quæ circa caduca vertitur, & ad res transitorias pertinet, & ad historiam. Intellectus circa mores hominum & proprietates. Intelligentia superior potentia animæ divina considerans secundum Magistrum Alanum. Item: Sensus est vis animæ, qua præterita, præsentia, & futura imaginamur. Ratio, qua imaginum genera & species discernimus. Intellectus, quo incorporea intelligimus. Sensus tenet primam regionem ascendendi, imaginatio secundam, ratio tertiam. Intellectus fidem transcendit, per quem sancti vident cœli secreta. Fides autem secundum Alexandrum eminentior est ratione. Memoria intellectum & fidem comprehendere non potest, nec per se inquisitio rationis, vel. acumen intellectus, sed dicitur inesse secundum vim rationabilem, & ideo excedit rationem. Sed fides catholica virtus inest secundum quandam vim animæ, quæ synæresis dicitur, & est secundum vim rationabilem, secundum supremam partem ipsius, quæ quidem superior est ratione, imo & intellectu, quia fides penetrat, quo usque non attingit intellectus. Superior igitur ratione ac scientia. Et certior, firmior, & verior est fides, in quantum virtus est, simplicis vetulæ,

tulæ, quæ credit Christum esse passum, quam scientia Mathematica; quæ scit omnem triangulum habere tres angulos æquales. Fides etiam virtus superior est & certior scientia ænigmatica. Sed scientia comprehensiva certior est fide. Hæc vero non est fides, sed loco ejus scientia comprehensiva. Fides appellatur id quod creditur, scilicet quod subest fidei, ut passio Christi, vel Christum esse passum. Appellatur etiam fides Christum credere. Unde Augustinus? *Quid est fides nisi quod non vides credere;* Quandoque vocatur usus fidei. Vocatur etiam sacramentum fidei. Unde quod dicitur, *Cornelius pervenit per opera ad fidem*, id est, fidei sacramentum vel augmentum. Dicitur etiam habitus mentis, & talium habituum, alius virtus, alius non virtus. De fide virtute dicit Apostolus; *fides est substantia rerum sperandarum, argumentum non apparentium.* Substantia dicitur res per se existens, & secundum Theologos quandoque pro creatura, quandoque pro essentia Dei, quandoque pro hypostasi sive persona, & tunc proprie pro subsistentia. Similiter etiam dicitur divinum gratuitum, virtus scilicet, per quam subsistit vita gratiæ. Item dicitur vita æterna. Item dicitur fundamentum. Unde fides est substantia, vel fides est id, per quod subsistit quid, in quantum inquam est res speranda. Stola enim animæ & corporis, licet nondum assit nobis, tamen quantum est in certitudine fidei subsistit in nobis. Etiam virtus est fides. Argumentum, id est, arguta probatio rerum æternarum. Fides autem catholica hæc est, unum Deum in Trinitate & Trinitatem in Unitate venerari. Honor qui exhibetur uni personæ exhibetur cuilibet trium. Unitas trium personarum consideratur in unitate essentiæ, in æqualitate, in æternitate. Unde Patris, & Filii, & Spiritus Sancti una est divinitas &c. Unitas vero essentiæ in tribus, alternitate, proprietate, assignatione. Unde alia est proprietas patris, alia filii, alia Spiritus Sancti. Alia prædicatio patris, alia filii, alia Spiritus Sancti. Spiritus Sanctus est amor patris & filii ab utroque procedens, sed non posterior, non minor utroque, tanquam consubstantialis & coæternus utrique, quia sicut in Christo tres substantiæ in una persona, sic sunt in Deo tres personæ in una substantia. In tribus autem personis est alius sed non aliud, quia tres unum sunt, quod est æternum & simplex, quod nec principium habet, nec finem, sed principium est sine principio,

cipio, & finis eſt ſine fine. Perſona eſt rationalis ſubſtantia, & individuæ naturæ. Perſona filii incarnata eſt, animam & corpus ſuſcepit. Auguſtinus; *Deus verbum non accepit perſonam hominis, ſed naturam.* In Chriſto ſunt duæ naturæ divina & humana, & tres ſubſtantiæ, caro, anima, & verbum, ſed non duæ perſonæ. Alia natura Deus, alia natura ille homo, ſed non alia perſona Deus, & alia ille homo. Aliud Dei filius, aliud filius hominis, ſed non alius. Anima & corpus ſimul conjuncta, hinc una perſona. Sed antequam anima aſſumeretur à verbo non erat ſimul juncta. Illam enim aſſumendo univit, & uniendo ſuſcepit. Indubitanter tenendum eſt, quod non aſſumpſit perſonam, nec eſt alia perſona homo aſſumptus à verbo, ſed una perſona cum verbo. Unde legitur, homo aſſumptus eſt in unione perſonæ non naturæ, quia non eſt natura una cum verbo, ſed una perſona. Sicut enim anima & caro unum eſt, unus homo eſt Chriſtus, quamvis multo major unio ſit inter Deum & hominem, quam inter carnem & animam. Dicitur itaque Deus eſt homo, homo eſt Deus, quia ille idem, qui eſt homo, eſt Deus, ille idem, qui eſt Deus, eſt homo.

Anima non videtur, quum egreditur. Quid mirum? quia manens in corpore non videtur, natura quippe ejus inviſibilis. Sed poteſt inviſibiliter vivere, quam oportet inviſibiliter in obſequio conditoris manere. Nulla viſibilia niſi per inviſibilia videntur, quia oculus nichil videret corporeum, niſi illam res incorporea ad videndum acueret, & ita ſenſus vivificat carnalia corpora quæ videntur. Si vitam animæ in corpore manentis deprehendis ex motu membrorum, cur non perpendis vitam animæ poſt corpus & per oſſa mortua in virtute miraculorum? Multi mentis oculum pura fide & uberiori ratione mundantes egredientes corpore animas frequenter vident. Apparent in columbæ ſpecie, ut oſtendatur, quam ſimplici corde ſervierint. Juſti in morte ſua ſanctorum viſiones conſpiciunt, ne mortem pertimeſcant. Animabus exeuntibus laus cœleſtis erumpit, & fragrantia cœleſtis odoris, ut non trepident. Magna vis eſt, quæ egredientem ſuſcipit, cujus egreſſum ſæpe nullus mortalium ferre poteſt. Meritum animæ non ſemper in ſuo egreſſu oſtenditur, ſed poſt mortem, quia qui Deo hic ſervire ſtuduit, poſt mortem verius vivet. Juſtus quacunque morte præoccupatus

Digitized by Google

cupatus fuerit justitia ejus non auferetur ab eo, & ideo non obest, si dure moriatur. Exemplum de Propheta, quem leo occidit, sed de cadavere ejus non comedit.

Ante resurrectionem animas recipi in cœlum neque de omnibus fateri, neque de omnibus negare possumus. Nam sunt quædam, quæ à cœlesti regno adhuc quibusdam mansionibus differuntur, quia perfectam justitiam non habuerunt. In judicio non tremescunt, quæ in cœlo sunt, quod corporum beatitudine perfruantur. Ipsa alioquin animarum vis subtilitate sua aliquid prævidet. Aliquando per revelationem, aliquando dum jam sunt recessuræ afflatæ divinitus in secreta cœlestia mente immittuntur. Quis occulta Dei judicia cognovit? Iniquorum animas in inferno esse credendum est: nam sicut electos beatitudo lætificat, sic à die exitus ignis reprobos excruciat. Si viventis hominis spiritus in corpore tenetur in corpore, cur non post mortem, cum incorporeus sit spiritus, etiam corporeo igne teneatur? Teneri autem per ignem dicimus spiritum, ut in tormento ignis sit † videndo & sentiendo. Quis sane sapiens esse spiritus corporeos dixerit? Ignem gehennæ corporeum esse non ambigo, quo certum est corpora cruciari. Si autem diabolus & angeli ejus, cum sint incorporei, corporeo sint igne cruciandi, quid mirum si animæ & antequam recipiant corpora, possint corporea sentire tormenta? Quod item nonnulli extrahuntur à corpore, & redeunt, & se aliquid audisse vel vidisse dicunt, hoc ideo fit, ut tormenta inferni, quæ audita non crediderunt, saltem visa pertimescant. Sed humano cordi gravis valde duricia est, ut ipsam etiam pœnarum ostensionem, quæ omnibus utilis est, contemnat. Ipsa siquidem inferni supplicia, cum demonstrantur, aliis in adjutorium sunt, aliis ad testimonium, ut illi videant mala, quæ caveant, illi vero eo amplius puniantur, quo inferni supplicia etiam cognita vitare noluerunt. Quædam animæ in suis corporibus adhuc positæ pœnale aliquid vident, quod quibusdam ad ædificationem suam, quibusdam ad ædificationem audientium.

† *viven.do.*

Purgatorius ignis credendus de quibusdam levibus culpis, pro eo, quod veritas dicit: *Siquis in Spiritum Sanctum blasphemiam dixerit, neque in hoc seculo remittetur ei, neque in futuro.* Sed illic saltem de minimis nichil quisquam purgationis obtinebit,

Digitized by Google

nebit, nisi bonis hoc actibus in hac vita adhuc positus promereatur.

Anima mortalis & immortalis esse dicitur. Mortalis quæ beate vivere facultatem amittit. Immortalis, quæ nunquam essentialiter vivere desinit, & naturæ suæ vitam perdere non valet. Augustinus: *Si non præcessisset peccatum, mors subsecuta non esset.* Mors animæ præcessit deserendo Deum, mors corporis secuta est, deserente anima. Sæpe de culpis minimis pavor egredientes animas purgat, sicut dicitur de quodam sancto viro, qui ad mortem veniens vehementer tremuit, sed post mortem discipulis in stola candida apparuit. Quorundam etiam mentes trepidantium prius revelationibus roborat, ut mortem non pertimescant. Sex modis tangunt animum imagines somniorum, ventris plenitudine vel inanitate, aliquando illusione, aliquando cogitatione simul & illusione. Aliquando revelatione. Aliquando cogitatione simul & revelatione. Sancti autem viri inter illusiones atque revelationes ipsas visionum voces, aut ymagines quodam intimo sapore discreverunt. Nam si mens cauta non fuerit per discretionem spirituum multis vanitatibus se immergit.

Expliciunt Cronica & Soliloquia Magistri Emonis.



I N.

Digitized by Google

INCIPIT
CHRONICON MENCONIS
Abbatis tertii in Werum apud Omlandos.


Ronica ista cum moralibus opusculis, quæ ad ingenium exercendum, vitam, ac mores informandos inseruntur, usque ad locum istum conscripsit Magister *Emo* primus Abbas & fundator Floridi Orti, vir venerandæ memoriæ, ac spiritu Dei plenus diligenter inserens omnia memorabilia, quæ non solum suis, sed & vicinis temporibus contigerunt, secundum annos Dominicæ incarnationis singula diligenter explanans, de diluviis, de bellis, peregrinationibus, incendiis, & aliis omnibus emergentibus, nichil intactum relinquens. In quo etiam opere spiritu Dei actus de se tanquam de alio sæpe loquitur, exemplo Moysis, qui dicit: *Erat Moyses vir mitissimus super omnes habitatores in terra;* & Iob. *Vir erat in terra Hus nomine Iob, simplex & rectus.* Quod dicit beatus Gregorius ipsos de se per Spiritum Sanctum tanquam de aliis dixisse, non ut se ipsos extollerent, sed ut aliis exemplo prodessent, & Johannes etiam dicit, *Discipulus quem diligebat Ihesus, qui & recubuit in cœna super pectus Ihesu, & dixit; Domine, quis est qui tradet te,* Apostolus: *Scio hominem in Christo ante annos* XIV. *&c.* & multa similia.

Ex solo hæc Groningano, usque ad illud infra *Anno Domini* CIↃ. CC. XLV. In Frisico nec hæc, nec Soliloquia, quæ supra.

Circa finem vitæ suæ ad aliquot annos nichil memorabile contigit. Anno vero Domini CIↃ. CC. XXXVII. præcessit hyems calida & humida, & in hoc distemperata, & ideo secutæ fuerunt infirmitates. Quoniam secundum proprietatem temporum hyems debet esse frigida & humida. Quatuor enim sunt elementa, quatuor humores, quatuor tempora anni, quatuor ætates, quatuor principales venti. Ut sit sanguis calidus, & humidus sicut aer, adolescentia, auster, ver, dies naturalis ab hora diei tertia usque ad nonam. Melancholia frigida, & sicca, sicut terra, senium, ventus borealis, autumnus, dies naturalis ab hora diei IX. usque ad tertiam noctis. Phlegma fri-

Digitized by Google

frigidum & humidum, ficut aqua, fenectus, venti occidentales, & dies naturalis ab hora noctis tertia usque ad nonam. Colera calida & ficca, ficut ignis, juventus, fubfolanus, æftas, dies naturalis ab hora diei tertia usque ad nonam. Cum ergo qualitates aeris & temporis fecundum fuas proprietates fe habent, homines in fanitate confervantur. Si vero aer & anni tempora diftemperantur, ex tali aeris epidemia, id eft, diftemperantia variæ infirmitates fecundum varietatem temporum & complexionum oriuntur. Cum ergo ficut prædiximus lenis præceffiffet hyems, quæ deberet effe potius frigida & humida, æftas vero fuerit horribiliter humida & frigida ufque ad Kal. Aug. poftea fucceffit calor & ficcitas fatis immoderate & fic fere annus totus fuit diftemperatus & naturæ contrarius. Unde aer corruptus fpirando vel edendo perceptus diverfas in hominibus generabat infirmitates. Secundum Phyficos enim malus odor plus nocet quam mala diæta. Et fic varia febris vexabat ubique homines, & maxime religiofos invafit quartana febris. Quotiens enim febris crebrefcit, in religiofis maxime dominatur, forte propter diætæ frigiditatem, vel potius quod filios quos diligit Deus punit, & flagellat omnem filium, quem recipit. Lues etiam in linguis & ungulis equorum exorta eft. Sed per fanguinis minutionem fub lingua & fuper ungulis convaluerunt. Omnia fere femina degenerarunt, fœnum habundavit propter irriguum. Autumpno itaque prolabente cum varia febris vexaret religiofos, in tantum, ut per totam Frifiam vix fufficerent fani miniftrare infirmis, nec etiam infirmitoria caperent infirmos, eodem tempore Reverendus pater *Emo* piæ recordationis & clariffimæ opinionis apud omnes religiofos & feculares fane fapientes typo febrium correptus circa feftum omnium Sanctorum paulatim cœpit languefcere, & ex abftinentia ciborum, quæ firmum eft, ut dicit Hippocrates, contra febrium difcrafiam remedium, deficere, & colorem vultus, quem naturaliter habebat rubicundum, mutare, ac toto corpore attenuari. Attamen quamvis febre exardefcente, & vires diffipante jam deficeret, vigorem tamen animi & conftantiam mentis felix contemplatio cœleftium, & provida follicitudo temporalium, & vigilans cura animarum confortabat, in tantum, ut raro etiam his diebus, quibus ipfum febrilis calor exurebat, poft præambuli frigoris incom-

commoda lecto decumberet, sed nunc infirmos visitans, nunc in claustro constitutos verbo & exemplo confortans & animans sicut verus Pastor deambulabat. Sed antequam exitus vitæ suæ describatur, volumus de ejus vita & villicatione quædam perstringere.

Reverendus siquidem pater à primis infantiæ rudimentis studiis litteralibus implicitus, adeo inter scolares fuit in scripturis divinis studiosus, ut aliis conscolaribus ludentibus & discurrentibus nunquam otiosus inveniretur, nisi aut studeret, vel scriberet, vel illuminaret. Unde contigit, ut omnes auctores, videlicet Ethicos, Ovidianos, Virgilianos, Satyricos, & alia opera Poetarum; & metrica opera Theologiæ, ut Aratorem, Sedulium, Theopistam, & similia, Priscianum majorem & minorem, & Petrum Heliam, ac alios libros, & summas artis Grammaticæ, nec non & summas Dialecticæ cum fratre suo bonæ memoriæ, domino Addone, plene conscriberet. Quos omnes ipsi ambo Parisius, Aurelianis, & Oxoniæ audierant, & ex ore Magistrorum glossaverant, & etiam glossas diversas & bursarios retulerant. Oxoniæ etiam decreta, decretales, librum pauperum, nec non & alios libros Canonici juris & legalis vigilias dividendo scripserunt, audierunt, & glossaverunt, nichil se habere credentes, quamdiu ipsis aliquis liber defuit ex utilioribus, secundum illud Lucani de Iulio:

Nil credens actum dum quid superesset agendum.

Cum vero de studiis mitterentur prædictis, dominus Addo beneficium in Emetha optinuit, ubi Magister Emo ad aliquod tempus multis præfuit scolaribus, & post modicum honesta & communi electione in Husdengum electus est in plebanum, & sic suscepto ordine sacerdotii plebem sibi commissam multa cum diligentia gubernavit, sine delectu personarum, omnibus omnia factus, ut omnes lucrifaceret. Et cum esset artium liberalium, & maxime juris Canonici ac legalis super omnes clericos Frisiæ sui temporis peritus, ac lingua Latina præcipua facundia præditus, ita se sacris conformavit, & in bona simplicitate quantum decuit virum tam sapientem ambulavit, ut à clericis & laicis amaretur & honoraretur. Vir forma decorus, statura gracilis, & aliquantum longus, aspectu hilaris, in vultu serenus, in genis rubicundus, sermone admodum jucundus, conversatione mansuetus, societate affabilis, eloquio cultus, vita

& moribus præclarus, vir totius prudentiæ, in sermone verax, in consilio providus, in judicio justus, in commisso fidelis, in interventu strenuus, in bonitate conspicuus, in universa morum honestate præclarus, & necesse fuit, ut quem Deus tanta gratia perfuderat ab omnibus amaretur. Cœlibatum autem vitæ ac continentiam carnis adhuc secularis in tantum amplectebatur, ut † nec occursus fœminarum subtersugeret, tanquam si semper diceret, *Tolle, tolle paleam, ne ignis amoris & libidinis semper exardescat.* Iob. XXXI. *Pepigi fœdus cum oculis meis, ut ne cogitarem de virgine.* Ecclef. XIX. *Vinum & mulieres apostatare faciunt etiam sapientes, & propter speciem mulieris multi perierunt.* Prov. V. *Favos distillant labia meretricis, & nitidius oleo guttur ejus. Novissima autem illius amara, quasi absinthium, & acuta quasi gladius biceps. Longe fac ab ea viam tuam, & ne appropinques foribus domus ejus.* Multos vulneratos dejecit, & fortissimi quique interfecti sunt ab ea. Semper illam præcedunt ardor & petulantia, semper comitantur fœtor & immunditia, semper sequuntur dolor & pœnitentia. Numquid abscondere potest homo ignem in sinu suo, ut vestimenta illius non ardescant? aut ambulare super prunas, ut non comburantur plantæ ejus? Et in *Ecclef.* dicitur *cap.* XXV. *Commorari leoni & draconi placebit magis quam habitare cum muliere nequam.* Familiaris enim est inimicus habitans non procul sed prope. Iob. XL. *Virtus ejus in lumbis ejus, & fortitudo illius in umbilico ventris ejus.* Nunquam fugatur, nisi cum fugitur. Nunquam mactatur, nisi cum maceratur caro.

† ut &

Cum autem placuit ei, qui ipsum segregavit ex utero matris suæ, vocare eum per gratiam suam ad excellentioris vitæ initium, cœpit habitum religionis concupiscere. Et ut gratia Dei, quæ secundum Gregorium aspirando prævenit, ut velimus, adjuvando persequitur ut possimus, in eo vacua non esset, ne panem otiosus comederet, non elegit in labores aliorum introire, & ad claustra ditiora se transferre, sed occulta Dei inspiratione, ut ipsius gratia in eo habundantius esse dinosceretur, ad novum claustrum se transtulit prope villam *Rheomerswerff*, quod à quodam cognato suo & æquivoco fundatum, in temporalibus & spiritualibus multis de causis fuit adeo desperatum, quod nisi sua solertia supervenisset convalescere vix potuisset, maxime propter litem, quam dictus fundator cum vicinis monachis

chis Sancti Benedicti in *Feldwerth* habebat. Prædictus autem sacerdos ad præfatum claustrum accedens facta compositione cum domino Reindone Abbate vicini monasterii ad ordinem Præmonstratensem se transtulit, & habitum candidum, in quo angeli apparere consueverunt, præelegit.

Cumque die noctuque de ampliando Dei cultu sollicitus cogitaret, & Dei clementiam, à quo omne datum optimum imploraret, ut ei socios, & maxime clericos, quorum contubernio maxime in officio divino, & in lectione, nec non in exercitio & sanctæ meditationis studio plurimum delectabatur, per gratiam suam assignaret, contigit, ut quadam nocte cum hujusmodi desiderio ferveret, & sopori se dedisset, audivit sibi dici per nocturnam revelationem. *Postula à me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam &c.* & evigilans exhilaratus est, eventum hujus oraculi spe læta expectans, & statim in processu temporis domino disponente accesserunt ad eum duo adolescentes, qui seminarium dici poterant messis in Christo collgendæ, videlicet dominus Sifridus, qui multis annis fuit Prior Floridi Orti, & qui magister totius disciplinæ, quoniam domino Abbate pro ecclesiæ necessitate exeunte ipse in choro & in omni disciplina serius fuit domus observator, nec ad aliqua negotia exteriora per se agenda animum inflexit. Imo circa scolares laboravit officium vestiarii peragens, Omnia etiam officia, quomodo se singuli in disciplina ac rerum utilitate haberent veloci transitu circumspiciens, nunquam tamen à choro & communi opere conventus se absentavit. Et ideo animam ejus cum Deo esse certissime speratur. Obiit anno Domini CIↃ. CC XXXII. cum fuisset Prior Floridi Orti annis XIX. Accessit & alius videlicet frater Thitardus Canonicus, qui ordinis zelator fuit indefessus, & artificio manuali, quo præminebat, novellam plantationem plurimum emendavit, chorum tamen nunquam occasione laboris negligens potius se vigiliis afficiebat. Angebatur etiam in aliis de die in diem curis clericorum & scolarium, quos magister Emo cum Priore præfato spiritu caritatis summo studio in literatura promovit, scientiam sibi divinitus collatam non sub modio, sed super candelabrum ponens, neque thesaurum concessum in terra abscondens, sed omnibus studere volentibus benigne participans. Unde cum Apostolo posset dicere; *Innocens ego sum à sanguine omnium vestrum, qui non subterfugi,*

quo minus annunciarem vobis. Cæteros autem labores, quos pro ecclesia sustinuit, longum est describere, & maxime labores & sollicitudines quas habuit pro ecclesia in Werum, quando ibidem claustrum fundavit, quod Floridum Ortum nominavit, & hodie per Dei gratiam ac ipsius providentiam in spiritualibus ac temporalibus rebus ac personis & virtutibus floret.

Quantas etiam sustinuit tribulationes dum Romam pro confirmatione dictæ ecclesiæ & privilegiis optinendis pedes ivisset, non facile declaratur. Quæ tamen omnia parvi pendit, cum ad felicem exitum Domino gratiam suam apponente perduxit. Convenerunt autem ad ipsum laici non pauci. Ex quibus quidam fuerunt bonæ opinionis homines, & nobiles, quos ipse libenti animo in conversos recepit, & cum omni diligentia, & disciplina, & honestate claustrali informavit, fovebat, ac diligebat, & omnes sollicitudines de temporalibus eis commisit, quia ipse cum clericis in quantum potuit ordini ac lectioni, nec non & sanctæ meditationi studuit insistere, & divinum officium plene ac perfecte in libris ordinis & pausæ in psalmodia in ecclesia novella ordinare. Ac egit sic multo labore in principio, ut conformitatem librorum ordinis secundum usum Præmonstratensis ecclesiæ in sua plene haberet etiam ecclesia, bene observans quod Dominus præcepit, *Primum quærite regnum Dei, & hæc omnia*, scilicet temporalia, *adjicientur vobis*. Unde cum hujus desiderii perfectionem non posset habere, nisi in ipso capite, scilicet Præmonstratensi ecclesia, quia *dulcius ex ipso fonte bibuntur aquæ*, præsertim cum tunc temporis in tota Alemannia liber ordinis non inveniretur, labori ac periculo se voluntarie subjiciens cum solo comite videlicet prædicto fratre Thitardo Præmonstratum pedes transivit, & ibi libros ordinis, scilicet *Ordinarium*, *Capitulare*, *Collectaneum*, per se ipsum conscripsit, *Graduale*, *Antiphonarium*, *Ymnarium*, notavit, & plene correxit. Evangelia, epistolas, & lectiones matutinales, quæ omnia propter sui prolixitatem & temporis brevitatem, quia ad filiolos, quos adhuc in Christo parturivit, quibus absentia sua propter novitatem fuit non modicum periculosa, redire festinabat, ad plenum scribere non valuit, & ideo magna & mirabili quantum ad novitatem suam in ordine usus sagacitate principia & fines notavit. Modum pronuntiandi Capitula, collectas, versiculos, epistolas, evangelia, & similia, notavit

tavit diligenter, etiam libello, quem fignaculum appellavit, fingula affignans. Quæ omnia poftmodum confcribi, ac plene corrigi in Præmonftrato per Magiftrum *Fretbericum* de Orto S. Mariæ fpecialem amicum fuum, & in his cohortatorem ac adjutorem maxime in his, quæ fpectabant ad uniformitatem ordinis, corrigi de verbo ad verbum procuravit. Cumque in his & aliis, quæ ad inftructionem novellæ domus pertinebant, follicitus & indefeffus die noctuque invigilaret, humani generis adverfarius, qui quieti contemplationis femper invidet, exteriores fibi fufcitavit non paucas adverfitates, ac principaliter litem cum Præpofito de Skeldwalda, qui per feculares tam clericos quam laicos, & præcipue per Dominum *Theodericum* Monafterienfem Epifcopum, qui dicto Præpofito favorem fuum in tantum impendit, quod ei omnes arduas caufas, quæ ipfum fpecialiter contingebant, commifit. Unde cum idem Præpofitus in his Synodalibus multas committeret enormitates Magifter *Emo* zelo ordinis ficut Phinees accenfus in faciem ei reftitit, primum pacifice fuadens ac monens, ut his inordinatis actionibus ac evagationibus prætermiffis ecclefiæ fuæ ficut decet religiofum provideret. Sed ille videns alios nobiles colla fua inclinare, & fuis levitatibus applaudere, intolerabili ira ficut olim Aman contra Mardochæum adverfus eum exarfit, & per prædictum Epifcopum, cujus omni tempore membranas quot voluit habebat, Venerabilem patrem Magiftrum Emonem, & Conventum fuum fecit denunciari excommunicatos, per totam viciniam interdicens firmiffime, ne quifquam ipfis in emptionibus vel venditionibus communicaret, & per feculares geftus & mores, nec non & liberalitatem fuam, maxime in ebrietatibus, attraxit fibi Decanos & alios nobiles terræ quam plurimos, & fic non modicum anguftiabatur ecclefia Floridi Orti, cum eodem tempore propter inundationem falfi maris, quæ ante paucos annos in fefto Marcelli præcefferat, & quafi quatuor annis fuit continuata, maxima fuerit annonæ cariftia. Et licet talis anguftia etiam viro conftanti poffet dolorem non modicum incutere, Dominus *Emo* tamen in Domino jactans cogitatum fuum, qui eum & Conventum in Domino collectum enutriret, largiores in tali cariftia præcepit eleemofynas erogari, nolens effe de numero illorum, qui ad tempus credunt, & in tempore temptationis recedunt,

 fem-

semper sibi & fratribus suis de exemplis patientiæ sanctorum dulcem quærens consolationem. Verum Deus fidelis, qui non patitur justum temptari supra id quod potest sustinere, qui sperantibus in se dat in perturbatione & tribulatione auxilium, in persecutione solatium, & in omni temptatione virtutem, ipse famulo suo in se speranti, & in suo misericordia confidenti, hujus litis tam gloriosum dedit exitum, ut prædicto Episcopo à judicibus Papalibus excommunicato Legati ejus in Frisia ad Synodalia nequaquam admitterentur, antequam tota causa esset terminata ad arbitrium & voluntatem sæpe dicti patris, formam compositionis eo dictante, ac ipsis sigillantibus. Sic demum Domino Episcopo præfato, cujus nomine missi fuerant synodare, ab excommunicatione absoluto, ad mensam à Decanis & ad Synodalia à subditis sunt admissi. Et ita plene impletum est, quod in ecclesia dicitur: *Cum placuerunt Domino viæ hominis, inimicos ejus convertet ad pacem.* Acta sunt hæc anno Domini CIↃ. CC. XXIII.

Has & multas alias tribulationes vir Dei ab extraneis patienter sustinuit, maxime super beneficiis in Emetha & in Skiramme, super quibus non modicas sustinuit offensas, & malignorum insultus, cum tamen non pretio nec prece vel etiam obsequiis intervenientibus eas suscepisset, sed à majori & saniori parte verorum patronorum pia liberalitate offerentium. Et cum quidam ex eis postmodum instinctu maligni hostis, qui omnibus bonis operibus invidet, allecti ab aliis, vel etiam potius alios allicientes manu missa ad aratrum retro vellent aspicere, & donationem rite factam revocare, ipse pro jure ecclesiæ & concessione facta periculi se objiciens viriliter dimicavit, quoniam etsi inconcessa non licet appetere, oblata tamen licet accipere, ac recepta retinere. Qui enim aliquid domino vel ecclesiæ offert vel promittit, solvere tenetur, quoniam & Ananias, qui sua obtulit, sed fideliter non solvit, morte punitus est. Ergo quum licuit Petro non solventem morte punire, multo magis licet oblatum solvendum exigere. Nec obstat quod ecclesiæ illæ non vacabant de facto, nihilominus enim de jure vacabant, quia illa ecclesia dicitur de jure vacare, quæ legitimum non habet Pastorem, sed illæ ambæ legitimos non habebant Pastores, quia ambo uxorati erant, & sic irregulares & excommunicati, *ext. de cleric. conjug. per tot. ext.* *de*

de fil. presbyt. cap. ut filii &c. ad præsentiam &c. Præterea ille de Emetha fuit filius sacerdotis, & paternæ incontinentiæ amator viduam duxerat, & sic per omnia irregularis. Nec obstat, si non fuit ab omnibus facta electio, quia in omni electione majori & saniori parti cedendum est, *ext. de elect. dudum &c.* Notandum etiam est, quod Professores Præmonstratensis ordinis licite possunt ecclesias possidere, & curam animarum recipere, quoniam nec in ordine nec in jure prohibetur, & quod non prohibetur permittitur, *ext. de transl. episc. vel elect. c. inter corporalia.* Contra, videtur prohibitum, quod non invenitur concessum. *Solutio*: Edicta quædam sunt stricti juris, quædam bonæ fidei. Stricti juris, de quibus dictum est; *Nichil venit in judicium, nisi de quo actum est, ut veniat.* Et sic sunt edicta prohibitoria, ut si appellatio est interdicta in literis Domini Papæ, tunc non licet appellare, nisi causa subsit legitima. Edictum etiam prohibitorium est, *Non occides.* Bonæ fidei sunt, de quibus dicitur: *Non solum id venit in judicium, de quo non est actum, ut veniat*, sed & id, de quo non est actum, ut veniat, ut sunt edicta affirmativa, sicut omnibus licet judicare, advocare, testari, qui à jure non prohibentur, Quicquid canon non exprimit, nos exprimere non debemus. Ubi constitutio promulgatur affirmative, intelligitur concessum, nisi reperitur prohibitum ut *c.* XXXI. *qu.* I. *Des. &. seq. Quod si.* Si vero negative promulgatur, specialiter intelligitur prohibitum, maxime ubi fuit eadem ratio, nisi inveniatur concessum ut *c.* XXII. *qu.* V. *Si vero.* Nam cuncta licerent, nisi jura vetarent. Dicitur etiam XVI. *qu.* I. doctos ac perbonos monachos posse prædicare, baptizare, pœnitentias dare, decimis, & primitiis perfrui. Idem dicitur proximis duobus capitulis, quod ligandi & solvendi habeant potestatem, & hi non ex ordine prohibeantur. Sanctus autem Augustinus, & venerabilis pater Norbertus Episcopi fuerant, & curam gesserunt ecclesiarum pariter ac monasteriorum, & subditis gerendam commiserunt. Unde de approbata consuetudine est, quod à latere Domini Papæ ubique terrarum professoribus hujus ordinis cura animarum conceditur. Venerabilis etiam pater dominus *Emo* ecclesias istas nec ambitione avaritiæ concupivit, cum ipse parsimoniam, quæ decet religiosos, specialiter & quasi naturaliter amavit penitus omnem abhorrens superfluitatem, sed pro fratrum suorum imo pauperum Christianorum alimo-

alimonia, quibus in illa novitate multiplicatis animo plus quam divitiis, in illa famosa frugum penuria, post diluvium Sancti Marcelli, necessaria non sufficiebant, quia omnia necessaria humanis usibus in summo erant pretio, & pretium eorum quasi nullius pretii reputabatur. Quid ergo pauperibus Christi faceret? Ecclesias istas legitime receperat, Licite poterant à Conventu possideri. Et nuncii Sathanæ possessionem impediebant. Attendit, quod dixit Augustinus de Maximiano Episcopo Vagiensi XXIII. *q.* 3. Si defensionem rerum ecclesiæ oblatam prætermisisset, *non ejus fuisset laudata patientia, sed negligentia merito culpanda.* Neque Apostolus Paulus vitæ suæ transitoriæ, sed ecclesiæ Dei consuluit, quod contra illos, qui eum occidere conspiraverunt, adolescens ut tribuno traderetur effecit. Unde factum est, ut ad locum, quo fuerat deducendus, eum miles armatus deduceret, ne illorum pateret insidiis. Dicitur etiam XII. *qu.* I. quod Hilarius Episcopus omnia sua aut parentibus reliquit, aut pauperibus erogavit. Hic tamen factus Arelatensis Episcopus, quod tunc illa ecclesia habuit, non solum possedit, sed & acceptis nervosis fidelium hereditatibus ampliavit. Itaque divinarum scripturarum doctissimi, si scirent res ecclesiæ oblatas non debere defendi, nunquam eas deberent suscipere, qui & sua propter Deum reliquerant. In his tamen & aliis negotiis fora & Conventus secularium, quantum poterat, subterfugit, quorum ebrietates & insolentias epulantium non solum in habitu religionis, sed etiam in seculari habitu adhuc positus, toto corde detestabatur, quia sicut dicitur *Prov.* 20. *Luxuriosa res est vinum, & tumultuosa ebrietas.* Item in *Eccles.* 31. *Vinum multum potatum irritationem & iram, & ruinas multas facit.* Prov. 31. *Noli Regibus dare vinum, quia nullum secretum, ubi regnat ebrietas.* Multa enim mala facit ebrietas. Depauperat; Eccles. XIX. *Vinum & mulieres apostatare faciunt etiam sapientes.* Aufert cor, id est, discretionem cordis. *Oseæ* IV. *Vinum & ebrietas auferunt cor.* Turpitudinem denudat. *Genes.* IX. *Bibens Noe vinum inebriatus est & nudatus in tabernaculo.* Secreta revelat. *Prov.* 31. *Nullum secretum ubi regnat ebrietas.* Cor venenat. *Prov.* 23. *Ingreditur blande, sed in novissimo mordebit ut coluber, & sicut Regulus venena diffundet.* Amaritudinem cordis facit. *Eccles.* 21. *Amaritudo animæ vinum multum potatum.* Mentem enervat. *Eccles.* 35. *Ebrieta-*

Ebrietatis animositas imprudentis ostensio, minorans virtutem, & faciens vulnera. Rixas facit, pœnam æternam parat, oculos excutit. *Prov.* 23. *Cui væ? cujus patri væ? cui rixæ? cui foveæ? Cui sine causa vulnera? cui suffusio oculorum? Nonne his, qui commorantur in vino, & student calicibus epotandis?* Ebrietas enim non voluptas sed pæna est. Tullius: *Si videres istos epulones sicut boves opimos stridere & sudare, tunc intelligeres eos, qui maxime voluptatem sequuntur, minime assequi.* Jeronymus: *Nihil adeo obruit intelligentiam, sicut comestio & ebrietas.* Seneca; *Ciborum copia subtilitas sensus impeditur.* Jeronymus: *Venter pinguis non gignit tenuem sensum.* Seneca: *Nichil aliud est ebrietas, quam voluntaria insania.* Tullius: *Mente uti recte non possunt multo cibo & potu repleti.* Salvian. *Ebriosus est servus omnium peccatorum.* Jerem. v. *Saturavi eos & mœchati sunt.* Paulus Apost. *Nolite inebriari vino, in quo est luxuria.* Jeronym. *Quicquid seminarium est voluptatis, venenum puta.* Seneca: *Quis hostis unquam tam contumeliosus fuit, quantum in quosdam voluptates suæ sunt?* Eccles. XXII. *In multis escis invenitur infirmitas, & propter crapulam multi perierunt.* Seneca: *Potest nostra prudentia huic corpusculo longiorem prolongare moram, si voluptates, quibus major pars perit, possumus regere & coërcere.* Idem: *Fastidientis stomachi est multa degustare, quæ ubi varia sunt & diversa, inquinant, non alunt.* Idem: *Si vis esse in perpetuis deliciis non voluptatibus est adjiciendum, sed cupiditatibus detrahendum.* Ieronym. *Voluptas famem non satietatem parit.* Osee IV. *Comedent & non saturabuntur.* Psal. *Famem patientur ut canes.* Luc. XV. de filio prodigo: *Ego autem hic fame pereo.* Seneca: *Multis serviet, qui servit corpori.* Eccles. VI. *Omnis labor hominis in ore ejus.* Ieronym. *Tauri paucorum jugerum pascuis aluntur, unica sylva pluribus elephantis sufficit, homo verò terra, & mari, ac aere pascitur.* Gregorius: *Non licet intueri, quod licet concupisci. Non enim est securum intueri delectabilia.* Isai. v. *Væ qui consurgitis mane, ad sectandum ebrietatem, & ad potandum usque ad vesperam. Væ qui potentes estis ad bibendum.* Gregorius: *Ebrietas est blandus dæmon, dulce venenum, suave peccatum, quam qui habet, se non habet, quam qui facit, non facit peccatum, sed ipse totus est peccatum.* Augustinus: *Ebrietas aufert memoriam, dissipat sensum, confundit intellectum, concitat libidinem, involvit linguam, cor-*

rumpit sanguinem, omnia membra debilitat, vitam diminuit, & omnem salutem exterminat.

Propter has causas, & continentiam, quam quasi naturaliter amplectebatur, omnem penitus abominans superfluitatem, consortia potatorum fugiebat. Si quando judex delegatus erat, personarum omnino acceptor non fuit. *Levit.* XVIII. *Non facies quod iniquum est, nec injuste judicabis. Non consideres vultum potentis.* Iacob. II. *Fratres mei nolite in personarum acceptione habere fidem.* Actor XI. *In veritate comperi, quia non est personarum acceptor Deus.* Prov. XVII. *Qui justificat impium, & qui condempnat justum, uterque abominabilis est apud Deum.* Isai. VI. *Væ qui dicunt bonum malum, & malum bonum* Unde in Exodo, *Elige tibi viros potentes, Deum timentes, amantes veritatem, detestantes avaritiam.* Summopere cavebat, ne amor, vel timor, à recto tramite ipsum seducerent, & alia quæ ponuntur III. *qu.* 5. Propinquitatis ac familiaritatis affectio veritatem impedire solet. Amor etiam carnalis, & timor, atque avaritia plerumque sensus hebetant humanos, & pervertunt opinionem, ut quæstum pietatem putent, & pecuniam quasi mercedem prudentiæ. XI. *qu.* 3. Quatuor modis humanum judicium pervertitur. Timore, cum metu alicujus potestatis veritatem loqui pertimescimus, cupiditate, odio, amore. Supra *eodem cap. Pauper dum non habet, quod offerat, non solum audiri contempnitur, sed & contra veritatem opprimitur.* Quare cito violatur justitia.

Hæc omnia considerans vir Dei & spiritu sapientiæ repletus, quantum poterat judicia subterfugit. Quando vero subterfugere non poterat, penitus non fuit acceptor personarum, sed via regia procedere sategit. Vir etiam tribulatis valde compatiens, pænitentibus post illatas sibi injurias indulgens, vindictam in calumpniantes ac injuriantes etiam cum posset non inferens, summum genus vindictæ reputans misericorditer indulgere, cum possis vindicare. Quia hæc est summa victoria de maligno hoste, qui est omnium malorum incentor & nunquam plenius vincitur quam per patientiam & humilitatem. Unde quantum rigor disciplinæ permittebat, plus appetebat à subditis amari quam timeri, & quasi unum ex illis omnibus gestibus & moribus se exhibuit, secundum Eccles. XXXII. *Rectorem te posuerunt, noli extolli, esto in illis, quasi unus ex illis.* Dicitur etiam

Digitized by Google

etiam in libro *Sapientiæ* VI. *Quoniam à Domino data est potestas, & virtus ab Altissimo, qui interrogabit opera singulorum.* Et infra, *Judicium durissimum fili in his, qui præsunt: Exiguo enim conceditur misericordia, potentes autem potenter tormenta patientur.* Non enim subtrahet personam cujusquam Deus, nec revcrebitur magnitudinem ejus, quoniam pusillum & magnum ipse fecit, & æqualiter illi cura est de omnibus. Fortioribus autem fortior instat cruciatio. Unde summopere vitavit typum superbiæ, contra humiles, parvos, & pauperes se præbens affabilem, attendens quod dicitur in Ecclesiastico: *Initium omnis peccati superbia, & qui tenuerit illam abominabilis erit apud Deum.* Sedes enim superborum destruxit Deus, & sedere fecit mites pro eis, cum dicat beatus Gregorius: *Superbia natione cœlestes appetit meatus.*

Superbos autem & rebelles sine personarum acceptione corrigebat, arguendo, obsecrando, increpando, bene observans id quod alibi: *Parce humili, facilis oranti, frange superbum*, & quod in Æneid. Virgil. *Parcere subjectis & debellare superbos.* Quoniam sicut dicit Augustinus XXIII. *qu.* 1. *Cui licentia iniquitatis adimitur, utiliter vincitur, quoniam nihil est infelicius felicitate peccantium, qua pœnalis nutritur impunitas, & mala voluntas, velut hostis interior roboratur.* Et idem *qu.* 2. *In Prælatis circa correctionem subditorum non est laudanda patientia, sed negligentia merito culpanda.* Augustin. *Seculi nequitia est impunita nequitia.* Unde contigit, ut mali spiritus, qui secundum Job, cum justum comedant, non dormiunt, ipsum etiam temptarent periculis & falsis fratribus. Nam in diebus suis multi labores in jejuniis, & vigiliis, ac silentio, nec non in parsimonia cibi & potus, quæ omnia decent religiosos, non ferentes, ipsum multipharie perturbabant, & etiam plurimi apostatabant, quæ omnia ipse patienter sustinuit, sciens quoniam necesse est, ut veniant scandala, sed væ illi, per quem veniunt, & ex cujus culpa. Super quo & alio loco dicit Dominus; *Ut non scandalizemus eos vade ad mare, & mitte hamum, &c.* usque ad *dabis pro me & te.* Ubi dicit Gregorius; *In quantum possumus, vitare scandalum proximorum debemus. Si autem de veritate scandalum sumitur, utilius permititur nasci scandalum, quam veritas relinquatur.* Unde versus:

Scandala pro vita, doctrina, justitiaque,
Non fugias.

Beati enim qui persecutionem patiuntur propter justitiam. Et Apostolus: *Tribulationem patimur, sed non angustiamur. Aporiamus, sed non destruimur. Persecutionem patimur, sed non derelinquimur.*

Providebat intus & foris disciplinæ ac honestati, temperantiæ, ac sobrietati, fratrum discrete providens necessitati, raro aut nunquam superfluitati, in omni gestu compositus, facie pro tempore jocundus, in verbis circumspectus, nec profusus, sed brevitati studens, omnibus donis naturalibus & gratuitis adornatus, præterquam in facundia seculari, & lingua Teutonica, quam propter studium & amorem vitæ spiritualis & lectionis nec dilexit, nec exercuit. Qui & licet esset in lingua Latina expeditissimus, & juris legalis ac Canonici peritus, tamen ubique locorum maluit audire, quam audiri, cum tamen multi propter gratiam sibi insitam eum reverenter desiderarent audire. Adulari majoribus nec scivit, nec voluit, plausum vel favorem secularium nec in dictis nec in factis quæsivit. Vanam gloriam ambientes in secreto mentis detestabatur. Humiles ac simplices in via mandatorum Dei gradientes venerabatur. Multiloquia omnino abhorruit, quoniam secundum quod dicitur; *In multiloquio non deest peccatum.* Et in Evangelio, *De omni verbo otioso reddent homines rationem.* Iacobus in epistola Canonica. I. *Sit omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum.* Et idem: *Siquis putat se religiosum esse, & non refrenat linguam suam, hujus vana est religio.* Prov. XII. *Propter verba labiorum proximat ruina malorum.* Ps. *Vir linguosus non diu erit in terra.* Imo multo minus in cœlo. Prov. XIII. *Qui custodit os suum, custodit animam.* Ecclef. XIV. *Beatus vir, qui non est lapsus in verbo ex ore suo.* Iacobus III. *Siquis in verbo non offendit, hic perfectus est vir.* Item: *Lingua modicum membrum est, & totum corpus mittit in gehennam, & totum corpus maculat, & inflammat rotam nativitatis, inflammata à gehenna. Est enim inquietum malum, plena veneno mortifero. Omnis enim natura bestiarum, & volucrum, & serpentium domatur ab humana natura, linguam autem nemo domare potest.* Ecclef. XIX. *Quis est, qui non*

Digitized by Google

non deliquerit in lingua sua? Quis admirative, vel ideo dicit *quis*, quia difficile habetur, nisi detur à Domino. Eccles. x. *Quis dabit ori meo custodiam, & super labia mea signaculum certum, ut non cadam ex ipsis, & lingua mea non prodat me?* Et in vitis Patrum quidam legitur orasse omni tempore, *Domine libera me à lingua mea.* Seneca: *Tardiloquum te esse jubeo, & prope erit tibi Deus.* Cato:

Proximus ille Deo est, qui scit ratione tacere.

Ovid.

Eximia est virtus præstare silentia rebus.

Idem:

Quis minor est unquam quam tacuisse labor.

Amos VIII. *In omni loco erit silentium.* Isai. XXXII. *Cultus justitiæ silentium. A Deo factum est silentium.* Ysai. *In silentio & spe erit fortitudo nostra.* Eccles. XXIII. *Verbis tuis facito stateram, & frenos ori suo.* Habebat etiam specialem gratiam consolandi pusillanimes per auctoritates sacræ paginæ; quam semper gerebat in pectore, & in ore, nec non & in opere, legendo, scribendo, & utiliora notando, quia fuit mirabiliter studiosus in lectione sacræ paginæ, creber & devotus in oratione, pervigil in matutinis observandis, & fere usque ad annos senectutis suæ matutinis cum conventu viriliter observatis postea modicum vel nichil dormivit, quia illam par tem noctis post matutinas potius vigilabat, propter consuetudinem observatam Parisius & Oxoniæ tempore studii, quando fratre suo Addone priorem partem noctis vigilante ac scribente ipse partem posteriorem pervigilabat. Quæ divisio noctis in libris eorum potest perpendi & maxime in decretis & in libro pauperum. Ex illa ergo consuetudine post matutinas hyemali tempore vigilabat scribendo, utpote qui ferme omnes primitivos libros chori, & missales familiarium missarum in utroque claustro, nec non & multos alios scripsit, notavit, & illuminavit. Conscriptis autem & correctis omnibus libris, qui ad divinum pertinent officium, attendens in vita contemplativa post orationes proximam esse lectionem, deinde meditationem, multo fategit studio, ut ar-

marium librorum in Capitulo libris facræ fcripturæ impleret, hoc operis non folum fic in clericis, quos ad fcribendum fervide incitabat, & per fe ipfum inftruebat, verum etiam fedulitatem in fœmineo fexu obfervans, forores ad hoc habiles follicite in fcribendo informabat, primo quidem textum veteris ac novi teftamenti & Scolafticam hiftoriam, expofitiones Sanctorum Patrum, videlicet Auguftini fuper Iohannem, & beati Gregorii ac aliorum, nec non & Magiftrorum præterea faciens diligenter confcribi, tanquam

Nil credens actum fiquid fupereffet agendum.

Quafi enim fpiritu prophetico fæpe dicebat, quod poft tempora fua, dum inchoarentur opera lapidea, tepefceret ftudium librorum confcribendorum. Ipfe vero interea legendo, corrigendo, & utiliora notando, fere in omnibus libris armarii veftigia manus fuæ reliquit, nunquam otiofus exiftens, tanquam fibi cum Ieronymo diceret, *Semper aliquid operare, ne te diabolus otiofum inveniat.* Et ideo Jacobus: *Otiofitas inimica eft animæ & in defideriis eft omnis otiofus.* Prov. XIII. *Anima operantium impinguabitur.* Et poft à contrario: *Anima otiofa & mærens marcefcet & extenuabitur.* Dicit etiam Poeta:

Otia fi tollas periere Cupidinis arcus,
& fimiliter;
Quæritur Ægifthus quare fit factus adulter,
In promtu caufa eft, defidiofus erat.

Unde contingit, ut propter ftudium divinæ paginæ paratas haberet auctoritates, modo de Dei præceptis, modo de Sanctorum exemplis, dulcedinem fibi & aliis faciens confolationem, & ut effet in ore fuo facra pagina ficut turris David, quæ erat ædificata cum propugnaculis. *Mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium.* In fcriptura enim divina funt clypei, id eft, præcepta Dei, ut *Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & Diliges proximum tuum ficut te ipfum. Non concupifces. Non quæres ultionem &c.* Ibi etiam eft armatura fortis, fcilicet exempla Sanctorum,

rum, ficut exemplum innocentiæ Abel, Abraham obedientiæ, Isaac simplicitatis, Iacob fortitudinis in labore, Ioseph castitatis, Moyses mansuetudinis, qui inter millia fuit mitissimus, Phinees zeli & fortitudinis, Samuel benignitatis, qui de Principatus culmine dejectus dixit: *Absit ut cessem orare pro vobis.* David non reddendi malum pro malo, qui & Saul pepercit. Quapropter vir Dei collegit opuscula, manualia & brevia, ficut *arborem vitiorum & virtutum*, quam prius editam ipse correxit, & multis locis supplevit. Similiter *de differentia criminum, de differentia virtutum Politicarum & Theologicarum*, & Tractatum *de anima.* Vitas Patrum etiam in ordinem congruum secundum virtutes & vitia collegit, incipiens ab oratione, lectione, meditatione, quæ sunt membra præcipua vitæ contemplativæ, & sic de aliis, quæ ipse in sua senectute plano stylo composuit, plus prospiciens utilitati legentium, quam ornatui illorum intendens. Seneca: *Plus me occupat medulla sensuum, quam spuma verborum.* Cronica etiam de omnibus mirabilibus, quæ non solum suis imo & vicinis temporibus contigerunt, cum multa diligentia conscripsit, secundum annos Dominicæ incarnationis singula luculenter explanans, de diluviis, de bellis, peregrinationibus, incendiis, & aliis omnibus emergentibus, nihil intactum relinquens. Unde spiritu Dei actus de se tanquam de alio sæpe loquitur, exemplo Moysis, qui dicit. *Et erat Moyses vir mitissimus super omnes habitatores in terra*, & Job, *Vir erat in terra Hus, nomine Iob, simplex & rectus*, quod dicit beatus Gregorius ipsos de se per Spiritum Sanctum tanquam de aliis dixisse, non ut se extollerent, sed ut aliis exemplo prodessent. Et Iohannes Evangelista dicit: *Discipulus ille quem diligebat Ihesus, qui & recubuit super pectus Ihesu, &* Apostolus: *Scio hominem in Christo &c.* & alia multa exempla.

Ratione igitur prævia & spiritus intellectus mores fratrum examinabat, & singulis in suis obsequiis contra vitia insidiantia consulebat, conscribens antidota multimoda. Generalia ordinis instituta toto sinu complectens commendabat assidue, caput totius religionis in communi statuens subditorum obedientia, & dilectione mutua, cum mediocritate cibi & potus, & castitate, & humilitate. Fratribus etiam in secularibus ecclesiis

fiis & (1) converfis in grangiis formam vivendi mirabili fagacitate in fcriptis contradidit, præcipue exhortans, ut ubicunque duo fratres fimul effent in ecclefia, ftuderent ad mutuam caritatem, ad parilitatem in prædicatione, fecundum datam fibi à domino fapientiam, in ebdomadarum partitione & confeffione, priorem inter eos parochianis tantum ad inquifita refpondere, negotia declinare, quantum fieri poffet, minorem domi fubfiftere, ambos in ecclefia ante omnes & poft omnes effe, difciplinæ clauftri meminiffe, in parochia vel alibi nunquam inebriari, propter infirmos domos fimul intrare, non intereffe conventibus fecularium, poft competentes dies in Abbatia fe præfentare, viciffim in clauftro poft orationem Conventui conjungi, rumores non deferre, fed per licentiam loqui, labores fecundum formam clauftri fervare, claufo cœnaculo comedere, breviter & difcrete loqui in confeffione, fine licentia Abbatis litteras non exequi, nec judicia exercere, in omni negotio teftem habere, oblationes fideliter colligere, à minori quantitatem confcribi & præfentari, hofpitium religiofis tantum laicis miniftrare, libellos conventus fervare, & non facile fine memoriali ac licentia præftare, alienos libros fuper unum non multiplicare, cognatos fine neceffitate non frequentare, mores familiæ emendare, libenter quicquid poffunt operari, apud feculares judices non intercedere, pecuniam alienam non recipere, nec deferre, lectioni & ftudio operam intendere

(1) Qui vita feculari relicta afceticam amplectuntur dicuntur *Converfi.* Vulgo etiam *converfi*, qui partim pietatis, partim victus quærendi caufa, illata aliqua bonorum parte, monafterium ingreffi monachorum obfequiis velut famuli famulæque offerunt fe & addicunt. Unde & fratres oblati, laici, *Lekenmonniken* &c. de quibus pridem jam dixi *lib.* 2. *de Nobilitat. cap.* 2. Gilbert. Crifpin. *in vit* S. Herluin. quæ poft Chronicon Beccenfe apud Luc. d'Achery. *Simili fe inibi propter Deum fervituti nobilis mater ejus addixit, & conceffis Deo prædiis, quæ habebat, ancillæ fungebatur officio, fervientium Deo pannos abluens, & quicquid injungebatur extremi operis accuratiffime agens.* Clemens Papa V. apud d'Achery *to.* 7. *Spicil. p.* 23. *Et quia non habebas, unde poffes fecundum priorem ftatum tuum vivere, decrevifti, quod velut converfus in monafterio Cifterciensi Cabilonenfis diœcefis habitares. Sed Abbas dicti monafterii, qui tunc erat, recipere te noluit, nifi promitteres, quod in Cifterciensi ordine perpetuo remaneres &c.*

Digitized by Google

tendere, vestes suas subdolis non præstare, nec pecuniam, ne conversi cum hospitibus bibant inhibere, semetipsos non amare, se non habere plenam potestatem profiteri. Non solum autem Canonicis & secularibus ecclesiis, sed & omnibus tam in claustris quam in grangiis certam formam vivendi limitabat, videlicet qualiter infirmi, quomodo minuentes sanguinem, quomodo custodes, quomodo in claustro sororum manentes se gerere deberent, ordinavit & conscripsit, nihil de ordine mutans, sed dubia declarans, & minus expressa, sicut fidelis & bonus dispensator, supplens secundum quod in ordine dicitur, quod singuli Officiales se debent gerere secundum Abbatis ordinationem.

Anno igitur Domini CIↃ. CC. XXXVII. à diluvio beatæ Julianæ XXIV. Nicolai XLII. Marcelli XIX. ab aquæductu stabilito XLV. à captivitate Iherusalem XLVIII. primæ peregrinationis XLVII. secundæ XL: ab adventu magistri Oliveri XXIV. tertiæ peregrinationis eo prædicante XX. quartæ peregrinationis prædicante magistro Arnoldo & Johanne Zantense X. à conversione beati Augustini DCCC. XXVIII. à conversione beati Benedicti DCC. XI. Claruit Boetius. Passionis Sancti Bonifacii D. XI. transitus Sancti Ludgeri CCCC. XXVIII. ex quo claruit Papa Gregorius DC. XLVII. translationis Magorum Coloniam LXXIII. Ordinis Carthusiensium C. XLVII. Ordinis Cisterciensium C. XXXIX. Præmonstratensium C. XVII. plantationis Orti Sanctæ Mariæ LXXII. Floridi Orti in Werum XXIV. transitus S. Francisci XI. translationis ejus VII. translationis Sanctæ Elisabeth II. translationis Emonis fundatoris novi claustri, quod dicitur Campus rosarum XVI. Egburgis (1) donatæ in novo claustro sepultæ XXIV. Anno imperii Frederici II. Romanorum Imperatoris XVII. Regni Iherusalem XIII. Siciliæ XLI. Indictione X. Pontificatus Domini Gregorii Papæ noni XI. Episcopatus Domini Ludolfi Monasteriensis Episcopi XII. reverendus Pater Emo & piæ recordationis apud Deum & homines

(1) Qui & se & sua omnia monasterio offerebant, *Donati* etiam dicti. Charta apud d'Achery *to.* VII. *Spicil. p.* 272. *Concedentes vobis &c. liberam & plenariam potestatem recipiendi moniales tam conversas quam clericas, & fratres & donatos & donatas, tam clericos quam laicos &c.*

mines in nocte beatæ Luciæ virginis, quam semper specialiter dilexit, ac ei servivit, vigiliam ejus jejunando, & omnes, quos potuit, ad honorem ejus exhortando, accedente festo ejus supplicavit eidem virgini morbo invalescente, ut si eo anno secundum Dei ordinationem esset moriturus, ea nocte ipsius precibus ad requiem transiret. Eadem igitur dictis matutinis coram positis fratribus & sororibus in novo claustro, cui ipse tanquam rigator nomen *Campus rosarum* imposuit, de laboribus & ærumpnis carnis ereptus dormivit cum patribus suis, omnibus qui adstabant fratribus non modicum flentibus, & patrem se tantum amisisse lamentabiliter conquerentibus, nec non & sororibus, quas ipse tanquam oviculas debiles & infirmas, quo fragilior erat sexus, eo sollicitius nunc blanditiis demulcendo, nunc etiam minis & terroribus deterrendo uni viro desponderat virgines castas exhibere Christo. Corpus itaque ejus sacerdotalibus indumentis, ut decuit, & mos est de Prælatis, involutum, & in ecclesiam processionaliter delatum, post lecta psalteria & missas celebratas, sororibus extra portas cum cantu exequiali prosequentibus, & fratribus qui aderant comitantibus, in navi est collocatum, & ad Abbatiam deductum, ubi completis psalteriis post nocturnas vigilias & officio divino & missis in Capitulo claustri, ubi ipse sibi sepulturam elegerat, est sepultus. Capitulum quippe dum viveret diligens propter studium confessionum, correptionum, lectionis & sanctæ meditationis, adstrinxit sacerdotes, qui in obitu suo præsentes erant, ut corpus suum in Capitulo humarent, & si quando novum Capitulum fieret, in illud transferrent, ut sicut vivus locum illum dilexit, sic & ad illum intraret defunctus, ubi Deus omnipotens sua ineffabili gratia per Confessoris sui merita multa infirmis confert beneficia sanitatum. Homo siquidem iste spiritu Prophetiæ in quantum ab hominibus sciri voluit, à Deo fuit ditatus. Nam in anno obitus sui cuidam laico nobili in parochia *Werum*, qui fuit cruce signatus, quærenti consilium, si adhuc præparare deberet pecuniam ad passagium terræ sanctæ, dixit præcise: Neque in diebus meis neque tuis erit generalis peregrinatio in terram sanctam, quoniam post mortem meam te adhuc forte vivente erit tanta dissensio in ecclesia Dei, quod propter bella intestina non poterunt Christiani contra paganos unanimiter dimicare.

re. Dixit etiam quibusdam civibus super emptione prædiorum litigantibus, quod forte visuri essent diem, quando etiamsi pecunia abundarent vix eam auderent in prædia convertere propter caristiam intolerabilem, maxime cum essent multo plures venditores quam emptores, quod anno XII. post mortem suam per inundationem salsi in diversas plagas manifesto accidit. Cuidam etiam familiari suo ante horam mortis quærenti, quem vellet sibi succedere, dixit fratrem Paulum esse bonum, sed brevi tempore victurum, & Domini Pauli successorem nominatim expressit. Quæ omnia rei exitus vera esse probavit. Post mortem quoque suam probabilia signa Deus dignatus est per eum operari. Nam etiam *Dammæ* cœcam illuminavit, mutam loqui fecit, & quandam per triennium contractam & decumbentem libere fecit ambulare. Cui etiam Deum & Sanctum Nicolaum ac alios Sanctos, cum esset paupercula, & necessaria deficerent, invocanti responsum est cœlitus, ut venerabilem partem *Emonem* invocaret, quia ipsi collatio sanitatis suæ divinitus esset reservata. Et sic eo invocato sanitatem recepit. Post decessum tam Reverendi patris & solliciti Pastoris, devota illorum fratrum congregatio, quam idem pater venerabilis in Christo plantavit, & intenta oratione munivit, Domini *Sibrandi* Abbatis de Orto Sanctæ Mariæ, vices patris Abbatis, videlicet Domini Præmonstratensis gerentis, pacifice ac humiliter expectavit adventum. Qui anno Domini CIↃ. CC. XXXVIII. vere inchoante veniens, assumpto secum Abbate de Doccum, in octava Epiphaniæ Capitulo præsedit, ac exhortatione præmissa fratres de concordia monuit, & triplicem formam electionis secundum ordinem eis proposuit. Qui sine votorum examinatione ac familiari scrutinio electionem in ipsum Abbatem Dominum Sibrandum, eo quod esset vir honorabilis & discretus, & locum eundem semper dilexerat, compromiserunt, adjunctis ei tribus ecclesiæ Canonicis, qui forma electionis approbata in constitutionibus Domini *Innocentii* Papæ . . . . . . Memorati autem electores fratribus in Capitulo residentibus ecclesiam intrantes Spiritus Sancti gratia invocata, & collatione invicem habita, unanimiter in personam Domini *Pauli* ejusdem ecclesiæ Supprioris consenserunt. Quem cum in Capitulum reversi ad onus suscipiendum nominassent, sine contradictione ab omnibus est acceptatus. Fuit enim vir nobilis

bilis & valde literatus, juris peritus, facundia & dulcedine linguæ præditus, & ab adolescentia claustrali disciplina imbutus. Imponente igitur Cantore *Te Deum laudamus*, & campanis concrepantibus in chorum est deductus, & dicta debita oratione in stallo Abbatis collocatus. Deinde in Capitulum reductus professiones fratrum sine contradictione alicujus recepit, ac eodem anno in ecclesia *Floridi Orti* in die beati Magni martyris præsentibus fratribus à Domino *Ludolfo* Monasteriensi Episcopo manus imponente Abbatis benedictionem accepit. Eodem anno proxima die post Bavonis conflagrata est ecclesia Sancti Andreæ in Emetha. Die Calixti data est sententia à Consulibus de solutione per duo millia marcarum exponenda in die beati Martini. Subdiderunt se fidejussores de quantitate, videlicet de CIↃ. CC. marcis, quia reliquum fuit ex gratia indultum. Et termini solutionis sunt assignati.

Eodem anno videlicet anno Domini CIↃ. CC. XXXVIII. anno ab inchoatione lateritii operis tertio, prædictus Abbas veniens in Ortum Sanctæ Mariæ de consilio Domini *Sibrandi* Abbatis ibidem conduxit magistrum *Everardum* lapicidariæ artis peritum natione Coloniensem ad novam ecclesiam in *Florido Orto* faciendam, mercede ipsius taxata tam hyeme quam æstate, videlicet ut reciperet præter victum æstivo tempore ad diem VII. Daventrienses, hyemali vero tempore à festo Martini ad Purificationem tres, & hoc tempore sederet ad secandos lateres, sed satis dampnose propter diei brevitatem & aëris obscuritatem. Quæ tamen forma conventionis postmodum propter suam & filiorum intolerabilem gulositatem mutata est, ut ad annum reciperet XXIV. libras, & ad diem perciperet duas uncias Groniensium. Idem autem magister in vigilia Assumptionis fundum in atrio ecclesiæ pertemptavit, & statim postea initiatum est fundamentum cum gravissimis laboribus & expensis, quia subito vacillat operis ædificium, cui debile subjacet fundamentum. Apposito igitur lineari perpendiculo magister est metitus, quam profunde fodiendum esset fundamentum, ita ut ligna in fundo posita omni tempore haberent aquam, quæ ipsa solet à putredine conservare. Hic autem perpendit per aquam, quæ erat in fossato atrii, ita ut illa æqualitas posset derivari per cuniculos terræ super tignorum superficiem ad duos pedes, cum tamen in illo autumpno fuisset sic-

ſiccitas maxima, & ſic neceſſe fuit totum fundamentum fodere ad profunditatem xx. vel xviii. pedum. Præterea ad occidentem, ubi eſt major pars ædificii olim decurrebat amnis, cui nomen erat *Fivele*, ita ut eſſet ibi portus navium. Qui cum in *Emetha* eſſet obſtructus & deſiccatus paulatim fimo ſterquilinii & ſtraminibus fuit repletus, & ideo neceſſe fuit in profundum fodere, ut ad ſolidum fundum poſſet perveniri. Effoſſo igitur fundamento viciſſim de cavea ad caveam poſita ſunt inferius ligna abiegna adhuc recentia & ſuccoroſa propter ſecuriorem conſervationem operis, prima in longum operis videlicet ad orientem & occidentem, & deſuper alia in tranſverſum. Quibus cum multa diligentia collocatis ſuperjecta eſt terra primo pinguis & fimoſa pro majori attractione humoris & conſervatione lignorum, poſtmodum ſicca, quæ condenſata eſt truncis, accedentibus ad ſingulos quatuor viris fortibus, quibus laſſatis alii quatuor ſuccedebant, & ſic oportebat omni tempore hujuſmodi fundationis intereſſe LXXX. viros, cum eſſent x. trunci, & viciſſitudinalibus commutationibus carere non poſſent. Quibus pleno robore laborantibus tota villa contremuit, ita ut in vicinis domibus ollæ lacticiniorum effunderentur, & ova aucarum ex tremore terræ commixta fœtus perferre non poſſent. Cooperabantur autem fideliter cum parochianis ejuſdem eccleſiæ cives de Wakerſum, ita ut ipſi fere medietatem operis explerent. Et dabatur cotidie laborantibus medietas rotundi panis, & buccella caſei ad meridiem, & tres vel ad minus duæ magnæ ſitulæ ad bibendum. Et ſic in magna hilaritate operabantur, & auctoritate Domini Epiſcopi ſingulis operantibus quinque dies de injuncta pœnitentia indulgebantur. Canonici autem & converſi fideliter & viriliter cooperabantur. Principales in promotione operis fuerunt, *Andreas* Prior, vir prudens in dulcedine jocunditatis, & vultus arriſione, homines ad operandum optime alliciens, & frater *Menko* tunc Veſtiarius & Cellerarius interior, nec non & parvorum Magiſter, poſtmodum vero ejuſdem eccleſiæ Abbas effectus, & frater *Itatus* Canonicus, & *Sigrepus* converſus. Hi, quia efficaciores in duabus parochiis poterant habere petitiones, homines ad laborandum convocabant, & ſæpe poſt diurnum laborem & ſollicitudinem circa operis ordinationem & promotionem, aliis in veſpere tendentibus ad

 quietem,

quietem, etiam post occasum solis hostiatim circuibant, petendo, & ad crastinum laborem invitando, sibi & partitionibus parochiarum, prout qualitas operis exigeret, vices distribuendo. Positio autem fundamenti intra quinquennium fuit consummata, Deo gratiam suam apponente, ut essent optima tempora, & frumentum ubique habundaret. Nam ab inceptione fundamenti usque ad tertium annum ecclesia Floridi Orti in singulis (1) grangiis partitiones duas vel tres de clibanis frumenti poterat intrituratas relinquere anno futuro. Sed statim fundamento posito tempora cœperunt in incremento annonæ vilescere, nam eo anno, cum fuisset siccitas magna ante festum Johannis Baptistæ, postea successit pluvia maxima, quæ fundamentum ecclesiæ in fine occidentali non modicum impedivit, quia sæpe terra de die effossa propter ponderositatem & labilitatem ex pluvia relabebatur, & sic non poterat illa cavea, cum haberet in latitudine quantum ad statum ecclesiæ plus quam LX. pedes, & in longum XL. satis in fundo effodi & complanari, nec ligna satis ad placitum collocari. Tamen per totam illam caveam ligna fuerunt in fundo collocata, & ad parietem finis ecclesiæ duplicata. Fundus vero ad Aquilonem fuit debilior in eadem parte Occidentis, quam ad Austrum, & minus solidus, quia virgam Geometricam poterant levi labore ad finem imprimere. Unde si forte ibi periculum eveniat, ex hoc sciatis evenisse. Non solum autem ex his causis finis occidentalis plus descendit, sed etiam quia orientalis jam prius fuerat ad XX. pedes exaltatus, & sic suum fundamentum fuit jam stabilitum, antequam aliud inchoaretur. Præterea quoniam difficile est superædificare, nisi sciatur intentio primi fundatoris, cum quilibet artifex discretus primo in mente disponat materiam sui operis, & diversos diversa juvant, ideo primam ordinationem operis hoc loco duximus describendam, ut si posteris placuerit superædificare ex hoc habeant materiam proficiendi. Primum enim erat propositum, ut inter duo brachia ecclesiæ

(1) Grangia, prædium, villa rustica, annonæ, segetis conditorium. Gesta Abbat. Autissiod. apud Labb. *to.* 1. *nov. Biblioth. p.* 591. *Ædificavit ibi grangiam lapideam miræ magnitudinis, & latitudinis, in qua jacent animalia, fœnaque & segetes reconduntur.*

Digitized by Google

ecclesiæ fieret ciborium in modum turris, cujus laquearia super tectum ecclesiæ in hujusmodi operibus solent extolli, ut fenestræ super tectum prominentes chorum illuminent, ubi tamen volebant campanas conventus suspendi. A latere vero ciborii super duas capellas, quæ firmissimum habent fundamentum, propositum erat fieri duas turres minores, & in fine occidentali turrem magnam ad campanas parochiæ. Quæ omnia licet satis essent ad ornatum, tamen propter multos labores & expensas, quibus tam Prælati quam universitas fratrum quasi in fornace tribulationis fuerunt excocti, hoc ad præsens prætermiserunt, & posteris, qui labores eorum quasi gratis, & utinam non ingrati, erant intraturi, si facultates suppeterent hæc perficienda reliquerunt. Perficientibus autem cum inexplicabili difficultate, nam opus sicut evidentia declarat, erat magnum, parietes diversi, Magister & operarii omnes summo pretio conducendi, anni durissimi supervenerunt, & multi, etiam qui prædiis habundabant, coacti sunt terram exire, & alimoniam undecunque poterant requirere. Nec hoc prætermittendum, quod Dominus Sibrandus Abbas de Orto S. Mariæ instigabat, ut in sanctuario fierent duo altaria, sicut in Præmonstrato. Et ideo dilatata fuit ecclesia ad Orientem, ut largus esset ministrorum circuitus, maxime propter pressuram offerentium & communicantium.

Anno Domini CIↃ. CC. XL. mortuus est Dominus *Sibrandus* Abbas Orti S. Mariæ, vir in omni populo valde honorabilis, corpore pinguissimus, statura procerus & robustus, ac bene dispositus, satis literatus, facundus in lingua, & Latina, & naturali, ingenio subtilissimus, qui ecclesiam suam cum bona magnanimitate à perversis defendit strenue, quia intus & foris magna suæ personæ habebatur reverentia. Ipse autem ecclesiam Floridi Orti specialiter dilexit, & in omnibus suis necessitatibus & antequam esset Abbas, efficaciter promovit. Successit ei Dominus *Iarichus* fere octogenarius, qui à prima infantia in prima fundatione religioni mancipatus, & satis literatus, ac bonus prædicator, fuerat ecclesiæ satis utilis. Sed post electionem statim cœpit corpore ac sensu deficere, & vix duobus annis in officio perstitit Abbatis, & renunciavit.

Anno Domini CIↃ. CC. XLI. die Dominica in ecclesia Michaelis luna XXVII. circa horam nonam facta est eclipsis Solis,

lis, quæ ſecundum rationes Philoſophorum poterat eſſe naturalis per objectum terræ inter nos & Solem. Cum enim ſol eſt in medio zodiaci, & ecliptica linea, & luna accedit ad ipſum, ut reaccendatur, ipſis in eadem linea directe convenientibus, ſole ſupra & luna infra, & terra ſic utrique in eadem linea directe ſuppoſita, neceſſe eſt lunari objectu nobis ſolarem ſubtrahi aſpectum. Zodiacus enim circulus continet in latitudine XII. lineas, quarum mediam, quæ vocatur ecliptica, ſol tunc perambulat, luna autem per totam ejus latitudinem vagatur. Unde licet omni menſe luna ad ſolem accedens reaccendatur, non tamen uno ſemper loco & eadem linea directe in ecliptica linea ei ſupponitur, & ideo non omni menſe vel anno fit eclipſis. Sol autem in ſua eclipſi nihilominus lucet, licet nos ejus aſpectu fraudemur. Cum vero luna eclipſim patitur, lumine privatur, quia lumen à ſe non habet, ſed à ſole. Cum enim ſol eſt ſub terra, & luna ſupra terram vel econtra, uterque tamen in ecliptica linea, terra in eadem linea interpoſita privat lunam lumine, quod à ſole contrahit. Et hoc ſemper circa plenilunium XIV. vel XV. vel XVI. Sed ſi luna per aliam quamlibet præter eclipticam ab oppoſita parte feratur, terra ob ſui exiguitatem ſolare non poteſt ei lumen adimere, & ideo luna non omni menſe patitur eclipſim. Poterit etiam eadem eclipſis eſſe prodigialis, quia circa idem tempus deceſſit Dominus *Gregorius* Papa IX. qui fuit homo valde literatus, & eccleſiæ ſibi creditæ ſtrenuus defenſor, qui quinque † volumina decretalium ob librorum diverſitatem & prolixitatem in compendium voluminis unius per Magiſtrum *Remundum* ordinavit contrahi. Hic *Fretbericum* Imperatorem Deo & eccleſiæ inobedientem, & multa ſigna incredulitatis habentem ſæpius monitum excommunicavit, ac poſtmodum anathemati ſubjecit. Poſt ipſum electus eſt quidam *Cæleſtinus*, qui poſt electionem tantum XVI. dies ſupervixit, & ſic ſedes Apoſtolica ferme per annum vacavit, *Fretberico* Imperatore electionem tam occulte quam manifeſte impediente, & maxime per quoſdam Cardinales, quos in captivitate detinuit, ſine quibus electio non poterat celebrari. Et accidit illud Prophetæ, *Vidi Iſrael ſicut oves ſine Paſtore.* Utrum autem illa eclipſis fuerit naturalis vel prodigialis ei relinquimus, qui dicit, *Non eſt veſtrum noſſe tempora vel momenta, quæ pater poſuit in ſua poteſtate.* Et Apoſtolus: *Obſervatis*

† Vid. man. ad jus Canon. ** Lib. I. Tit. I. pag. 7.

servatis tempora, & menses, & annos, timeo, ne frustra laboraverim in vobis. Paraditus:

De lunæ gyris & solis sæpe requiris,
Sed de stellarum scis ratione parum.

Anno Domini CIↃ. CC. XLI. occisus est *Rodulfus* primogenitus *Egberti*, qui fuit Præfectus villæ Groniensis, & hoc per *Thizonem* militem & *Rodulfum* filium .... cognatum ejusdem occisi, & per Gelekonidas & Popelingos confœderatos in destructionem prædicti Egberti & fratrum suorum. Sed aliter quam æstimatum fuit evenit. Nam *Egbertus* juvenis cum fratre *Godescalco* effugiens, vocatis ad se *Rodulfo* de *Nurech*, & *Menzone* ad *Amnem* fratruelibus suis, auxilio militum de Pedese, & aliorum, domum suam viris & armis munivit. Prædicti autem occisores domum *Menzonis*, ecclesiam Sanctæ Walburgis, & alias duas domos occuparunt, & sic aliquamdiu pugnantes plurimos hinc inde occiderunt. Sed plures & meliores ceciderunt de parte *Thizonis* & *Rodulfi*, & tandem eis deficientibus cœperunt cedere, & captæ sunt domus eorum, & quædam funditus destructæ, & fere tota villa igni tradita, quando *Rothgerus* Scultetus & sui fratres fuerunt *Thizonis* & *Rodulfi* principales coadjutores. Econtra pet *Thizonem*, & suos destructum est castrum in Gronenburch, quod fuit seminarium totius discordiæ, & domus militum de Pedese, videlicet *Adulfi* & *Rodulfi* fratrum, & similiter patruelium suorum, ubi & in optimis pomeriis & pretiosa supellectile multa bona sunt igne consumpta, vel etiam destructa.

Eodem anno circa ad vincula Sancti Petri electus est ad apicem Apostolicæ dignitatis Dominus Syneboldus presbyter Cardinalis, & quia aliis diversa sapientibus ipse dilexit vivere pacifice ac innocenter dictus est *Innocentius*, quartus in illa sede hujus nominis heres. Qui statim post electionem suam confirmavit sententiam latam à Domino *Gregorio* Papa contra *Fretthericum* Imperatorem, propter quod insidias multas & injurias perpessus tandem Roma secedens secundum illud, *Si vos persecuti fuerint in una civitate fugite in aliam*, primo se Ianuam, unde fuit oriundus, transtulit, ac postmodum Lugdunum super Rodanum in Burgundia secessit, & sic omnia jura Papalia Lugdu-

num sunt translata. Eodem anno Dominus Papa concessit Maguntino Primati & Coloniensi Archiepiscopo, ut ab omni clero suorum Suffraganeorum perciperent * quintam omnium proventuum ecclesiarum, eo quod ipsi viderentur se periculo pro ecclesia contra prædictum Imperatorem viriliter opponere. Super quo mota est quæstio & dissensio non modica, quia nec Archiepiscopus Bremensis, nec Trajectensis, nec Monasteriensis, nec aliqui Episcopi totius Alemanniæ, præter Leodiensem & Osnabrugensem voluerunt in suis diœcesibus hanc exactionem admittere. Sed pro relaxatione miserunt ad Dominum Papam supplicationes, qui nec voluit ad plenum revocare, nec etiam sententias à prædictis Archiepiscopis latas confirmare, sapienter expectans, ut medio tempore fierent amicabiles compositiones, quod & factum est. Nam & prædicti Archiepiscopi videntes se non posse ad plenum prosperari, actionem suam mitigaverunt, & quod eis singuli Episcopi ex gratia apposuerunt, gratanter acceptarunt.

* Cod. Fris. *quintam partem proventuum omnium ecclesiarum.*

Anno Domini CIↃ. CC. XLII. mense Augusto in inventione S. Stephani Dominus *Paulus* secundus Abbas Floridi Orti, anno ab obitu Domini *Emonis* & suæ successionis XI. acutissima febre correptus de claustro sororum ad Abbatiam est deductus. Sexta die infirmitatis recepto officio communionis & inunctionis cum summa devotione & multiplicatis correptionibus, quas singillatim à singulis sacerdotibus expetivit, sciens sibi horam mortis imminere ad exemplum Domini Emonis de lecto se erigens, accepta stola & baculo, absolvit ab excommunicatione omnes, quos ipse auctoritate ordinaria seu delegata excommunicavit, quoniam omnis † excommunicatus à suo excommunicatore est absolvendus, nisi per appellationem ad audientiam superioris fuerit causa devoluta. Quo facto se in lectum recipiens circa horam nonam in festo Cyriaci coram positis fratribus, & de morte tanti patris dolentibus & gementibus, omnibus quæ ad suam salutem aut ecclesiæ utilitatem pertinebant sapienter pertractatis, dormivit cum patribus suis, ac peractis illa die ac nocte secundum consuetudinem psalmis, sequenti die per venerabilem virum Dominum *Hayonem* Abbatem de Merna à dextro latere Domini *Emonis* Abbatis, sicut ipse petivit, in Capitulo est sepultus. Qui mortis suæ quasi præscius sæpius eo anno desideravit sibi complanari ac poliri operimentum sarco-

† Vid. 3. *manud. ad jus Canon.* 12.

Digitized by Google

ſarcophagi & denigrari, ac à latere prædeceſſoris ſui collocari. Erat autem hic pater venerabilis, in parentela nobilis, ſcientia cultus, juris ac Theologiæ peritus, & in Deo juſtus ac fervidus, in ſermone jocundus, in omnibus fratribus ſuis habilis & compoſitus, in morum honeſtate præclarus, facundia præcipuus, ita ut etiam dulcedinem linguæ ſuæ mirarentur audientes. Quem etiam Dominus tanquam aurum in fornace probatum multis tribulationibus fatigari permiſit, tam ab extraneis quam periculis cum falſis fratribus, in quibus viriliter contra hoſtes viſibiles & inviſibiles decertavit. Etiam ubi neceſſaria erat patientia quaſi naturaliter erat patientiſſimus juxta illud Salomonis; *Melior eſt patiens viro forti.* Contra infeſtantes eccleſiam fuit ſtrenuiſſimus defenſor, ſecundum illud: *Ne des alienis honorem tuum.* Cum enim quadam vice Dominus *Ludolfus* Epiſcopus Monaſterienſis, vir naturali ingenio pollens, inſtinctu quorundam æmulorum eccleſiam *Floridi Orti* gravare voluiſſet, & publice mandaſſet fidejuſſoribus ſuper ſolutione eccleſiæ in Emetha datis, ne Conventui quicquam exponerent, niſi prius ex parte defuncti ſibi ſatisfieret, idem Abbas conſtanter allegabat ipſum ante obitum abſolutionem petiviſſe, & cautionem de parendo mandatis eccleſiæ præſtitiſſe, & ſic à ſuo Confeſſore abſolutum in forma eccleſiæ, & ideo à ſacramentis eccleſiæ & ſepultura non fuiſſe excludendum, cum etiam ſacrilegis & aliis, qui ad Sedem Apoſtolicam eſſent mittendi, in extremis poſſit & à ſimplici ſacerdote, & maxime ſuo Confeſſore beneficium abſolutionis impendi, accepta, ut dictum eſt, cautione, ut pareat mandatis eccleſiæ, ſi ſupervixerit, & ſic heredes tenentur ad intereſſe, nec moriens ſic abſolutus ſacramentorum & eccleſiaſticæ ſepulturæ habebit aliquem defectum, *ext. de ſepultur. parochiano.* His & aliis allegationibus coegit Epiſcopum factum ſuum revocare, & eccleſiam *Floridi Orti* ab illa impetitione liberam denunciare, & nichilominus prædictis fidejuſſoribus ſub pœna excommunicationis mandare, ut ſolutionem eccleſiæ terminis ſtatutis exponerent. Etiam hic præciſe dixit Epiſcopo, quod niſi eccleſiam in ſuo jure paterne defenderet, ei nullam procurationem impenderet. Et ſic Dominus Epiſcopus, cum eſſet vir ſapiens, & juri eccleſiaſtico ſatis deferens omnia, quæ contra ipſum Abbatem vel

Digitized by Google

ecclesiam suam fuerunt attemptata, publice in Synodo Loppershem revocavit.

Defuncto igitur hoc venerabili patre cum Dominus *Elgerus* Abbas Orti Sanctæ Mariæ vices patris Abbatis, videlicet Domini Præmonstratensis, gerens ivisset in Daniam pro visitatione facienda, Prior & Conventus Pastore orbati vocaverunt Priorem Orti Sanctæ Mariæ cum Domino Johanne Abbate de insula Sanctæ Mariæ, qui eo anno missus fuit ad visitationem circariæ Frisiæ. Quibus venientibus primo ordinatum fuit quoddam arbitrium, sed accedentibus dictis Prælatis ad Capitulum omnes fratres unanimiter concordaverunt in personam fratris *Menconis*, qui tunc erat Prior ejusdem loci. Qui post *Te Deum* cum aliis consuetis solennitatibus percantatum in Capitulum reductus professiones omnium fratrum concorditer accedentium recepit. Eadem nocte mortuus est Dominus *Rothuuardus* Abbas Sancti Bonifacii in Dockum morte subitanea in Florido Orto, cum eadem die missam devote celebrasset, & ideo nullatenus de salute talium est dubitandum, cum dicatur in libro Sapientiæ, *Justus si morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit*, maxime quia idem Abbas tam in spiritualibus quam in temporalibus ecclesiam suam in bono statu conservavit, & in multis emendavit, & in locum illum in optima venit voluntate pro cooperatione pacis & concordiæ in electione. Recepit autem prædictus Abbas electus administrationem ecclesiæ *Floridi Orti* anno sexto transitus Domini *Emonis* fundatoris, & primi Abbatis in festo Magni martyris, anno fundationis ejusdem monasterii XXX. anno ætatis suæ similiter XXX. Professionis XIII. Subdiaconatus XI. Diaconatus IX. Sacerdotii VII.

Anno Domini M. CC. XLV. præsidente Domino Innocentio Papa IV. Pontificatus ejus anno III. mense Julio, prima die mensis, in octava Joannis Baptistæ celebratum est Concilium apud Lugdunum Galliæ, quod est super Rhodanum in ecclesia S. Joannis in pede montis, præsentibus Archiepiscopis & Episcopis ferme trecentis, tribus Patriarchis, Abbatum vero aliorumque Prælatorum ecclesiæ magna multitudine. Ubi cum citatus fuisset *Fridericus* Imperator super objectis jam dudum sibi criminibus responsurus, cum non veniret, nec responsum mitteret,

teret, protelatum eſt Concilium ad decem, deinde ad octo dies. Tandem venerunt Magiſter *Thadeus* de *Soeſſa*, & Magiſter *Petrus de Vinea*, Judices palatii ſui. Et ſurgens Magiſter *Thadeus* homo ſtatu corporis & pulchritudine, ſcientia & facundia prædititiſſimus, verbis conabatur dealbatis ipſum excuſare, cum tamen nullam ex parte ipſius cautionem * ſufficientem offerret. Cauſæ autem contra eum fuerunt principaliter quatuor. Primo arguebatur de rupta pace inter ipſum & eccleſiam. Secundo de perjurio ſeptemplici, quia fidelitatem, quam † juraverat D. *Innocentio* III. in receptione Regni Siciliæ, & D. *Honorio* in coronatione Imperii, & *Gregorio* multoties non ſervavit. Tertio de hæreſi, utpote clavium eccleſiæ contemptor, Sarracenorum amator & cohabitator. Quarto de ſacrilegio, quia Cardinales capi fecit & vinculari. ‡ Qualiter de Apulia & Sicilia fere omnes Archiepiſcopos & Epiſcopos depulit, & clauſtra deſtruxit, redditus eccleſiarum & clauſtrorum ſuæ ∥ deputavit militiæ & avaritiæ, imo Saracenorum, qui ſecum erant, procurationi. Unde aſſentiente univerſali ſynodo, quomodo ipſe ſe omni honore & dignitate per iniquitates ſuas reddidit indignum, ſententialiter ab Imperio eſt depoſitus. Et omnes qui ei juramento fidelitatis fuerunt adſtricti ſunt abſoluti. Et mandatum eſt eis, ad quos pertinet electio, ut libere idoneum eligant ſucceſſorem. Factum eſt hoc anno Imperii ſui XXV. Regni Jeruſalem XXI. Siciliæ XLIX. Ex quo ſubmerſus eſt avus *Fredericus* LV. Anno enim Domini M. C. LXXII. *Fridericus* Imperator compunctus eſt de perſecutione facta in Alexandrum Papam. *Alexander* enim *Tertius* in Concilio habito apud Turoniam *Fredericum* avum ipſius excommunicavit. Qui apud *Hizingonem* eundem Apoſtolicum tenebroſis inſidiis cum Rege Franciæ capere voluit, ſed non perfecit. Anno vero M. C. LXXVII. quidam de Cardinalibus ſacramentum de ſatisfactione ab Imperatore receperunt. Quo facto Imperator Venetias venit, & ibi renuntiavit cauſæ *Octaviani* Antipapæ, & ſecundum canones ab excommunicationis ſententia, qua tenebatur, eſt abſolutus coram multis ante eccleſiam B. Marci Evangeliſtæ. § Præfatus Imperator venit ad pedes prædicti Alexandri, & omnem reverentiam, quam Imperator Apoſtolicis impendere conſuevit, §§ impendit. Anno vero M. C. LXXVIII. Fredericus crucem accepit, & poſtmodum

* *cum tamen nullam ex parte ipſius exhiberet cautionem ſufficientem.* Cod. Gron.

† juravit.

‡ Et aliæ multæ cauſæ, quoniam de Apulia. *Cod. Gron.*

∥ *deputans.*

§ Prænominatus. *Cod. Gron.*

§§ exhibuit.

modum Yconium obtinuit, & tandem anno M. C. LXXXV. pervenit ad loca Armeniæ, & ibi ſpecie delectatus torrentis nudus * tranatare conabatur, ibique diem clauſit extremum, menſe Auguſto, die Dominico. Anno vero M. C. XCIX. obiit *Henricus* Imperator filius antiquus *Friderici*, & *Otto* in † Imperium ſucceſſit, Regno Siciliæ *Friderico* parvo commiſſo. Innocentius enim tertius favorem ſuum impendit Ottoni contra Philippum Regem, qui pugnabat pro parvo, & coronavit Romæ eundem *Ottonem* corona & ſceptro Imperii, qui nimis ingratus benefactori ſuo patrimonium S. Petri ſtatim poſt coronam acceptam invaſit, nec pepercit parvo (1) *Frederico*, ſed Apuliam hoſtiliter acceſſit, & ſic Deum & homines contra ſe ‡ procuravit. Ideoque Summus Pontifex multis præmonitionibus præmiſſis ipſum excommunicavit. Deinde Barones ab ejus fidelitate abſolvit, & ſic Imperio perdito mortuus eſt in Saxonia cum ſigno maximæ contritionis, & ſic devolutum eſt Imperium ad § *Fredericum* juvenem.

* tranare.

† Imperio

† Fretherico.

‡ provocavit.

§ Frethericum.

Eodem anno lectus eſt ad Imperium D. *Henricus* Lantgravius Thuringiæ frater mariti S. Eliſabeth, vir ut fama teſtabatur per omnia devotus & Judex optimus, qui à Domino Papa eſt confirmatus, & poſtmodum apud Francofordiam cum filio §§ *Frederici* congreſſum faciens ipſum fugavit, & quoſdam de ſuis cepit & occidit. Sed antequam eſſet coronatus annuente eo, cujus judicia abyſſus multa, de medio ſublatus eſt. Forte quod Dominus voluit adhuc caſtigare eccleſiam, & temptare. Deuter. XIII. *Temptat vos Dominus Deus veſter, ut palam ſciat, utrum diligatis eum*, vel forte, ſicut dicitur Sapient. IV. *Raptus eſt, ne malitia mutaret intellectum ejus*. Placita enim Deo anima illius; propter hoc properavit educere eum de medio iniquitatum. Eodem anno à cathedra Sancti Petri cœpit exoriri ſiccitas, gelu in principio terram conſtringente, ut facillime aratris tereretur, & ſic labor agricolarum eſt deminutus, ſed circa Pentecoſten pluvia tamen increvit. Quapropter ſegetes in multa parte perierunt, & ſic eo anno facta eſt maxima penuria panis, & duravit uſque poſt diluvia illa multiplicia, quæ fuerunt anno Domini CIↃ. CC. XLIX.

§§ Fretherici.

Anno

(1) Inſolens ergo nihil. Nec colli Imperatorii calcati veterum quiſquam meminit. Add. Godefr. Monach. ad *d. Ann.*

Digitized by Google

Anno Domini CIↃ. CC. XLVI. exivit frater *Wilbrandus* de ordine Minorum fratrum anno XII. à prædicatione sua priori, quando fuit cooperator venerabilis viri Domini *Johannis* Decani Osnaburgensis. Nunc vero missus fuit à Domino Maguntino Archiepiscopo, cui Dominus Papa speciale super hoc dedit mandatum. Prædicavit autem crucem super *Fredericum* de *Stoph* quondam Romanorum Imperatorem, & indixit treugas ad quinquennium. Et multi secuti sunt ipsum in prædicationibus, quoniam largas dabat indulgentias, & plurimi crucem receperunt. Sed cito secuti sunt eum fratres sui, dicentes ipsum fuisse ordini inobedientem, & ideo non esse audiendum. Quæ dissensio per Prælatos Frisiæ sic est sopita, quod idem *Wilbrandus* iter suum ad Papam acceleraret de omni negotio suo melius certificandum.

Eodem anno in festo Lucæ Evangelistæ crescente rabie ventorum aggravata est inundatio salsi maris, & sic factum fuit diluvium particulare, & multæ naves fuerunt submersæ, vel confractæ, & homines submersi. Quædam vero ad aggeres
* depulsæ vix homines conservarunt. In eadem inundatione Ab- * appul-
bas *Floridi Horti* emit navem magnam à civibus de *Lyweth* pe- sæ.
riculis marinis versus Spyck appulsam.

Anno Domini CIↃ. CC. XLVII. venit quidam de ordine Minorum fratrum cum quodam Romano ejusdem ordinis dicens se
appellari † *Reynaldum*, & ostendit literas Domini Papæ direc- † Rey-
tas ad quendam ‡ *Reynaldum*, & quæsivit instanter pecuniam noldum.
truncorum, & deposita crucis, & legata cruci in testamento ‡ Rey-
defunctorum, quasi ⊥ in usum expensarum Domini Papæ. Sed noldum.
Dominus *Sicco* Decanus de Fermessum, & nobiles terræ, pro ⊥ ad u-
libertate Frisonum viriliter stantes in faciem ei restiterunt di- sum.
centes pecuniam illam conservari ad usum pauperum peregrinorum, qui de Frisia essent exituri, cum generalis peregrinatio, & sic vacuis crumenis cum confusione fuit reversus. Po-
stea § fuit compertum fratribus, quod * *Reynaldus* fuit fal- § com-
sarius, & cum illæ literæ directæ fuissent cuidam §§ *Reynaldo*, ac pertum
ipsum mors intercepisset, iste literas illas qualitercunque arripiens est.
falsum sibi nomen imposuit, ut per illas collecta pecunia vel * Rey-
ordine apostataret, vel forte potius favorem Curiæ per pecu- noldus.
niæ præsentationem sibi vindicaret. Unde à fratribus suis est ca- §§ Rey-
ptus, & sicut decuit carceri mancipatus. O mirabilis honoris & noldo.
dignitatum ambitio! quæ sicut Adam nudum in Paradiso decepit,

Digitized by Google

pit, ita & quosdam ex istis omnibus renuntiantes & quasi nudos non veretur temptare. Sed quid mirum! non fuit domus ab initio, in qua Cain imitatores suos non habuit. In domo Noe Cham patrem irrisit. In domo Abrahæ Ismahel Isaac illusit. In domo Isaac Iacob Esau persequebatur. In domo Jacob fuerunt Simeon & Levi vasa iniquitatis, & Ruben, qui cubile patris ascendit. Samuel sanctus filios genuit perversos, sicut & Heli. In domo David Amon corrupit Thamar, Absalon surrexit contra patrem. Josias etiam bonus & justus filios habuit nequissimos. Imo Iesus Christus in consolationem nostræ fragilitatis in suo collegio voluit Iudam avarum & ambitiosum, imo furem sustinere.

Eodem anno frater *Wilbrandus* ivit ad Curiam Domini Papæ, & quia multam pecuniam secum detulit nomine redemptionis crucis acceptam, & multa & magna in Curia ex parte Frisonum promisit in rebus & personis subsidia, multam ibi invenit gratiam. Quo existente in Curia Rex Franciæ, qui jam cœperat se accingere ad peregrinationem in terram sanctam, quæ à paganis miserabiliter polluebatur, supplicavit Domino Papæ, ut dirigeret Prædicatores in Frisiam, qui animarent Frisones ad eundum cum ipso. Et sic negotium illud fratri Wilbrando est commissum. Principaliter tamen domino Alberto Archiepiscopo Livoniæ, Estoniæ, & Prussiæ fuit commissum, ut ipse in transitu suo per Frisiam prædicationem fratris *Wilbrandi* roboraret, & eum defenderet. Venerunt autem post *Exaltationem sanctæ Crucis* Groninge, muniti multis literis & auctoritatibus dispensationum, nec non & privilegiis super libertatibus Frisonum. Convocatis ergo ibi Abbatibus ac aliis Prælatis Frisiæ & juratis, ac nobilibus laicis, & maxime cruce signatis, ostensis literis suis & auctoritate indixerunt tempus passagii transmarini in Majo proximo anno futuro, mandantes ut omnes cruce signati se ad illud tempus præpararent. Sed reclamatum est ab omnibus, quod propter brevitatem temporis, penuriam argenti, & navium incertitudinem nullo modo possent tam cito præparari, & sic dilatum est usque ad Majum sequentis anni. Sed & tunc propter obsidionem Aquensis civitatis, ad quam plurimi Frisones iverunt, iter transmarinum est dilatum & vota auctoritate Domini Papæ commutata.

Eodem anno mortuus est *Ludolfus*, Episcopus Monasteriensis, vir per omnia pollens ingenio naturali, qui superbiam Offi-

Officialium ecclesiæ Sancti Pauli potenter ac sapienter repressit, & bona ecclesiæ viriliter de manibus eorum liberavit, in omnibus actibus suis fortunatus existens. Religiosos ac humiles satis dilexit, ac efficaciter defendit. Obiit autem episcopatus sui anno XXII. transitus Sancti Ludgeri Monasteriensis Episcopi CCCC. XXXIII. Fuit in ordine Pontificum à beato *Ludgero* XXVI. Successit ei *Otto* secundus filius *Hermanni* de *Lippiæ* fratris Domini Gerardi Archiepiscopi Bremensis, & Domini *Ottonis* quondam Trajectensis Episcopi apud Covordiam à Rodulfo & Threntonibus occisi.

Eodem anno mortuo D. *Henrico* Lantgravio Thuringiæ, qui fuit electus ad Imperium, & illud strenue cœpit administrare, missus est à Domino Papa *Petrus S. Georgii ad velum aureum* Diaconus Cardinalis Apostolicæ sedis Legatus. Qui veniens Coloniam convocavit omnes Episcopos ac Principes totius Alemanniæ in festo Michaelis. Qui omnes unanimiter convenerunt, nec deerat aliquis, quin vel per se venisset, vel per certum Nuntium vel per literas se excusasset, & ratihabitionem misisset, ubi communiter omnibus assentientibus electus est ad apicem Imperii *Wilhelmus* Comes Hollandiæ filius sororis Ducis Brabantiæ, * consobrinus Ducis Gelriæ. Erant autem principales in electione sua cum Legato Domini Papæ Maguntinus, Treverensis, Coloniensis Archiepiscopi, & Episcopi quamplurimi, cum aliis Principibus, ad quos pertinet electio, sicut dictum est, vel præsentibus vel se per literam excusantibus.

* Rectius Cod. Gron. *Comitis Gelrensis.* Nam nondum Duces tum Gelriæ.

Eodem anno concremata est ecclesia in ** Hrwcrahusum, de qua datæ sunt Episcopo centum marcæ novorum Monasteriensium, sive sterlingorum. Oblatæ sunt ecclesiæ in Halwirth & in Berum de pugna Raperti & Albertidarum, & habuit Dominus Episcopus ab utrisque LX. marcas Monasteriensis monetæ.

Anno Domini CIↃ. CC. XLVIII. Pontificatus Innocentii Papæ quarti quinto, electionis D. *Wilhelmi* Comitis Hollandiæ ad Romanum Imperium **, obsessa est civitas Aquensis ab eodem Rege, præbentibus sibi auxilium D. *Petro* Cardinali Apostolicæ sedis Legato, Archiepiscopo Coloniensi, Episcopo Leodiensi,

** Debet addi *primo.*

** *Hujus Ecclesia, sic Fana vocarunt, concremata est anno* CIↃ. CC. XLVII. *non fortuito, sed ab hostili manu, ob id sceleris Episcopo condemnata in centum marcas sterlingiorum.* Alting. in Notit. German. Infer. Part. Alt. Voc. Houwerahusum.

dienſi, Comite Gelrenſi, *Iohanne* (1) de *Avennes* Comite Hannoniæ, & aliis nobilibus quamplurimis de Brabantia, Hollan-

(1) Balduinus Flandriæ Comes & expugnata Conſtantinopoli Imperator Conſtantinopolitanus duas reliquit filias Ioannam & Margaretam. Philippi patrui tutela ubi Ioanna exiit nupſit Ferdinando Sanctii filio Luſitaniæ Regis. Meyer. *ad Ann.* 1211. *& ſeq.* Margareta viro nobili Bochardo de Aveſnis, cui à Balduino mox in Aſiam tranſituro & liberorum & Regni tutela data & procuratio. Ex hoc duos ſuſcepit filios Ioannem & Balduinum. Et mox Bochardus deceſſit, anno ut Meyerus vult 1218. Cognomen ei de Avennis à terræ tractu in Hannonia, cujus erat Toparcha. Fato is poſtquam functus rurſum nupſit Margareta Guillelmo de Dampetra, nobili quidem Burgundo, ſed non admodum locupleti, ut Meyer. *ad dict. Ann.* Comiti interim in Burgundia Dominici S. Petri, unde & illud Dampetra, ſublatis tribus ex eo filiis Guilielmo, Guidone, & Ioanne, ex quibus Guido Margaretæ, prædefuncto jam Guillelmo in principatu ſucceſſit; Ioanne & Balduino, prioris liberis matrimonii, quod crederetur id illegitimum, & Papa injuſtum id pronunciaſſet, ut contractum cum eo, qui ſacro ordini jam adſcriptus, & factus jam ſubdiaconus, ab eo prorſus rejectis. Meyer. *ad Ann.* 1215. Verum graves hinc inter fratres ut & inter filios & matrem contentiones, & inimicitiæ capitales, quæ & bello dederunt anſam, Guidone à matre jam diu ante deſtinato ad Principatum. Contentio autem tam pertinax, ut cum eſſent non pauci, quibus cognita Bochardi virtus, quod is multum repugnans & invitus ſacris initiatus, mox autem ** cum occaſio vir bellicæ laudis avidus, fortis & manu promtus militatum ſe contuliſſet, ob ſingularem fortitudinem Principibus paſſim acceptiſſimus, difficulter admodum Margareta, quod deſtinarat, obtinuit, nec aliter quam Hannonia, quæ pars tum Principatus, & quæ Flandriæ tum annexa, aſſignata Ioanni. Nec tamen Ioannes, ut qui primogenitus, acquievit ſibi datis, præſertim poſtquam duxiſſet, quo vires firmaret fortius, ſororem Cæſaris Wilhelmi, Aleydim ſeu Adelheydim. Cujus etiam intuitu Wilhelmus eum vocat *ſororium* ſuum in charta Ann. 1252. v. Id. Iul. qua Namurcum ei in feudum dat, & ablatam Margaretæ Flandriæ eam partem, quæ Imperii olim erat, *terram*, inquit, *de Namurco cum ſuis appendicibus, terram juxta Scaldem, terram Aloſtenſem, terram de Waſia, terram quatuor Officiorum cum omnibus appendiciis ſororio noſtro nobili viro Ioanni Avennio, ut eadem Comitiſſa in feodum tenuit, conceſſimus à nobis & Imperio perpetuo poſſidendas &c.* Vid. Meyer. *ad Ann.* 1246. & 1254. Etiam matri Ioannes bellum tum intulit magno quidem animo, ſed infelici eventu. Meyer. *ad d. Ann.* Pulſus enim

** Hæc non cohærent.

landia, Zelandia, & Frisia. Cumque fere tota æstate fuissent obsessi, circa autumnum supervenerunt Frisones occupantes planiciem campi versus Aquilonem, & chorum ante introitum civitatis, quem nemo Principum audebat prius occupare. Aqua etiam ab oriente obstructa fuit aggere fortissimo bene quadraginta pedum in altitudine, & sic aquæ præclusæ occuparunt ad minus tertiam partem civitatis. Unde dicti cives videntes se ex omni parte coarctatos elegerunt inire

enim Hannonia, cum accepisset & Wilhelmum confossum à Frisiis, fortunam novercantem æquo animo non satis ferens decessit gemens haud diu post, Ann. ut Meyerus ait CIↃ. CC. LVII. relicto filio Ioanne, qui missus mortua Margareta Ann. 1279. in possessionem Hannoniæ. Meyer. *ad eum Ann.* Et hic est Ioannes, qui Florentii filio Ioanni mortuo successit Comes Hollandiæ, fratres habens Episcopos Guidonem Trajectensem, Ioannem Cameracensem, Bossardum Mediomatricum, & Florentium Principem Moriennæ. Ita præter Meyerum, cum alibi passim, tum *ad Ann.* 1203. *in fin.* quem ineditum adhuc habeo, Anonymus quidam Flander, qui vixit Ann. 1450. Verum monachus Egmondanus, qui itidem nondum visus attigit extrema tempora Iohannis Hannonii, & sub Wilhelmo filio ejus floruit, Wilhelmus Procutator **, Aleydim, quæ soror Cæsaris, non Ioanni, sed Balduino nupsisse ait, eique patrem subdiaconum Ioannem dat de Avennis: *Dictus itaque Balduinus*, inquit, *post dissensiones varias Hannoniam, Flandriæ videlicet partem, consequitur, cui soror Wilhelmi Regis videlicet supradicti in conjugem procuratur.* Sed haud dubie, quicquid sit, Wilhelmum Procuratorem fefellit memoria. Non Balduinus, sed Ioannes Aleydis conjux, ut testis ipsa est, in charta Ann. 1283. qua defunctus jam Iohannes: *Aleydis uxor quondam Domini Ioannis de Avennis notum facimus universis.* In charta Ann. 1260. Florentium patrem suum vocat, Mathildam matrem, se uxorem quondam Domini Iohannis de Avennis, *Ego Aleydis quondam uxor Iohannis de Avesnis, Tutrix Hollandiæ, Zelandiæ, universis Christi fidelibus &c.* Unde & patet quod diu vidua. Patet, quod Iohanni Florentii v. filio, non successit Iohannes, cui Aleydis nupta, sed ejus filius Ioannes, ut & in quadam sententia est à Carolo v. in causa Ordinum Hollandiæ & Brabantiæ pronuntiata Ann. 1543. apud Bort *Tractatu van Arresten cap.* 4. Wilhelmus Procurator: *Anno* CIↃ. CC. XCIX. *Iohannes Comes Hannoniæ filius amitæ Florentii patris Iohannis proxime defuncti à nobilibus nec non à Communitate in Dominum & in Hollandiæ Comitem suscipitur.*

** Ad ann. 1240. ubi vide notas Matthæi nostri vero Tom. 4. Analect. prioris Edit. nostræ vero Tom. 2.

re pacem & concordiam cum Rege & tradere in manus ejus civitatem. In festo B. Lucæ Evangelistæ ordinata est compositio & juramento Advocati civitatis Aquensis & duodecim nobilium ejusdem civitatis confirmata. Qui omnes juraverunt servare obedientiam Domino Papæ nec non & ecclesiæ ac Regi fidelitatem, quam aliis Imperatoribus servaverunt. Rex autem voce propria affirmavit in verbo Dei, nec non & in verbo Imperiali, quod formam compositionis ordinatam fideliter servaret, & eos in libertatibus consuetis conservaret, ac roboraret, dummodo ei fidelitatem & obedientiam servarent. Acta sunt hæc die Dominico in festo Lucæ Evangelistæ. Licet autem quidam laboraverint primo bursas Frisonum emungere, antequam daretur eis licentia revertendi, tamen consilio & auxilio Abbatis Floridi Orti, qui de Capitulo Præmonstratensi rediens amore compatriotarum in castra diverterat, & nobilis viri ac fortis & facundi Thitardi Dodinga optentum est à Rege & Cardinali, quod cum multa honestate ac gratiarum sunt actione remissi, quoniam ex eo quod campum „ ubi incumbebat totum periculum belli, occupaverunt, & Aquenses cives tribus vicibus irrumpentes de civitate viriliter represserunt, præ omnibus aliis nationibus specialem consecuti sunt gloriam, ac ideo cum gloria sunt remissi. Rex vero in festo omnium Sanctorum coronam Regni Alemanniæ recepit, & eodem die in throno *Karoli* Imperatoris est inthronizatus, præsentibus duobus Cardinalibus, videlicet Domino *Hugone* Sabinense, & prædicto *Petro ad velum aureum*, Archiepiscopo Coloniensi, & fere omnibus Episcopis Alemanniæ.

Eodem anno *Fredericus* quondam Romanorum Imperator apud Parmam civitatem Longobardiæ per Potestatem ejusdem civitatis, auxilio *Octaviani* Cardinalis & civium Mediolanensium in fugam est conversus, plurimis occisis vel captis de suo exercitu, castris suis spoliatis ac incensis, & custodes castrorum ducti sunt in captivitatem. Occisus est ibi Magister *Tadeus* de *Soessa* judex palatii Imperatoris, vir magnæ prudentiæ, facundiæ, ac pulchritudinis. Eodem anno *Conradus* filius prædicti Frederici superatus est ab Abbate Sancti Galli, & Episcopo Argentinensi.

Eodem anno *Ludovicus* Rex Franciæ arripuit iter in terram Sanctam, & apud Marsiliam præcepit sibi parari centum naves, sed *Frederico* impediente non habuit nisi medietatem. Quarum

rum quælibet poterat capere mille viros, & sic cum L. millibus in Cyprum navigavit, & ibi hyemavit, præcipiens fratri suo *Roberto* Comiti Atrebatensi, ut sequeretur in vere cum aliis quinquaginta navibus, & sic simul in terram sanctam transfretaverunt. Eodem anno *Thizo* miles de Groninge circa festum omnium Sanctorum occisus est à *Rodulfo* de Pedese & suis complicibus.

Eodem anno feria VI. post octavam Sancti Martini surgente rabie ventorum satis immoderata, primum ab Affrico demum à Zephyro, postmodum à Choro & Circio, facta est elevatio maris, & rupti sunt aggeres Oceani, & operuerunt aquæ superficiem terræ, ita ut in campo Rosarum aggerem plurimis locis supergrediens totam Curiam impleret, & sic dolores & gemitus non modicos suscitavit. In ipsa maris æstuatione ventus Boream à Circio transiliens ad Aquilonem se transtulit, & sic in aggeribus versis contra Aquilonem & Vulturnum præter consuetudinem maximum dampnum evenit. In ordeo etiam hyemali & tritico, quæ abundantius seminata fuerunt, propter siccitatem æstatis & autumni damnum accidit gravissimum. Sed cito rupto aggere mediterraneo juxta fossatum effluxionis aquarum, quod dicitur *Delf*, aquæ hinc inde sunt diffusæ, maxime ad sylvas Australes, & maxima pars siliginis periit. Et sic modicum imo nihil profuit agger mediterraneus tanquam ex invidia factus, quia nichil est sapientia, nichil est consilium contra Deum. Sylvæ Occidentales, cum non flaret ventus ab oriente, aggere suo conservato, ea vice evaserunt.

Anno Domini CIↃ. CC. XLIX. jam inchoante, anno à diluvio Sanctæ Julianæ LXXXVI. Sancti Nicolai LX. Marcelli XXXI. Lucæ Euangelistæ VI. Lunæ XIX. in festo Johannis Euangelistæ Zephyrus contra proprietatem suæ lenitatis borealiter intonans post vesperas horribiliter increvit, & in tantum circa conticinium invaluit, quod à diebus multis non est tantus fragor ventorum auditus, & ideo domus quam plurimæ tecto sunt nudatæ. Quædam etiam novæ & fortes corruerunt. Et nihil audiebatur ubique nisi dolor & mœstitia. Circa medium autem noctis visus est splendor in aere quoadammodo scintillans, quem quidam putabant esse fulgur, sed tonitruum non est subsecutum. Quidam autumabant esse draconem. De quo dicit Isidorus

dorus Etymol. quod igneæ ſit naturæ, & in tempeſtatibus ſoleat elevari. Sed cum in calidiſſimis Æthiopiæ partibus ſoleat naſci ac habitare, de hoc ſplendore maluimus humiliter dubitare, quam temere diffinire. Illud tamen intelleximus, quod ubicunque viſus fuit per totam Friſiam, cuilibet videbatur, quod quaſi ad jactum baliſtæ à ſe diſtaret, & in terram deſcenderet. In primo galli cantu Zephyro ſucceſſit Circius, qui eſt collateralis Boreæ ad Occidentem, & ſic æſtuatio maris irrupit aggeres, & inundatio operuit terram, & erat ubique dolor & gemitus, eo quod Dominus flagella ſic multiplicaret. Sed tamen pater miſericordiarum, & Deus totius conſolationis, qui iraſcitur & miſeretur, iram ſuam inter ipſa flagella mitigavit, nam ſi Circius Zephyro paulo ante in plena maris effuſione ſucceſſiſſet, & in tanta vehementia perſtitiſſet, Friſia vix ſubſtitiſſet. Sed Dominus, qui & ventis imperat & mari, & obediunt ei, qui ambulat ſuper pennis ventorum, ipſe ventum in occidente retinuit, donec jam inſtaret tempus, ut Charybdis aquas ſuas reciperet. Unde poterant dicere mortales; *Niſi quod Dominus adjuvit me, paulo minus periiſſem.* Jeremias etiam: *Sunt miſericordiæ Domini, quod non ſumus conſumpti.* Et in Pſalmo: *Non ſecundum peccata noſtra fecit nobis.* In omnibus his non eſt averſus furor ejus, ſed adhuc manus ejus extenta. Nam ſicut dicit beatus Greg. *Non ceſſant flagella divinæ juſtitiæ, quamdiu non ceſſant actiones culpæ.* Adhuc enim quidam evaſerant, qui aliis jam punitis inſultarent, ſicut fecerunt vicinæ gentes in vaſtatione Judææ per Nabogdonoſor, donec & ipſæ vaſtabantur. In craſtino ergo Blaſii, vigilia Agathæ virginis, feria v. increvit ventus horribiliter primum à Zephyro, poſtmodum à Circio, iterum elevatum eſt mare, & ſupergreſſum aggeres terram implevit, & ſic inſtante Circio jugiter per triduum ſingulis diebus naturaliter effudit ſe Oceanus. Nec tam immaniter elevabatur, quin domus in maritimis poſſent ſubſiſtere, & ideo non ſunt tanti ſubmerſi, ſicut olim in diluvio Sancti Marcelli, quin una effluxione nimis intemperata ſe quaſi totum effudit, & multos in maritimis oppreſſit. Modo autem ut Dominus ubique plagam quaſi æqua lance communicaret, ſtatim ut prior effluxio maris per diverſa terrarum ſpatia fuit diviſa, alia ſecunda Oceani naturam ac principaliter Dei ordinationem ſubſequens, & aggeres confractos faciliter tranſiens non ſolum

per

per loca maritima exſpatiabatur, ſed etiam interiora ſpatia terrarum penetravit, & tunc agger occidentalis, qui dicitur *novus*, fuit interruptus, quia IX. influxiones continuatæ fuerunt. Et quia plaga circa extremam partem hyemis accidit, aquæ totiens augmentatæ tarde defluxerunt, & in humilioribns locis vix circa feſtum Sancti Liudgeri terra fuit arabilis, & tunc ex quadam vi ſalſuginis & matutino gelu terram conſtringente fuit terra valde ſolubilis, & videbatur pinguis, delectabanturque agricolæ in facilitate laboris ex tali ſolubilitate terræ, & fere ubique locorum plus ſolito ſeminatum eſt. O cæcitas & ignorantia humani generis! quia de ſua præſumens ſcientia & ſubtilitate incidit in laqueum quem tetendit. Si enim minus aratum & ſeminatum eſſet, ipſum ſemen ad ſuſtentationem hominum non modicam utilitatem conſervaſſet, & jumenta laboribus fatigata modicum pretium ſolverent. Quibus ſi in vere parcitum eſſet, ex ipſorum pretio & ſeminibus perditis ad ſuſtentationem hominum non modicum profuiſſet. Cœpit autem ſemen terræ commiſſum prima folia pulchre oſtendere, ſed natura aruit, quia non habebat humorem vegetantem, ſed potius ſua ſalſugine arefacientem, quia quo magis ſol incaleſcebat, eo magis ſalſugo ad ſuperficiem terræ trahebatur, & ſic homines ad augmentum flagellationis ſuæ ſemen & laborem perdiderunt. Quidam etiam propter defectum graminum pecora in Threntiam & quocunque poterant pro alimonia miſerunt, ex quibus ad augmentum flagellationis plurima mortua ſunt, & non fuit locus, quo quiſquam flagellum Dei evaderet, ſecundum illud, *Si aſcendero in cœlum, tu ibi es. Si deſcendero ad infernum, ades &c.* In Sylvis autem & aliis locis, ubi propter locorum eminentiam ſiligo per ſalſam aquam non poterat attingi, aliud acceſſit flagellum. In agris enim, eorum paſcuis ſalſugine infectis, quaſi nulla fuerunt gramina, nec fœnum in pratis, & ſic miſera pecora terram corruptam cum radicibus evulſerunt, & fere in illis locis omnia mortua ſunt. Et ſic nulla pars Friſiæ tum à flagellis libera.

Anno Domini CIƆ. CC. L. ſimiliter prior pars æſtatis fuit nimis ſicca, & peſtilentia animalium increvit, & fere omnia pecora *Silvanorum*, quæ fuerunt priori anno reſidua, vel ex novo aliis jam mortuis empta, moriebantur, & in calore æſti-

vo corpora mortuorum animalium computrescebant, & fuit ibi fœtor intolerabilis, de quo etiam homines corrumpebantur, quia ut dicit *Galenus* plus inficit aer corruptus, quum etiam cibi corrupti. Alia etiam pestis in *Sylvis* in homines consurrexit, quod quædam gutta venenosa oriebatur inter carnem & cutem primo ad quantitatem glandis quercini, & credebant homines esse punctionem alicujus venenosi volatilis. Sed qui diligentius examinabant dixerunt, quod aliquot diebus, antequam erumperet, poterant sentire distemperantiam, quæ quasi deambulabat per corpus quærens sibi exitum, & sæpius circa collum super scapulas erupit. Cui autem cito abscindebatur primo die, & locus ferro adurebatur, poterat convalescere. Alioquin infra VII. dies moriebatur, vix paucis inde convalescentibus sine chirurgia. Forte ex corrupto aere, vel aliqua venenosa materia. In his, qui habebant humores corruptioni habiles, in calore ad exteriora trahebatur, quia calor est attractivus, & maxime sibi similia attrahit, quod est naturale omni creaturæ. Eccles. XIII. *Omnis homo sibi simili associabitur.* Eccles. XXVII. *Volatilia ad sui similia conveniunt.* Dicit autem Galenus, quod aer corruptus plus nocet quam cibi corrupti. Utrum autem hæc pestis fuerit ex aere corrupto de cadaveribus pecorum in *Sylvis* putrescentibus ad solem, vel cibis corruptis, vel quod credibilius est ex divino flagello, Deo relinquimus, cujus judicium est summa causa omnium causarum. De tali pestilentia animalium dicit *Virgilius* in Georgicis **, quod olim in Venetia & Illyrico ex corrupto aere piscium & serpentium, qui in quadam inundatione super terram manentes ex calore solis corrupti aerem corruperunt, orta est pestilentia pecorum. De Illyrico dicit:

** Lib. 3. in fine.

Hic quondam morbo cœli miseranda coorta est
Tempestas, totoque autumni incanduit æstu:
Et genus omne neci pecudum dedit, omne ferarum,
Corrupitque lacu, infecit pabula tabo.
Nec via mortis erat simplex, sed ubi ignea venis
Omnibus acta sitis, miseros adduxerat artus,

Rursus

Digitized by Google

Rursus abundabat fluidus liquor, omniaque in se
Ossa minutatim morbo collapsa trahebat.

. . . .

Jam maris immensi prolem & genus omne natantum
Littore in extremo ceu naufraga corpora fluctus
Proluit: insolitæ fugiunt in flumina phocæ.
Interit & curvis frustra defensa latebris
Vipera, & attoniti squamis astantibus hydri.
Ipsis est aer avibus non æquus, & illæ
Præcipites alta vitam sub nube relinquunt.
Præterea nec jam mutari pabula refert,
Quæsitæque nocent artes, cessere magistri.

. . . .

Balatu pecorum, & crebris mugitibus † aer,
Arentesque sonant ripæ, collesque supini.
In stabulis turpi dilapsa cadavera tabo:
Donec humo tegere ac foveis abscondere discunt.
Nam neque erat coriis usus, nec viscera quisquam
Aut undis abolere potest, aut vincere flamma,
Nec tondere quidam morbo illuvieque peresa
Vellera, nec telas possunt attingere putres.
Verum etiam invisos siquis tentarat amictus,
Ardentes papulæ atque immundus olentia sudor
Membra sequebatur, nec longo deinde moranti
Tempore contactos artus sacer ignis edebat.

† Editiones jam habent *amnes.*

Hæc autem ideo interposuimus, ut si, quod absit, unquam in futuris temporibus talis pestilentia ingruerit, maxime tempore æstivo corpora talia profundo terræ infodiantur, ne aerem corrumpant, & hominibus ac pecoribus pestem inferant.

Eodem anno Dominus Innocentius Papa Lugduno Romam reversus est. Eodem anno cum Frisones tam graviter essent flagellati, Gronienses eis quasi insultabant, & pretium annonæ, quam de aliis terris navigiis advehebant, sine misericordia aggravabant. Sed ecce aliud væ ipsis accidit. Nam cum *Conradus* de *Groninge*, & *Rodulfus* milites de *Pedese*, & eorum com-

complices, ac major pars Gronienſium vicinis Friſonibus multas inferrent injurias, & nundinas equorum in pace conſuetas non ſervarent, imo meliores equos pro placito ſuo ſibi tollerent, ac etiam nobiles de Fivelgonia captivaſſent, & Huneſgonibus multa inferrent dampna & incommoda, tandem Fivelgones & Huneſgones cum pro inſula Uthuſenſium XXII. annis diſcordaſſent, pacem ultro inter ſe ordinaverunt, quaſi Deo deſtructionem Gronienſium procurante. Et hæc facta ſunt mediante domino Siccone Decano de Fermeſum, viro facundo, & ſecularibus negotiis idoneo, cum aliis viris diſcretis, religioſis, ac ſecularibus, ut tamdiu pertractata & ſanguine multorum aggravata terminaretur hoc modo, ut quarta pars cederet Ernerenſibus, qui primo medietatem ſibi uſurpare volebant, reliquæ tres Uthuſenſibus, & omnes occiſi hinc inde à capitalibus utriuſque partis ſolverentur. Fuerunt autem à parte Fivelgonum occiſi fere centum viri. Ab altera parte totidem præter octodecim. Redemptiones captivitatum reſtitutæ, & hæ à capitalibus hinc inde non ab illis qui receperunt. Pro ſpoliis manifeſtis & incendiis Ernerenſes dederunt Fivelgonibus, & eorum capitalibus, ſcil. Uthuſenſibus, XXIV. millia marcarum monetæ Fivelgonenſis, Uthuſenſes Huneſgonibus nongentas marcas. Spolia veſtium, armorum, & omnia vulnera præter mutilationem ſex membrorum propter Deum & bonum pacis dimiſſa ſunt. Pace igitur inter eos ordinata, iſtis tamen nondum finaliter terminatis concurrerunt omnes quaſi populus unus, ut invaderent Groningenſes, & poſt audacter invadentes caſtrum Gronenburch deſtruxerunt, quod erat contra illos de Trentawalda principaliter ædificatum in littore Huneſe, ipſa Huneſa in quodam circulo ipſum caſtrum fere totum cingente, & putabatur multis & maxime vicinis non modicum nociturum. Poſtmodum Groningam obſederunt, ſed propter humiditatem autumni & aeris intemperiem hoc anno non * perfecerunt.

* profecerunt.

Anno Domini CIↃ. CC. LI. poſt Paſcha *Fivelgones* & *Huneſgones* fœdera ſua datis obſidibus innovantes adjunctis ſibi *Menternenſibus* Groningam obſederunt. Et quidam vallum tranſeuntes per ſcalas cœperunt aſcendere, & eos viriliter impugnare, qui tamen ſaxis & baliſtis ſe diu defenderunt, ſperantes Friſones ſecundum conſuetudinem ſuam cito ad propria reverſu-

verſuros, ſed ipſis in obſidione fere ad quatuor hebdomadas perſeverantibus Groningenſes timentes, ne ſi bello caperetur civitas, nimia fieret ſtrages, ſe in manibus hoſtium tradiderunt, ex pacto, ut deſtruerentur muri, & domus lapideæ humiliarentur uſque ad cellaria, mercatores ibi cum omnibus rebus ſuis libere manerent, milites ſalvis corporibus & rebus exirent, nunquam ibi ſtabilem manſionem habituri. Et ſic muri pro majori parte fuerunt deſtructi, & domus humiliatæ. Et milites ad illum annum ultra Coverdiam, ubi poterant, habitabant. Munitio etiam in Pedeſe deſtructa eſt.

Eodem anno mortuus eſt *Fredericus* quondam Romanorum Imperator anno depoſitionis ſuæ ab Imperio VI. Et quantum in ſe fuit Conrado filio ſuo Imperium commiſit, cujus mater filia *Ioannis* Regis Acaron, & ſic jure hereditario debuit ſuccedere in rebus maritimis tranſmarinis in Aſia. Qui ſtatim exemplo patris violenter occupat Siciliam, Apuliam, Calabriam, & loca vicina. Fautores D. Papæ etiam in Tuſcia infeſtabat, ſed tamen Romam non pervenit. Eodem anno ſtrangulatus eſt in domo ſua miſerabiliter Magiſter *Gerbrandus* de *Ingaldum*, homo multæ ſubtilitatis, literaturæ, & ſummæ facundiæ per Efculfum & ſuos complices.

Anno Domini CIↃ. CC. LII. milites de Groninga in autumno in prima aurora quibuſdam conſilium addentibus in villam Groningæ prorumpentes *Hermannum Buchel* occiderunt confidentem in pace * ſibi mediante Epiſcopo Trajectenſi juramento firmata, & Geleconidas multis ſpoliis & injuriis affecerunt, quia totam cauſam deſtructionis civitatis eis impoſuerunt, dicentes eos vicinas terras commoviſſe, & tempore obſidionis non, ſicut poterant, reſtitiſſe. Unde interim conturbati Fivelgones & Huneſgones collecto exercitu eos invadere voluerunt. Sed ipſi conſiderantes ſe non ſufficere ad reſiſtendum gratiæ ſe commiſerunt. Et Conradus in Huneſgoniam, Egbertus in Fivelgoniam ſe obſides tradiderunt, eo pacto quod abſque conditione parerent ipſorum ordinationi. Eodem anno mortuus eſt dominus *Rapertus* Decanus de *Loppersbem* recepto habitu religionis ab Abbate *Floridi Orti*, & reſtitutis omnibus, quæ injuſte acceperat. Mortuus eſt etiam *Menko* Abbas de *Rip* juris peritus, & honeſtæ ſcientiæ, morte ſubitanea.

* ſoli.

Anno Domini CIↃ. CC. LIII. milites de Groninga falſis pro-

Digitized by Google

promissionibus de locis, ubi obsides erant, evadentes, & collectis viribus Groningam venientes in claustrum Minorum fratrum se receperunt, & tam claustrum quam domos vicinas lapideas munientes Geleconidas in ecclesia S. Martini, Walburgis, Nicolai impugnabant. Tunc Fivelgones commonentes Hunesgones de fide data in auxilium eos vocabant. Sed ipsi inter se dissentientes non venerunt, & sic soli Fivelgones prædictos milites & eorum coadjutores quam plurimos viriliter invaserunt, & die ac nocte impugnantes ad deditionem compulerunt, quibusdam tamen hinc inde prius occisis, & sic recepti sunt obsides *Adulphus* de *Pedese*, *Egbertus* de *Groninge* milites, cum tribus aliis, ac in Fivelgoniam deducti. *Conradus* autem subtiliter se prius de bello subtraxerat, sciens sanguinem suum plus quam aliorum desiderari. Cum ergo prædicti obsides ad aliquot dies in libera custodia mansissent, heredes occisorum & vulnerati conclamabant, ut arctiori custodiæ manciparentur, donec omnibus læsis satisfacerent. Et sic ingravescente tumultu populi *Appengadomme* juxta turrim in superiori domate in trunco sunt reclusi, & ibi ad sex hebdomadas manserunt, donec præstarent sufficientes cautiones, quod omnibus læsis satisfacerent, & sic ad propria sunt reversi.

Anno CIƆ. CC. LIV. migravit Dominus *Innocentius* Papa IV. cum pro defensione ecclesiæ à *Frederico*, & filio suo *Conrado*, ac fautoribus eorum, multas sustinuisset tribulationes. Successit *Octavianus* Cardinalis Diaconus sanctæ Mariæ in via lata, & dictus est *Alexander* IV. Eodem anno obiit *Conradus* filius *Frederici* quondam Imperatoris, & intromisit se de Regno Siciliæ, Apuliæ, Calabriæ, *Meinfridus* filius *Frederici* naturalis, quem genuit de filia cujusdam Comitis non legitimata. Iste plus patre & fratre studuit desævire in ecclesiam & fautores Domini Papæ, & copulatis sibi Sarracenis quasdam civitates in prædictis regionibus funditus evertit. Eodem anno Emesgones versi sunt in seditionem, Federgones contra Husenses, qui dicuntur Henesetan, & cum eis fere omnes Frisones Orientales. Nam Federgones sibi confœderaverunt parochiam de Hinte cum suis adjacentibus, & de Sibetatesumbechte & Evesumbechte. Insuper attraxerunt sibi Nordenses à parte altera, & Reydenses ab altera, ut Husenses & Brokmannos penitus destruerent. Sed illi Harlingos contra Nordenses sibi attrahentes & superiores

riores Emesgones contra Reidenses se viriliter defenderunt. Et tunc effossa fuit obstructio aquæ Gent, quæ dicta fuit Caldameresdom. Contra Brokmanni per immissionem aquarum multa damna sunt perpessi.

Anno Domini CIↃ CC LV. *Conradus* & nepos suus cum quibusdam strenuis sociis noctu de *Padapale* venientes, audacia inaudita se periculo subjicientes, per scalas ecclesiam S. Martini superius ascendentes, diluculo per coclear descendentes, ac strictis gladiis super incautos irruentes novem viros occiderunt, & interim reliqui per fenestras & ubicunque poterant desilierunt. Et sic omnes res & jumenta, quæ fuerant in ecclesia, & multa vasa vini ex novo ablata militibus ad usus suos cesserunt, & exinde largas habuerunt expensas. Tandem advenientibus militibus de *Binechum* videlicet *Stephano*, & fratre suo, & aliis duobus ad pacem sunt redacti in tali forma, quod super homicidiis, spoliis, & aliis damnis nulla hinc inde fieret exactio. Insuper communes cives bonum pacis affectantes omnia damna partibus indulserunt.

Anno Domini CIↃ. CC. LVI. Dominus *Wilhelmus* Rex Romanorum à quibusdam militibus suis irritatus surrexit contra Frisones extremos versus occidentem, qui dicuntur Westlingi, & æstivo tempore novem parochias obtinuit, & ibi castrum ædificavit in locis arenosis & equitibus adibilibus. Sed cum reliquam partem terræ propter aquositatem & fossata non posset obtinere, hyemali tempore cum essent aquæ congelatæ & meabiles, agmine confisus equestri interiora terræ illius super glacies confidenter adivit, & cum Frisones pedestri agmine occurrerent, militibus Regis glaciei minime credentibus, & ideo fugientibus, sub pedibus equi Regis glacie confracta, ipse comprehensus est, & agnitione ac proditione cujusdam militis sui fugitivi à Frisonibus est occisus, & corpus ejus ab occisoribus delatum in domo cujusdam occulte terræ infossum est. Electus fuit ad Imperium Dominus *Richardus* Comes & frater Regis Angliæ, qui cum pecuniam copiose D *Conrado* Archiepiscopo Coloniæ & aliis Principibus Alemanniæ distribuisset, nihil proficiens ad propria est reversus.

Anno Domini CIↃ. CC. LVII. initiatus fuit novus agger in *Soude*, & satis fuit firmatus, sed cum non satis esset exaltatus, increscente nimis Oceano, denuo ante festum Gereonis Fivela

fuit irrupta, quæ anno eodem videlicet in æstate instanti fuit reparata. Sed illa irruptio quæ fuit in aggere *Thitardi Iuldelenga* non potuit stabiliri.

Anno Domini CIƆ. CC. LIX. mortuus est *Otto* Monasteriensis Episcopus, natione Lippensis. Successit Dominus *Wilhelmus* nepos Domini *Ludolfi* Episcopi. Eodem anno consecrata est ecclesia *Floridi Orti* à Domino *Christiano* Lecowiensi Episcopo vigilia nativitatis beatæ virginis, præsente Domino *Willelmo* electo Monasteriensis ecclesiæ cum summo altari, & Sancti Viti, quod est in medio ecclesiæ. Sequenti die in festo beatæ virginis consecrata sunt alia quinque altaria. Eodem anno ipsa ecclesia cum altaribus & suis ornatibus, quatuor novis calicibus, fenestris, testudinibus, & ceteris necessariis, non sine maximis laboribus & expensis † temporibus Dn. *Pauli* Abbatis fundata, anno vero XVI. officii Dn. *Menconis* Abbatis per suam fervidam & laboriosam promotionem perfecta, & decorata, ac dedicata, cum, ut præostensum est, essent tempora durissima propter frequentes inundationes salsi maris, & omnia necessaria essent in summo pretio. Dedicata est autem ecclesia anno à prima fundatione claustri, & transitus fratrum in *Floridum Ortum* XLVI. Eodem anno manifesto flagello Dei per terræ motum ac fulmina, & tonitruum, civitates quædam Italiæ in majori parte sunt destructæ, cum essent prius admonitæ per quendam Episcopum, ut de peccatis suis pœnitentiam agerent, & vitam suam emendarent. Sed illi non sicut Ninivitæ pœnitentiam egerunt, quinimo sicut Sodomitæ in peccatis suis perstiterunt. Et ideo apud *Trapanam* civitatem mons, in cujus pede civitas posita erat, terræ motu scissus fuit, & pars ejus super ædificia ejus corruit, ita ut peregrinis nostris non invenirentur domus ad hospitandum in civitate, sed in tentoriis manserint. *Messana* est nobilissima civitas Siciliæ, quæ vulgo dicitur *Messin.* Fulmine succensa fuit superius, & inferius à terræ motu consumpta. Tertia vero civitas post *Trapanam* & *Messanam* fuit *Anekon*, similiter terræ motu destructa. Quarta *Menkalion*, quinta ad *Sanctum Antonium*, sexta *Mons marinus*, VII. *Castellum paganorum*, VIII. *Millefloret*, IX. *Quilian*, X. *Mariget.*

† Vid. infra ad Ann. 1266.

Eodem anno Dominus *Henricus* Episcopus Trajectensis propter exactionem pecuniæ ultra consuetudinem cum Threntonibus

nibus

Digitized by Google

nibus quatuor parochias de Threntawalda armata manu permovit invadi. Sed cum obtento introitu sylvæ quasi victores exultarent, & jam quatuor domos igni tradidissent, accurrentibus vicinis Frisonibus & ipsis civibus Threntones in fugam versi sunt, & viginti occisi, centum secundum Latinam computationem fugientes in Hunesa sunt submersi, & plurimi vulnerati, & turpiter dearmati, vel etiam nudati, & quidam captivati.

Anno Domini ccɔ. cc. LX. talis litera fuit à partibus transmarinis transmissa: *Illustribus Regibus, Principibus Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, & aliis ecclesiarum Prælatis, ac Nobilibus viris, Baronibus, militibus universis præsentes literas inspecturis, frater* Thomas *de ordine Prædicatorum miseratione divina Bethlehemitanus Episcopus, in partibus transmarinis Apostolicæ sedis Legatus, Salutem in filio virginis gloriosæ, qui in Bethlehem nasci dignatus est. Tribulationes civitatum partium Orientalium, quas passæ sunt, non solum ex longinquo, sed ex vicino quasi post parietem audieutes* ** *desecimus. Timor & hebetudo mentis cecidit super nos, & super filios nostros. Quis enim, o viri Catholici, non videt non solum illam, sed illas, civitates quam plurimas & munitissimas ex terræ finibus ad se usque ab Aquilone succensas, videns manum Domini durissimam & inflexibilem tam sollicite, tam attente, tamque continue in totius fere orbis excidium vigilantem; Veremur enim ne Ieremiæ verbum ad istarum partium incolas extendatur dicentis: Ecce populus venit de terra Aquilonis, gens magna, consurgens de finibus terræ, sagittam & scutum arripiens, crudelis est, & non miserebitur. Audivimus famam ejus, dissolutæ sunt manus nostræ. Nec mirum, quia ex tribus unum nobis formidamus instare, ut vel terram sanctam desertam & solitariam relinquamus, vel tradamur in manus non solum sanguinem sitientium, sed etiam in hoc delicias suas ponentium, ut vel eorum gladio consumamur, vel exponamur servituti perpetuæ infidelium, & non miserentium dominorum, qui nec die nec nocte dant requiem servis suis. Nam Tartari, potius nominandi Tartarei, gens effera, gens immitis, fere totam Orientalem plagam indefessa falce metentes, postquam* Baldach *civitatem famosam, locum regium, & caput præcipuum paganorum suo dominio subjugarunt, expositis in ore gladii cum Calipha eorum omnibus fere habitantibus in eadem, è vestigio omnes consequenter civitates & regna usque* Halapiam *conterrentes demum* Halapiam *infra quindenam per suam violentiam occuparunt, divitiis & honoribus habundantem, &* eam

** Forte *dejecimus.*

eam per fraudem non per vim obtinuerunt, per inhabitantes callide sibi traditam, & apertam, occisis cunctis viventibus in ea. Tandem castrum ipsi civitati annexum, quod fuit firmissimum, similiter pro quasdam inhabitantium discordias subintraverunt, in quo thesauros repererunt quamplurimos cum lapidibus pretiosis. Quibus sublatis castrum subverterunt, & civitatem per circuitum diruerunt. Quod videntes ceteri regni illius nobiliores, scilicet Soldanus de Ruiipia, *Suldanos de* Camolla, *dominus de* Hambac, *& dominus de* Amon, *& alii quamplures venerunt ad eum, & pedibus provoluti facti sunt ei obedientes. Soldanus vero* Damasci *trium regnorum dominus ab eorum facie fugiens terram dimisit, & major pars populi sui ab eo recessit, & ad auxilium Babiloniorum confugit. Sed omnes civitates Sarracenorum Regi Tartarorum claves cum Nunciis miserunt ejus dominio se submittentes, ut sic ferocitatem suam placarent. Nonnulli vero Sarracenorum, quos fides Catholica Christicolis inimicos constituit capitales, cum uxoribus, & filiis, & suppellectilibus ad maritima confugiunt, & Christianorum manibus velut aves, quas insequitur accipiter, se committunt. Plures vero fugam ad Babilonios ineuntes, quod incredibile est auditui, se confractis viribus velut attoniti per prærupta montium & per spatia camporum dispergebant, sic quod parentes filiorum obliti, frater sororis, maritus uxoris, dimissis spoliis aut per viam projectis, solam vitam salvare, conculcatis in itinere debilibus & infirmis, satagebant. Videte ergo si Tartarorum nomen convenit his, qui id agunt, vel quia ad tartara pertrahuntur, vel quia tartareis satellitibus in omnibus concordant, vel à * tartarisin, quod in Græco sonat tremere vel horrere. Procul dubio enim sunt horribiles & tremendi. Inebriant enim terram sanguine, & humum adipe pinguescunt, quia dies ultionis Domini & annus retributionis venit. Et si non sufficiunt ista ad doloris cumulum & terroris, Antiochena civitas prius de victoria desperans quam perveniret ad bellum, cum toto Principatu suo eorum obedit voluntati. Princeps autem Antiochenus cum terra Tripolitana incredibili tremore confractus Antiochenorum vestigia est secutus. Itaque aliis universis jugo se Tartarorum subjicientibus, aliis attonitis & quasi stupidis ad terrorem fulminis ex Dei judicio fulgurantis, sola civitas* Aconensis *&* Tyrus *cum castris domorum templi, & hospitalis, & Teutonicorum, quæ fratres prædictarum domorum pro viribus muniverunt, ad tantum & tantorum conflictum se præparant sustinendum, die noctuque fossatis, machinis, & aliis instrumentis bellicis præparandis conti-*

* ταρτάζειν.

continue insistunt. Sed cum jam existente periculo non in incerto timeamus, licet cum lachrymis & suspiriis paucæ reliquiæ fidelium provinciæ cismarinæ de die in tantorum hostium impetum præstolantur, non tamen omnino dejicimur in Dei auxilio confidentes, & post Deum in vestro festinato subsidio totam ponentes fiduciam spei nostræ velut in singulari refugio, & consueto præsidio populi cismarini. Et etiam idem Rex Tartarorum nobis literas blasphemiæ plenas in Deum viventem inauditæ superbiæ destinavit, ut vere dicere possimus, Dies hic est tribulationis & angustiæ; & ideo eas expandimus coram Deo vivo, dicentes unanimiter & orantes: Domine Deus noster, tu fecisti cœlum & terram, inclina aurem tuam, & audi omnia verba Regis Tartarorum, qui misit, ut exprobraret nobis Deum viventem, dicens tuum posse esse in cœlis, † Mangokan vero in terris. Nunc ergo Domine Deus, salvos nos fac de manu ipsius, ut sciant omnia regna terræ, quod tu es Dominus Deus solus. Nichilominus etiam expandimus coram vobis, qui estis pugnatores præcipui Dei vivi, ut tantis auditis blasphemiis vos zelus Dei ad vindictam accendat, & ad terræ sanctæ defensionem inflammet, & ad succursum provocet sanguinis populi Christiani. Non putetis o viri Christianissimi, quod ut animam vestram tantum liberetis vos Dominus viros præcellentes ordinavit & Principes, sed ut tali tempore in clipeum & defensionem vos Dominus præpararet. Propterea ad vestræ pietatis gremium fusis lacrimis post Deum præcipue in tantæ necessitatis articulo recurrentes, quantum possumus, supplicamus, ut ad defensionem terræ sanctæ, ubi Dominus noster Iesus Christus nasci ac mori dignatus est pro nobis, ubi nostram operatus fuit salutem, pro qua tanto laboravit tempore universitas populi Christiani, cum studio omnique sollicitudine intendatis, nec patiamini, sicut infideles intendunt, nomen Domini Iesu in partibus Orientis deleri, & oblivioni mandari, sed potius exsurgat velut gens inclita, apprehendat arma & scutum, & exsurgat in adjutorium terræ sanctæ cum robore & vigore, ita quod in æstate præsenti sui succursus remedio valeat recreari, donec tandem cum Regibus & Principibus de subsidio terræ sanctæ altius disponat, & ad tot tantorumque hostium resistentiam invincibiliter animetur. Valeat universitas vestra in Domino. Datum Acon Kal. Martii. Pontificatus Domini Alexandri Papæ IV. *anno.* VI. *Indictione* III.

† Conflatum id haud dubie ex *Mango Chan.*

Item alia epistola: *Frater* Thomas *de ordine Prædicatorum dominici præsepii & virginalis puerperii custos indignus, Apostolicæ Sedis*

Sedis legatus, discretis viris universis Præpositis, & aliarum ecclesiarum Rectoribus Frisiæ in Christo karissimis salutem in filio virginis gloriosæ, qui in Bethleem nasci dignatus est. Licet locorum intervalla & personarum distantia nimia nos disjungat, tamen in quantum possumus, & divina gratia subministrat, libenter provinciæ vestræ habitatoribus providemus, & ipsorum animarum periculis obviamus. Attendentes siquidem ex accessu mulierum Frisiæ ad has partes præ devotione vel subsidio terræ sanctæ, pro locorum nimia distantia, & permultis aliis casibus, qui offerunt se in via, multa pericula provenire, cum contingat frequentius instante humani generis inimico, quod cum aliquibus earum, prout fertur, adulteria & fornicationes à peregrinis gravia, dum iter faciunt, committantur, universitati vestræ consulimus attentius, vos monentes, quatenus omnes & singulas mulieres vestræ provinciæ, quæ causa devotionis vel quacunque alia de causa assumpserunt olim, vel assument de cetero, signum crucis, universi & singuli in suis parochiis moneatis attentius, & inducere procuretis, ut pro causis prædictis partes non visitent cismarinas, sed quod in via debebant expendere vobis assignent, vel alicui fideli à vobis super hoc constituto, per fidelem Nuntium ad partes istas mittendum pro subsidio terræ sanctæ, vel aliquem vel aliquos bonos viros dictæ mulieres de dicta conducant pecunia, loco earum mittendos pro subsidio memorato. Illos autem, quos vobis constiterit à x. annis & supra crucis signaculum recepisse, attente monere ac inducere procuretis, ut exequantur votum crucis, vel redimant se à laboribus ex causis legitimis excusantibus. Quibus omnibus prædictis mulieribus & aliis prædicto modo excusandis, ex nunc auctoritate nobis ab Apostolica sede tributa illam indulgemus suorum veniam peccatorum, quam optinerent, si terram sanctam personaliter visitassent. Datum Acon &c.

Emissis autem præscriptis literis *Hullebum* frater summi Regis Tartarorum per quosdam Nuncios didicit fratrem suum Mangocan, qui super omnes Tartaros regnaverat, universæ carnis debitum persolvisse, sperans se Dominium suscepturum, ulterius non processit. Verumtamen magnam reliquit partem exercitus ad custodiendas terras, quas expugnaverat, & præcepit omnes destruere munitiones. Postea venit idem exercitus in terram sanctam, & castra juxta Iordanem fluvium est metatus, & tum temporis tradita est eis Damascus cum omnibus munitionibus, sicut *Masbele*, & *Belmas*, & *Aschilon*, & *Psaltus*,

Psaltus, & cetera castra Sarracenorum. Et non solum Sarracenis, verum etiam Christianis fecerunt multa incommoda & partialitias fraudulentas. Civitatem quoque *Sydoniæ* destruxerunt, in qua Christianos plurimos occiderunt. Quibus auditis Soldanus Babiloniæ anno Domini CIƆ. CC. LX. mense Augusto imminente cum omni exercitu de partibus Ægypti egrediens cum eis congressus est in terra Canaan, eosque vicit viriliter & potenter. In quo conflictu ibidem de Tartaris LX. millia ceciderunt, ceteri fugerunt. Dein cum Soldanus Babiloniam redire deberet, à quibusdam suis Ammiralibus est occisus, & alium Soldanum prout intelleximus, elegerunt, virum ignobilem, virtutibus vacuum, ceterisque maleficiis criminosum. Quod patet ex eo, quod non multo post suam electionem nobiliores, ut dicitur, occidit Ammirales. Insuper bajulos suos Regno superposuit Damasceno, Iherusalem quoque ac sepulchrum Domini in suam redegit potestatem expulsis Surianis & aliis habitatoribus.

Hic libet paulisper intueri, quomodo est Dominus in paganis, quos curare non videtur, imo projecit à se, quia ipsi ab eo recesserunt. Ezech *Non affligam te ultra, quoniam projeci te.* Tamen in eis etiam complet quod dicitur *Genes.* XX. *Ego sum Deus tuus fortis, zelotes, visitans iniquitates parentum in filios usque in tertiam & quartam generationem eorum, qui me oderunt.* Duo autem fuerunt fratres Saladinus & Saphatinus, qui Dominum suum Regem Ægypti occiderunt, & Regnum Ægypti possederunt, & postmodum Dominum de *Baldach*, quæ est civitas maxima, habens Dominium super omnes Sarracenos, sicut *Roma* super omnes Christianos, occiderunt. Unde & ejus Dominium, sicut totam Asiam, usque ad Indiam optinuerunt. Iste *Saladinus* cepit Iherusalem anno Domini CIƆ. CC. XC. captis & expulsis Christianis, & muros destruxit, præter templum & turrim David, & multas crudelitates exercuit contra Christianos. Idcirco sua crudelitas non fuit à Domino tolerata, nam eo mortuo frater suus *Saphatinus* XV. filios suos occidit præter unum, qui regnum *Halapiæ* obtinuit, & sic *Saphatinus* adhuc vivens filiis suis VII. Regna Asiæ divisit, qui nunc in quarta generatione sicut patres eorum Dominis suis fecerant, à suis servis receperunt, quia & Rex Ægypti & Rex Damasci uterque à suis Officialibus sunt occisi, & servus Regis Ægypti

& Babilonis Regnum ipſum poſſedit, & Regnum Damaſci (1) bajulo contradidit. Sicut olim Baltaſar fuit quartus à Nabugodonoſor, qui à Dario & Cyro fuit occiſus, ſicut prædixerat Yſa. x. *Væ Aſſur virga furoris mei.* Item XIII. *Ecce Babylon illa glorioſa, in regnis inclyta, ſicut ſubvertit Dominus Sodomam & Gomorram, ſic non habitabitur in perpetuum, ſed requieſcent ibi beſtiæ, & replebuntur domus draconibus, habitabunt ibi ſtruthiones, & piloſi ſaltabunt ibi.* Similiter Nero fuit quartus poſt Auguſtum, qui imperium perdidit, & ſe ipſum cultello occidit. Et poſtea tranſivit imperium ad Veſpaſianum, qui erat de alia generatione, & ſucceſſit filius ſuus Titus, & poſt eum Domitianus frater Titi, qui propter ſuam nequitiam in tertia generatione regnum perdidit. Quanto magis timere debent Chriſtiani, quod res male acquiſitæ non ſtabilientur. Pſal. XII. *Non roborabitur hoc quod ex impietate.*

Anno Domini CIↃ. CC. LXI. mortuus eſt Dominus *Conradus* Archiepiſcopus Colonienſis, qui erat in omnibus agendis vir magnanimus, & eccleſiæ ſuæ defenſor ſtrenuus, qui duces Brabantiæ & de Limburch, & Comites de Iuliaco & de Cleve, & de Monte potenter humiliavit, & eccleſiam Colonienſem exaltavit, & ditavit. Succeſſit Dominus. . . . . . de Falkenberch frater Comitis. Eodem anno conſummatum fuit fundamentum eccleſiæ in campo *Roſarum*, & ipſa eccleſia infra triennium in muris ædificata. Eodem anno Dominus Carolus frater Regis Franciæ à Romanis in (2) Senatorem eſt electus.

(1) Anno

(1) Præfecto, ſeu Præſidi, Innocentius III. *lib.* I. *epiſt.* 170. *ſuum Balivum & Procuratorem faciens generalem.* Idem *lib.* 3. *epiſt.* 112. *& regno, cujus balium teſtamento nobis reliquit.* Auctor etiam paulo ante: *Inſuper bajulos ſuos regno ſuperpoſuit.* Raymundus Comes Toloſæ apud du Cheſne *to.* 5. *hiſt.* *Captum neceſſe habeat ſine mora Epiſcopo, Officiali, vel Bajulo ipſius Epiſcopi præſentare*, & mox: *emunt baylivias à Domino, ut in balliis eorum Baylivorum hæretici libere valeant egredi vel ingredi.* Et hinc noſtrum *Balju.*

(2) Cum veteribus Senatoribus commune huic nihil. Præfectus fuit à Papa urbi. Olim ita ſe res habebat. Cum nondum urbem abſolute haberet Papa in poteſtate, creabat populus qui præeſſet, & una cum Senatoribus obtineret rerum ſummam, Papa etiam invito, quem nuncupabat Patricium. Patricii vox homonyma.

Digitized by Google

ma. Et eorum progenies, quos Romulus habuit à consiliis, & quos Princeps habuit Constantinopoli, quod velut patres Imperatorem juvarent consiliis, Patricii appellati, §. 4. *Inst. Qu. mod. patr. pot.* Liv. *lib.* 1. *hist.* Ex his autem, quos Princeps assumebat in consilium, cum plerumque etiam mitterentur, qui præessent provinciis, præses etiam Provinciæ, & qui præerat rerum summæ, vulgo dictus Patricius. Anastas. Biblioth. *Theophylactus cubicularius. Patricius & exarchus Italiæ.* Idem in *Ioanne* VI. *Scholasticus cubicularius, Patricius & exarchus Italiæ.* Paul. Diacon. *Romanus Patricius & exarchus Ravennæ.* Chronic. S. Benigni Divionens. apud d'Achery *to.* 1. *Spicil. p.* 372. *Leudiscus à Guntranno Patricius partibus Provinciæ ordinatur.* Alemann. *de pariet. Lateranens. cap.* 1. Unde & Carolus Magnus à Papa dictus *Patricius*, cum opem ejus implorasset adversus Longobardos. Patricius passim Romanorum. Idem *Patricius* qui post urbis *Senator.* Idem qui Potestas, ut supra apud Emonem *pag.* 33. *Potestas Cornetanus.* Romæ autem Patricius, seu Senator, ut dein dictus, Papa etiam invito, submoto eo à regimine, obtinebat rerum summam, ut author Otho Frisingensis est *lib.* 7. *hist. & lib.* 1. *de gest. Frid. Imp.* Verum temporis progressu moles hinc irarum, & inter Papam & populum integros annos quinquaginta simultas tam vehemens, ut præ animi dolore nimio dicantur defecisse Innocentius II. & Cœlestinus, Pontifices, Lucius autem II. interfectus propemodum, Eugenius III. Alexander III. & Lucius III. urbe pulsi, ejecti. Nec concuti cessavit status, donec populus cum populari suo Clemente Papa III. transegit æquis conditionibus, permissa urbe Pontifici, qui amoto Patricio, & Senatoria potestate multum fracta & accisa, Senatorem præfecit subjectum ipsi & obstrictum, ac obstrictum quotannis, nam imperium ipsi annuum, nisi Papa id prorogaret, ad reddendas rationes. Vid. Platin. *in vita Martin.* IV. Officium ejus quodnam, & quæ porro ad eum attinent, ut lector clarius cognoscat, verba veteris Statuti ut adscribam necesse est: *In alma urbe, & ad ejus regimen sit, & esse debeat unus Senator, juris Doctor, exterus, & ex loco, qui distet ab urbe saltem per milliaria quadraginta, cujus quidem Senatoris officium duret per annum, quod tempus prorogari non debeat, nec ad dictum officium idem denuo eligi, aut assumi ante lapsum integri biennii, à fine sui officii computandi. Nullus autem eligi debeat ad prædictum Senatoris officium, qui alicui de magnatibus urbis, aut civibus, etiam ex privilegio in ipsa urbe domicilium habentibus, usque ad tertium gradum consanguinitatis, vel adfinitatis, secundum jus Canonicum inclusive computandum, quoquo modo attineat. Habeat autem pro salario à Camera urbis annis singulis tria millia florenorum, qui constituunt nostri temporis scuta duo millia ducenta, cujus salarii prima sexta pars sibi in principio dicti sui officii solvatur, secunda in principio tertii mensis, tertia in principio sexti mensis, quarta in*

 prin-

(1) Anno Domini CIↃ. CC. LXII. inundatione magna invalescente & vento impellente vehementissimo multæ domus cor-

principio noni mensis, & duæ postremæ partes in Camera retineantur, nec sibi solvantur, donec per Syndicos de administratis & gestis per eum in dicto suo officio fueris realiter & cum effectu absolutus. Et mox: *Neque unquam in publicum redire debeat, nec ad tribunal sedere, nisi indutus paludamento ex serico auro intexto, quod Broccatum auri appellant, vel ex serico villoso purpurei coloris, quod etiam vulgo Vellutum cremesinum dicunt, nisi malit æstivo tempore serico Ermesino ejusdem coloris uti. Dumque ita paludatus ad tribunal sedet, aut per urbem incedet, sceptrum eburneum in manibus tenere, & ante se puerum pannis infra dicendorum colorum indutum, portantem ensem, & pileum, & insuper quatuor famulos ad minus, indutos colore rubro, cum fasciis fulvi seu aurei coloris, juxta insignia Po. Rom. habere debeat. Qui cum bastis, seu baculis, eodem colore depictis, quas Mazzas appellant, ipsum Senatorem, cum per urbem & loca publica incedit, antecedant, præcedente puero prædicto equestri, deferente ensem, & pileum, si Senator equitabit, alioqui pedestri, & duobus familiaribus ad minus ultra judices præfatos subsequentibus, & non aliter nec alio modo per urbem incedat, aut in publicum prodeat, alioquin pœnam* XXV. *scutorum, vice qualibet de suo salario retinendam, incurrat, & Conservatores pro tempore, semel saltem in mense, prædicta inquirere, & diligenter animadvertere, & adnotari facere debeant: alioquin de suo proprio tantundem refundere teneantur, & ulterius curare, ut in reparationem Palatii suæ residentiæ de Conservatorum consensu scuta sexaginta unoquoque anno de suo salario juxta solitum impendat.* De Carolo Senatore versus Romæ adhuc extant in aula ædium Præfecti urbi.

Ille ego præclari tuleram qui sceptra Senatus,
Rex Siculis Carolus jura dedi populis,
Obrutus heu jacui saxis, fumoque, dederunt
Hunc tua conspicuum tempora Sixte locum,
Hac me Matthæus posuit Tuscanus in aula,
Et patriæ, & gentis gloria magna suæ,
Is dedit & populo post me bona jura Senator,
Insignis titulis, dotibus atque animi.

Vid. Fenzon. *ad Statut. urb. Rom. lib.* 1. *cap.* 3.

(1) Cod. Gron. *Anno Domini* CIↃ. CC. LXII. *in octava Agnetis subito circa horam tertiam irruente choro collaterali zephyri, & subsequente Circio nimis immoderate, multæ doomus corruerunt, & campanile in Werum cum omni suo pondere de loco motum est &c.*

corruerunt, & campanile in Werum cum omni suo instrumento loco motum est. Conventus occidentalis totus corruit, & pars tignorum in *campo Rosarum* de lignea ecclesia corruit, & erat terræ motus, ita ut altaria parieti inhærentia visibiliter moverentur, & Oceanus vehementer commotus aggeres infregerit, & aquæ salsæ superficiem terræ operuerunt, & aquæductus in Fiscmare irruptus supernatavit, ut * aqua per diem & noctem irrumperet, donec ferventissimo labore omnium fratrum *Floridi Horti*, & totius parochiæ, & civium de *Waltersum* spatium aquæductus lignis infixis & straminibus cum terra interjectis fuit obstructum, & in vigilia Purificationis exaltatum & firmatum. Quia vero terra fuit dulci aqua satiata, salsugo eam infecit, sed fruges sequentis æstatis competenter fuerunt prosperatæ.

* Cod. Gron. *ut aquæ per noctem & fere per diem irrumperent.*

Anno Domini CIↃ. CC. LXIII. transivit Dominus Alexander Papa IV. in illo nomine. Successit Dominus Urbanus, qui fuit Patriarcha Jerosolymitanus, cum tamen vacasset sedes fere ad duos menses propter dissensionem Cardinalium.

Anno Domini CIↃ. CC. LXV. transivit Dominus *Urbanus* Papa, ut creditur dolo Principis *Meinfredi* veneno infectus. Successit Clemens IV.

Anno Domini CIↃ. CC. LXVI. feria sexta post Mathiæ collectis hinc inde exercitibus quam plurimis occisus est *Meinfredus Frederici* Imperatoris filius naturalis à Domino *Karolo* fratre (1) Regis Franciæ Senatore Romanorum, & Comite Andegavensi, quem Dominus Papa jam declaravit Regem Siciliæ, Ducem Apuliæ, ac Principem Calabriæ, nec non & Campaniæ, habito congressu belli juxta Beneventum, quam plurimis Sarracenis, Teutonicis, & aliis diversarum nationum populis cum eo interemptis. Et sic Dominus *Karolus* Siciliam & prædictas terras potenter intravit, & ab indigenis satis honeste fuit receptus, quia tyrannidem *Meinfredi* & Sarracenorum, qnibus terras illas repleverat, exemplo patris, exosam habuerunt. Sicque prædictus *Karolus* thesauros auri & argenti, quos *Fredericus* & *Conradus* in munitissimis locis deposuerant, omnes optinuit. Eodem anno feria secunda post

(1) Ludovici IX. quem inter Divos Papa retulit ritu solenni. Canonizationis bullam habet Fr. du Chesne *to. 5. hist.*

post Ascensionem Domini Abbas & conventus *Floridi Orti* cum Soudensibus & aliis consortibus novum aggerem viriliter aggressi eadem æstate in multa firmitate ac altitudine compleverunt. Eodem anno Dominus *Geraldus* Episcopus Monasteriensis castrum *Fretheburch* ædificavit contra cives de Eskethorpe & eorum complices. Eodem anno destructum est castrum in *Elethe*, quod filii *Rodgeri* Sculteti Threntiæ & fratrueles eorum cœperant ædificare, & propter hoc paulo post occisi fuerunt filii *Adulfi* de *Pedese*, eo quod ipsi cum *Gerardo Clinke* adjutorio Domini *Henrici* Trajectensis Episcopi principaliter destruxerunt castrum prædictum. Eodem anno in festo duorum Ewaldorum pridie ante festum Francisci nova ecclesia in *campo Rosarum* est aspersa in testudinibus, fenestris, choro sororum & omnibus ornatibus perfecta, anno inquam à sui fundatione v. à prima fundatione ipsius claustri LXII. quod fundatum fuit claustrum anno Domini CIↃ. CC. IV. anno vero ab inchoatione *Floridi Orti* LIII. quod inchoatum fuit anno Domini CIↃ. CC. XIII. A fundatione vero novæ ecclesiæ in *Florido Orto* XXVIII. A consummatione & dedicatione ejusdem ecclesiæ, nec non & ecclesiæ in *Emetha* VII. Consummata vero fuit dicta ecclesia *Floridi Orti* in tecto, testudinibus, fenestris, & omni suo ornatu, & cum novis calicibus decorata. Fundata quidem tempore Domini *Pauli* secundi Abbatis, sed fere abundantius cum omni ornatu suo consummata tempore Domini *Menkonis* tertii Abbatis ecclesiæ supradictæ.

Anno Domini CIↃ. CC. LXVII. anno à diluvio Sancti Marcelli inchoante, cum ventus per aliquot dies per Nothum & Africum mare concitasset, subito inter crepusculum & conticinium Africo successit crudelis Circius vehementi afflatu, & per plurimas Frisiæ partes Oceanus aggeres infringens diluvium induxit. Sola vero Fivelgonia ab hac plaga fuit libera, forte quia suos aggeres plus aliis Frisonibus exaltavit, vel potius quia pauperes de diversis terris illuc confluentes, eleemosynis & hospitiis benignius pertractabat, & potissimum quia jam ad XII. annos vel ultra per judices eorum & alios potentes bonam servabat justitiam, & æquum fecit judicium divitibus & potentibus ac pauperibus, plurimum ad hoc studentibus & efficaciter cooperantibus honestis * laicis *Snelgero* de *Skiramme*, *Ripporto* de

* Fris. civibus.

de Northensum, *Tammone* pugile de Aldesum, consilium principaliter addente Abbate *Floridi Orti*, cujus consilio dicti laici & alii nobiles terræ satis acquievere. Inundatio autem ista facta fuit, ut dictum est, anno L. inchoante à famosa plaga diluvii, quæ fuit in nocte Sancti Marcelli, eadem hora noctis Sancti Marcelli, & eadem feria scilicet quarta, & fere eadem lunatione, quia tunc erat luna XXVII, nunc vero XXVIII. & fere eodem die Paschæ, quia tunc erat dies Paschæ VII. Idus Aprilis. Nec te moveat, si forte aliqui scriptores Cronicorum posuerunt famosum diluvium Marcelli fuisse anno Domini CIↃ. CC. XVIII. alii XIX. quia isti inceperunt annum à nativitate Domini, quo in carne apparuit, alii ab annuntiatione, quo scilicet in utero virginis carnem assumpsit, & is erat annus XVIII. cito finiendus. A senioribus autem probatum fuit in libro experientiæ, quod natura Oceani est, ut anno L. plus solito elevetur. Unde cum olim à diluvio Julianæ usque ad diluvium Marcelli fuissent anni LX. eo amplius & crudelius sæviebat. Hæc autem consideratio laicorum seniorum aliquo modo concordat rationi Physicorum, qui dicunt quinquagesimo anno proprietatem planetarum aliquam habere mutationem. Et secundum hoc dicitur, quod *Abraham* peritus in Astronomia quinquagesimum annum Jubileum constituit, & annum Jubileum Dominus in lege Moysi confirmavit. Credibile autem est, quod quia Frisia inter omnes nationes Christianorum decimas & primitias non solvit, plagam Oceani tolerare, quoniam Deo denegatur, secundum quod in Psalmo dicitur: *Posuit terræ fructum, & salvus manet habitans in ea.* Qui autem decimas dant, quadruplo remunerantur, scilicet habundantia fructuum, sanitate corporis, indulgentia peccatorum, & regno cœlorum. August. *Si decimam dederis, non solum habundantia perfrueris, sed sanitatem corporis consequeris.* Item: *Qui præmium cœleste comparare, atque indulgentiam peccatorum suorum vult promereri, reddat decimam, & de IX. partibus studeat unam dare.* Unde Dominus per Malachiam III. *Vos configitis me in decimis & primitiis.* Augustin. *Hæc est justissima Dei consuetudo, ut si decimam Deo non dederis, tu ad decimam, quando corrupta est, deducaris.* Item: *Dabis impio militi, quod non vis dare sacerdoti. Deus enim qui dignatur totum dare, decimam vult à vobis recipere, non sibi, sed vobis profuturam.* Augustin. *Deci-*

mæ requiruntur ex debito, & sæpe tollit fiscus, quod non accipit Christus. (1) Et sic contigit sæpe in Frisia, quod non datur Christo, tollit Oceanus.

Anno CIↃ. CC. LXVIII. captus fuit Archiepiscopus Coloniensis à Comite Iuliacensi, & *Simon* Episcopus Padburnensis à Domino *Gerardo* Episcopo Monasteriensi, qui collecto exercitu invaserunt terram prædicti Comitis cum Comite de *Falckenburch*, qui fuit frater carnalis Domini Archiepiscopi Coloniensis, & aliis multis Principibus ac nobilibus, quorum plurimi cum eis capti fuerunt, congregatis contra eos Episcopis Leodiensi, Monasteriensi, & Electo Trajectensi, Comite Gelrensi, & multis aliis nobilibus præbentibus Comiti de Iuliaco auxilium, qui tamen deberet esse Officialis ecclesiæ Coloniensis, sed semper fuit inimicus. Et ideo D. Coloniensis Archiepiscopus tunc terram suam incendiisvastavit. Eodem anno dedicata fuit ecclesia in *Campo Rosarum* per Venerabilem virum D. *Emundum* Episcopum Turonensem, qui fuit de ordine militum Teutonicorum, quia Dominus Episcopus Monasteriensis, licet esset in Frisia, tamen propter captivitatem prædicti Episcopi Patburnensis officio suo non fungebatur, non quod sententia Judicis in eum fuerit prolata, sed quia omnis sacrilegium in ecclesiasticas personas committens ipso jure est excommunicatus, & maxime in Episcopos & sacerdotes. Consecrata est autem ecclesia in crastino nativitatis beatæ Virginis ad honorem ejusdem sanctæ virginis.

Eodem

(1) Ad locum hunc in assuta membranula in Codice Groningano eadem manu adjectum: *Nota quod dicitur in summa Remundi, quod si aliqua terra ex antiquo optinuit, quod ibi decimæ non dantur, ibi non debet publice prædicari, quod dentur, & sic non peccant decimas non dando. Non enim traditio legis divinæ, sed consuetudo terrarum in decimis dandis est observanda. ext. de decim. in aliquibus. Nam sicut ibi dicitur, quædam sunt gentes Christianæ professionis, quæ nullam solvunt decimam, & infra: Illæ quippe decimæ sunt solvendæ, quæ debentur ex lege divina, vel loci consuetudine approbata. Item Magister Willelmus dicit super sententias, quod præceptum de decimis est morale, quia secundum consuetudinem terræ sunt solvendæ, si talis consuetudo optenta est auctoritate Episcopi & ecclesiæ, cujus interest, vel etiam à tempore, cujus non extat memoria. Consilium tamen sanum esset, ut solverentur, vel erogarentur simul vel per cotidianas ecclesias in usus pauperum auctoritate Episcopi vel ecclesiarum, quibus essent persolvendæ.*

Digitized by Google

Eodem † anno captus est *Fridericus*, dictus *Conradinus* à *Conrado* patre, per Carolum Regem Apuliæ ac Siciliæ. Iste *Fredericus* genitus fuit à *Frederico* primo de *Stoph*, qui cum esset Dux Sueviæ primus de parentela illa ad imperium fuit sublimatus. Cui in quodam (1) rivulo submerso in Syria successit filius suus *Henricus*, qui octavo anno imperii mortuus est, & quia *Fredericus* filius suus puer erat, electus fuit ad imperium *Otto* frater Ducis de Brunefwick, cui avunculus suus Rex Angliæ dedit Ducatum Pictaviæ. Quo mortuo octavo anno imperii sui traditum fuit imperium prædicto juveni *Frederico*. Qui propter timorem Ottonis viventis missus fuit ad Saracenos transmarinos, & ne præsumeretur nobilis esse diversas artes mechanicas addidicit, velut sutoriam & fabricatoriam in auro & omni genere metallorum. Mortuo autem *Ottone* revocatus, ut dictum est, imperium obtinuit. Et heu mores gentilium, quos apud eos didicit! ac idololatriam & consortia eorum nimis diligens ecclesiam in tantum persequebatur, quod à Domino Gregorio IX. sæpius excommunicatus, tandem ab Innocentio IV. apud Lugdunum fuit finaliter depositus. Quo mortuo *Conradus*, quem de filia *Iohannis* Regis Hierosolymitani genuerat, Regnum Siciliæ & Ducatum Apuliæ violenter sibi usurpavit, & Dominum Papam ac ecclesiam multipliciter inquietavit. Unde & eum Dominus de medio sustulit. Cujus filius fuit iste *Fredericus*, qui similiter sicut pater & avus per inobedientiam, quod est scelus idololatriæ, claves ecclesiæ contempsit, ac Siciliam & prædictas terras violenter occupavit, cum à temporibus Constantini Imperatoris, qui primus inter Imperatores per Sylvestrum Papam baptizatus verus fuit Christianus, & prædictas terras Domino Papæ ac Cardinalibus & eorum Officialibus libere (2) donavit, ut essent quasi speciale

† Deerant hæc in Cod. Fris. usque ad verba, *Eodem anno apud Coloniam &c.*

(1) Cydno flumine. Rivulum autem vocat, quod non admodum erat altus, sed, ut ait Godefrid. Monachus ad Ann. 1190. *vado transiri potuisset.*

(2) Commentitia hæc donatio, nec in rerum natura unquam. Divisit orbem Romanum inter filios Constantinus. Aurel. Victor: *Ita ad tres orbis Romani dominatio redacta est, Constantinum, & Constantium, ac Constantem filios Constantini. Hi singuli has partes regendas habuerunt: Constantinus junior cuncta trans Alpes: Constantius à freto*

ſpeciale patrimonium Sancti Petri, & de Regno vel aliquo Dominio ſe nemo ibi intromitteret, ſed de manu Domini Papæ reciperet cum conſenſu Cardinalium in feodum, & fidelitatem eccleſiæ Romanæ juraret. Quod quia Imperatores de parentela non ſervaverunt ſupradicta, imo omnes terras iſtas violenter occupaverunt, videlicet Regnum Siciliæ, ac Ducatum Apuliæ, & Principatum Capuæ, ac Calabriæ, & Beneventi, ideo in tertia generatione medius Fredericus fuit ab imperio depoſitus, & poſt quartam in iſto juvene *Frederico*, qui fuit quintus, nomen illius parentelæ quaſi penitus abolitum, quia in linea ab avo deſcendente nullus heres eſt inventus, ut etiam in eis ſatis ſit impletum, quod dixit Dominus Gen. xx. *Ego Dominus Deus tuus, fortis, zelotes, viſitans iniquitates parentum in filios, uſque in tertiam & quartam generationem eorum, qui me oderunt.*

Eodem anno apud Coloniam occiſus fuit Comes de Falckenburch frater Domini Archiepiſcopi Colonienſis, quia civitatem occulte intraverat, ut faceret vindictam contra quoſdam nobiles Burgenſes, qui dicebantur fovere partes Comitis Iuliacenſis in Archiepiſcopi captivitate ac detentione. Eodem anno Ludovicus Rex Franciæ recipit crucem in terram Sanctam anno à priori ſua peregrinatione xx. Item D. Papa *Clemens* per literas ſuas omnes Chriſtianos in auxilium peregrinationis dicti Regis invitavit, & ipſe Rex per literas ſuas ſpecialiter Friſones in conſortium ſuum invitavit, ac ſic per Friſiam ubique crux prædicabatur, ſed præcipue per fratrem Herardum, qui clauſtrum majorum (1) fratrum ſeu Iacobitarum in Nor-

freto Propontidis, Aſiam atque Orientem, Conſtans Illyricum, Italiamque, & Africam &c. Vid. Freher. *comment. ad donat. Conſtant.*

(1) Sic infra ad Ann. 1276. *Fratres majores in Winſum, alias Iacobitæ, aut Prædicatores, in caſa locum babitationis cæperunt ſibi præparare.* Monachi vulgo *fratres*, ut dixi ad jus *Canon.* 1. *man. tit.* 19. Majores alii, alii minores. Minores Franciſcani ſunt, Majores Dominicani, qui & Prædicatores, ſeu, ut hic, Iacobitæ. Prædicatores, quod paſſim juſſu Superiorum ad concionandum dimiſſi. Iacobitæ, quod eis primitus ædes S. Iacobi Pariſiis data ad manſionem. Magn. Chron. Belg. ad Ann. 1207. *Similiter Pariſiis datum eſt eis quoddam hoſpitium S. Iacobi, à quo denominantur Iacobitæ, ubi fecerunt eccleſiam & clauſtrum.* Vid. *Tom. I. Analect. p.* 459. ***. noſtræ Edit. pag. 235.

Norden fundavit. Ponebantur etiam trunci in singulis ecclesiis, quos potius Gazophylacia dicere possumus, ad quæ singulis Dominicis festisque diebus fiebant oblationes, & indulgebantur offerentibus quinque dies panis & aquæ, & plurimi nobiles, & divites, ac pauperes signum crucis receperunt. Significavit etiam supradictus Rex per prudentem virum Dominum Gerbrandum Abbatem de Doccum sequenti anno post illum se in Majo exiturum, & ante festum B. Iohannis Baptistæ ad aquas mortuas de portu eodem in terram Sanctam Domino annuente navigaturum cum Regibus & Principibus & Episcopis sibi adhærentibus.

Anno Domini CIↃ. CC. LXIX. navibus & peregrinis per totam Frisiam paratis, ne penuria victualium & pecuniæ tantum negotium valeret impedire, primum in Fivelgonia, & postmodum per alias Frisiæ partes fuit ordinatum, ut potius pauciores proficiscerentur omnibus necessariis expediti, quam multitudo nimia & indigens, quæ cito reverti cogeretur propter defectum necessariorum, vel terram Sanctam potius aggravare, quam in bellis adjuvare. Idcirco sic fuit ordinatum, quod singuli peregrini ad minus haberent VII. marcas sterlingorum, & vestes, & arma necessaria, sex cados butyri, unam pernam de carnibus porcinis, & unum latus bovis & dimidium, modium seu duos quadrantes farinæ. Omnibus ergo paratis feria quinta in hebdomada Paschæ naves solenniter per missam & alias orationes benedictas intraverunt peregrini cum multa devotione, & multæ offensæ de homicidiis mediante cruce fuerunt indultæ. Cumque prospero vento usque *Borkna* Emesgonum venissent, vento contrario impediente, fere ad viginti dies ibi sunt retardati. Exierunt de Frisia. L. Coggones, de Fivelgonia specialiter quatuor. Omnes hæ quinquaginta naves circa Ascensionem Domini in portu Flandriæ, qui dicitur (1) *Stein*, fuerunt congregatæ, & ibi à Comitissa Flan-

(1) *Syrn.* Locus corruptus. Nec restituit Ubbo Emmius *lib.* II. *hist. Post omnes*, inquit, *conjunctæ, quas armarant Frisii, coggones L. præter navigia minora, simul ventis vela dantes circiter Ascensionis Domini festum in portum Flandriæ delatæ, hospitaliterque habitæ aliquamdiu à Margaretha Principe &c. Coggones* hic naves magnæ. Nam minoribus opponuntur. Historia Archiepiscoporum Bremensium: *Po-*

 fuerunt

Flandriæ & suis Officialibus honorifice suscepti per aliquod tempus demorati sunt, instrumenta nautica & alia necessaria innovantes ac supplentes. Deinde procedentes, licet quandoque per tempestatem navibus divisis, tandem Marsiliam venerunt, quæ vicina est (1) portui ad aquas mortuas. Sed Regem Franciæ cum suo Comitatu non comprehenderunt, quia ipse per literas suas promiserat usque ad festum S. Ioannis Baptistæ se adventum Frisonum expectaturum, & tunc iis non venientibus itinere suo ad terram Sanctam properabat. Sed medio tempore recepit literas à Domino *Carolo* Rege fratre suo, quod Soldanus Babyloniæ misisset exercitum suum in Africam versus Tunisium, qui cum Aphricanis eum in itinere impugnaret, & quod illo exercitu apud Tunnisium expugnato faciliter Ægyptum intraret, & Babiloniæ Regem expugnaret, quod etiam equestri agmine de Africa possit intra quatuor dies in Ægyptum pervenire. Præterea per quosdam Prædicatores recepit literas, quod Rex Tunisii jam Catholicam fidem recepisset, & paratus esset hoc publice confiteri & baptismum recipere, si posset à Christianis contra proprios subditos defendi. Iis causis inductus Rex Franciæ in Africam transivit cum (2) tribus Regibus & aliis multis Principibus, qui eum comitabantur, & circa littora *Tunisii*, ubi fuit antiqua Carthago, castra posuit. Est autem nunc *Tunisium* metropolis totius Africæ loco Carthaginis magnæ, sed longius à littore maris ædificatum.

fuerunt magnam navim, vulgariter dictam Kogge, cum armatis viris. *Coccones* vocat Godefrid. Monach. ad Ann. 1218. Vid. Pontan. .I. *rer. Franciæ. cap.* 9.

(1) Gesta S. Ludovici IX. apud du Chesne *to.* 5. *hist. Rex Christianissimus Ludovicus toti Regno Franciæ valedicto anno Domini* CIↃ. CC. LXIX. *à recto tramite non divertens usque Cligniaci Abbatiam fines Burgundiæ penetravit, indeque Lugdunum super Rhodanum, Belliquadum, & Viennam pertransiens ad optatum portum Aquarum mortuarum pervenit: ubi debuerat ex indicto cruce signatorum exercitus congregari. Et quamvis pauci in adventu Regis &c.*

(2) Gobelin. Person. Cosmodrom. *ætat.* 6. *cap.* 6. *Anno* CIↃ. CC. LXX. *Ludovicus Rex Franciæ non territus præteritis laboribus & expensis, quas fecerat, ultra mare iterato cum duobus filiis suis, adjuncto sibi Rege Navarræ, & quam pluribus aliis, pro recuperatione terræ Sanctæ iter assumsit.*

Digitized by Google

catum. Quia inter *Tunisium* & littus maris apparent adhuc quædam vestigia murorum antiquæ Carthaginis olim à Scipione Africano destructæ, qui ab eventu nomen accepit, quia Aphricanos vicit, & Carthaginem, quam olim Dido de Tyro veniens ædificavit, destruxit. * Ibi præfatus Rex cum Principibus, & universo exercitu, ut prædictum est, littus ascendens statim cum paganis bellum commisit. Rex autem Babilonis, qui est Dominus totius Asiæ præter Indiam & Armeniam, ut prædictum est, miserat exercitum suum in auxilium Africanorum, malens ibi cum Africanis progressum peregrinorum impedire, quam in terra sua cum eis dimicare. Inito ergo bello Dominus inopinabiliter contra innumerabilem populum paganorum Regi Franciæ & suis conperegrinis dedit victoriam, & ceciderunt de exercitu paganorum fere quinque millia, reliquis in fugam conversis, & in civitatem se recipientibus, paucissimis de exercitu Christianorum occisis. Postea Christiani obsederunt † civitatem, quæ dicitur Carthago parva, non longe à Tunisio in littore maris positam, & eam obtinuerunt, quibusdam civibus inde ‡ fugientibus, aliis vero occisis. Invenerunt autem Christiani non modicum fermenti in puteis absconditum, & etiam terræ infossum. Relictis vero ibi militibus, qui civitatem contra paganos defenderent, Rex Franciæ cum exercitu iterum planiciem campi inter Tunisium & littus maris occupavit, & ibi posuit castra. Sed aqua salsa & arenosa multos ibidem corrupit, & ad mortem perduxit. Tanta enim ibi est salsedo maris, quod accedente calore, qui est ibi maximus, aquæ in salem ‖ coalescunt, & vicinus fundus inde salescit. Præterea de cadaveribus non solum equorum, sed & hominum occisorum & submersorum, ex multo calore putrescentium aer corrumpebatur, & multi peregrinorum moriebantur, quia secundum Galenum aer corruptus quandoque plus nocet, quam cibi corrupti, in qua corruptione Dominus Ludovicus Rex Franciæ author totius peregrinationis, & unus filiorum suorum defunctus est. § Huic autem Regi Lodowico ab omnibus perhibebatur testimonium, quod in hac malitia temporum solus inter Principes seculi inventus fuerit justus, & crucis Christi æmulator, & inimicorum crucis persecutor, quippe qui non solum modo sed & ante xx. annos in magno exercitu & gravissimis expensis ad tertam Sanctam

* Ex Cod. Gron. usque ad *Postea Christiani.*

† civitatem aliam *Cod. Gron.*

‡ *inde clam* Cod. Gron.

‖ *concalescunt* Cod.

§ Ex Cod. Gron. usque ad Ann. Domini CIↃ. CC. LXX. &c.

tam profectus Damiatam forti manu obtinuit, expugnato prius in littore maris exercitu Regis Babiloniæ, & plurimis paganorum occisis, sed postea fratre suo *Roberto* Comite Artebatense occiso à Rege Babiloniæ, dum ipse sine consilio fratris montes ad pugnandum transisset, & ipse in auxilium fratris, quem adhuc vivere putabat, properaret, in descensu montis fuit captus, & sic pro sua liberatione *Damiatam* restituit, addito non modico pondere auri & argenti. Sed Rex Babilonis *Damiatam* sic receptam funditus destruxit, ne iterum à Christianis caperetur, & esset eis in refugium, & obsidionem Regni sui. Rex autem Franciæ *Acon* civitatem novis muris munivit, & in multis roboravit, & tandem expensis exhaustus, & fratre cum multis militibus occiso, ad patriam revertens ibi judicem suum reliquit cum expensis pro defensione civitatis & ecclesiæ transmarinæ, promittens se Deo auxiliante reversurum cum majori apparatu exercitus & largioribus expensis. Quod & fecisset, si non fuisset apud Tunnisium morte præventus. Unde merito cum Apostolo possumus cum admiratione clamare, sicut dicitur Rom. XI. *O altitudo sapientiæ & scientiæ Dei, quam incomprehensibilia sunt opera Dei, & investigabiles viæ ejus! Quis enim novit sensum Domini, aut quis consiliarius ejus fuit?* Verum ecclesia non fuit tali Principe digna, sicut olim in diebus Ieremiæ Iosias Rex justissimus, qui excelsa abstulit, & cultum Dei renovavit, & tamen pro defensione pacis terræ Sanctæ fuit occisus, quia populus jam idololatriæ assuetus, cum in publico propter timorem Regis non audebat, in occulto tamen ydola coluit, & ideo *Iosia* Rege occiso Iherusalem fuit capta, & populus in captivitatem ductus. Et sic potest hic timeri, quod forte tota ecclesia, ut ille exercitus, non fuerit digna talem habere Principem. Vel forte transmarini non fuerunt digni talem habere coadjutorem & defensorem propter suas civiles discordias, quia non solum Ianuenses, qui de † *Ianua* civitate venientes * *Akon* civitatem inhabitabant, & *Pisani* de *Pisa* civitate invicem discordaverunt, sed etiam illi, qui dicuntur milites Dei, videlicet de hospitali Sancti Iohannis & de domo Teutonica, nec non & Templarii debitam caritatem, secundum exigentiam religionis & nominis, quod dicuntur milites Dei, non observant sed invicem sibi inimicantur. Unde statim eodem anno disturbato exercitu Christianorum propter mor-

† Vulgo *Genua.*

* Olim *Ptolemaïs.*

mortem prædicti Regis, & initis treugis inter Dominum Karolum Regem ac Principem *Tunnisii* Rex Babilonis castra militum de domo Sancti Iohannis, & de domo Teutonica obsedit, & optinuit castrum in * monte forti, quod credebatur inexpugnabile, & habitatores salva vita, non & argento, & rebus omnibus, quas secum deportare poterant, præter arma libere dimissi sunt, & ad civitatem *Akon* pacifice reducti. Optinuit & hæc castra *Crak*, *Duplicar*, *Merogad*, *Blonka castel*. Civitates vero *Cæsarea*, *Ioppe*, *Antiochia* prius à paganis captæ fuerunt. Similiter *Carphas*. Potest etiam esse, quod Dominus iratus fuit Regi Franciæ, quod aliquibus literis vel relationi credidit, ut à via incepta in terram Sanctam diverteret, & contra Tunisium tenderet in Africa, cum non nisi contra detentores terræ Sanctæ & civitatis Iherusalem, ac sepulchri Domini crucem accepisset, & votum peregrinationis emisisset, & peregrinos de Frisia & aliis diversis terris invitasset, ut terram Sanctam secum visitarent, & in contemptores sepulchri Domini & civitatis Sanctæ in Asia pugnarent. Sed prædictis literis mutatus, in Africam tendens, propositum iter sibi & omnibus peregrinis impedivit, sicut legitur III. *Reg.* XIII. quod Propheta de Iuda missus à Domino in Bethel ad Ieroboam, arguens eum, quod relicto Domino immolaverat vitulis aureis, cum contra præceptum Domini per Pseudoprophetam senem panem & aquam cum eo cōmedisset, à leone in via est occisus, sed tamen leo nec carnes ejus nec asini sui devoravit, ut sic justitia & sanctitas ostenderetur. Sic forte Dominus prædictum Regem in omnibus aliis actibus justum corporaliter in vita punivit, ut animam ejus in cœlo plenius remuneraret. Sed quia secundum Augustinum inquisitio divinæ voluntatis insipida est, causam mortis suæ illi relinquimus, cujus judicia sunt abyssus multa. Merito enim in talibus cessare debet humani sensus ebetudo, cum dicat Apostolus *Rom.* 12. *Non plus sapere, quam oportet sapere &c* & 1. Cor. 11. *Nihil judicavi me scire &c.* & XIV. *Ex parte cognoscimus &c.* & iterum: *Videmus nunc per speculum.* Philipp. 3. *Ego non arbitror me cognovisse.* Eccles. 3. *Altiora te ne quæsieris.* Prov. 30. *Sicut qui mel comedit multum non est ei bonum, sic qui scrutator est majestatis opprimetur à gloria.* Eccles. VIII. *Amice, quod voluerit Dominus, faciet, nec potest ei quisquam dicere, Cur ita facis?* Potest tamen colligi ex scripturis, quod

* manu.

quod triplici ex causa justi sæpe tolluntur de medio, qui hic videntur utiles. Primo propter suam dignitatem quia meruerunt educi de carcere hujus mundi, & ad gloriam Dei intrare. Apocal. *Ambulabunt mecum, quoniam digni sunt.* Secundo propter mundi vel subditorum indignitatem, quia non sunt digni talibus habitatoribus propter suam malitiam. Ysai. LVII. *Colliguntur viri misericordiæ, quia non est justus.* Hebr. XI. *Quibus dignus non erat mundus.* Tertio, propter sui securitatem. Sapient. IV. *Raptus est de medio, ne malitia mutaret intellectum ejus.* Quæcunque harum causarum fuerit, quod tam justum Regem voluerit de medio tolli, Deo relinquimus, qui novit, quæ ventura sunt, & antequam fiant.

Interim autem peregrini Frisiæ venerunt Sardiniam, quæ est insula magna & potens, & cum intenderent secundum votum suum transire in terram Sanctam, Prædicatores cum magna instantia hortabantur eos transire in Africam ad Regem Franciæ, qui adhuc vivere putabatur, ut cum eo & cum aliis Regibus & Principibus Tunnisium obsiderent, quatinus habito ut sperabatur, triumpho, directe cum toto exercitu Regum ac Principum contra Soldanum Babiloniæ aciem dirigerent. Et sic primo turbatio fuit in populo, quibusdam volentibus transire in terram Sanctam, aliis malentibus sequi majorem exercitum in Africam, tum ut Prædicatoribus suis obedirent, tum quod consideraverunt, quod ipsi tanquam pauci in terra Sancta modicum possent prodesse, antequam major exercitus illuc adveniret. Et sic consilio habito tandem elegerunt transire versus Tunnisium. Quo pervenientes statim littus ascenderunt, cumque Regem Franciæ defunctum intellexissent, de consilio Karoli Regis elegerunt sibi in ducem belli Dominum *Henricum* Comitem de Lucelengburch, virum magnum, & fortem, ac bellicosum. Cum tamen Comes Flandriæ multum desideraret eos in Comitatu suo habere, & cum more Frisonum impatientes moræ Frisones accelerarent ad bellum contra paganos, qui multitudine innumerabili occupaverant planiciem campi inter *Tunnisium* & castra Christianorum, Comes prædictus vix tardavit eos, donec suum ordinasset exercitum, & custodia ac defensio contra exercitum sibi competeret. Itaque instaurato exercitu suo veniens ad Frisones, & fovens eos tanquam gallina pullos hortabatur, ne aliqua teme-

temeritate equites suos præcederent, sed ipsum sequentes cum multa discretione simul in hostes irruerent cum equitibus, & sic facto impetu contra paganos eos in fugam verterent. Et cæsa magna multitudine plurimi ex eis ad vicinam aquam, quæ de magno mari *Tunnisium* influebat, confugerunt, & ibi tanti submergebantur, quot in gladio ceciderunt. Et sic Frisones ibi victoriam habuerunt satis gloriosam. Sed quia *Karolus* Rex vidit exercitum paganorum quotidie multiplicari, non solum de Africa, sed & de Asia, imo de Sicilia, tam paganos quam etiam malos Christianos, qui primum *Frederico* Imperatori, postmodum filio suo *Conrado*, deinde *Meinfredo* Principi adhæserant, & à facie *Karoli* aufugerant, & civitas Tunnisii munitissima fuit, dissimulavit adversum eos ire in bellum. Ac sic Frisones moræ impatientes ad naves redierunt, & iter suum ad terram Sanctam direxerunt. Sed in via illa quam plurimi moriebantur, & in mare missi sunt, quia ut videbatur de corrupto aere apud Africam ex cadaveribus mortuorum, & aqua salsa & pessima, de qua supra dictum est, non modicum fuerunt distemperati. Reliqui versus *Akon* applicuerunt. Sed ibi non modicum defectum experti sunt, quia Patriarcha Ierosolymitanus mortuus erat, verum tamen Vicarius Patriarchæ ac Archiepiscopus Tirensis, nec non & milites Sancti Iohannis & de Domo Teutonica ipsos honorifice receperunt cum communitate totius civitatis. Archiepiscopus autem Tirensis prædicans & innovans crucem ac indulgentiam multos secum versus *Tirum* abduxit, quia de paganis ibi majus imminebat periculum quam apud Akon. Et sic quamdiu Frisones in terra illa manserunt, civitates & castra Christianorum in bona pace manserunt. Interea Rex Karolus cum Principibus sibi adhærentibus accepta, ut dicebatur, pecunia non modica à Rege & civibus Tunisii pacem cum eis ordinavit. Insuper tributum, quod Rex Tunnisii cum populo suo antiquitus solebat dare Regi Siciliæ innovavit.

Anno Domini CIↃ. CC. LXX. peregrini Frisonum videntes quod propter mortem Regis Franciæ, & filii sui cum corpore patris in Franciam reversionem, ut etiam de Regno suo disponeret, & quod nullus Rex vel Princeps in terram Sanctam comitaretur, vel sequeretur, quia ipsi etiam tanquam pauci & inermes non valerent contra Regem Babilonis, imo contra multa Regna

vel gentes Ægypti, Damasci, Halapiæ, & de Baldach, ubi est thronus Papæ paganorum, quem Calipham dicunt, pugnare, cum consilio Archiepiscopi prædicti, & Vicarii, quem Patriarcha reliquerat, & magistrorum ac militum domo Sancti Iohannis, & Domus Teutonicorum, iter suum in patriam reflexerunt, oblata ibi pro defensione terræ satis larga pecunia, licet tamen quidam prius sine communi consilio & licentia se nequiter subtraxissent. Et quia navibus * in diversos portus Europæ deducti sunt, non simul redierunt, & multi defuncti in via, & quidam in Græcia spoliati. Postmodum in vigilia Ioannis Baptistæ cum Rex Babilonis festinaret obsidere Tripolim cum innumerabili exercitu, Princeps Tripolitanus fortis & potens in armis, sed numero exercitus valde impar, constanti animo misit ei legationem, quod eum non oporteret properare ad obsidionem civitatis, eo quod ipse vellet cogitatum suum jactare in Domino, cujus auxilio unus persequebatur mille, & duo fugaverant X. millia, qui fecit mirabilia in Ægypto, & Pharaonem cum populo suo demersit in profundum maris, & ideo si nollet cum eo habere Soldanus pacem, ipse cum fiducia & adjutorio Dei vellet cum populo suo contra eum usque ad mortem pugnare. Soldanus vero considerans audaciam suam & constantiam, nec non & fiduciam in Domino, noluit se periculo committere, sed sapienter dissimulavit dicens, quod pro tanta virtute eum in gratiam suam vellet recipere, & ipsum eum civitate sua & omnibus, quæ ad civitatem pertinebant, liberum dimisit. Insuper tria castella † custodiæ suæ commisit, quæ prius ipse Soldanus de manu Christianorum jure belli acquisierat, ita ut ipse de illis ipsi competens pro recognitione tributum solveret, & sic à partibus illis Soldanus cum exercitu recessit.

‡ Anno Domini CIↃ. CC. LXXI. circa Dominicam Passionis Domini versus Acon Soldanus cum exercitu maximo applicuit, & sic cives cum magistris trium domorum & consiliariis eorum, qui dicuntur milites Dei, non valentes, nec audentes impetum ejus sustinere, & timentes, ne si bello caperet civitatem, penitus eos omnes deleret, ac sic in partibus illis Christianitas deperiret, & peregrini nullum invenirent portum securum, neque refugium, pacem cum ipso inierunt, firmantes treugas usque ad XI. annos, hoc interposito, si aliquis Rex potens de ecclesia terram illam intraret, & per eum bellum fieret,

* Cod. Gron. *Et quia navibus, in quibus venerant fere dissolutis & ibi oblatis, in diversis navibus ad diversos.*

† Cod. Gron. *videlicet Meregard Duplicar, & Crak, sua custodiæ.*

‡ Ex Cod. Gron. usque ad Ann. Domini CIↃ. CC. LXXI.

fieret, ipsi essent excusati. Et sic Soldanus legatos eorum honorifice fecit ad se adduci, & sic ipsa die Parasceves treugas istas ordinaverunt, scilicet quod Aconenses cum omnibus civibus ac religiosis ibidem commorantibus absque tributo & omnibus exactionibus omnia sua possiderent, absque civitatibus, & castris, & suis attinentiis, quæ Soldanus jure belli acquisierat. His treugis ordinandis assensit & interfuit Rex Cypri. Sed Dominus *Eduardus* Rex Angliæ, qui adhuc ibi morabatur, graviter tulit, quia utpote vir bellicosus, ex quo illuc venerat, semper fuit paratus contra Soldanum in campo pugnare, si milites de tribus domibus & cives hoc vellent admittere, & eidem, Regi Cypri cum suis exercitibus assistere, & ideo statim ordinatis treugis non sine indignatione Rex Angliæ recessit. Soldanus vero firmatis treugis legatos Akonensium cum honore fecit reduci, & liberam dedit omnibus Christianis licentiam adeundi omnes terminos Regnorum suorum, & loca Sancta visitandi, & sic multi ex indigenis ac peregrinis Bethlehem ac Nazareth, & alia loca Sanctorum visitaverunt, sed sepulchrum Domini pauci visitabant, quia hoc sub pœna excommunicationis fuit prohibitum, ne per oblationes, quas Christiani ibi faciebant, & diversa telonea, inimici crucis Christi ditarentur, & fideles detrimentum paterentur.

Eodem anno Dominus, qui per suam misericordiam innovat signa, & immutat mirabilia, duo gloriosa miracula operatus est in medio nostri, & digna memoriæ posterorum commendari. In *Florido Orto* quædam Beggina satis devota nomine *Paruthwa*, quæ ad dimidium annum usum loquelæ amiserat, penitus muta effecta, dum ad Sepulchrum Domini *Emonis* Abbatis cum gemitu & lacrimis oraret, infra elevationem hostiæ meritis & intercessione prædicti patris, & suæ fidei constantia, juxta ejus sepulchrum usum loquelæ recuperavit, ac Dominum voce publica benedixit, & suo benefactori libera voce gratias egit. Eodem etiam anno dum corpora Reverendorum virorum, videlicet *Emonis* fundatoris campi Rosarum, & Domini *Emonis*, qui multo tempore fuerat Prior ibidem, de loco ligneæ Capellæ in novam ecclesiam transferrentur, fuit ibidem puella sanctimonialis, virgo, quæ duos annos & dimidium fuerat muta, dum per VII. dies à translatione ipsorum cotidie cum lacrimis & gemitibus eos ambos imploraret, &

omnes forores cum ipfa fupplicarent, octavo die, dum infra vefperas & cœnam conventus ad oftium ecclefiæ cum fletu & planctu fola oraret, ufum loquelæ plane recepit, & currens ad conventum fororum, quæ fuerant in cœna, libera voce clamavit: *Agite gratias Deo & patribus noftris, in ecclefia fepultis, quia folutum eft vinculum linguæ meæ, & ecce loquor libera voce.* Sorores autem omnes de menfa exilientes cantando, *Te Deum laudamus*, in chorum afcenderunt. Quædam vero præ gaudio fientes Dominum benedixerunt, qui facit mirabilia, qui per fe vel fuos mirabilium fuorum figna etiam noftris temporibus dignatus eft demonftrare. Eodem etiam anno in Orto Sanctæ Mariæ quædam fœmina paupercula toto contracta corpore ad fepulchrum Domini Siardi ejufdem loci tertii Abbatis eft fanitati omnium membrorum reftituta, cum prius per revelationem fignis manifeftis ei hoc fuiffet oftenfum, quod ad fepulchrum hujus patris effet fananda. Hic fiquidem pater triginta & tribus annis ecclefiam Orti Sanctæ Mariæ gloriofe rexit, & eam in fpiritualibus ac temporalibus mirabiliter ampliavit, fe nichilominus in jejuniis, vigiliis, & laboribus non modicum affligendo. Unde fancta converfatione fua non folum fuam familiam, fed & multos in vicinis locis ad Dei fervitium provocavit. Et inde non folum hoc miraculum fed & alia diverfa ad ejus fepulchrum contigerunt. Hæc autem miracula Deus in noftris temporibus & multa alia per hos Reverendos patres ac alios Deo fervientes, & fe ac familiam fibi creditam follicite cuftodientes, & follicitudinem præterea fui & totius ecclefiæ cum inftantia cotidiana fideliter gerentes, vitaque & exemplo multos erudientes operatus eft fecundum illud David: *Qui docti fuerint, quafi fplendor firmamenti erunt, & qui erudiunt multos quafi ftellæ in perpetuas æternitates.* Verum Dominus per tam Reverendos patres impleat, quod ipfe dixit: *Ecce ego vobifcum fum omnibus diebus ufque ad confummationem feculi*, quum fic gloriam fibi fervientium in hoc ipfo manifeftet, & alios ad imitandum invitet.

Anno Domini CIↃ. CC. LXXI. electus fuit ad fedem Apoftolicam Romanæ ecclefiæ Gregorius X. cum effent in terra Sancta peregrini in comitatu Domini *Eduardi* Regis Angliæ, cum vacaffet fedes per tres annos & duos menfes. Eodem enim anno prædictus juvenis Rex Angliæ patre adhuc vivente poft dif-

disceſſum Friſonum cum honeſto comitatu terram Sanctam adivit, Rege Cypri ſibi in itinere aſſociato. Illi parati erant contra Regem Babilonis pugnare, ſed fratres de tribus domibus diſſuaſerunt aſſerentes, quod impetum magnitudinis exercitus ſui non poſſent ſuſtinere.

Eodem anno Archiepiſcopus Colonienſis fuit de captivitate Comitis Iuliacenſis liberatus. Eodem anno Orientales Friſones de Emeſgonia ac terra Hreidenſi cum illis de Aldaombechte confœderati domos Decanorum ſuorum deſtruxerunt & combuſſerunt. Principium hujus ſeditionis fuit inter *Wilbertum Eppenga* & *Hrodbernum*, qui parvo ſuo adhuc puerulo obtinebat eccleſiam in *Fermeſum* cum Decanatu adhærente poſt mortem Domini Sicconis & filii ſui Gerkonis ac nepotuli. *Wilbertus* enim primo ſuſcitavit univerſitatem in *Aldaombechte* in Epiſcopum & Decanos ſuper exactione bannorum, quibus univerſitas gravabatur, & ſic attraxit ſibi *Herewardum Luſcum*. Quo mediante omnes Hreidenſes & tandem Emeſgones ſimul conſpiraverunt, quod quidam eorum Decani ſatis immoderate homines in bannis affligebant, & ideo domos eorum deſtruxerunt, & eos de terra depulerunt, licet ipſi filios ſuos eis dediſſent obſides, quod prudentium virorum de ipſis terris parerent ordinationi. Deinde homines de prædictis tribus terris concurrentes domum Hrodberni obſederunt. Sed illa cum propugnaculis ita fuit vallata, quod eam capere non potuerunt, imo per ſtrenuos viros, qui eam defenderunt, XVI. viris ex eis occiſis vacui ſine honore receſſerunt. Et tunc confuſi & erubeſcentes, quod ipſe ſolus cum ſua parentela tribus terris reſiſteret, cauſam illam in univerſitatem Fivelgoniæ conjecerunt. Sed cum Snelgerus de Skirame & alii nobiles cum Conſulibus requirerent à Hrodberno & ſuis cognatis, ſi vellent univerſitati cavere de indempnitate, ſi bellum ingraveſceret, & univerſitas Fivelgonum defenſionem terræ ſic aſſumeret, ſi hoſtes irruerent, ipſe ſano uſus conſilio noluit ſibi tantum periculum aſſumere, & ſe ac parentelam ſuam depauperare, imo potius domum ſuam lapideam eis reliquit deſtruendam, & ſic delatis omnibus armis & ſupellectilibus per ipſum Hrodbernum ad loca ſecura domus eſt deſtructa. Dominus autem Gerardus Epiſcopus Monaſterienſis, videns jurisdictionem ſuam & ſuorum Officialium annichilari, pro evidentia patrati ſceleris interdictum generale promulgavit, quod ſacer-

facerdotes eorum plurimi fatis ftricte obfervaverunt, præter quam in Aldaombechte. Wilbertus & fui complices non folum fub obtentu beneficiorum, fed & fub pœna profcriptionis coëgerunt plebanos eorum celebrare, affumentes fibi in argumentum excufationis, quod plurimi (1) Decani contra jura patribus

(1) Prognati clericis fpurii. Arcentur ipfi à nuptiis. Ipforum filii à beneficiis, *cap.* 6. & *feq. ext. de fil. presb.* nifi Papa difpenfet, *can*, *nafci. can. Apoftolica. dift.* 56. *cap. ex tua. ext. de fil. Presb.* Dixi 1. *man. ad jus Can. cap.* 6. & 8. & 3. *man.* 13. *in fin.* Decani homines de clero, ad caufas ecclefiafticas decidendas miffi in provincias, in fuas quique Præfecturas, qui dicti tum Decanatus, ad colligendam pecuniam, ad cenfus exigendos, ad penfiones, ad decimas, ad bannos feu mulctas in delinquentes ftatutas. Dixi ad Anonymum, quem edidi Ann. 1690. *cap.* 32. Sed Decani, de quibus hic & fupra toties fuit fermo, etfi proprie facerdotes, contractis tamen nuptiis vivebant, ac fi effent laici, ac fi homines feculares, & connivente ad id Epifcopo, qui non aliter iis ufus, quam avaritiæ inftrumentis, in fpurios, quos habebant, ac fi effent legitimi, tranfmittebant dignitatem. Non poffum, quin adfcribam hic, quo res magis fit in aperto & de toto hoc negotio lectori clarius fatisfiat, locum Ubbonis Emmii *lib.* 11. *hift. Erat*, inquit, *in his locis ad Amafum facerdotium, quod Decanatum, & eo præditos Decanos dicebant, inftitutum, quantum mihi perfcrutanti vetufta perfpicere licuit, non admodum vetus, & fextam tum fucceffionem vix fuperans. Hi à Præfule Monafterienfi primum inducti auctoritate facerdotes cæteros antecedebant, imo in eos auctoritatem ac jus aliquod habebant, univerfamque Frifiam diœcefeos iftius, velut in provincias quafdam defcriptam & divifam cum quadam poteftatis facræ fpecie obtinebant, finguli octonis, denis, duodenis, quindenis, vicenis, nonnulli tricenis parochiis præfecti nomine Epifcopi, facerdotum provinciæ fuæ, & rerum facrarum* ἔφοροι, *quæ vel à facro ordine, vel in facrum ordinem, aut in res quafcumque facras committebantur, de his cognofcebant, judicium ferebant, mulctas capiebant; præcipue cognitionem caufarum matrimonialium, & fimilium tenebant perpetuum, errataque, fi qua inciderent, corrigebant, ac pœnam irrogabant: jus reddebant ftatis temporibus, affidentibus è facro ordine fuæ provinciæ aliis doctrina & pietate præcipuis, interdum etiam antiftitum nonnullis. Jus hoc fuum*, dat Schendriucht, *judicium aut tribunal* die Schendftoel *dicebant. Omnia hæc pro Epifcopo faciebant abfente, ejufque vices gerebant, qui ipfe in Frifiam veniret officii exercendi caufa (veniebat autem illo feculo perfæpe) operam ante omnia dabant, ut ei & miniftris ejus præftaretur fecuritas, eum affectabantur, ei erant à confiliis, ejus auctoritatem fulciebant, adhæc templorum, locorum, vaforum, redituum facrorum curam atque infpectionem fupremam habebant, æedituofque in parochiis fingulis ad-*

Digitized by Google

bus succeffiffent abfque difpenfatione fedis Apoftolicæ, & maxime quod effent paternæ incontinentiæ imitatores. Infuper quod pueris nondum doli capacibus beneficia & Decanatus ab Epifcopo conferrentur, & alia diverfa de immoderatis bannis. Quorum quædam fuo loco propofita rationem viderentur habere, quia talia fedis Apoftolicæ auctoritate & ordine judiciario funt proponenda & dirimenda, non per violentiam laicorum corrigenda. Sed ipfi minime attenderunt, quod fæpe utile vitiatur per inutile, cum omnem vocem in judicio fibi per prædictam violentiam præclufiffent, cum fpoliatus ante omnia fit reftituendus, & invafores rerum ecclefiafticarum ipfo jure fint

ad rationes reddendas, quoties libebat, adigere poterant, ceffantes in officio corripere ac punire jus babebant, denique velut minores quidam erant Epifcopi &c. Et hactenus quidem Uobo. Qui verbo utinam addidiffet, cur jus illud dictum *Scbendriucbt*, cur tribunal *die Scbendftoel. Riucbt* Frifiis eft *recbt.* Certum id & de eo conftat. Sed quid quæfo illud *fcbend? Scbenden* eft violare. An jus & dictum & violatum? Quid fi fcribamus *Sebndriucbt*, id eft, Synodaticum jus, cujus etiam exactio ad Decanos tum pertinebat. *Zebnd* idem quod *fynodus. Synodus* conventus publicus. Ad quem qui veniebant, Epifcopo pendebant cenfum, qui & alibi *fynodus*, alibi *fynodaticum.* Concilium Tolofanum fub Victore Papa II. *Paratam vel fynodum folito more perfolvant Epifcopis vel clericis.* Ivo *epift.* 286. *Dedimus & ecclefiam B. Stepbani, & omnia ad eam pertinentia, altare fcilicet de Morentiaco, cum parte fynodi ad altare pertinentis, nec non & ecclefiam de Mundonis villa liberam à fynodo & circada.* Strauch. 2. *amœn. jur. Can.* 7. *cap.* 4. Cetera, quæ habet Ubbo, variis locis & paffim in his Chronicis confirmantur. De facerdotum libidine, ad quam queritur Epifcopum perpetuum conniviffe, & nefas tamen putat eam reprimi à magiftratu, Emo fupra ad Ann. 1234. *juftam quandam querelam*, ait, *fibi babere videbantur adverfus facerdotes fornicarios & tabernarios, quos ante bumiliationem laicorum corrigere diffimulavit Epifcopus. Et non folum de ordinibus, fed nec de rebus ecclefiafticis legitur aliquando laicis attributa difponendi facultas, verum quæcunque in ordinibus à Principibus decreta inveniuntur, nullius auctoritatis effe monftrantur &c.* Refert idem id inter fcelera iram Dei provocantia, *Ecclefiæ*, inquit, *jure bereditario à filiis facerdotum poffidentur, contra illud* VIII. *qu.* 3. Et eo fpectat, quod ad Ann. 1231. de Decano Herbrando: *Eodem tempore defunctus eft præfatus Decanus poffeffor ecclefiæ in Hufquert tertius beres illius nominis relicto parvulo ejufdem nominis.* Item illud quod ad Ann. 1233. *in fin.* ** *Obiit Gayco Decanus in Fermeffum, vir per omnia fecularibus artibus idoneus, & bomo religiofus & obfequiofus. Succeffit ei Sicco quartus à proavo Sigrepo.*

** Pag. 95. ubi Legitur Geyco.

ſint excommunicati, nec eis pateat aditus judicii, niſi præſtita cautione, quod læſis competenter ſatisfaciant. Præterea ad augmentum præſumptionis quædam ſunt ſtatuta contra eccleſiaſticam libertatem, cum dicatur x. *de ſentent. excomm. Noverit, quod ſtatuta & ſcriptores ſtatutorum, nec non & Poteſtates, & Conſules, Rectores, & conſiliarii hujuſmodi ſtatuta vel conſuetudines edentes vel ſervantes contra eccleſiaſticam libertatem ipſo jure ſunt excommunicati.* Exitus autem hujus cauſæ ſuo loco deſcribetur. Eodem anno cœpit accreſcere fames & ovium peſtilentia propter jugem pluviam trium annorum.

Anno Domini CIƆ. CC. LXXII. obiit Dominus *Gerardus* Epiſcopus Monaſterienſis bonæ memoriæ, & ſui Epiſcopatus ſtrenuus defenſor, qui caſtrum in *Luidenghuſum* deſtruxit propter eorum rapinas, caſtrum etiam in *Horſtmere* Sancto Paulo & eccleſiæ Monaſterienſi optinuit. Eodem anno deſtructum fuit caſtrum novum juxta *Eskathorp* poſt mortem prædicti Pontificis. Eodem anno ſtabilitus fuit aquæ ductus in * *Sonde* in novalibus. Eodem anno fuit maxima fames in Friſia, & per totam Weſtphaliam, & mortalitas ovium. Multa enim Friſonibus & maxime Orientalibus à Fivelgonia uſque ad Orientem eo anno ad augmentum famis acceſſerunt incommoda. Primo quia per peregrinos terra fuit evacuata argento. Secundo, quia propter nimiam pluviam per quatuor annos nimis modicum creverat frumentum, & maxime in Silvis, ubi aliis temporibus ſolebat abundare, aut etiam in Threntia, nec ſecus Emeſam, nec alicubi, ad emendum inveniebatur, niſi in Dacia & Slavia, ubi Dominus, qui iraſcitur, & miſeratur, magnam dedit copiam frumenti, ut ſaltem alicubi inveniretur, unde creatura Dei ſuſtentaretur, quia & ipſe dat corvis eſcam ipſorum, & pullis carnes invocantibus eum. Tertio, quia in odium Emeſgonum & Rheydenſium propter ſuam inobedientiam Dominus Epiſcopus nundinas ſecus Emeſam interdixerat, & ita Friſones non poterant pecora vendere, nec neceſſaria comparare cum butyro, caſeis, & equis, cum pecuniam non haberent, nec cum † aliis rebus poſſent habere. Et illi de Dacia & Slavia pecora eorum & ſimilia non curabant, ſed ſolam pecuniam ſitiebant. Inſuper judices eorum in quibuſlibet civitatibus interdixerunt, ne frumenta de terris illis deportarentur. Et ſic mercatores tardaverunt, donec ab ipſis Judicibus mediante pecunia quaſi ſecundo emerentur. Unde Dominus juſtus

* *Sonde.*

† aliquibus. *Cod. Gron.*

juſtus judex, quia ipſi ſervis ſuis non compatiebantur, eodem anno cœpit eis retribuere retributiones, quia cum in terris ſuis æſtivales fructus tarde ſoleant ſeminare, poſt feſtum Sancti Bonifacii circa tempus illud tanta increvit ſiccitas, quod fere omnes fructus æſtivales perierunt, & ſic impletum eſt, quod dicitur: *Qui abſcondit frumenta, maledicetur in populis*; Quia ſtatim anno ſequenti tanta facta eſt penuria, quanta prius habundantia. Sicut enim beatus Gregorius, quia Dominus, cujus ſapientiæ non eſt numerus, de conſilio prudentiæ, ut nulla terra omnibus neceſſariis habundet, ordinavit, ut ſic mutuam pacem inter ſe obſervent, ſed quandoque una terra, quandoque altera, pane habundat, ut ſic ſibi invicem ſubſerviant, quia ſtatim ſequenti anno mercatores cœperunt fabam de Friſia in Daciam tranſvehere, quia illa eo anno in Friſia fuit proſperata: In Grippeswalda enim, ubi multis annis frumenta ſuperhabundaverant, eo anno ſumma fuit egeſtas, ſicut contigit in diebus Iacob & Ioſep, ut terra Chanaan, quæ præ omnibus terris ſolebat frumento, & vino, & oleo habundare, egeret, & Ægyptii per prudentiam & merita Ioſep habundarent. Quarto, etiam aucta eſt penuria, quod jam ſeptem annis de loco ad locum ſerpſerat peſtilentia pecorum, & plurima moriebantur. Iſtis vero duobus annis fere ubique moriebantur oves, & ideo non poterant homines lacticiniis famem ſublevare, ſicut quandoque ſolebant, & ſic tantum fuit fames aggravata, quod modius magnus ad tempus circa Penthecoſtem vendebatur (1) pro XVIII. ſolidis ſterlingorum paratorum denariorum ad manum, in Menterawalda unus modius pro IV. marcis ſterlingorum ad inducias anni. Ipſi enim immoderatas accipiunt uſuras, ita ut pro una * marca ad manum accipiant quatuor poſt annum, & ideo verum videtur eſſe, quod ideo laboraverint evertere juriſdictionem ſpiritualem, ut uſuras ſuas libere poſſent

* uno modio. *Cod. Gron.*

(1) Meminit Ubbo Emmius lib. II. hiſt. *Lego*, inquit, *in annalibus, quos Menco Werumanus antiſtes tertius confecit circiter Pentecoſten anno* CIↃ. CC. LXXII. *quo hæc fames potiſſimum ſæviit, modium majorem frumenti veniiſſe* XVIII. *ſolidis monetæ Sterlingenſis cum conditione ſolutionis præſentis: & rurſus eundem modium emptum marcis quatuor ejuſdem monetæ cum lege ſolvendi poſt exactum annum: argumentum & annonæ caritatis ſummæ, & nummorum inopiæ etiam multo majoris, quippe cum uſuræ hujus modus pene triplex fuerit ad pretii totius ſummam, &c.*

ſent exercere. Prædia autem eo tempore quaſi nullius erant pretii, maxime in locis humilibus, ut in Walterſum, & eorum confiniis propter ſubverſionem avenæ, nec inveniebantur emptores propter defectum pecuniæ. Ideo tantum invaluit fames, quod multi moriebantur fame. Et plurimi erant morituri, ſi clauſtrales eis non ſubveniſſent. Multi enim religioſi, ſane ſapientes, & in Domino cogitatum jactantes, juverunt etiam non paucos, ſcientes illud Auguſtini, *Si videris fame morientem, & non juviſti, occidiſti.* Et quia id ſic fecerunt, Deus eis melius in ſuis neceſſariis providit. *Qui enim*, ut ait Auguſtinus, *decimas ad eleemoſynas dant propter Deum, quadruplo remunerantur, habundantia fructuum, ſanitate corporis, indulgentia peccatorum, & regno cœlorum.* In hac cariſtia † plurimum anguſtiati fuerunt Silvani, & maxime in ‡ *Aſtawalda*, & in *Broke* propter humiditatem agrorum, & ideo non pauci confugerunt ad villas, quidam mendicando, quidam & quaſi pro ſolo victu ſerviendo, qui prius habebant proprios agros * colendos, quia cum Silvanis non proſperatur ſiligo, nec ad pecora, nec ad lacticinia habent refugium. Multi etiam tam de Friſia quam de Threntia patriam exierant, ſperantes ſe alicubi meliorem invenire ſuſtentationem. Nonnulli & de urtica, & tribulis, & lolio miſeram vitam utcunque ſuſtentabant, maxime de lanceola & ſude, quia Dominus, qui in ira ſua non ſolet nimis obliviſci, ſæpius in caris annis permittit lanceolam in pratis, piſces in mari, & præcipue conchylia Menarum plus ſolito habundare. Sed in illa æſtate paulo melius proſperata fuit annona, licet everteret pluvia plurimum agriculturam, quia eo anno ad cathedram Petri cœperunt homines arare, & ſeminare, & ideo competenter fuit proſperatum. Poſtmodum circa Gregorii cum tutiſſima eſt agricultura, increvit pluvia, & fere per ſeptem hebdomadas. Et tunc quicquid projectum fuit in lutoſos agros, modicum fructum attulit ſeminanti, & ſic primæ ſationis fructus melius fuerunt proſperati. Eodem anno in autumno cœpit oriri hominum mortalitas, & quidam etiam ſubitanea morte moriebantur.

† plurimi *Cod. Friſ.*

‡ Aſtamralda.

* ad colendum.

Finit Codex Groninganus hic verbis his adjectis: *Expliciunt Cronica magiſtri Menconis Abbatis tertii.* E Friſico ſunt, quæ ſequuntur. Et ſunt verba

ANONYMI.

Anno

Digitized by Google

Anno Domini CIↃ. CC. LXXVI. *Rodulfus* (1) Rex Alemanniæ pro inobedientia Regis Boemiæ ipsum bello aggreditur, in quo

(1) Richardo mortuo, de quo supra, electus est Imperator Rudolphus Comes de Habspurch à Principibus Germaniæ Ann. 1273. pridie Kal. Octobr. ut Albertus Argentinensis ait. Godefrid. Monach. ad d. Ann. *Mortuo Richardo Romanorum Rege Principes Imperii circa octavam S. Michaelis ad eligendum alium Regem in Frankenfurt convenerunt, & dum omnes, qui vocundi erant, interessent, præter Henricum Ducem Bavariæ, qui & solennes miserat nuncios & per ratibabitionem suam electioni præbuit consensum, electus est Rudolphus Comes de Habspurch in Romanorum Regem &c. Principes*, inquit, *Imperii.* Unde & verbo notandum hic, quod nondum tum Septemviri, & quod sub judice adhuc lis sit, quando primum hi instituti. Perperam certe, si attendas, eorum institutio deberi dicitur Ottoni III. Nam si veteres evolvamus & historicos eorum temporum, contrarium satis constat. Chron. Magn. Belgic. *Apud Francfordiam curia celebris babita est quinquaginta Principum, à quibus omnibus, Philippo Rege occiso, Rex Otto bujus nominis quartus, votiva concordia, & unanimi inspiratione in Regem est declaratus.* Auctor incertus apud Urstisium: *Principes vero Alemanniæ, scilicet Archiepiscopus Moguntinus, & Coloniensis, & Trevirensis, cum cæteris Episcopis, Argentinensi, Metensi, Spirensi, & aliis, elegerunt apud Herbipolim Henricum Lantgravium Turingiæ in Regem.* Extat quidem constitutio, quæ vulgo creditur Ottonis III. sed viris doctis suspecta est. Fabulam vocat Schurzfleisch *de vitric. eccles. lit. C. in not.* Et quamvis sint non pauci, qui in aliaeunt omnia, ne id quidem meretur fidem, quod Theodericus de Niem habet, qui seculo XV. vixit, cum in vivis Imperator Rupertus, *lib.* 4. *de Schismat. tr.* 6. *cap.* 33. quod *post obitum Henrici Sancti Principes Germaniæ ordinarunt, quod de cætero Romanus Princeps eligeretur, videlicet per ecclesiasticos Prælatos, & tres laicos nationis Alemanniæ tantum, & in casu quo illi in unum concordare non possent, Dux proinde, sed postea Rex Bohemiæ pro tempore esset quasi additus parti minus potenti.* Nam si ita se habet res, cur ergo quinquaginta, cum eligeretur Otto IV? Cur *Principum robur, ex tam immensa Transalpini Regni latitudine, non sine quibusdam ex Italia Baronibus*, ut ait Otto Frisingensis 2. *de gest. Frider.* 1. *Imp.* cum Fridericus Barbarossa? Cur plures rursum quam septem, cum Wilhelmus Comes Hollandiæ? cum Henricus Lantgravius? Mathæus Parisiensis loquens de electionibus, quæ suo tempore contigerunt, Richardi scilicet Angli, & Alphonsi Hispani, *Hi sunt maximi*, inquit, *in Alemannia, ad quorum nutum pendet electio ipsius Regis*, *quod*

Digitized by Google

quo Rex Boëmiæ victus occidit. Regnum suum heredibus confertur. Folkringones & Gardringones de Menterna pugnantes centum viros exceptis quinque occiderunt. Fratres majores in Winsum, alias *Jacobitæ* aut *Prædicatores*, in casa locum habitationis cœperunt sibi præparare.

Dominus Abbas *Menko* prædictus ad mandatum Domini Præmonstratensis & diffinitorum studium puerorum transtulit ad parochialem ecclesiam Emetha.

Collatio beneficii in *Utbusum* ante mortem dicti Patris facta fuit ecclesiæ *Floridi Horti* cum omnibus attinentiis per dispositionem Domini *Ivardi* Sacerdotis, qui tunc temporis verus Pastor fuit ecclesiæ prædictæ, homo nobilis, & in omni conversatione vitæ suæ devotus & honestus, & quia frugem melioris vitæ desideravit, & dilexit, solus noluit venire, sed gregem sibi commissum secum adduxit, & in ecclesia prænominata vixit. Anno

quod est quasi ara Imperii Romanorum, *Archiepiscopus Coloniæ*, *cui titulus est Sacri Imperii Procancellarius*, *Archiepiscopus Treverensis*, *Rex Bohemiæ*, *Comes Palatinus de Rheno*, *Dux Austriæ*, *Dux Sueviæ*, *qui & Comes Bavariæ*, *Dux Poloniæ*, *Marchisius de Miche* (forte de Moravia) *Marchisius de Brandeborg*, *Dux de Meran*, *Dux Brabantiæ*, *qui & Lovaniæ*, *Landgravius Thuringiæ*, *Marchio Misniæ. Inter omnes hos magnates supereminens est Archiepiscopus Coloniensis*, *qui coronare tenetur Regem Alemanniæ &c.* Frustra autem cum Schiltero ad jus *feud. Alemann. cap.* 8. §. 4. *& seq.* inter jus nominandi & eligendi distinguas, quasi ceteri quidem Principes & ante tempora Ottonis IV. jus habuerint nominandi, solis autem Septemviris ex nominatis quem eligendi. Contra enim ostendit Menco, nec quisquam aliter rem refert, supra ad Ann. 1247. ubi de Wilhelmi Comitis electione, *Erant autem principales*, inquit, *in electione sua cum Legato Domini Papæ Moguntinus*, *Treverensis*, *Coloniensis Archiepiscopi*, *& Episcopi quamplurimi*, *cum aliis Principibus*, *ad quos pertinet electio*, *sicut dictum est*, *vel præsentibus*, *vel per literam se excusantibus.* Aliud ergo non superest, quam ut dicas simpliciter, tempus id, quo Septemviri instituti, incertum. Vero tamen non absimile est, usu hac in re & longa sensim consuetudine receptum quid firmatumque. Et certe eo provocat Carolus IV. ipse in Aurea sua Bulla *cap.* 8. *Et quia*, inquit, *de antiqua*, *adprobata*, *& laudabili consuetudine inconvulse*, *quod subscribitur*, *semper extitit hactenus observatum &c.* Disenb. *de mort. Henr.* VII. *sect.* 2. §. 2.

Anno Domini CIↃ. CC. LXXXIII. D. *Everardus* Monasteriensis Episcopus venit ad partes Frisiæ causa visitandi & ad corrigendos subditos suæ diœcesis secundum consuetudinem antiquam & approbatam. Cumque *Usquert* devenisset, accessit ad eum D. *Oudgerus* Abbas *Floridi Horti* petens humiliter confirmationem & investituram in ecclesia *Uthusum*, quæ sibi & Conventui suo à veris patronis ejusdem ecclesiæ absque prece & pretio ante introitum Venerandi patris in Frisiam canonice fuerat collata. Sed timens quidam juris peritus, *Menolphus* nomine, tali petitione audita, ex instinctu quorundam surrexit, & accepta licentia loquendi hujusmodi collationem rationibus, quibus potuit, allegavit à Domino Episcopo minime admittendam, vel potius irritandam, tum quia patroni non concordarent, tum quia Regula B. Augustini non permitterret Canonicos suæ professionis secularia beneficia possidere. Affirmavit etiam nulla privilegia eis ad hoc à Romanis Pontificibus indulta de jure communi, & rationes apposuit pro libitu suæ voluntatis ad confusionem petitionis Abbatis, licet minus rationabiliter & juste, tamen petitionem Abbatis sine effectu protraxit. Cumque in dictum locum venissent Episcopus & sui, adfuit & Magister *Menolphus* allegans in Synodo ecclesiam Uthusensem vacare, & ex protractu temporis jus electionis ecclesiæ ad Dominum Episcopum devolutum, quia patroni ecclesiæ suo tempore non elegerunt, cum collatio fratribus in *Werum* facta propter rationes prædictas de jure subsistere non posset. Hujusmodi rationibus finitis surrexit Magister *Wiardus*, qui tempore illo super omnes clericos & Magistros terræ Frisiæ scientiæ & facundiæ donis imbutus quam plurimum pollebat, & allegata prænominati Magistris multis juribus, audientibus omnibus, potenter evacuavit, docens præclare ordinem Præmonstratensem super omnes ordines ecclesiastica beneficia posse recipere. Habuit & rationes de privilegiis Ordini concessis, proponens articulum de privilegio *Urbani* quarti, qui talis est: *Canonici viri ex nostra indulgentia speciali possunt ecclesias parochiales, habentes curam animarum, impetrare, & impetratas per nostram licentiam officiare.* Et sic cavillationes prædicti Oratoris in tantum enervavit, quod de prædictis paulatim loqui cessaret. Advocatus Domini Abbatis humiliter nomine Abbatis & Conventus petiit à Domino Episcopo, quod fuerat petendum. Sed Dominus

Dominus Episcopus non ita benevole justam petitionem exaudivit, sicut allegata patienter audivit. Et ideo protelationis causa partes usque Fermesum protraxit. Ibidem vero cum Advocatus Abbatis petitionem Abbatis nomine emissam per jura & argumenta declararet esse admittendam, & *Meynco* & *Godescalcus*, & *Ayboldus* fratres, viri nobiles & discreti, tam de se ipsis quam de aliis veris patronis dicerent constanter donationem beneficii per ipsos factam Abbati & Conventui prædicto nulla de causa immutandam, dummodo ipsis vita & res ad defendendum hujusmodi violentiam remanerent. Dicebant enim in facie Episcopi, quod non consulerent alicui presbytero, quantæcunque authoritatis esset, qui mitteret ipsum, ut veniret ad ecclesiam eorum tali voluntate, ut eam officiaret tanquam suam. Et ista propterea dicebant, quia secreto intellexerant, quod in recessu proposuerat ad officiandam ecclesiam eorum alicui ex clero committere in confusionem Abbatis & sui Conventus, ac simul eorum (1) *Warandorum*, & de isto articulo fuit valida præsumptio, & suspicio, quod ob vindictam dilationem quæreret. Quia Prælati Frisiæ & diœcesis audito quod ipse adventaret dextras ad invicem dederunt in signum fœderis, quod nullus eorum sine communi notitia & consensu alterius dictum Patrem colligere deberet, & hoc propter immoderatas expensas, quas minus rationabiliter per suos fieri procurabat in domibus religiosorum. Religiosi etiam in Hunesgonia per coërtionem brachii secularis prohibitionem fieri sub quadam pœna contra in hujusmodi facto delinquentes statuerunt. Sed verba antiquorum proinde rarissime falluntur, de quibus unus legitur sic dixisse. *Quære fidem, & non invenies, fraus regnat:* Nam monachi de *Adwert*, qui super alios religiosos in Frisia divitiis gaudent, pactum fidei infregerunt,

mittentes

(1) Mox rursum: *ut ad præfatam ecclesiam accederent, & voluntatem singulorum Warandorum intelligerent. Warandus*, vindex, patronus, qui tenetur alteri ad evictionem, & qui in veteri instrumento, quod legere est apud Sande *de effestuc. cap.* 2. dicitur *warandizare. Fundum* dixit Cicero Orat. *pro Balb. sed negas ex fœderato populo quenquam potuisse, nisi is populus fundus factus fuisset, in hanc civitatem venire*, & mox: *quam cum disertus homo L. Antistius accusaret, Spoletinus dixit fundum populum Spoletinum non esse factum, videbat enim populos de suo jure non de nostro fundos fieri solere.*

mittentes qui Dominum Episcopum cum suis de villa *Baslot* ad claustrum invitarent. Quo facto reliqui socii & Prælati licet confusi aut ipsum receperunt, vel in parata pecunia ratione procurationis ei competenter satisfecerunt. Nec ex hoc beneplacitum ipsius & suorum plenarie sunt consecuti. Quia sæpissime altius ascendunt injuriæ, & remanent ad vindictam in corde aliquorum, quam remuneratio boni operis, quod ex bona voluntate, & conscientia procedit. Sed constantia horum fratrum & eorum complicium audita Monasterienses propositum sive intentionem callide palliabant, & Dominus Episcopus commisit hujusmodi causam suo Officiali magistro *Henrico* in recessu terminandam. Dissensiones hinc ibi subortas quantum in se fuit ipse subtraxit, sicut in parochiis *Waltersum*, *Gershusen*, & *Suthebroke* rei eventus demonstravit. Ubi beneficia clerici discordantes in maleficia propriæ salutis converterunt. De beneficio *Uthusum*, quia tam cito nihil lucri adfuit, in post-Synodo *Loppessum* Abbatibus D. *Folcardo* de *Rotthum*, & D. *Menardo* de *Thiasinga-closter* una cum Decano *Alberto* in *Loppersum* per literam suam commisit, ut ad prænominatam ecclesiam accederent, & voluntatem singulorum Warandorum intelligerent, & prout verius ac melius possent Monasterii post ipsum mitterent in scriptis sigillis suis appensis. Qua commissione sic facta turbatio litigii prædicti modicum cessavit. Sed *Henricus* ad suam voluntatem Officialis non solum Curiæ Coloniensis verum & Monasteriensis effectus sequenti anno in infirmitatem incidit, in qua fortior solito factus, & sui minime compos mortuus est, nec fuit qui adjuvaret, sed tum Dominus *Floridi Horti* propter alia impedimenta ecclesiæ suæ non ita servide causam commissam modo prædicto, ut decuit, & litera Commissionis habuit, finaliter studuit terminare.

Anno Domini CIↃ. CC. * LXXX. frater *Folcardus* novus Abbas electus misit Nuntios ad Abbatem de *Rotthum* & *Thiasingaclofter* & ad Decanum *Albertum* petens instanter, ut mandatum Officialis eis adscriptum adimplere vellet. At illi annuerunt. Et sic die statuto festo B. Nicolai Episcopi, una cum D. *Alberto* Decano,

* LXXXIV. haud dubie. Nam præcessit LXXXIII. ** Imo mox sequitur LXXX. LXXXV. LXXXVII. & rursus LXXXIV. & sic porro, ordine temporum multis locis inverso; cujus rationem non habuisse Anonymum ipse testatur Matthæus noster in Dedicatione.

Decano, qui fuit vir magnæ discretionis & competentis literaturæ, in negotiis ecclesiasticis & secularibus valde tritus, duobus monachis ex parte Abbatis adjunctis *Uthusen* pervenit. Ibi quia voluntate singulorum *Warandorum* perscrutata omnes concorditer absque omni prece & pretio in Dominum Abbatem & Conventum *Floridi Horti* consenserunt, uno tantum *Bolone Frovuekegna* excepto, qui quantum potuit reclamavit; propter metum Decanorum in Usquert. Aliqui mediocres tacebant; quibus ipsi damnum pro hujusmodi electione affuturum dicebant. Fuit tamen voluntas eorum cum pluribus permanere. Cumque plura obstacula prædictæ donationi non occurrerent; conscriptis literis, quibus fuerat necesse, & sigillatis sigillis prædictorum duorum, detulit secum Monasterium. Benedictione itaque festo Conversionis Apostoli in ecclesia S. Martini per manus impositionem D. *Everardi* Episcopi benevole & devote accepta omnia instrumenta super collatione Uthusensis ecclesiæ ad mandatum Domini Episcopi ad manus D. *Henrici* Cantoris ad D. Paulum & *Gerardi* Officialis Frisiæ, & Bullarii Domini Episcopi dimisit examinanda, & sic licentia Domini accepta sine omni perturbatione satellitum, qui novos Prælatos spe lucri sæpissime conturbant, Curia Domini Episcopi exivit, & feliciter est reversus. Post mensem vero Dominus Episcopus misit duo paria literarum per manum *Hermanni Buzel* Domino Abbati & Conventui Floridi Horti, unum de jure patronatus, aliud de investitura.

Anno eodem fuit hyems humida; & cataractibus apertis recens aqua superabundavit, & superexspatiata est plana terræ in tantum, quod homines prudentes assererent infra quinquaginta annos nunquam sic aquam pluvialem increvisse. Pestilentia autem eodem anno sacerdotum maxima, nam infra xv. septimanas quadraginta duo moriebantur. *Lubeck* eo tempore incendiis devastatur. Isto tempore conflagratum est *Hamburch* in tantum, quod domus lapideæ deciderunt ignis ardorem non sufferentes. Perierunt & tunc in solario cujusdam domus centum personæ utriusque sexus. Naves in aquis ardebant, & pontes comburebantur, nec fuit qui posset adjuvare. Motiva autem causa incendii fuit braxatio cujusdem pauperis.

Anno CIↃ. CC. LXXX. jam incepto scrupulosa quæstio in terra Fivelgoniæ oritur de Consulatu, quam dignitatem quilibet haberè voluit

voluit etiamsi nihil juris in ea in illo anno habere dignoscebatur, inter quos omnes principalis fuit *Elbo* & sui. Nam carnali fratri suo Rodmaro, cui competebat hujusmodi potestas, auferre conatus est eam, sed non prævaluit, & inter cives forenses contradictionem sibi procuravit contra *Adulphum* de *Tukawerth* per quendam *Tadeconem Rembrechta*, qui minime hæc attentasset sine instinctu prædicti laici *Elbonis*, sed nec habuit effectum, sed fomitem controversiæ inter nobiles generavit, quod ad infelicem exitum deductum est die Dominico, qui vocatur vulgo *Skeynosmandery*, quia civile jus per novos jurantes consuetum est ab antiquo novari in terra Fivelgoniæ, sed tunc omnino dissipatum est. Nam die prænotato non in foro sed in Hechissel convenerunt, ibique hinc inde aciebus directis, cum quinque religiosi & probi seculares ad concordiam inducere non possent potentes utriusque, auditus est clamor talis: *Pugnemus & defendamus nos*, & statim rapido impetu commissum est prælium, & fugatus est Elbo, & sui in ore gladii, nec est inventus dignus honore die illa, quia sicut *Elbo* fuit causa motiva totius mali, sic etiam primus fugit inter fugientes. Unde omnis multitudo per eum in fugam convertitur. Quidam *Wirthum*, quidam *Emum*, alii etiam *Emetha* timore perterriti currebant, & dipersi sunt, vulnerati sunt, & infinitis vestibus spoliati Multi etiam nobiles de societate *Elbonis* laici in pauperrimis domibus circa aggerem latitabant cupientes effugere manus pugilis *Roberti* & *Adulphi*, & sociorum suorum. Qui quasi leones ferocissimi singulos & universos partis adversæ insequebantur. Et tunc in cœmiterio Thiadmevit occisus est quidam nobilis de *Ferweth* nomine *Focco* per manum *Odulphi*. Occisi sunt & alii quinque in modica hora diei. Et sic extunc multiplicata sunt mala in terra.

Anno Domini CIↃ. CC. LXXX. Hunesgones arma receperunt. Isti Hunesgones antea ad duos annos arma deposuerunt in tanta voluntate, quod nihil in manibus nisi virgas portabant. Debuit autem pax illa durare ad quatuor annos, secundum quod omnes masculini sexus, dummodo duodennes fuissent, conjurarant. Sed contentio, quæ fuit de Consulatu inter *Duerdeconem* de (1) *Faldabera* & juvenem *Gyso-*

(1) Coldebera. Ubbo Emmius *lib.* 12.

(1) *Gysonem* de *Terbranda* eos fecit perjuros, & subsecutum est bellum amarum, in quo occisi sunt primo Duerdeco, postea Gyso, per quos primo discordia mota fuit, & alii nobiles quam plures, ut *Eppo Hoyckna*, *Pero Popta*, *Rentho Nama*, *Bebelto* de *Werfhusen*, * *Sido*, & *Hayo*, & eorum complices. Grangiam conventus de Merna in eadem parochia manu armata invaserunt, auferentes frumenta & alia comestibilia de domo lapidea, quam & corruere fecerunt muro subfosso, & conversis vulneratis, ac quibusdam fugatis, nec aliquam rationem pro se habuerunt, nisi quod timerent, ne inimici eorum monachis nescientibus domum possiderent in eorum confusionem. *Gotescalcus* & *Aylbodus* fratris in *Uthusum* grangiam de Rothum, quæ grangia fuit in agro, invaserunt, & omni frumento ac aliis utensilibus spoliaverunt, pro eo quod monachi dicti duas præbendas denegarent eis, nolentes fateri, quod pater dictorum fratrum Conventui illas contulisset.

* Sicco.

Anno Domini CIↃ. CC. LXXXV. pluvialis aqua valde terram implevit circa festum Martini hyemalis trans Lavicam. Mare intumuit, & aggeribus confractis bis Occidentalem Frisiam spatio interposito superexspatiata est. Postea die nativitatis Christi cum frigore intolerabili congelatio aquarum subsecuta est cum nive & grandine intermixta. Contigit & tunc temporis homines propter intolerabile frigus inter silvas & villas in pascuis mori. Fuerunt & tunc aquæ congelatæ in tantum, quod solidum iter itinerantibus trans Laycam præberent intrantes per paludes & nemora. Ubi prius ad centum annos nullus viam quæsivit indubitanter cum curribus pertransibant. Trans Emesam prope *Otertbum*, *Longere*, & *Knocka* cum equis homines in glacie solidum iter carpebant. Nec mirum, quia ad festum Petri cathedræ gelavit, & pluvialis aqua est subsecuta usque ad festum Gregorii. Et sic quicquid in autumno tritici aut hordei seminatum fuerat deperiit omnino. Gregorii Papæ festo cum agricultura deberet esse potissima, per gelu, quod de mane fortiter terram corripuit, tardati sunt agricultores, & pabnlum jumentorum etiam in villis, etiam ad greges pas-

(1) Eizonem Gerbrandæum vocat Ubbo *ibid.* & quod hic dicitur de *Consulatu* exponit Ubbo de *Judicatu*. Sed, ut mox dicam, dubito, & nescio an satis recte.

Digitized by Google

pascendos, non poterat inveniri propter æstatis præcedentis siccitatem, & hyemis frigiditatem subsequentis. Fuit enim fœnum tanti pretii, ut modius frumentalis bene repletus ad quatuor vel sex denarios vix emi posset. In Daventria plaustrum fœni pro decem solidis Daventriensibus vendebatur. Cum gramina nulla in pascuis crescerent, quamplures ruscas confregerunt, & stramina rapientes de lectis suis, de domibus, pecudi apposuerunt, ne inedia deperirent. Pretium vaccæ unius fuerunt sex solidi Sterlingenses vel octo ad majus propter defectum pabuli.

Anno CIↃ. CC. LXXXVII. decima quarta die Decembris factum est diluvium in partibus Frisiæ periculosum in homines, jumenta, & res, & propter hoc famosum in tempus futurum. Aquæ autem sic coadunatæ & commotæ inter conticinium noctis & gallicinium libere aggeres transeunt, & omne genus hominum, quod in locis humilibus mansionem habuerat, cum tumentibus domibus frumento fenoque gurges aquarum miserabiliter funditus evertens ad silvas deportabat. Domus lapideæ quam plures corruerunt. In silvis etiam agri ab imo evulsi aquis ferebantur in locis humilibus. Sine obstaculo impetus aquarum paludes transivit. Nec fuit mirum, quia à tempore, cujus non extat memoria, in partibus, tam magna salsi maris ebullitio ad mensuram quinque pedum non est visa. Et propter hoc infinita populi multitudo periit submersa. In occidente, ut sacerdotes & Decani conjecerant, à *Stauria* usque ad *Laycam* triginta millia hominum submersa. A *Layca* usque ad *Emesam* viginti millia perierunt. Orientales, ut sunt Rustingi, Astingi, & Herlingi à plaga prædicta immunes fuerunt. Agri etiam eorum sationales & pascuales fructum dederunt competentem, sed in locis humilibus, ut est in *Sunedeswolda* & *Sconamera*, agri quam plurimum fuerunt destructi. Res mira. Vir unus, lupus unus, & canis, & lepus in baculo ad silvas venerunt vivi. Multi etiam qui rabiem aquarum miserabiliter evaserunt. Et plerique pauperes recedente aqua paludes ascenderunt, construentes ibidem casas, in quibus frumentum, quod ibi ab aquis fuerat projectum, triturabant. Circa Martini hyemalis vacca pro tribus solidis aut quatuor vendebatur, & hoc nulla de causa, nisi quod paucissimi paucos fructus collegerant. Sequenti anno circa Assumptionem Mariæ, etiam

 circa

Digitized by Google

circa exaltationem S. Crucis, Oceanus turbine ventorum commovetur ita, ut pene omnes naves, quæ se alto pelago commiserant periclitarent, & submersi sunt centum gubernatores in reliqua populi multitudine, & divitiis & præcipue frumento non minor plaga fuit navibus annumeratis, quam illa quæ hyeme sævierat per inundationem salsi maris. Eodem anno periculosum bellum inter Ducem Brabantiæ & Comitem Gelrensem oritur, in quo plus quam duo millia hominum in spatio diei naturalis hinc inde vulnerati diem clauserunt extremum. Comes Gelrensis capitur, & Dominus Archiepiscopus Coloniensis, qui dicto Comiti in adjutorium venerat cum suis ad expugnandum Principem Brabantinum. Anno graciæ ut supra VII. Kalendas Novembris circa festum Simonis & Iudæ in Oriente prope Oterdum, & in Occidente prope *Usquert*, in *Merna*, & in *Suterdicke* propter destructionem aggerum, qui minime in dictis locis fuerant reparati, salsum mare ebullivit, & superexspatiata est aqua planiciem terrarum, venitque ad locum humiliorem, ut est *Germorwolt*, *Waltersum*, *Astawalt*, ubique fluitando.

Anno Domini CIↃ. CC. LXXXIV. inter (1) pugilem *Robertum* de *Fermessum* & *Adolphum* de *Tuckawerth* & *Limponem Hagginga* ex parte una, *Elbonem Menalda*, *Dodonem* de *Hek*, & illos de *Stedum* ex parte altera lis oritur, & propter hoc, proh dolor! jus civile Fivelgonum, quod multo tempore floruerat, dissipatur. Sed ne à legentibus nobis imponatur illud Horatii; *brevis esse laboro*, *Obscurus fio &c.* Anno gratiæ CIↃ. CC. LXXXII. filius juvenis *Elbonis Menalda* de *Hellum*, decoratus æquivoco nomine patris, duxit in uxorem quandam juvenculam nomine *Ydam* de *Menterawalda*. Cumque ad annum commansissent, sponsa sponsum reliquit, & lares paternos revisit. Et cum culparetur de hujusmodi dissidio dicebat affirmative, quod nec in eum, cui tradita fuerat, consensisset. Medio

(1) Pugil idem hic, qui nobilis, qui armiger. Sic supra ad Ann. 1267. *Cooperantibus laicis*, *Snelgero de Skiramme*, *Ripperto de Northensum*, *Tammone pugile de Aldesum*, & mox infra: *Sed cum hæc ita confuse agerentur*, & *pugil Robertus Consulatum haberet*, & *simul esset Edictor*, & *alii quamplures nobiles cum eo &c.* Vid. Ubb. Emm. *lib.* 12. *ad Ann.* 1282.

Digitized by Google

Medio tempore *Gaycko* de *Imeckna* de *Middewalda*, quod *Tda* fuit neptis uxoris suæ, callide disposuit, ut quidam civis suus *Folbertus* nomine, filius *Theodorici Folpetra* fugitivam juvenculam duceret in uxorem. Quo facto *Elbonides* scandalum tale ægre ferentes habito consilio ductu *Walbartinorum* de *Senjeda* in noctis silentio ex improviso patrem cum filio & juvencula capiunt in domo lapidea, & cum victorioso gaudio Hellum omnes captivos deduxerunt. Sed *Thidricus* in brevi cum quadraginta marcis pari argenti datis *Elboni* se ipsum post paucos dies redemit. Deinde pro pecunia & filio satagit ut emendaret, & quia æmuli sui sibi nocte dieque præcavebant, fecit quod potuit, & viduam nomine *Trouwam* de *Skelwalda* relictam *Brivich* temere & minus juste cum filia parvula nocturno tempore captivam abduxit, & sic seminata est zizania, unde amarissimæ segetes pullulabant. Et hoc totum à juvencula originem sumpsit. Quare prævia ratione nomen habuit *Tda*, quia (1) *ydos* Græce divisio interpretatur. Unde *Tda* i. e. divisa & separata ab omni honore & discretione, & sapientia qua minime utebatur, cum à legitimo viro, cui primo nupserat, voluit absque congrua ratione separari. Sed cum hæc ita confuse agerentur, & pugil *Robertus* Consulatum haberet, & simul esset Edictur, & alii quamplures nobiles cum eo, ut *Aylwaldus*, *Snelgerus*, ordinatum est proinde consilio inter Consules, quod Folbertus, qui detinebatur captivus ab *Elbone* in securum locum deberet mitti, & deinde cum deliberatione absolvi, ita ut vidua & filia prius de captivitate redirent, & sic pax inter terras firmaretur. Sed tali consilio promulgato, quia non placuit *Elbonibus*, mandatum Consulum proterve contempserunt. Quare Consules irati præceperunt, ut bene convenirent ad superbiam *Elbonis* & suorum comprimendam, & sic Anno CIↃ. CC. LXXXIII. feria Apostolorum Petri & Pauli (2) Consules me-

(1) Εἶδος species est proprie. Sed considerato, quod generis est in species divisio, ut hominis v. gr. in marem & fœminam, in servum & liberum, an *συνεκδοχικῶς* dicitur *εἶδος* hic divisio, quia est pars divisionis?

(2) Primores populi, proceres, qui cum summa potestate præfecti certæ terrarum parti. Non absimiles, ni fallor, his, qui jam vulgo Grietmanni. In eo tantum dissimiles, quod munus eorum annuum.

meliores, fortiores, & agiliores terræ Fivelgoniæ convenerunt *Hellum*, quasi vir unus, ut domum prædicti comburerent, & captivum potenti manu auferrent. Quo viso cum dictus *Elbo* & cognatio ejus tota, ac amici complures, qui ipsum defendere venerant, Consulibus ac toti terræ resistere non possent, nec auderent, Principibus placatis, & consilio habito, probis & honestis viris mediantibus, fecit coactus, quod prius voluntarie facere nolebat, deditque captivum in manibus *Oudgeri* Abbatis *Floridi Horti*. Consules vero benedicebant Communitati, & recesserunt illa die cum gaudio & honore, dimittentes domum Elbonis in eo statu, quo invenerunt. Sed Dominus Abbas *Floridi Horti*, sicut minus provide fecit captivum ab *Elbone* recipiendo, sic etiam minus caute fecit ipsum custodiri in claustro, quia brevi intervallo temporis postea nullo sciente tractus in ambitum claustri per fenestram manu illorum de *Middewalda* deportatus evasit. Medio tempore D. Episcopus *Everardus* misit literas suas, ut juvenculam mitteret in locum securum pro ipsius voluntate examinanda, sed quia dictus laicus de constantia juvenculæ diffidebat, mandatum Episcopi contempsit, & Curiam Domini Papæ appellavit, & Dominum *Thitardum* Abbatem *Claricampi* in judicem obtinuit, qui authoritate Apostolica sententias contrarias sententiis

nuum. Emo ad Ann. 1219. *& circumvenerunt Consules illius anni, & contra responsum est omnes ad onus teneri.* Quotannis lecti, nec sine ambitu, ut satis patet mox infra ad Ann. 1295. *Iis ita fieri incipientibus Esschellus Merechia in Skelwalda incepit contendere pro Consulatu cum Menaldama, & quia timuit &c.* Iuratos non dixerim. Nam expresse ab his distinguuntur. Emo *ibid. Majores de septem villis mari conterminis statuerunt convenire, & convenientibus eis continue elegerunt Iuratos, qui pro utilitate & necessitate instantis periculi justam dictarent sententiam, nam jam Consules illius anni dissimulabant tale negotium diffinire.* Iurati judices, Scabini, quod ad recte judicandum juramento obstricti. Emo ad Ann. 1223. *Aderant ibi Consules terræ & Iurati de Upstallesbome.* Item *p.* 83. ** *Contremuit tota terra propter Iuratos, quos Universitas Fresonum de more vetustissimo creaverat apud Upstallesbome.* Nec est, quod miretur quis, quod id Consul significet. Consul etiam Dux, Comes, ut dixi *lib.* 1. *de Nobilit. cap.* 16. Chronic. S. Petri Vivi apud d'Achery *to.* 2. *Spicil. ad Ann.* 1109. *Ludovicus Rex juvenis cum multis suis Consulibus vel proceribus bello vel amicitia pacem fecit.*

** Nostræ Edit. pag. 58. in fine. & pag. 59. init. Ubi vide Not. Matthæi.

tentiis Domini Episcopi promulgavit. Et sic multiplicatæ sunt sententiæ. Tandem per sententiam utriusque partis facta est arbitraria commissio in Decanum in Lopessum virum constantem, & *Hesselum* Decanum in *Fermessum*, qui *Hesselus*, quia adhuc juvenis, habuit in loco suo magistrum *Elbonem*, qui fuit jurisperitus, & in omni consilio suo providens. Arbitraria compromissione sic facta, ex mandato illorum, in quos arbitrati fuerunt, pars utraque pro se dedit aurum ad valorem XL. marcarum, & hoc sub tali conditione, ut si aliquis eorum à sententia arbitraria recedere vellet, si in sententiam concordarent, quod aurum amitteret, & pars consentiens illud recipere posset. Et sic istud aurum recepit Dominus *Floridi Horti.* Habuit captivum, habuit aurum quod recepit. Et ista duo bono zelo fecit, & magis pro *Elbone* quam pro parte altera, licet in exitu idem *Elbo* mala fuisset comminatus, quia captivo elapso constanter de Abbate ipsum requisivit, & dixit, quod aut satisfacere ei deberet, aut captivum restituere. Prædicti arbitri quia non poterant concordare in sententiam, cum pluries ad hoc convenissent, ab invicem discesserunt. Et sic omnia ad malum exitum tendebant. Sed Dominus *Oudgerus* Abbas piæ memoriæ hunc exitum non vidit. *Albertus* vero Decanus callide per nuncium ante horam mortis petiit ab eo aurum Elbonis & obtinuit pro majori parte. Novo Abbate creato statim affuit *Elbo* & sui requirentes captivum & totum aurum tam illorum de *Middewalda*, quam etiam quod suum fuerat. Cui favit *Albertus* Decanus perhibens testimonium, quod aurum illorum de *Middewalda* jure cedere deberet laico prædicto. Iis auditis *Robertus* venit, & sui tantummodo aurum quod dederant in pignus requirentes prævia ratione, tum quia arbitri non concordabant, tum quia aurum alterius partis fuerat pro majori parte D. *Alberto* restitutum. Dominus Episcopus misit etiam literas Domino F. electo, ut aurum partibus restitueret sub obtentu amicitiæ suæ. Præcepit etiam arbitris, ut amplius de causa matrimoniali nullatenus se intromitterent, dicens sententiam diffinitivam prædictæ causæ ad ipsius spectare diffinitionem. Tandem habito consilio cum paucis inter duo mala minus elegit, & quod justius videbantur fecit, deditque pugili *Roberto* aurum illorum de *Middewalda*, & quod residuum fuit de

auro prænominati *Elbonis* laici etiam remisit, nec per hoc gratiam est consecutus. Quia Dominus Albertus in suo officio in omnibus quibus potuit malefacturum se Abbati & ecclesiæ promisit. Et *Elbo* quasi leo rugiens ad prædam cum suis pessimo usus consilio disposuit auferre boves & aratra ecclesiæ prædictæ. Conversis mutilatis & verberatis Abbati non minus facere proposuit. Sed suscitavit Dominus probos viros, qualis fuit *Dodo* de *Hecte* vir discretus, *Haicko* de *Heppenga* de *Emetha*, & *Eppo Bolesnoma* de *Stedum*, prædicto Domino in omni virtute consimiles, & *Eppo Stithenga* de *Germerwalda*, qui sæpedicto laico *Elboni*, si Abbatem & Conventum suum in aliquo læderet, quod in momento eorum adjutorio carere deberet, denuntiarunt. Et sic per prædictos nobiles monitus facto non voluntate quievit. Quia per mala consilia & per malas diversas vexationes Prælatos ad hoc excitavit. Quod & similiter fecit *Albertus* Decanus.

Anno Domini CIↃ. CC. LXXXV. Nordenses arma receperunt propter homicidia, quæ in dolo eis sæpissime contigerant, cum pacem servarent. Inceperunt enim tunc temporis proprium construere castrum, quod prius non fecerant. Quia pax quæ est mater dilectionis & sanitatis plebis viguit inter illos tredecim annis laudabiliter servata. Eodem anno Comes Hollandiæ maximam exactionem lapidum sub obtentu amicitiæ suæ per nuntios & literas exegit à claustris Translaicanis ad construenda castra in *Westfreslande* Dominio suo subjugato. Comes (1) Gelrensis à captivitate Ducis Brabantiæ absolvitur omni materia dissensionis terminata.

Anno Domini CIↃ. CC. nonagesimo frequens pluvia autumnalis segetes cum feno destruxit in agris & pratis propter nimiam abundantiam aquæ pluvialis prope *Arnem* & *Daventriam*. Rhenus & Issa effluxerunt & destructa est *Batua* prope Issam. Domus multæ devastatæ sunt hominibus submersis. Item crastino Benedicti Abbatis rabies aquarum ventis agitata Frisiam replet, & in ista congregatione aquarum antiquum Selsteth fun-

(1) Alii ajunt id factum Ann. CIↃ. CC. XC. ope & intercessione Philippi Pulchri Francorum Regis, delata ex partium voluntate re ad ejus arbitrium. Comes fuit Reinaldus I. Bello dederat occasionem Ducatus Limburgensis, ut ait Pontanus *lib. 6. hist.*

Digitized by Google

funditus est evulsum in *Otterdum*, & aquæ transierunt terminos suos, repleveruntque omnia prata, & nisi præter amnem Waltersum per vim. . . . . .

Anno CIↃ CC. nonagesimo. Interea dum ecclesia in transmarinis partibus gemeret à paganis conculcata, & D. Papa Nicolaus debita carnis solvisset, bella atrocissima per omnes fines Chistianorum oriuntur. Nam Romæ Cardinales certabant pro Papatu, Rex Franciæ & Angliæ pro potentia & libidine dominandi.

Anno CIↃ. CC. XCI. est dissensio magna inter Alrichum & *Elbonem* Decanos in *Loppersum*, pro parte altera in tres parochias, *Schelwolde*, *Slothra*, *Hemmenis*, quæ concordes fuerunt contra Decanos, & sic invaluit dissensio, quod Decani non admitterentur ad Synodalia in Silvis. Cum autem hinc inde sententiæ excommunicationis & interdicti fulminarentur, nec tamen esset finis, facto arbitrio convenerunt partes in Abbatem *Floridi Horti*, & in *Skelwalda*, & *Asterloo* monasteriorum Præpositos, qui statim ut convenerunt concordabant, Abbati in *Werum* committentes, ut secundum quod condixerat literas dictaret.

Anno Domini CIↃ. CC. LXXXVII. facta est visio mirabilis in claustro grisei ordinis in civitate Tripolitana. Monachus quidam dixit missam coram Abbate suo uno præsente ministro. Inter oblationem & communionem manus quædam missa apparuit scibens super (1) corporale literis aureis, in quo dictus Monachus corpus Domini confecerat. *Cedrus alta Libani succidetur, & Tripolis in brevi capietur, destruetur, Acharo capietur, destrnetur, Acharon capietur, & Mars Saturnum superabit, & Saturnus insidiabitur Iovi, & vespertilio subjugabit Dominum Apostolicum. Infra quindecim annos erit unus Deus & una fides, & alter Deus evanescet, & filii Jerusalem à captivitate liberabuntur. Gens quædam veniet sine capite, & tunc væ clero & tibi Christianitas. Navicula Petri jactabitur variis fluctibus, sed evadet, & dominabitur in fine. In mundo erunt multa prælia, strages magnæ, & fames valida, hominum mortalitas, & Regnorum mutationes. Terra*

(1) Domini corporis velamentum. Rupert. *de divin. off. cap.* 23. *Sacrosanctum Domini corpus lineo corporali superpositum obtegitur.*

Digitized by Google

Terra Barbarorum convertetur. Ordines mendicorum & aliæ secta quamplurimæ annichilabuntur. Bestia occidentalis & leo orientalis totum mundum subjugabunt, & tunc pax erit in toto orbe terrarum, & copia fructuum per quindecim annos erit, & tunc erit commune passagium ab omnibus finibus ultra aquas congregatum ad terram Sanctam, & vincent, & civitas Jerusalem gloriabitur, & sepulchrum Domini honorabitur in tanta tranquillitate. Audietur de Antichristo. Et alia miracula. Ergo vigilate.

Anno Domini CIↃ. CC. XCVI. nova ecclesia in *Skeramera* fundata est, cujus ædificatio funditus super arenam totaliter incepta in tanta sumptuositate, quod tota illa ecclesia lapidea, quæ prius ibi fuerat constructa in palude à proavis, qui eam suis temporibus ædificaverunt. Una riga mortuorum in palude inferius fuit inventa quoniam fodiebatur fundamentum. Alia desuper. Tertia fuit tunc temporis, quo fossum est fundamentum & illa complanata est per totum cimiterium, in quo non aperuerunt sepulchra antequam è novo fiebant.

Anno Domini CIↃ. CC. XCV. orta est dissensio magna & quæstio contra Menaldamum & Hellum. Primo *Allius Tadema* de *Astawalda* pro morte nepotis sui, quem juvenis *Elbo* occidit, cui adhæsit semifrater suus *Uffo*, & omnis cognatio simul coorta contra Menaldamum pro facienda vindicta. Secundo quæstio fuit ab heredibus *Lucii Rodmari*, qui occisus fuit prope aquam sive mare scil. *Skeld:* Inter istos heredes principalis fuit *Albero Aldinga* & *Luippo Rondage*, & omnis cognatio eorum, dicentes, quod *Menaldama* & ejus adhærentes dictum *Rhondagem* occidissent, & propter hoc potenter castrum occisi *Rodmari* munierunt, facientes conspirationem cum dicto *Luippo* & suis, qui etiam munivit suam domunculam lapideam simul contra *Menaldamum* in tanta constantia. quod *Elbo* senior, qui fuit homo magni consilii & mirabilis ingenii, cum suis sibi faventibus non potuit nec scivit invenire concordiam & bonum pacis. Medio tempore, cum prædicta mala sic essent in foribus, pugnatum est inter nepotes *Menaldama* & *Elbonem Haigienga* de *Slothra* prope *Lunscroeth*. De qua pugna cum satisfacere vellent Menaldamani prædicto *Elboni* sine contradictione *Aylwardi Snelgra*, qui fuit filius materteræ Elbonis, noluit acceptare sive recipere, sed proterve animo elato erexit se contra *Menaldamum*, & cum eo omnis cognatio sua, ut fuerunt *Al-*

Aylwardus & *Eyso* fratris filii *Snelgeri* de *Skiramera*, & eorum filii & nepotes, Brinckmarus & Wiardus fratris filii *Elbonis* & eorum adjutores. Iis ita fieri incipientibus *Esschellus Merechja* in *Skelwalda* incepit contendere pro Consulatu cum *Menaldamo*, & quia timuit nec potuit resistere eis fecit conspirationem cum *Elbone* & *Snelgera*, & simul cum eo omnis cognatio ipsius, & sic in fortitudine juravit Escellus, quia confœderatæ fuerunt in unum cum eo duæ sectæ de orientali parte Silvæ, & de occidentali *Snelgani* & *Elbo*, & multi de *Trentawalda* divites & nobiles eis astabant, & quamplures milites de villis diversis & etiam silvis in secreto quantum potuerunt prædictas (1) flintas ad confusionem *Menaldingorum* provocabant. *Elbo* vero, & filii sui nepotes & consanguinei in quantum valebant per majores & meliores, qui non fuerunt pro parte sive secta, petebat ab eis simpliciter pacem, & illam eis offerebat dicens, quod omne crimen sive malum, quod eis sive suis imponerent, & omnem materiam dissensionis inter eos exortam, qualiscunque esset, & undecunque originem haberet, quod lubenti animo ad verbum Domini Abbatis de *Werum*, & *Wretheronis Folricha*, *Ailwardi Snelgra*, & *Ailwardi Walberta* finaliliter componere vellet, & emendare secundum terræ justitiam simul & consuetudinem, sed quamvis sic rogaret, & prædicti nobiles cum eo, nichil est eis responsum, quod bonum pacis aperiret. Dicebant etiam interdum: *Istæ quatuor flintæ aratra sunt instaurata.* Quod verbum unus principalium eorum, qui etiam fuit principalis inter compositores, attinens ad quatuor sectas, quas vocabat aratra sæpissime, revocabat cum fiducia ponens spem in multitudine populi, & non in Deo. Et cum ista tamen debuisset considerasse, quia fuit competentis literaturæ & magnæ discretionis homo, quoad sensum naturæ & ideo suam spem in Domino posuisse, & ab eo victoriam quæsivisse debuisset, quod non fecit, & ideo defecit. Cum dies prælii advenisset, congregati sunt in unum contra *Menaldamum*. Et sicut isti parati venerunt ad pugnam, sic & *Linbraddus*

(1) *Flinta* & terræ tractus & ejus habitatores. Mox: *Dicebant enim interdum: Istæ quatuor flintæ aratra sunt instaurata.* Item, *vocaverunt in aliud etiam Flintam Walbertinorum.* Mox rursum: *Nam quatuor Flintæ sine retardatione voluerunt destruere Menaldamenses.*

& *Uffo* fratres cum omnibus consanguineis & amicis, quos habere potuerunt de orientali Broke, & de villis, & silvis *Astawalda*, *Luidibrundkircka*, & *Sierdakircka*, & cum eis *Abero Aldinga*, & *Luippo Vodega*, cum omnibus consanguineis suis & amicis, quos habere prece & precibus potuerunt, de silvis & villis convenerunt in unum contra *Menaldingos* ab oriente, habentes propositum firmum destruere munitiones eorum, & ipsos omnes interficere vel de terra fugare. *Menaldingi* vero cum non haberent magnum adjutorium de civibus & silvis vicinis, nec surgeret eis confidentia, vocaverunt in adjutorium *Flintam Walbertinorum*. Cum *Menaldamingi* ex utraque parte vallati fuissent ab inimicis, nec aliquis esset, qui posset tardare inimicos, quin vellent irruere super eos, & cum libenter de omnibus causis, in quibus fuerunt, & essent nocentes, secundum consuetudinem terræ & justitiam libenter vellent commutare in melius, & cum omnibus bonum pacis servare, quid plura? *Snelgerani* & eorum aratra inceperunt campanas trahere in turri *Skelwalda*, ut manifestum fieret orientali societati, quod ipsi ab occidente convenissent, & statim concito cursu cum clangore tubarum & strepitu multitudinis processerunt, voluntatem opere volentem adimplere. Quod audientes *Menaldamingi* & videntes, intrepidi tanquam novi Machabei circa domum lapideam *Dodonis Feddicna* eis occurrerunt animo defendendi se & sua. Cumque sic convenissent, & fortiter dimicarent, conversi sunt in fugam tandem *Snelgerani*, & eorum turba magna, & insecuti sunt eos *Menaldamingi*, sicut viri fortes. Aliquos denudabant, nonnullos vulnerabant, & multos mutilabant. In ista fuga occisus fuisset *Aylwardus Snelgera*, nisi *Eppo Stythinga* defendisset eum. Eyso & frater suus, hic idem passus fuisset, si equum velocem non habuisset. Occubuit tamen unus ex societate eorum qui fuit nationis de *Skiramera*. Istis sic fugatis congregati sunt *Menaldamingi*, ut pugnarent de novo contra duo aratra, quæ fuerunt instaurata ab oriente. Cumque etiam advenissent, fugati sunt orientales & captus est Uffo frater *Biulbonis*, & alius quidam cum eo, & sic reversi sunt in die illa *Menaldamenses* ad castrum suum cum omni societate eorum, cum gloria & victoria magna. Fuit tamen unus nobilis de societate eorum occisus, qui fuit nationis de *Middewaldæ*. Cumque sic *Menaldamenses* uno die quatuor

tuor cornua insultantium devicissent in fortuna bona, postmodum non sunt ista aratra in tali multitudine instaurata contra eos, sed secreto in latibulis die noctuque ipsorum interitum moliebantur. Unde accidit quod *Elthatus Frethia* nepos *Elbonis* senioris, & cum eo *Elbo* juvenis, qui fuerunt ambo viri viriles, & in eis aliqui armigeri, post crepusculum iverunt *Slothra*, & violenter in manu forti de quadam domo extraxerunt *Abbonem Hagienga*, qui fuit unus ex maximis inimicis eorum, & cum eo Renvardum filium *Luidmari* divitis de *Herna*, qui habuit in uxorem neptem *Aylwardi* & *Eysonis Snelgera*, & eos sine vulneribus captivos traxerunt per silvas *Hellum*. Et quamvis isti sæpius machinati essent mortem in *Menaldamenses*, tamen eis pepercerunt, & eos vivos in vinculis detinebant. Sed nec sic pacem habere potuerunt, nam consilio habito de nocte * incastellaverunt domum lapideam *Dodonis Ieldinga* in *Skeldewalda* istæ quatuor sectæ contra *Menaldamum*, & combusserunt domos ligneas. Quod audientes *Menaldamenses* cum paucis quos habebant ad manum, invaserunt eos, & omnes, qui fuerunt extra castrum, fugaverunt, & tunc *Hesselus* Consul occisus est ab *Eppone* fratre *Elbonis*, & *Wiardus Trouwama* vulneratus ad mortem & captus. Tunc etiam miserunt in Orientali Broke *Menaldamenses* pro adjutorio. Qui statim venerunt, & pugnantes ad castrum miserunt in illud ignes per fenestras. Aliqui etiam fodiebant parietem subtus. Quibus sic dispositis defecerunt vires pugnantium superius in castro propter acerbitatem fumi & ardorem ignis, præcipue, quia non viderunt defensores aliquos, qui eos defenderent, advenire. Unde dederunt se & sua in manus Menaldamensium ea conditione, ut eos non occiderent. Quo facto mitigatum est etiam cor Menaldamensium, & receperunt eos vivos, concedentes eis vitam, qui eorum quærebant mortem. Contigit ergo sic bonitate *Menaldamensium*, quod habuerunt in castro *Elbonis* quod fuerat unicum effugium eorum, viginti captivos, quos omnes potuissent occidisse, & si fecissent, digna pro meritis dona eis reddidissent. *Abero Aldinga* ad castrum *Rodmari Lusci* proximi consanguinei sui, pro cujus morte iniit guerram, ductus est in sola camisia cathenatus duabus cathenis, ut ibi occideretur. Sed mediante Abbate *Floridi Horti* & aliis sacerdotibus bonis, qui cum eo fuerunt, ordinatum est, quod *Luippo Rondage*, & alii

* *Incastellare*, in modum arcis firmare.

alii, qui fuerunt cum eo in castro, sine timore & offensa cum omnibus, quæ habebant, iverunt de castro promittentes quod amplius non obsiderent. Et ut nulla falsitas interveniret per se etiam castrum inutile reddiderunt. *Elbo* vero medietatem castri & hereditatis emit ab heredibus *Rodmari* post paucos dies, & illam dimidietatem dedit ad structuram ecclesiæ in *Hellum*. Fuerunt enim aliqui heredes, qui nolebant post *Rhodenge* pugnare. *Snelgerani* cum hoc factum audivissent, *Aylwardus* & *Eyso*, miserunt pro Abbate *Floridi Horti*, qui tum temporis fuit in novo claustro, rogantes intime, ut sine mora quantocyus posset iret *Hellum*, in subsidium eorum, qui in castro capti fuerant, & faceret quantum pro eorum adjutorio posset, ne occiderentur, vel alias destruerentur. Cumque Abbas venisset, divertit se *Hellum*, sed quia vidit multitudinem prope castrum *Dodonis Ieldeckna*, divertit faciem suam ad domum illam, & vidit superius *Wuttonem Abencma* expectantem exitum rei. Nam *Ubelo* & *Herdricus* fratres dicti *Mommanga*, & *Butto Buttesmona*, qui duxit sororem eorum, cum omnibus consanguineis & amicis volebant occidere *Wuttonem*, qui fuit superius in castro, in vindictam, quia prius filium *Buttonis Buttesmona* occidit. Quo audito Abbas procuravit cum *Eltato Menalda* & *Elbone*, & cum melioribus, qui venerunt ab Orientali Broke, qui fuerunt consanguinei sui. . . . . . Iis itaque peractis monuit Abbas *Menaldamenses*, ut captivos omnes præcipue vulneratos in bona custodia haberent. Quod ipsi sicut probi viri fecerunt. Sequenti vero die Abbas occurrit *Snelgregonibus* in *Slothra*, dixitque eis, quod omnes viventes in castro sine timore essent tuti de vita, quanquam aliqui ex eis essent vulnerati. Tunc fratres *Aylwardus* & *Eyso* cœperunt tractare cum Abbate de bono pacis, intime rogantes, ut Abbas quantum posset pro concordia laboraret. Qui statim in bona voluntate annuit. Tempore intermedio cum Snelgera & ejus adhærentes de quatuor *Flintis* emendare non possent per bellum, neque Iudices & Consules terræ, ut captivos * *Ameldamenses* liberos de damno reciperent, nec surgeret eis spes aliquo modo emendandi, compulsi sunt necessitate magna petitionibus adire Abbatem ex novo, ut ipsorum impotentiam & defectum per suam discretionem sublevaret. Quod & fecit Abbas. Sicut enim prius & postea sic & tunc pro eis fideliter laboravit. Elbo vero qui pater & patruus

* Menaldamenses.

truus Menaldamanorum fuit dicebat: *Sicut ante conflictum volebam confidere Domino Abbati & Aylwardo Snelgra & aliis personis*** *seperius suriptis, sic nunc volo esse principalis vobiscum & cum aliis probis hominibus in compositione ordinanda. Et quia cum bonis suis dederunt se ipsos in manus meas* & *meorum, ut parceremus eis in vita, est necesse, quia dedimus eis vitam, ut conferamus eis res temporales.* Ista cum Abbas nunciasset * *Snellegra* & suis, valde fuerunt confusi, sed quia aliud juvamen habere non potuerunt, placuit eis potius res amittere quam personas. Et sic totum negotium belli in contrarium venit. Nam quatuor *Flintæ* sine retardatione voluerunt destruere Menaldamenses, & bona eorum dissipare. Quod totum in eos retortum est. Modus compositionis patet in literis ab Abbate super hoc confectis, de quibus ipse tres retinuit, & *Menaldamenses* tres, & unaquæque *Flinta* tres. Formam compositionis per se edixit præhabito sermone, sicut semper consuevit facere.

** Forte *superius scriptis.*

* *Snelgero.*

Anno Domini CIↃ. CC. LXXX. *Hesselus* Decanus de *Fermessum* exiit solum paternum, & venit Parrisius pro remedio & adjutorio alterius oculi sui, & etiam pro studio cum famulo & duobus sociis. Hic cum esset Parrisius audivit, quod duo Magistri adinvicem disputaverunt de *Conceptione virginis Mariæ*, utrum esset digna celebratione vel non. Cum non possent convenire in unum, quid esset faciendum, quia alius dicebat, & rationibus firmis affirmabat, quod esset celebranda, alius in contrarium, quod non esset, docebat, factum est in die *Conceptionis*, quod Magister, qui non volebat honorare *Conceptionem* virginis Mariæ, & cœpit suis scolaribus legere, ut suam disputationem defenderent, obmutuit in præsentia omnium, qui aderant. Cumque modum loquendi non haberet, rediit ad cor & contritionem, & pœnituit de sua disputatione perversa, quam fecerat contra conceptionem virginis gloriosæ, promittens, si mater misericordiæ usum loquendi ei donaret, quod omnibus diebus vitæ suæ festum in *Conceptione* virginis Mariæ faceret, & omnibus, quibus posset, prædicaret esse festum *Conceptionis* solemniter celebrandum. Quid multis moror? Mater omnis gratiæ, quia sinum misericordiæ omnibus invocantibus eam de toto corde benigne aperit, non vindictam longiorem pro contemptu fecit, sed in momento, sicut obmutuit, ita usum loquelæ recepit, & palam

quid sibi acciderat prædicavit. De quo signo festum *Conceptionis* tunc in majori reverentia cœpit haberi, donec hic Decanus cum talia & consimilia Parisiis audivisset, & etiam ibidem totum *Officium* de *Conceptione* invenisset, in reditu suo secum attulit, prout ibi invenit, & in Decanatu suo per licentiam Officialis Domini Episcopi per villas fecit primo annuatim celebrari.

De Capella in Frewerth, & qualiter sit constituta.

Fuit quædam vidua *Tyadeka* in *Frewerth* nobilis, & dives simul & discreta, unicum habens filium nomine *Menconem*, qui cum in pueritia sua infirmari cœpisset ad mortem, vovit pro filio, si Dominus daret ei vitam, & mater misericordiæ Maria, quod construeret Capellam in propriis bonis, & in tantum eam dotaret de proprio fundo, quod sufficeret uni sacerdoti. Quo voto sic emisso filius revixit. Quod considerans dicta Domina præ gaudio & dilectione seculi aliquantulum retraxit animum à proposito, & cœpit tractare, quomodo nobilissimam & ditissimam juvenculam terræ Fivelgoniæ filio suo assumeret in uxorem. Fuit enim tunc temporis etiam in *Lopperssum* nobilis vidua, dives, & discreta, relicta Domini *Gayconis*, quondam Decani ibidem, viri prudentissimi & insignis nobilitatis, unicam ex eo habens filiam nomine *Tetam*, providentem, & in literali scientia supra omnes mulieres pollentem. Iste etiam Decanus promisit in quadam infirmitate cum consensu mulieris suæ *Thialdis*, quod construeret capellam & filiam offerret religioni, sed quod vovit, non ita cito & perfecte, ut decuit, adimplevit. Et hoc potuit esse propter juventutem filiæ & spem longioris vitæ. Et ideo morte præventus est, & obiit in Domino in confessione pura, & sepultus in *Florido Horto* inter Canonicos dicti loci. Relicta vero ipsius non immemor voti Capellam construxit, & Canonicum in *Florido Horto*, qui ibidem quotidie divina officia celebrabat, accepit, filiam etiam unicam jam duodennem de claustro abstraxit. Medio tempore conceperunt amicitiam juvenis prædictus, & juvencula prædicta, & sic evenit, quod accedente consensu matris merito duxit Tetam in uxorem, & facta est inter eos lætitia magna propter abundantiam divitiarum, & floridam vitam. Post anni cir-

circulum, cum dicta *Teta* parere festinaret, vir ejus correptus infirmitate mortuus est. Quod audiens uxor præ nimio dolore abortivit, & ipsum nomine patris *Menconem* vocabat, & defunctus est puer & sepultus apud patrem in *Campo Rosarum*. Et *Tyadeka* . . . . pro filio decem . . . . . in hereditatem . . . . conceffit ei plenam fraternitatem, ... fuerunt in ecclesia *Floridi Horti*. *Teta* juvencula viro & filio sic privata, quando prius potuit, rediit *Loppersum* in Domum patris, ubi etiam postea correpta infirmitate vocavit Abbatem *Floridi Horti*, & surgens de lecto tonsuram & habitum cum summa devotione accepit, bona paterna afferens secum in præsentia sacerdotum & matris, quæ ad hoc consentiebat, ecclesiæ *Floridi Horti*. Quo facto defuncta est. Medio tempore ante mortem prænominatæ *Tetæ* mater ejus *Tialdis* insurrexit contra Dominam *Tyadecam* dicens, quod omnia bona ipsius jure hereditario mediante filia essent ad eam devoluta. Alia scil. *Tyadeca* in contrarium loquebatur. Nobiles, cognati, & amici viduarum sequebantur eas, alii in voluntate aliquid afferendi, alii in voluntate retinendi. Et sic evenit, quod illi, qui prius fuerant amici, facti sunt inimici, & pro eis dividendis certarent, qui multa bona comportaverant. Iis taliter finitis rediit *Tyadeca* ad cor, revocans de voto, quod vovit, & non implevit, & de amissione heredis cœpit cogitare, quomodo adimpleret votum. Cumque *Fermessum* quæreret adjutorium, quasi omnes parochiani & sacerdotes de *Halwirth* cum Decano & consilio Decani exclamabant, dicentes, quod deberet ædificari ecclesia in *Frewerth*, ne scisma fieret in parochia propter duas villas *Frewerth* & *Arnewerth*, quæ ei adhærere volebant ratione novi ædificii, si ad hoc licentiam possent obtinere. Quibus rationibus auditis cum proficere non posset, nisi cum muneribus & petitionibus magnis, divertit se ad Abbatem *Floridi Horti*, & ipsius invocat consilium cum auxilio. Abbas autem audiens ejus intentionem esse firmam & habere voluntatem bonam ædificandi ecclesiam, quia fuit ipsius pater spiritualis, respondit ei iis verbis: *Verba ista sunt prius sæpe ab ore vestro prolata sine effectu. Nunc autem si vultis adimplere, prout votum urget, & ratione voti tenemini, sciatis quod Capella ista, si ædificabitur, non erit* ** *verliis ecclesiæ nostræ, tamen ut divinus cultus augmentetur promittite Deo & michi, quod* ad

** Ita legitur mendose.

ad honorem Dei genitricis Mariæ in proprio fundo constituetis ecclesiam cum omnibus attinentiis ad divinum officium. Pro posse meo juvabo vos. Ad hæc verba Tjiadeca vidua respondit tanquam voti compos: *Omnia quæ dixistis volo cum effectu in maxima voluntate adimplere, & hoc Deo & vobis, Pater charissime, promitto.* Adjecit etiam & dixit; *Quia multa bona venerunt ecclesiæ vestræ de domo nostra Frewerth, ut nunc & deinceps non habeatis damnum, dummodo vos & ego vixerimus, donec omnia plenarie fuerint consummata, quæ pertinent ad novam structuram, habeo voluntatem vobis & Conventui vestro ecclesiam cum suis pertinentiis offerre.* Respondit Abbas: *In nomine Iesu vivas & facias.* Medio tempore ordinat Abbas negotium cum amicis & notis suis ad Dominum Episcopum pro voluntate viduæ prænominatæ. Et quamvis quibusdam non placeret, tamen suam obtinuit voluntatem.



JOAN.

JOANNIS de CASTRO

SINUS ARABICI

SEU

MARIS RUBRI

ITINERARIUM.

Digitized by Google

Digitized by Google

JOANNIS de CASTRO
SINUS ARABICI,
SEU
MARIS † RUBRI,

Quod navigavit, ejusdem insularum, ejusdem littorum, portuum, rupium, vadorum, brevium, locorumque confinium, quotquot vidit & perlustravit, ad fines usque Æthiopiæ, accurata descriptio.



Nno CIↃ. IↃ. XL. ultimo Decemb. summo mane, aura ab Oriente flante, solvimus è portu *Goæ*; & littus legentes, sub horam decimam anchoras fiximus in ostio fluminis *Chaporaa*.

Ano CIↃ. IↃ. XLI. XIII. Januar. summo diluculo multum algæ marinæ, & anguem, atque paulo post insulam *Socatoram* conspeximus versus austrum: multum præter expectationem omnium nauclerorum, quorum rationes adhuc sexaginta quinque leucas, qui minimum, aut supra centum, qui plurimum, ab ipsa aberant: cujus erroris haud alia causa ab omnibus adferri potuit, quam insulam longe paucioribus leucis à *Goæ* continente abesse, quam vulgo in hydrographicis tabulis constituatur, & haud supra trecentas leucas à continente Indiæ distare.

SOCATORA insula patet in longitudine quidem leucas XX. in latitudinem IX. ad altitudinem duodecim graduum, & quadraginta scrupulorum ab Æquatore versus Arctum: frons illius Septentrioni objacens inter ortum & occasum expanditur, nonnihil declinans ad Corum atque Eurum: littus nullis brevibus aut

† MSS. simpliciter titulum habebat hunc: *Itinerarium maris Rubri, seu Sinus Arabici, auctore D. Joanne de Castro.*

aut ſcopulis eſt inquinatum, aliove diſcrimine navigantibus metuendum: fundus in ipſa ſtatione arenoſus, nonnullibi & ſaxoſus, ſed ita ut funes non corrodat: Aquilo autem ad hanc plagam tanto impetu in littus incumbit, ut arenas ſublatas ſupra montium ſumma juga efferat. Neque ullus alius eſt locus toto inſulæ ambitu, ubi navis ulla hibernare commode poſſit, ora undiquaque prærupta & altiſſimis montibus cincta, quorum juga in præcipites & pyramidales rupes emergunt. Hic fluxuum atque refluxuum ratio ab Indico mari plane diverſa eſt, nam luna aſcendente ſupra horizontem jam fluctus implevit, & æſtus reciprocare incipit, donec luna ad Inſulæ meridianum aſcenderit, à quo ubi rurſus deſcendere incipit, fluctus impletur, donec luna rurſus horizontem ſubeat. Quod aliquot diebus à me ſedulo obſervatum conſtans & perpetuum opinor. Hæc inſula (niſi fallor) olim *Dioſcoridis* dicta fuit, cum oppido ejuſdem nominis, ut apparet in *Ptolomæi* tabula VI. Aſiæ, licet in ſitu aberravit. Indigenæ religionem Chriſtianam profitentur, quam ſe ab Apoſtolo *Thoma* accepiſſe jactant: nulla ipſis ſimulacra, crucem ſolummodo dominicam ſummopere venerantur, ita ut vix ullum inter ipſos videas, qui non collo appenſam geſtet. In Liturgia ſua illos Chaldæorum idiomate uti accepimus: neque tamen accurate principiis religionis Chriſtianæ imbuti ſunt, ſed melius doceri appetunt, præſertim dogmata & ritus eccleſiæ Romanæ, quam unice probare dicuntur, & pro catholica & vera agnoſcere. Nominibus utuntur uti & nos, mares quidem *Joannis*, *Petri*, *Andreæ* &c. fœminæ autem ut plurimum *Mariæ*. Cæterum neque Regem habent neque quenquam, cui peculiariter pareant, ſed brutorum in modum ſine ullo politico regimine aut juſtitiæ adminiſtratione degunt. Nulla in tota inſula civitas, aut modicum oppidum, magna pars in cavernis aut tuguriis hac illac ſparſis vitam pene ſilveſtrem & barbaram degunt. Cibus illorum carnes & ſilveſtres dactyli; potus lac, aquam rariſſime deguſtant. Procero ſunt corpore atque gracili, vultu decoro, colore fuſco; fœminæ candidiore, facie ſatis honeſta. Mares nudi incedunt, & tantum pudenda tecti panniculo quodam, quem ipſi magna copia texunt, & *Camboli* appellant. Armorum vix quicquam ipſis, præter perpaucos gladios perbreves & obtuſos. Nihil magni momenti fert regio præter aloen præſtantiſſimam

tiſſimam & ſanguinem draconis. Solum in juga aſſurgit & magnam copiam omnis generis animalium nutrit: nullum (1) frumentum aut aliud genus farris producit; non tam vitio ut opinor ſoli, quam induſtriæ indigenarum; nam ſolum in interiori parte inſulæ fæcundum; multæ ibi valles, & patentes campi, culturæ peridonei. Cæterum populus navigandi & piſcandi plane ignarus eſt, licet piſcoſum admodum in ambitu inſulæ ſit mare: pauciſſimas arbores fructiferas habent, præter palmas, quas diligenter colunt utpote potiſſimum vitæ tolerandæ ſubſidium: denique tellus varias herbas ſponte producit, non modo edules ſed & medicas: montes quoque plurimas ſuaveolentes, & inprimis baſilicam.

XXVII. Januar. montem *Adenis* eminus conſpeximus: pulcherrimus hic eſt mons atque editiſſimus, undique præceps & abruptus, variiſque acuminatis conis conſpicuus: à radicibus illius vaſtum ſed anguſtum cornu in mare prominet, quod valide à fluctibus pulſatur, & ſubito ſe flectens duos receſſus ſive ſinus admittit, ad quorum orientaliorem munitiſſima urbs *Aden* ſita eſt. Hic mons olim à navigantibus *Cabubarra* dicebatur, urbs autem *Madoca*. Hæc anno demum CIↃ. IↃ. XXXVII. in Turcarum poteſtatem venit, fraude *Suleymanni* Baſſæ, qui Regem illius ſumma perfidia in hunc pene modum intercepit. Turcarum Imperator Regis *Cambayæ* rogatu magnam claſſem in mari rubro paraverat Indiam petituram, cui Suleymannum Eunuchum, qui Cayro urbi præerat, cum imperio præfecit. Is quum magno numero navium & triremium portum *Adenis* eſſet ingreſſus, Rex & opidani Turcarum perfidiam veriti, aditu quidem oppidi illos arcebant, annonam tamen cæteraque neceſſaria abunde ſubminiſtrabant: *Suleymannus* interim *Adenorum* hoſpitalitatem laudare ſe ſimulans, neque indignari, quod in oppidum non eſſet admiſſus, Regem ſecurum (2) & incautum eouſque pellexit, ut ultro cum ſuo comitatu Turcæ triremem ingrederetur, quo commodius de ſuſceptæ expeditionis ordine & progreſſu inter ſe conferrent: verum miſer ſtatim vinc-

(1) Arrian. *peripl. mar. Erythr. Dioſcoridis inſula, Siagro aliquanto propior, nullas fert neque vites, neque frumentum.*
(2) Rem paulo aliter narrat Maffæus *lib.* XI. itemque frater Ludovicus de Marmol. Carvajal. *lib.* X. de ſuperiore Æthiopia.

Digitized by Google

vinctus & urbe ex improviso capta, ante portam à Turcis suspensus fuit. Suleymannus autem re ex animi sententia gesta & oppido idoneo Turcarum præsidio firmato, *Dium*, uti intenderat, petiit.

Æquor omne, quod inter duo nobilissima Africæ atque Asiæ promontoria interjacet, & circiter quinquaginta octo leucas in latitudinem patet, hodie sinus Arabicus appellatur, veteribus mare *Erythreum* dicebatur. Promontorium Africæ olim (1) *Aromata*, hodie *Guardafu*, appellatur. Asiæ autem olim quidem (2) Syagros, nunc autem Fartaque. Utrimque ab hisce promontoriis ora ad Occidentem se convertens pari fere à se invicem intervallo progreditur ad duo oppida fere è regione opposita, *Adenem* quidem in Arabia, *Zeylan* vero in Æthiopia sive Abyssinorum regione: & ab his porro ad intimum hujus freti sinum, & oppidum *Soez* vel *Suez*. Ab *Adene* autem & *Zeylan* oræ maxima parte desertæ, & raris cornibus & recessibus lancinatæ, sensim sese adducunt, & fretum magis magisque arctatur, donec angustas fauces attingant, quæ à duobus promontoriis utrimque veluti concluduntur: quorum dextrum ad Arabiæ continentem *Possidium* jam olim fuit appellatum: sinistri vero ad Abyssinorum oram nec vetus nec hodiernum nomen hactenus potui indagare. Inter duo hæc promontoria angustiæ hujus freti continentur; quæ ab Arabibus, & qui Indiam incolunt, *Albabo* dicuntur, id est, ostia sive portæ. Atque loco terræ utrimque ita accedunt, ut invitæ divortium nobilissimarum orbis partium ab eluctantis freti violentia pati videantur; nam vix sex leucarum intervallo hic dirimuntur, in quo tot insulæ, tot scopuli sparsi, ut eminus intuentes olim hic mare conclusum fuisse hodieque esse suspicari possint. Oceanus autem magno impetu per varios alveos magnoque æstu perrumpit, introque admissus tot recessus, tot sinus, tot portus facit, tot tantasque insulas, tam varia & diversa fretorum facie

(1) Arrian. peripl. mar. Erytht. *Αρωμάτων ἐμπόριον καὶ ἀκρωτήριον τελευταῖον τῆς βαρβαρικῆς ἠπείρου* &c. *Aromatum emporium & extremum promontorium Barbaricæ continentis.*

(2) Meminit Marcian. Heracleotes, & τὸ ὄρος appellat p. 12. *edit. Oxon.*

facie, ambit dividitque, tam vaſtos interdum fluctus tollit, ut navigantes non fretum inter duas terras utrimque concluſum, ſed vaſtum & patentem oceanum ſibi ſecare videantur. Promontorium porro *Poſſidium*, ut Ptolomæo vocatur, longo collo in altum procurrit, & pone ſe ſinum concludit, ita ut ex alto appellentibus inſula eminus videatur modico intervallo à continente diviſa. Extimo illius angulo, exigua inſula vel potius rupes adiacet, vix lapidis jactu ab illo diviſa, quam *Robonum* inſulam vocant, à naucleris (id enim vox *Roboam* Arabibus ſonat) qui hic incolunt, & naves ex Oceano appellentes non modo intra anguſtias ducunt, ſed & rectum curſum ad loca & portus, quod petunt, certam mercedem pacti commonſtrant. Inſula hæc orbicularis eſt & valde humilis, vix ſextam leucæ partem ambiens, & vado ubi fluctus receſſit ad continentem tranſitur. Illi autem leucæ circiter intervallo verſus Oceanum & oram Africæ adjacet ſeſquileucam longa, quæ illa parte, qua Abyſſinen reſpicit, magnum aperit portum, & adverſus incerta ventorum egregie munitum, ita ut hic ſatis magna triremium aut navium claſſis ſine diſcrimine in anchoris poſſit conſiſtere: qua vero Arabiam aſpicit, nullum non modo portum aut ſtationem habet, ſed ne locum quidem cymbis appellendis idoneum. Hic alveus, inter Corum atque Eurum ſe pandens, & qua patet fere II. orgyas altus, ſine diſcrimine tranſiri poteſt, ſive medium teneas, ſive alterutram oram propius accedas, nam nullis ſcopulis aut vadorum brevibus inquinatus eſt, aut alio diſcrimine metuendus: fundum occupat ſaxi quoddam genus, molle, coralloides vocant nautæ, nulla pene arena, licet diligenter ſcruteris, permixtum. Ubi vero fretum jam ingreſſus fueris, dum portum inveſtigas, qui te ab orientalibus ventis, qui plerumque hic valide perflant, tueatur, altitudo freti nonnihil minuitur, non tamen ſupra IX. orgyas. Præter hunc alveum, qui ob viciniam *Arabicus* vulgo dicitur, plures alii non minus opportuni hic reperiuntur, nam ab inſula *Albabo*, plures aliæ inſulæ hiſce anguſtiis prætenduntur, quæ variis & profundis diſſectæ, non minus quam prior ille, aditum in ipſum fretum patefaciunt; unus autem maxime celebratur, quem ob vicinitatem *Abyſſinum* vocant. XXIX. Januar. altitudinem ſolis in navi dimenſus ſum ipſa meridie, & deprehendi illum ſupra horizontem aſcendiſſe LXII. grad. & XLV.

ſcrupul. declinaverat autem ab Æquatore grad. xv. Idem & à nauclero noſtro in terra obſervatum, ita ut minime dubium ſit ſinus Arabici oſtium & promontorium *Poſſidium* xII. grad. & xv. ſcrup. ab Æquatore divergere verſus Septentriones. Noctu duabus horis poſt mediam noctem ſublatis anchoris ab oſtio freti proceſſimus.

xxx. Januar. oram utrimque conſpeximus, Abyſſinorum tamen terris longe propiores, quam Arabum. Ventus ab Euro flabat, nos autem curſum verſus Corum agebamus per canalem, qui inter Africæ continentem & objectas inſulas ingreditur, iter Luſitanis hactenus intentatum & novum. Sole autem jam exorto, plurimas inſulas longo ordine continenti objectas cernere erat, quæ non minus quam ipſa ora ab Euro in Corum producuntur; ordo hic inſularum ad ſedecim circiter leucas porrigitur: in ipſo etiam canali inſulæ exiguæ utrimque ſparſæ. Iis, qui canalem hunc, quem Abyſſinum vocavimus, enavigare inſtituunt, cavendum eſt, ne noctu illum ingrediantur, aut aura reluctante, nam ultro citroque curſum velificando flectere, impoſſibile, difficillimum autem in anchoris conſiſtere, niſi poſtquam inſulas prætervectus fueris, & novem exiguas inſulas ad dextram habeas, hinc enim jam mare ad dextram patet & inſularum ordo deſinit, quarum nonnullæ duabus leuc. à continente abſunt, maxima autem pars exiguo tantum intervallo. Canalis qui inter Africæ oram & tres priores inſulas concluditur, octo circiter leuc. itinere enavigatur. Denique ut diſcrimen vitetur, continenti propius navigandum quam inſulis, & nauclero, qui horum locorum peritus ſit, viam commonſtrante utendum.

xxxI. Januar. interdiu brevia nobis occurrerunt, ubi fretum haud ſupra vI. ogyas altum erat, quibus ad dextram adjacent inſulæ ſeptem, quas vocant *Germanas*, & petroſus ſcopulus navigantibus inſidioſus, ita ut omnino neceſſarium ſit inſulas haſce vitare, & quam proxime oram continentis radere. Sub veſperam portum Sarbo ſubivimus, ibique anchoras jecimus: hactenus quoque plurimæ exiguæ inſulæ continenti objacent.

Primo Februar. in terram egreſſi, altitudinem accurate exploravimus, & deprehendimus inſulam hanc & portum illius xv. grad. & vII. ſcrup. ab Æquatore declinare verſus Arctum. Viginti quatuor circiter leucis à *Mazua* verſus Auſtrum, &

& quatuor ab Africæ ora, magnus insularum numerus Archpelagi in modum sparsus est, quarum quædam humiles sunt, & pelago pene æquales, aliæ contra ita editæ, ut nubes contingere videantur; inter eas tot sunt alvei, tot sinus, totque portus, ut naves hic consistere possint ab omni ventorum violentia tutæ; omnes autem dulcium aquarum inopes sunt, præter unam valde convexam, quam Lusitani *Balænæ* insulam vocant, à formæ similitudine, ubi & aquatio commoda est, & magna animalium copia, & portus peropportunus. Harum à continente maxime remota Arabibus *Sarbo* vel *Sorbo* dicitur, leucam unam longa, dimidiam lata, humili solo, arbustis quibusdam aut levi gramine vestita; multa quidem vestigia tam hominum quam ferarum à nobis observata, sed unus tantum camelus visus, à quo nomen insulæ dedimus. Aquam nullam licet studiose investigantes offendimus; præter unum puteum è saxo excisum, qui pluviis aquis excipiendis factus videbatur.

IV. Februar. post Solis ortum vela explicavimus, & VII. ejusdem incidimus in plurimas insulas, maximam partem humiles, & tres quatuorve leucas à continente disjunctas, quas ad sinistram reliquimus.

VIII. Feb. rursus solvimus, & cursu versus Corum instituto, sub occasum illius, pene perveneramus ad canalem, qui inter cornu *Dallaquæ*, quod continenti obvertitur, & in insulam *Xameam* se insinuat; sed vespera incumbente cum plurimæ naves nondum advenissent, & difficile esset alveum per tenebras ingredi, auraque jam remitteret, consultius visum magnam partem velorum dimittere, & lenta velificatione proras ad Eurum convertere; tandem anchoras jecimus. Tota hac die multas insulas sub continente conspeximus humiles & fluctibus pene æquales. Ora continentis hic ad Corum vergit usque ad humile terræ cornu, quod insulam *Dallaquæ* respicit; pone quod mare se insinuat intra continentem X. aut XII. leuc. *Dallaqua* insula admodum humilis est, & pelago pene æqualis, sine montibus aut collibus, ullave convexitate; in longitudinem (secundum communem opinionem) patet leuc. XXV. in latitudinem XII. latus illius, quod Eurum adspicit, inter Eurum atque Corum porrigitur, plurimasque minores insulas objectas habet, humiles itidem, ut ipsa est. Hoc solummodo

Digitized by Google

latus legimus, & licet ſæpe bolide jacta fundum exploraverimus, nunquam tamen ullum deprehendimus. Principale oppidum ejuſdem cum Inſula nominis ad caput illius ſitum eſt, quod ad occidentem Abyſſinorum terris objicitur: Nomen habet à decem *Lequis*, quas tributi aut portorii nomine quotannis pendere Regi conſueverat. *Lequa* autem Arabum valet x. mill. *Seraphinorum*, ſinguli porro *Seraphini* Arabum duas *Tangas larinas*; ita ut x. *lequæ* valeant quadraginta millia noſtrorum Cruſatorum. Occidentale inſulæ cornu diſtat à continente ſex ſeptemve leucis; quo intervallo quinque minores inſulæ ſparguntur, valde humili ſolo: harum prima leucam tantum à cornu diſtans, *Xamoa* vocatur, duas pene leucas ambiens, aliquot fontibus rigua: inter quam & dictum cornu principalis alveus ingreditur, per quem expeditiſſima ad portum *Mazuæ* patet via, LXX. orgyas altus; ſolum inſulæ rubicundum eſt, pauciſſimas quidem arbores, herbam vero abunde nutriens. Rex cum ſubditis ſuis Mahumetanus eſt, & maximam anni partem Mazuæ agit, commerciorum cauſa, quæ cum Abyſſinis exercet. Inſula hæc hodie non magni eſt momenti, nam poſtquam *Suaquen*, *Mazua*, *Aden*, atque *Judda* florere cœperunt, commercia hic ceſſarunt, & cum commerciis inſulæ fama evanuit.

XII. Februar cum claſſe *Mazuæ* portum intravimus. Mazua exigua eſt inſula, & valde devexa; in hac olim *Ptolemais* (1) *ferarum* condita fuit: in longitudinem vix quintam leucæ partem patet, in latitudinem longe minus: jacet autem in amplo & tortuoſo ſinu, prope cornu continentis, quod pertinet ad Corum; à continenti anguſto freto, & ut plurimum octo aut novem orgyas alto diviſa, quod portum efficit percommodum, neque ventorum tempeſtatibus inquietum, neque æſtu marino ſævum, ſed fundo cœnoſo. Patet autem in portum aditus

(1) Πρὸς τῇ θήρᾳ τῶν ἐλεφάντων, *ad venationem elephantum*, condita, tradunt Strabo ** & Plinius **, à Ptolemæo Philadelpho. Unde & Πτολεμαὶς ἐπὶ θήρας, & Πτολεμαὶς θηρῶν. Arrian. peripl. mar. Erythr. pr. Πτολεμαὶς ἡ τῶν θηρῶν λεγομένη· ἀφ᾽ ἧς οἱ ἐπὶ Πτολεμαίῳ τῷ βασιλεῖ θηρευθέντες ἐνέβησαν, *Ptolemais Therôn hoc eſt venationum appellatur, ex quo Ptolemæi Regis venatores ad venandum ſolebant excurrere.*

** Lib. 16. pag. 1115. edit. Amſt. in Folio.

** Hiſt. Nat. Lib. 2. Cap. 73. & Lib. 6. Cap. 34.

tus ab aquilone per medium alveum, nam utrimque tam ab insulæ cornu, quam à continentis angulo vada in altum descendunt, quæ navigantibus caute vitanda, alveumque angustiorem reddunt. Haud longe ab insula *Mazua* versus Austrum & Africum duæ aliæ insulæ jacent, quarum quæ continenti proxima est, major censetur altera, quæ longius à continente versus Africum deflectit. Hæ tres insulæ veluti in triangulo jacent, humiles & infæcundæ & dulcium scaturiginum expertes, nam *Mazua* tantum cisternas aliquot habet in usum incolarum. Inter has multa vada & brevia sparsa, per medium tamen illorum alveus quidam exit, quem triremes aliaque navigia, quæ remulco trahuntur, cum fluctus implevit, transire possunt. *Mazua* olim quidem Abyssinum dominum agnovit, sicuti & omnis ora à promontorio *Guardafu* ad oppidum *Suaquen*: Sed jam ab aliquot annis Rex *Dallaquæ* illam usurpavit, & magnam anni partem hic habitat, commerciorum gratia cum Abyssinis, à quibus multum auri & eboris mercatur. Aer hic valde insalubris est Majo & Iunio mensibus ob malacias & intolerabilem æstum, ita ut Rex & reliqui incolæ hisce mensibus illam deserant, & *Dallaquam* concedant. Continens sinum hunc ambiens, in qua *Mazuam* jacere diximus ad oram, in altissimos montes assurgit, usque ad *Arquitum*, ubi ora paulatim se dimittit, & sub montibus planiciem & campos aperit. A *Mazua* ad *Arquitum* unius leucæ iter est versus Austrum. In montibus autem illis & campestribus locis magna omnis generis ferarum copia est; elephanti, tygres, lupi, ursi, cervi, alces, aliæque Europæis ignotæ; unde non immerito *Ptolemaidi ferarum* nomen hæsit. *Mazuam* autem eandem esse cum *Ptolemaide ferarum*, distantia ab Æquatore, quam huic tribuit Ptolemæus, evincit, quæ est XVI. grad. XXX. scrup.

Presbyter *Joannes*, qui alio nomine Rex Abyssinorum dicitur, Æthiopiæ omni sub Ægypto imperat, quæ una est è maximis provinciis totius universi: initium enim sumit à promontorio *Guardafuio*, & secundum oram maris Erythrei pertendit ad opulentissimam urbem (1) *Suaquen*: ad Austrum Nubiensium

Digressio de Regno Abyssinorum.

(1) Plura de hac habet, æstuque ejus incredibili, rerum Æthiopicarum indagator felicissimus Iobus Ludolfus *hist. Æthiop. lib.* 1. *cap.* 5.

Digitized by Google

ſium terris clauditur, qui bellicoſiſſimus populus inter *Æthiopiam* hanc & *Thebaida* Ægypti medius eſt, & immenſis terrarum ſpatiis per *Lybiam* interiorem ad Occidentem ſe extendens, Regnum Congo aliqua parte attingit. Hinc ſecundum Nili fluenta & fontes, lacuſque, per vaſtas ſolitudines & cultas regiones ad mare barbaricum deſinit verſus Auſtrum; quod mare veteribus ignotum hodie à noſtris ſecundum *Melindæ* oram prætcrnavigatur.

Voff. de Nil. cap. 15.

Nilus fluvius hodieque antiquum nomen obtinet, nam & Abyſſinis, Ægyptiis, Arabibus, atque Indis *Nil* appellatur; ejus fontes & lacus, è quibus exit, in finibus Abyſſinorum jacent, qui hiſce dividuntur à *Cafris*, qui Africæ oram à *Mozambico* ad *Melinden* uſque accolunt; quod Abyſſinis gnarum, à quibus hoc accepimus, ſatis arguit fontes hujus fluvii antiquis fuiſſe incognitos; neque magis vero conſentaneum, quod veteres tradunt, flumen hoc per intervalla abſorberi rurſuſque emergere, quum ab ipſa origine ſemper conſpicuum vaſto & alto alveo ad exitum uſque pertendat. Incrementorum autem illius & inundationis, de quibus veteres Philoſophi acriter inter ſe contenderunt, hanc cauſam ab Abyſſinis nullo negotio didici: Hyems illorum initium ſumit ab exitu Maji, & Junio, Julioque, & parte Auguſti durat, quibus menſibus tam continuo tamque valide hic pluit (præſertim Junio & Julio, nam Auguſto nonnunquam ſerenare incipit) ut ſolem videre ea tempeſtate pro miraculo habeatur, & campi atque adeo omnis planicies ita ab aquis pluviis rigatur, & operitur, ut iter agere pene impoſſibili ſit; porro hæc aquarum diluvies nullum locum quo ſe colligat habet, præter lacus Nili & ejuſdem alveum (nam ad Orientem & maris Erythrei oram regio altis montibus cingitur) qui tantarum undarum confluxu in immenſum auctus ripis coerceri non poteſt, ſed ubicunque humiliores & planiores campos offenderit, eiſdem ſuperfunditur, idque quo humilius eſt ſolum eo copioſius, ut in Ægypto manifeſtum eſt. Quum igitur Nilus in Ægypto ſolſtitio æſtivo augeri incipiat, id eſt, menſe Junio, cum Sol Cancri ſignum ingreditur, magis autem atque magis intumeſcat menſe Julio, & demum menſe Auguſto eiſdem momentis decreſcat, quibus auctus fuit, donec in priſtinum alveum regrediatur, eiſdemque menſibus in Abyſſine hybernum & pluvium tempus & inchoetur & deſinat, non diffi-

difficile eſt colligere Nilum hinc oriri, & hinc incrementi atque decrementi ſui cauſas accipere. De pluviis autem hiſce nihil eſt dubitandum, nam & ipſe *Mazuæ* menſe Junio & Julio, ingentes nimbos, tonitrua & fulgura ſum expertus; intra continentem vero obſcuriſſimas nebulas & nubila atque horrendas tempeſtates è longinquo erat cernere, quæ tamen adhuc longe gravius in mediterraneis accidere Abyſſini teſtabantur. Porro flumen hoc multas inſulas ambit, & præſertim unam grandiorem, in qua maximam & opulentiſſimam urbem conditam ferebant (quam ego *Meroen* antiquorum eſſe ſuſpicor) & tam in inſulis hiſce quam ipſo flumine, fera & hominibus admodum infeſta animalia reperiri, quibus crocodilos notari credo. Eorum porro, quæ veteres narrant de Nili cataractis, & accolis, qui præ ingenti aquarum ſtrepitu ſurdi naſcantur, hoc ſaltem veriſſimum comperi, Nilum certo loco, quem ipſi deſignabant nominabantque, ab altiſſima rupe in profundam abyſſum, præcipitem cum ingenti undarum murmure ruere, cætera ipſis ignota erant. Multa hic de Abyſſinorum moribus atque inſtitutis adferre poteram, niſi metuerem nimis longa digreſſione inſtitutum Itinerarii ordinem interrumpere; itaque tantum res quaſdam memorabiles breviter hic perſtringam, & maxime de magni hujus Imperii decremento, & pene occaſu, qui in noſtra tempora incidit.

Presbyter *Joannes*, *Alini Tingil*, & poſtea *David* appellatus, qui anno CIƆIƆXXX. latiſſime in Æthiopia imperavit, in tantum efferatus fuit, & tam immanem ſævitiam in ſuos exercuit, ut omnium Abyſſinorum odium merito incurreret. *Gradametus* illis temporibus *Zeylæ* regnabat, qui tempus ſibi peropportunum nactus, bellum Abyſſinorum Monarchæ indixit, non tam viribus ſuis fretus, quam Abyſſinorum diſſidiis & in Principem ſuum odiis; à quibus & forte clanculum fuit permotus & in Regnum vocatus. Hic itaque fines Davidis ingreſſus ſtatim aliquot oppida ex improviſo cepit, & ſpoliis liberaliter inter milites ſuos diſtributis (inter quos trecenti ſclopetarii Turcæ erant, potiſſimum exercitus illius robur,) oppidanos omnes in libertatem reſtituit, & gravia vectigalium onera, quæ *David* impoſuerat, benigne remiſit: qua humanitate & munificentia, non modo plebis, ſed & procerum & nobilitatis Abyſſinæ favorem, mirum in modum, ſibi conciliavit.

David hisce damnis à Rege *Zeylæ* acceptis mature obviam eundum ratus, duces suos cum valido exercitu illi objecit, qui manu conserta, à sclopetariis Turcis, insolito armorum conspectu, & destinatis ictibus, (quibus multi passim cadebant) territi, statim fugerunt: *Zeylanus* tanta & tam insperata victoria ferox, & magnis Abyssinorum, qui ad illum defecerant, copiis auctus, illam Æthiopiæ partem, quæ *Magadoxa* & *Melinde* ab Austro concluditur, pervastare aggreditur, quo sibi celerius & facilius aditum aperiret, ad montem quendam, quo non modo hujus sed & superiorum Regum thesaurum abscondi constans fama erat. Abyssinus vero cum animadverteret suos quotidie ad hostem deficere, quantocius cum illo prælio decernere in animum induxit: itaque omnibus suis copiis in unum collectis, ad hostem magnis itineribus contendit, & pugnæ copia facta, cum milites illius sclopetariorum impetum & aspectum ferre non possent, ingentem cladem accepit, & omnibus pene copiis exutus, præpropera fuga se in montana recepit, ubi ex animi mœrore decessit anno CIↃ. IↃ. XXXIX. *Zeylanus* victoria utendum ratus, magnis itineribus ad montem contendit, eumque, licet aditu difficillimus & pene inaccessus esset, & fortiter desuper à præsidiariis defenderetur, tandem superavit, & tam immensi thesauri se compotem fecit, qualem vix ullo seculo uno loco congestum fuisse veteres annales produnt. Post obitum vero *Davidis*, proceres, qui in fide & obsequio illius perstiterant, filium illius admodum juvenem surrogarunt. Verum infideles jam maxima Regni parte potiebantur, & ne quid adversæ illius fortunæ deesset, frater ipsius proceribus aliquot corruptis, alia parte Regnum invadere tentavit: quæ discordia Abyssinorum imperium porro inclinavit. Æthiopiæ rebus in hunc modum turbatis, & juvene Rege cum domesticis hisce malis confligtante *Zeylanus* cum valido exercitu supervenit, cui quum omnibus modis impar esset, ad montana Judæorum se recipere coactus fuit. Notandum autem in medio Æthiopiæ vastissimum & editissimum montem consurgere, unico aditu, eoque perdifficili pene inaccessum, in vertice autem planum, & fontibus quam plurimis riguum, frugum & animalium copia divitem: hic populi quidam degunt, qui leges Mosaicas observant, quum in reliqua Æthiopia nulli penitus Judæi reperiantur. Quomodo & quando hic sedes

Digitized by Google

ſedes fixerint in obſcuro latet, neque indagare potui, cur nunquam ab hoc monte deſcendant, & cum ceteris Abyſſinis converſentur. Judæi hi Regem Abyſſinum fugitivum & benigne ſuſceperunt, & fortiter adverſus Mahumetanos ſunt tutati, ita ut Zeylanus de victoria deſperans retroceſſerit. Dum hæc geruntur *Mazuam* cum claſſe applicuimus, quæ res Mahumetanorum animos multum dejecit & Abyſſinorum non parum erexit, ita ut Rex è monte deſcendere auſus, cum ſuis ad montes mari & *Mazuæ* vicinos accederet, & crebro querulas literas ad nos daret, quibus omnibus nomen Domini noſtri Jeſu Chriſti crucifixi præpoſitum erat: quibus reſpondentes, quum certam ſpem auxiliorum feciſſemus, iter verſus *Soez* promovimus, & *Mazuam* poſtea reverſi quingentos milites & impigrum Tribunum ipſi ſubſidio miſimus. Et hiſce actis recta verſus Indiam remeavimus, nec quid poſtea in Abyſſine geſtum fuerit hactenus comperi.

Abyſſini naturâ cæremoniis ſunt addictiores & honorum appetentes: arma illorum ſunt ſagittæ, in quibus & lanceam, qua Chriſti latus perforatum eſt, & crucem exprimunt; pauci brevibus gladiolis utuntur: equites ſunt dextri: ſed veſtium pene inopes: moribus pravis, vani, mendaces, & latrociniis atque rapinis deditiſſimi. Licet aurum magni faciant, tamen non æſtimantur inter eos locupletes, qui multum illius poſſident, ſed qui armentorum & camelorum habent copiam: in patria abjecti ſunt & timidi, in aliena fortes & induſtrii, adeo ut in proverbium abierit per totam pene Indiam, optimum Laſcarinum (id eſt militem) Abyſſinum eſſe oportere, tantique in *Cambaia*, *Ballagate*, & *Bengala* æſtimantur, ut plerumque in exercitibus primos ordines ducant. Amictus illorum vilis, induſia è lineo panno.; nobiliores interdum *Preden* geſtant (amiculi id genus eſt) tenuiores fere nudi incedunt, aut vili panniculo amicti. Cibus illorum carnes, quas fere crudas aut leviter toſtas dilacerant. Nullæ ipſis urbes, ſed in tentoriis degunt more Arabum vagorum. De Regina *Sabæ* plurimum gloriantur, quam *Mazuæ* aut, ut alii volunt, *Suaquæ* navem conſcendiſſe narrant, & magni pretii gemmas Regi Solomoni largitam eſſe, & ab illo imprægnatam in Regnum ſuum rediiſſe. Sed ad propoſitum revertamur.

XIX. Februar. ſole oriente, è ſinu qui dimidiam leucam abeſt

eſt à *Mazua*, ſolvimus: erat autem dies nubilus & pluvioſus: hic navium numerum iniens, deprehendi LXVI. quæ remis impellebantur.

XX. Feb. ſub veſperam caput inſularum, quæ hic ordine quodam continenti obverſantur, pene attigeramus, quatuordecim circiter leucas à Mazua provecti; omnis autem ora hactenus vergit verſus Corum: quatuor autem leucis à continente aliæ inſulæ ſparguntur, humili ſolo, & in ambitu ſcopulis & brevibus incinctæ; in tribus illarum *Harate*, *Dohul*, & *Damanill* ſcaturigines dulcium aquarum reperiuntur, armenta quoque & pecudes, atque paucæ inopes caſæ. Noctu prima vigilia, cum ventus ab ortu vela impleret, verſus Corum proceſſimus, ſecunda autem vigilia ex improviſo incidimus in candidas maculas, quæ veluti ebullientes flammulas quaſdam inſtar fulgurum ejaculabant, itaque rei novitate attoniti quam primum vela dimiſimus, & vada ſubeſſe rati bolidem jecimus, ſed viginti ſex orgyarum altitudinem deprehendentes, ſimulque obſervantes barbaros naucleros hac re nequaquam commoveri, rurſus vela explicuimus.

XXI. Summo mane ad dextram conſpeximus humilem inſulam, quæ naucleros noſtros Mahumetanos ſollicitos habuit.

XXII. Sub auroram vela explicuimus, nauclerus autem meridie altitudinem dimenſus, nos XVIII. grad. & XXX. ſcrupulis ab Æquatore abeſſe obſervavit. Jamque ad oblongum & arenoſum terræ cornu perventum erat, quod continens hic vaſte in altum emittit; hoc ſuperato æquor placidum offendimus & proris ad Corum verſis, prima poſt meridiem hora *Maratæ* portum ingreſſi ſumus. Omnis ora, quam hac die vidimus, inter Corum atque Eurum jacet, humilis admodum & collium expers, verum interiora ſeſe in montes, qui nubes tangere videntur, erigunt.

Marate eſt inſula humilis, ſolo infœcundo & inculto, aquarumque inope; abeſt à *Mazua* leuc. LXV. ſeſquileucam ambitu capit, formæ pene orbicularis, & à continente trium leucarum intervallo diviſa; ad latus illius, quod Africum ſpectat, percommodus eſt portus, ab omnibus ventis tutus, præſertim iis, qui flant ab Oriente, nam inſula hic duos angulos vaſte in altum projicit, & magnum aperit ſinum, cujus ori humilis & oblonga inſula objicitur, & arenarum aliquot pulvilli, qui majores

jores fluctus sinu prohibent: duo habet ostia, unum ad Orientem, alterum ad Occidentem, utrumque pone angulos illos prominentes, qui portum faciunt, se aperit. Illud denique, quod est ad Orientem, inter Arctum atque Austrum panditur, tres orgyas, ubi minimum, altum; ipse portus altior est, fundo cænoso. Hic noctu stetimus.

XXIII. Sole jam exorto è portu *Maratæ* solvimus, altitudinemque fluctuum periclitati septem orgyas deprehendimus, fundum arenosum. Hora undecima matutina duas exiguas insulas conspeximus longe à continente, quarum una *Daratata*, altera *Dolcofallor* dicitur, à qua ad Suaquen unius diei iter est. Post meridiem cursum instituimus versus Corum, paulum versus Favonium declinantes, & sub vesperam jam canalem ingressi, qui *Suaquen* ducit, recta versus Corum, vix leucam unam provecti, vada obvia habuimus, & ut illa declinaremus, cursum fleximus magis ad Occidentem trium leucarum spacio, ubi magna insula nobis occurrit; qua conspecta, velificando ad continentem vertimus, & sub vesperam anchoras jecimus inter petrosa vada, ubi portus se aperit, quem vocant *Xabaquen*, quod nomen lingua Arabica rete denotat. Nauclerus meridie altitudinem dimensus, paulo minus novendecim grad. ab Æquatore nos abesse deprehenderat. *Suaquen* tam multa sunt & ita inter se confusa, ut ea designare aut depingere perdifficile sit, saltem ut intelligantur, nedum ut idonee declinentur: plurimæ enim hic insulæ, scopuli, vada, arenarum pulvilli, & alvei eisdem permixti. In ipso horum vadorum ingressu, ad dexteram primo occurrit vadum, super quod fluctus valide franguntur, & mare supra modum æstuat; ad sinistram vero parva insula inter Aquilonem & Africum à vado divisa paulo minus leuca; simulatque ingressus fueris, canalis se late pandit, & qno magis provectus fueris, eo plures & pene infiniti scopuli, insulæ, vada ad dextram & versus altum se ostentant; ad sinistram longe pauciores, licet æquor hoc longe inquinatissimum sit. Potissima cautio est, magis ad dextram, quam ad sinistram declinare. Latitudo autem alvei, qui inter utraque ducitur, quibusdam locis dimidiam leucam, aliis quartam partem leucæ, paucis vix minoris colubrinæ jactum patet. Canalis in ipso aditu sex orgyas altus est, & ad portum usque Xabaque nusquam pauciores, neque plures quam duodecim.

Digitized by Google

Ab ingressu ad portum *Xabaque* quinque numerantur leucæ, ad exitum autem octo aut novem, ubi alius canalis initium sumit, tutior & majoribus navibus opportunior. Licet & omnibus insulis & vadis procul ad dextram relictis proxime continentis littus vela facere, atque hæc tutissima & amœnissima est via.

XXIV. Feb. Sole oriente è portu *Xabaque* soluimus, & tam angustum canalem enavigavimus, ut tantum unius navis simul capax esset, ab ora autem continentis majoris tormenti jactum, ubi maximum, ubi minimum, balistæ tantum divisi. Multi scopuli & vada utrimque jacent, sed quæ facile dignosci & vitari possunt: nam fluctus, qui superfundunt, aut virides aut rubicundi apparent, ubi autem hi colores absunt, & aqua fusca apparet, hic alveum altissimum & minime impeditum esse constat: cæterum per hunc canalem non sine discrimine vecti, post undecimam matutinam anchoras jecimus pone humilem & orbicularem insulam novendecim ab æquatore gradib. versus Arctum. Ptolomæus ad hanc altitudinem montem Satyrorum collocat, cujus apud naucleros Mahumetanos nulla memoria est; sed in terram egressus dimidiam pene leucam innumera vestigia variorum animalium offendi, quæ omnia ad littus ducebant, itemque picarum incredibilem pene multitudinem: credo hinc fabulam de Satyris qui hos montes inhabitarint originem sumpsisse. Notandum porro est, canalem hunc quatuor leucarum itinere à *Xabaque*, nimirum ad hanc insulam, non plus quam XI. aut minus quam duas orgyas & semissem altum deprehendi, & fluctus ad insulam non supra dimidiam ulnam augeri: æstus autem hic accedere incipit, ubi sol supra horizontem ascendit, eodem prorsus modo, quo ad insulam *Socatoram*.

XXVI. Febr. Summo mane ab insula decessimus, remigio utentes, secundum petrosum vadum, quod hic littori æquali pene ubique intervallo prætenditur, à quo reliqua quoque continentis ora crebris scopulis & vadis inquinata est: ad dextram vero & versus altum expedita sunt omnia. Sub nonam rursus anchoras jecimus ad exiguam insulam multis scopulis & vadis cinctam, inter quæ tamen satis opportunus portus se aperit: distat autem à superiori illa sesquileucam, à *Suaquen* autem quinque leucas versus Austrum.

XXVII. promovimus à secunda hac insula sesquileucam, & anchoras jecimus in XXV. orgyis. XXVIII.

XXVIII. die illucescente vela explicuimus, & sub horam nonam in anchoris constitimus, duabus circiter leucis à continenti, fundo cænoso & levi arena permixto, XXIII. org. alto. Hinc quoque vadorum brevia prætervecti sumus, sed quæ fluctuum colore ut supra se produnt. Hora dein secunda post meridiem anchoras refiximus, & sub vesperam rursus dimisimus haud longe ab insula, quæ distat sesqui-leucam à portu *Suaquen* versus austrum: Continentis ora ab Euro in Corum se producit, & scopulis passim inquinata est, qui ad dimidiam leucam in altum descendunt: cæterum quoad soli faciem nihil discrepat.

I. Martii superatis vadis ad continentem vertimus, & per certum alveum *Suaquæ* portum sumus ingressi.

Suaque superioribus seculis *Aspi* portus dicebatur, uti videre est apud Ptolomæum in tertia Africæ tabula. Una ex opulentissimis urbibus totius Orientis, sita ad Æthiopiæ sub Ægypto continentem, quæ hodie *Abyssina* appellatur. Quatuor autem rebus cum celeberrimis locis contendit: I. opportunitate portus: II. facilitate onera è navibus exponendi, & rursus in eas imponendi: III. commerciis cum plurimis & longe dissitis nationibus: IV. situ oppidi à natura & opere permunito. Portus quippe à natura ita comparatus est ut nulla tempestas, nullus maris fervor illum quaquam ingredi possit; intus autem tam placidum stat mare, & tam lente movetur, ut vix ullum maris æstum sentias: fundus cænosus & passim quinque aut sex orgyas altus; portus denique, ducentarum navium & longe plurium triremium capax est. Naves autem in ambitu urbis, ponticulo sublicio in ipsas mercium apothecas exporrecto; triremes multo adhuc facilius ipsis ædium postibus alligatæ, prora in plateas inclinata, onera sua nullo negotio accipiunt aut exponunt. Commerciorum autem ratione, quæ hic cum longe dissitis nationibus exercentur, nescio an ullum emporium ipsi comparari possit, nisi forte *Ulisippo* in Lusitania: commercia enim exercet *Suaque* cum India intra & extra Gangem, id est, cum *Cambaya*, *Tanazarin*, *Pegu*, *Malacca*; in ipso Arabico sinu; ex omni denique Æthiopia & Abyssinorum terris magnam auri atque eboris vim colligit. Difficile autem est explicatu, quam sit situs urbis. . . . .
. . . .
. . . .

li jactum; dehinc oræ utrimque se in circum agunt, & intus pulcherrimum efficiunt portum, ab omni discrimine tutum, circiter leucam unam longum & dimidiam latum, in medio altum, ad ora utrimque vadosum: nulla hic aquandi opportunitas. Hic visum majorem partem classis *Mazuam* remittere, & tantum cum sedecim liburnicis procedere.

XXX. Martii: *Arequea* solvimus, & quatuor leucas provecti, in portu *Salaquæ* anchoras jecimus: idem pene oræ ductus: continens littori incumbens in colles & tumulos assurgit, pone quos vasti montes se attollunt; cum hactenus omnis ora humilis fuerit.

XXXI. E *Salaqua* profecti, sub vesperam substitimus ad latus vadi, quod abest à continenti circiter leuc. Hoc die pene XVII. leucas promovimus, ita ut jam suaque abessemus XLIII. leuc. ora autem inde à *Salaqua* multum incurvatur, & quidem à *Raseldoar* unius leucæ spatio ad Boream tendit, & cornu quoddam projicit arenosum, supra quod tredecim tumuli sive eminentia saxa visuntur, quæ nauclerus Mahumetanus monumenta esse testabatur, & ab hoc cornu (*Calmes* dicto) duarum leucarum intervallo, ora se flectit versus Corum usque ad prædictum vadum. Cornu autem hoc celeberrimum & notissimum est totius oræ, quum omnes qui à *Mazua* aut *Suaque* navigant versus *Juddan*, *Alcozer*, aut *Toro*, hoc necessario adire cogantur. Mare autem toto hoc XVII. leucarum itinere tot brevibus & arenarum pulvillis scopulisque inquinatum est, ut summa cura atque industria hic sit navigandum. Inter *Salaquam* & *Raseldoar* tres insulæ continenti objacent, in triangulum digestæ, propius tamen *Raseldoari* quam *Salaquæ*; maxima illarum appellatur *Magarzaon*, circiter duas leucas longa, editissimo solo & aquarum indigo; abest à *Raseldoare* III. leuc. inter Arctum & Austrum: secunda, quæ *Elmante* dicitur, longius abest à continente, ejusdem conditionis: tertia æquori pene æqualis est, & arenosa, cujus nomen ignoro, abest à *Salaqua* leuc. IV. versus *Raseldoar*.

II. April. à vado solvimus, & remigio secus oram provecti circiter IV. leu. fluvium *Faraten* attigimus: à quo rursus vela explicantes post unius leucæ iter pulcherrimum portum sumus ingressi, qui *Quilsit* appellatur: toto hoc die versus altum quidem vada quædam, ad continentem autem nullas rupes observavimus. *Farate* magnus & pulcherrimus amnis, distat ab Æquatore versus Arctum XXI. grad. & XL. scrupul. Alveum illius pene-

tor-

tormenti jactum latum concludunt utrimque duo humilia terræ cornua, à quibus utrimque vada descendunt, ita ut alveus medius recta versus occasum continentem invadat; utraque ripa humilis est, arboribus nuda, & vix quicquam herbidi sortita: amnis ostium xxx. orgyas altum paulatim ad xviii. ascendit.

Quilfit portus non modo pulcher, sed & tutus, valdeque opportunus, quum semel ingressis nullæ tempestates aut alia discrimina metuenda sint; à duobus humilibus promontoriolis aditus illius utrimque veluti clauditur, quæ quartam leucæ partem à se invicem distant; intus portus pene tres leucas in ambitu patet, nusquam non fidam stationem navibus præbens, & pene ubique xii. orgyas altus, præterquam prope littus, ubi aliquot scopuli sparsi. Distat à flum. *Farate* leucam unam, intermedio spatio montes oram obsident, quorum unus præ cæteris vaste se attollit.

iii. April. è *Quilfit* summo mane profecti, & remigio oram radentes, sub vesperam portum intravimus, qui Arabibus dicitur *Igidid*, id est, novum caput; confectis illo die xi. leucis, & toto illo spatio longe paucioribus vadis quam ante deprehensis. Duabus à Quilfit leucis Moamaa perpulcher portus jacet, à cujus cornu ad alterum oblongum & arenosum ii. leuc. intervallo ora inter Austrum atque Arctum patet. Porro *Igidid* portus quidem est exiguus sed peramænus, distatque à *Suaquen* leuc. lv. intus ita orbicularis, ut torno factus videatur; utrimque autem ori illius duo cornua incumbunt; solis orientalibus ventis expositus, à ceteris satis tutus est, & fundo nullis vadis aut scopulis infecto: in ipso aditu xviii. orgyas altus, intus xiii. continet, in ambitu mediam leucam. Omnino notandum est, non modo hunc portum sed & reliquos portus atque amnes, quos toto hoc tractu adivimus, non modo in ipso aditu sive vero ostio nulla habere brevia, verum etiam altissimos esse. Hic in continenti offendi arbores quasdam, quarum truncus & rami suberi persimiles erant, quippe haud dissimili cortice vestiti, cætera multum ab illo diversæ, nam folia grandia sunt & lata, & admodum crassa, viridiaque, & tumentibus venis; florebant autem tum, & flos adhuc clausus malvæ flori itidem clauso plane congruebat, nisi quod candidissimus esset; apertus vero candido nigellæ flori simillimus erat: tumuli denique & folia fracta

lacteum quendam ſuccum large effundunt. Secundum oram hanc univerſam vix aliud arborum genus vidimus præterquam in nemore quodam prope Mazuam.

IV. April. à Solis ortu ad horam undecimam ſæva tempeſtas ingruit à Coro; & ab illa hora tonare cœpit & grandinem fundere; quo factum eſt ut ventus fere ad omnes plagas ſe converteret. Hic exſcenſione facta & mathematicis inſtrumentis rite diſpoſitis, aliquoties latitudinem accuratiſſime dimenſus ſum, & deprehendi hunc portum viginti duobus gradibus ab Æquatore abeſſe verſus Arctum. Licet autem hoc cum ſummâ cura à nobis fuerit obſervatum, tamen error ſubeſſe poteſt; quia radii ſolares ita æſtuabant, ut inſtrumenta præ nimio calore dehiſcerent.

VI. E portu *Igidid* ſolventes illo die vix tres leucas & dimidiam profecimus. VII. vento adverſo, remigio circiter tres leu. promovimus, & ſub horam octavam antemeridianam liburnicas ſaxis alligavimus, quæ cornui oblonge objacent, quod mox *Startam* appellabo: ſub meridiem vela expliciumus, non ſine metu, ob incredibilem pene utrimque adjacentium vadorum & pulvillorum copiam: ita ut vela tandem ſubmittere cogeremur & remis incumbere: ſub occaſum ſolis percommodum portum intravimus, qui *Comol* appellatur.

A cornu terræ, quod II. leu. præter portum *Igidid* jacet, ad alterum oblongum & fluctui pene æquale circiter quatuor numerantur leucæ inter Eurum & Corum: intermedio autem intervallo magnus & famoſus receſſus eſt, & in parte illius, quæ verſus dexterum promontorium vergit, portus ita ob omni parte concluſus, ut nullæ ventorum tempeſtates navibus hic incommodare poſſint, & valde profundus. Promontorium vero exiguo freto à continente dividitur ita ut latitudinis & ſitus ratione inita ſine dubio videatur inſula illa eſſe, quam Ptolomæus vocat *Startam*. Ab hac ad magnum cornu, quod continens ſupra portum *Comol* in altum projicit, V. ſunt leuc. inter quæ duo cornua alius receſſus eſt. Ora autem omnis ab Igidid uſque ad portum *Comol* pene in parvos tumulos & valde contiguos ſeſe attollit: ſupra quos fere leucæ intervallo tellus in altos & vaſtos montes aſſurgit, & plures faſtigiatos conos exſerit, peramæno aſpectu; qui quo propius ad *Comol* accedunt, eo magis ipſi littori incumbunt, & altiores ſunt, donec dimidia à Comol leuca veluti ſubſidant. *Comol*

Comol abest à portu *Igidid* XI. leuc. & à *Suaque* LXVIII. viginti duobus gradib. & XXX. scrup. ab Æquatore versus Arctum. Portus hic situs est ad caput secundi hujus recessus sub ipso pene cornu, quod terra, quæ versus Corum jacet, exserit, & licet haud ita amplus sit, tamen valde tutus est & peridoneus: nam versus altum certa vada objacent, quæ fluctuum impetum frangunt; ora omnis in ambitu peramæna est, plana, populoque frequens è *Badoum* gente. Ipsum autem cornu vaste in altum prominet planum & æquori pene æquale. Promontorium hoc, si ea quæ à Ptolomæo in tertia Africæ tabula designantur, recte perpendantur, fuerit illud, quod ab illo *Prionoton* appellatur, quia altissima montium juga, quæ secus oram hanc producuntur, hic desinunt. Tribus horis post mediam noctem solventes, remigio liburnicas impulimus secundum oram, & mox omnia vela expandimus; verum ante solis ortum, quum liburnicæ aliquot vadis impingerent, rursus dimisimus & remigio usi sumus. VIII. April. summo mane pulchrum & amplum sinum intravimus, cujus nullum finem versus Arctum & Corum videre erat; altum itaque tenuimus, sed vada & brevia tot tantaque utrimque apparebant, ut mirum videretur, quomodo inter illa, nunc ad dextram nunc ad sinistram declinando, eluctaremur. Sub vesperam proras saxis, quæ magno vado incumbebant, alligavimus.

IX. Rursus solvimus, & portum inter magnum vadum subivimus, qui *Xaabeliden* appellatur. Huic in alto objacet insula *Zomorgete*. A cornu terræ ad alterum cornu, ora trium leuc. & dimidiæ spatio, inter Aquilonem & Africum jacet; statimque ab hoc cornu ora magni sinus flectitur versus Occidentem, atque iterum reflectitur, & variis flexibus atque reflexibus magnum ambitum absolvit, & demum revertens versus Ortum, vastum cornu in altum ejicit, quod Arabes *Rasɛlnaxel*, id est, Siccum cornu vocant; Ptolomæus promontorium *Pentadatilon*, uti in tertia Africæ tabula videre est. Insula *Zomorgete* ab hoc versus Ortum distat circiter VIII. leuc. Atque hinc porro, ut Arabes naucleri monebant, ora utrimque conspicitur; Arabiæ tamen continens longius ab insula abest: hæc insula edito & sterili est solo, & à Ptolomæo dicitur *Agathon*; adjacet altera longe minor, cujus ille meminit. Porro vadum *Xaabeliden* penitus extat è fluctibus, & sese aperit ad brachiorum humano-

rum modum, unde & nomen apud Arabes invenit; *Xaabeliden* enim ſonat vadum manuum: portus autem verſus continentem jacet, incurvis hiſce brachiis fluctuum violentiam frangentibus: hoc vadum abeſt à *Raſelnaxef* circiter leucas IV.

x. April. velis expanſis verſus Boream promovimus, aura valide flante, & hora nona inſulam *Cornaquam* offendentes inter illam & continentem enavigavimus. Hæc inſula exigua eſt & ſterilis, diſtat à continenti ſeſquileucam; forma repræſentat ingentem lacertum, anterioribus cruribus divaricatis, unde à navigantibus ut plurimum obſervatur; abeſt à *Zomorgete* via VI. leuc. Hinc adnavigavimus magnum terræ cornu, quod vaſte in altum prominet, & *Raſelente* Arabibus dicitur, id eſt, promontorium naſi. Promontorium hoc nullos habet colles, ſed vaſta planicie circumdatur, nullis arboribus veſtita, ac ne herbidi quidem quicquam ſortita, in ipſo autem cornu peramplum templum jacet ſine ullis aliis ædificiis. Percelebre eſt hoc promontorium, quia hoc ſuperato navigantes ſe jam omnibus periculis defunctos opinantur. Hoc circiter III. leuc. prætervecti altitudinem dimenſi ſumus XXIV. grad. & X. ſcrupul. ab Æquatore verſus Arctum. E quo manifeſtum eſt promontorium hoc abeſſe ab Æquatore grad. XXIV. atque hic olim ſitam fuiſſe urbem *Berenicen*; nam Ptolomæus conſtituit illam ſub ipſo Cancri tropico, veteres autem maximam ſolis ab Æquatore declinationem faciebant XXXIII. grad. & L. ſcrupul. Et Plinius *lib.* VI. de *Berenice* agens ſcribit ibidem ipſo die ſolſtitii ſexta hora umbras in totum abſumi. Paulo ante veſperam inſulam *Xuarit* attigimus, quam prætervecti certa vada & rupes offendimus, & in portu ſatis commodo anchoras fiximus, qui Arabibus dicitur *Cial.* Circa hæc vada tantam multitudinem volucrum conſpeximus, quantam hactenus in hoc freto non videramus, abeſt autem *Cial* à *Suaquen* leuc. III. A *Raſelnaxef* ad inſulam *Xuarit* XVI. aut XVII. numerantur leucæ; toto autem intervallo à promontorio ad *Cial* uſque mare tantum tribus locis vadis & ſcopulis contaminatum eſt, primo ad orientale inſulæ *Cornaquæ* latus, ubi ingens vadum extat, & variis ſaxis diſtinguitur, ſecundo ad inſulam *Xuarit*, à qua dextra lævaque tot vada deſcendunt, ut mare inter inſulam & continentem occludere videantur: tertio juxta *Cial*, ubi tanta eſt vadorum copia, ut nulla pars maris iis vacare videatur. *Xuarit* eſt inſula

ſula exigua & æquori pene æqualis, mediam lucus occupat amœne vernans, diſtatque à continenti circiter dimidiam leuc. Omnis ora à *Suaque* ad *Raſelnenſe* habitatur à gentibus, quæ *Badoes* appellantur, & Mahumetem colunt. A *Raſelenſe* ad oppidum *Socz* & gremium hujus freti regio omnis ad Ægyptum pertinet, & incolæ illius à Ptolomæo *Arabes Ægyptiaci* appellantur; Mela appellat ſimpliciter *Arabes*; hi quoque hodie dicuntur Badoes, de quibus ante diximus.

XI. remigio promovimus, & ſub horam nonam magnum ſinum ſumus ingreſſi, qui *Gadenaubi* dicitur, diſtatque à *Cial.* IV. leuc. ora jacet inter Eurum & Corum, & tam vaſtis & continuis jugis erigitur, ut mirum videatur: hic portus diſtat ab Æquatore XXIV. grad. & XL. ſcrup. Poſt mediam noctem hinc ſolventes, & inter vadum à promontorio deſcendens, quod ſinum claudit à Coro, & inſulam *Babutò* enavigantes, præter expectationem vado impegimus, ita ut de nobis actum putaremus, ſed ſine ullo damno nos abſolvimus, & alveum nacti remigio proceſſimus verſus Corum.

XII. ſecundum oram aliquantum remigio provecti, anchoras jecimus in portu, qui Arabibus *Xarmeelquinan* dicitur, id eſt, *apertura montium.* Diſtat à *Gadenaubi* ſeſqui leucam. Hic portus ambitu quidem exiguus, ſed opportunitate nobilis eſt, & portui *Igidid* perſimilis; diſtat à *Suaque* CVIII. leuc. Hinc profectis Eurus vela implevit, qui ſub meridiem tam valide perflavit, ut arenas littoris in ſublime inſtar nebulæ ageret: verum ſub veſperam, quum jam omnes liburnicæ convenirent, mirum dictu, ventus nonnullas ita deſeruit, ut prorſus immobiles viderentur, aliarum vero vela ita implevit, ut rapido curſu ferrentur, atque ita nunc has nunc illas aut deferens aut impellens, intra ſaxi jactum, omnes admiratione implevit: præterea aura quædam ab orientali & boreali plagis nos afflavit ita fervida, ut flammæ ſimilis videretur: arenæ quoque è littore ſublatæ nunc hac nunc illac ferebantur, & non raro reciprocabantur, antequam ſubſiderent; ut plurimum autem in æquor præcipites ruebant. Accidit id nobis, quum ex adverſo portus *Xaonæ* navigaremus: in hunc itaque modum nunc velis expanſis, nunc demiſſis, nunc rei admiratione attoniti, nunc non levi metu perfuſi curſum tenuimus uſque ad veſperam, qua portum intravimus, qui Arabibus *Gualibo* dicitur, id eſt, *portus tur-*

turbarum; hac die & parte noctis XIII. leuc. promovimus. A *Guadenaubi* ad portum *Xacaram* inter Eurum & Corum circiciter x. sunt leucæ, & à *Xacara* ad aliud cornu, quod pene leucam distat à *Gualibo*, VI. leuc. Toto hoc intervallo mare vadis & scopulis caret, præterquam supra *Xacaram* circiter I. leuc. ubi continenti vadum objacet.

Hoc XVI. leucarum spatio plures portus sunt quam credi possit; inter quos unus est satis amplus, qui *Xaona* dicitur, juxta quem Mauri quondam celebre gentilium oppidum fuisse memorant, quod, si Ptolomæi III. tabula Africæ bene consideretur, *Nechesia* dicebatur. Secundum oram discurrunt vasti montes continuis pene jugis, supra quæ intra continentem adhuc altiores montes apparent. Inter montes autem hos duo longe altissimi visuntur, qui non modo vicinis, sed omnibus hujus oræ montibus præcellunt, quorum unus nigricat, alter subflavus apparet, intermedio autem spatio arenosi tumuli jacent: à nigro monte intra continentem sese campus aperit, arboribus ingentibus & patulis consitus, atque hæ arbores primæ mihi visæ toto hoc terrarum tractu, quæ telluri congruant, nam cæteræ quas circa *Mazuam*, *Xarmeelquinam* & *Igidid* observavimus, magis palustres & ripestres visæ, tristes aspectu, sine fructibus, & quæ licet frondes habeant, tamen nudæ & squalidæ videntur.

Gualibo obest à *Suaque* centum & viginti leuc. hic portus valde similis est portui *Xarmeelquinam*, in hoc tamen differunt, quod ille pluribus vastis montibus cingatur, hic vero plana & vasta regione. Aditus ad hunc patet per vada & rupes alveo interim satis alto & lato. XIII. post solis ortum è *Gualibo* solvimus, & vento ab Coro reflante & ingentes fluctus tollente, secundum oram remis classem impulimus, subque horam decimam semileucam progressi portum *Tunam* subiimus, exiguum & vadis contaminatum, XXV. grad. & XXX. scrup. ab Æquatore versus Arctum: ostium vadis & scopulis impeditum, nec interius eisdem vacat: pone cornu tamen, quod ad Arctum jacet, statio satis fida est adversus Cori vehementiam: solum in ambitu sterile & meræ arenæ: supra ipsum cornu eminent tres petrosi tumuli, industria, ut nobis videbatur, facti ad portum indicandum. Paulo ante solis occasum, proras alligavimus vado cuidam, quod supra Tunam jacet circiter unam leuc.

XIV. April.

xiv. April. Quum mari valde fluctuante cum summo labore secus oram provecti essemus, post meridiem perpulchrum sinum intravimus, in cujus intimo recessu portus est, in quo anchoras fiximus; hac die & nocte circiter v. leuc. promovimus: ora hæc inter Eurum & Corum jacet, partim humilis, partim in montes assurgens.

xv. paulo post Solis ortum, portum *Alcocer* attigimus, circiter vii. leuc. noctu provecti. *Alcocer* si † Plinius lib. vi. & * Ptolomæus in tertia Africæ tabula recte inspiciantur, olim *Philoteras* dicebatur, & regio omnis inter *Alcocer* & *Arsinoen*, caputque hujus maris, uno nomine *Eneo* appellabatur: hic locus abest à flumine Nilo itinere xv. aut xvi. dierum, si recta ad Occasum tendas. Hic portus accipit omnes fruges, quas hæc Egypti pars producit, quam *Riffam* hodie vocant; atque hinc fere cæteri hujus maris portus illas solent petere. Oppidum *Alcocer* sive *Philoteras* olim duab. leuc. supra hunc locum conditum erat, cujus hodieque rudera visuntur, & antiqui *Alcocer* nomen servant, sed quia locus ille tot navibus accipiendis & commerciis minus opportunus erat, oppidani huc fuerunt traducti. Novum autem oppidum (ut bis à me rite observatum) situm est xxvi. grad. & xv. scrup. ab Æquatore versus *Arctum*, à *Suaquen* cxxxvi. leuc. Portum facit amplus sinus, orientalibus ventis, qui hic non raro valide flant, & magnos fluctus tollunt, expositus; oppido tamen objacent vada, quæ fluctus frangunt, pone quæ naves in anchoris stare consueverunt. Oppidum exiguum est & ignobile; ædificia non multum à stabulis armentorum & pecorum abludunt, licet parietes è saxo aut limo sint, partim intecta, partim storeis leviter clausa, quæ incolentes à solis tantum radiis defendunt, nam rarissime hic pluit. In ambitu oppidi circumquaque, neque oræ, neque colles quicquam herbidi sortiuntur, tantum hac illac nigricantes & adusti tumuli tristem aspectum præbent, planiciem sterilis arena occupat, minutis lapillis mixta: portus hic facile pessimus omnium quos hic viderim, nam quum mare hoc pluribus piscibus fœtum sit, sinus hic plane eorundem expers

* Ptol. *Philoteras portus* xxvi. xlv.
† Plin. *mox oppidum parvum est Ænum, pro quo alii Philoteram scribunt.*

expers eſt: nulla hic armenta aut pecora, haud longe ab oppido tres putei ſunt, è quibus oppidani aquam petunt, ſed à marina non multum diverſam. Mauri harum regionum periti narrabant mihi *Ægypti* nomen hic ignotum eſſe, ſed regionem omnem ab hoc loco *Alexandriam* uſque & ultra appellari *Rifſam:* Quæ regio, ſiqua toto orbe, omni genere annonæ, armentis, camelis, jumentis ſupra fidem abundat, & vix veſtigium inutilis ſoli continet. Indigenæ eiſdem omnino inſtitutis degunt quibus Arabes, & eodem idiomate utuntur: ſolum maxima ſui parte planum eſt, quod quum rariſſime hic pluat, à Nilo, quum ripas ſuas excedit, egregie fœcundatur. Nilum denique referebant ab *Abyſſinorum* uſque regiones navigabilem eſſe, ſed crebris inſulis & ſcopulis ita impeditum, ut peritiſſimis naucleris opus ſit. *Alcocer* autem locum tam ignobilem ob id ſolum habitari, quod Nilo propinquior eſſet, quam cæteri portus: oppidum ita munitum adverſus *Badoes*, gentem efferam & pravam, quæ oppidanos non raro non opinantes opprimat & ſpoliet.

XVIII. April. quum IV. ab *Alcocer* leucis paulum pone vadum ſubſtitiſſemus, vela expandimus.

XIX. improviſus ab Coro turbo nos ſub inſula *Suffange-Elbahar* anchoras jacere coegit: nomen inſulæ Arabibus ſonat *Spongiam marinam*; diſtat hæc inſula ab *Alcocer* XIII. leuc. & XXVII. grad. ab Æquatore verſus Arctum, tota arenoſa, nuda & aquarum inops, II. leuc. longa, & vix dimidiam lata; portum habet adverſus incerta ventorum tutum; in ipſo ore ſunt quidem vada quædam, ſed ita conſpicua, ut facile vitari poſſint.

XX. ſub occaſum ſolis circiter VI. leuc. ab inſula provecti eramus: ora autem continentis hoc ordine jacet, ab inſula ad arenoſum continentis cornu ſeſquileucæ ſpacio inter *Euronotum* & *Traſciam*, à quo ora reflectens ingentem ſinum facit,
N.N.W. S.S.O. in quo plures jacent inſulæ, ſinus, portuſque.

XXI. inſulam *Xeduam* attigimus, & latus illius raſimus quod *Arabiam* reſpicit: alta eſt inſula & prærupta & mera rupes III. leuc. longa & duas lata, aquarum inops & arboribus nuda, diſtat ab *Alcocer*. XX. leuc. & utrimque à continenti pari pene V. leuc. intervallo; ab hac verſus Corum tres aliæ inſulæ jacent longe minores & æquori pene æquales. Poſt ſolis ortum Arctoum

Arctoum insulæ promontorium superantes, ad oram *Arabiæ* trajecimus, & vento obsecundante, sub horam undecimam *Arabiæ Petreæ* continentem adnavigavimus; & secundum oram provecti ante vesperam ad oppidum *Toro* anchoras jecimus, quod distat ab insula *Zeduan* duodecim leuc. inter Euronothum & Trasciam, paulo magis versus Arctum.

Oppidum quod hodie *Toro* dicitur, olim fuisse dictum *Elanam*, (1) ex Ptolemæo **, Strabone, & aliis colligo, licet distantia ab Æquatore & situs multum videantur discrepare: nam veteres prodiderunt *Elanam* sitam esse in intimo sinus *Elanitici* recessu XXIX. grad. & XV. scrup. ab Æquatore; *Toro* autem hodie situm est ad oram longam & rectam XXVIII. grad. & X. scrup. ab Æquatore. Verum si hic locus idem fuerit cum *Elana*, Authores illos deceptos fuisse apparet ab illis, à quibus sua acceperunt. Esse autem eundem ex eo conjicio, quod Ptolemæus *Elanam* ad oram *Arabiæ Petreæ* collocet, haud longe à monte *Sinai*, & inter *Elanam* & * *Heroum* civitatem, quæ hodie *Soez*, nullius præterea oppidi meminerit: inter *Toro* autem & *Soez* hodie nulla vestigia cujusquam oppidi comparent, quinimo regionis asperitas & infœcunditas arguit nullam hominum habitationem toto illo intervallo unquam esse potuisse. Hoc oppidum *Toro* videtur idem esse cum eo, quod S. Scriptura vocat *Ailan*, ubi Schelomo Rex Judæ naves struendas curavit, quæ è *Tarsis* & *Ophir* aurum peterent & argentum ad structuram templi. Neque verisimile est alium locum fuisse, nam cùm materies omnis è monte *Libano* & *Antilibano* devecta fuerit, non est credibile Judæos Idumeæ dominos & illius *Arabiæ Petreæ* partis, quæ inter *Toro* & *Soez* interest, non nisi ad proximum locum deduxisse. † Strabo Cappadox credit *Ailan* & *Elanam* eandem esse urbem, & alibi de hac urbe ita loquitur: *Post ea est Gazeorum portus, & paulo supra ad septem stadia urbs, quæ olim illustris fuit, ab Alexandro autem diruta; ex hoc loco dicitur esse* CIↃ. CC. LX. *stadiorum transcensus ad urbem* *Elana*

* Semel iterumque ejus meminit Strabo *lib.* 16.

† lib. XVI.

(1) Strabo *lib.* 16. Ἐςι δ' ἡ Ἔλανα πόλις ἐν θατέρῳ μυχῷ τοῦ Ἀραβίου κόλπου &c. *Est autem Elana urbs in altero recessu Arabici sinus, qui apud Gazam est nomine Elaniticus.* Ptol. *Elana juxta secessum sinus illi cognominis grad.* XXIX. XV.

** Auctor hujus Itinerarii scribit *Ptolemaus* & *Ptolomaus* promiscue. Sed hoc nomen recte scribitur *Ptolemaus* ex Nummis, quos vide apud Vaillant. in *Historiâ Ptolemaorum*. Adde Montfaucon *in Palæographia Græca*. pag. 75. 92. & 144.

Elana sitam in Arabici sinus intimo secessu. Duplex hic est, alter Arabiam & Gazam versus, quem Elaniticum appellant ab urbe, quæ in eo est; alter Ægyptum versus ad Heroum urbem, in quem compendiosius iter est à Pelusio. Atque hæc quidem sunt, quæ è veteribus observavi. Porro oppidum *Toro* situm est ad oram maris, secus longum & pulchrum littus, quod priusquam ad oppidum accedas XII. perpulchris palmis vestitur, à quibus campestris planities pertinet ad radices montium, qui à Sinu Persico secundum littus maris procurrunt, & hinc flectentes ad Aquilonem Arabiam Petræam dividunt à Felice. In summis autem montium illorum jugis habitant etiamnum Christiani quidam, qui ibidem sanctam vitam colunt. Supra *Toro* autem ad littus maris sensim assurgit mons, qui vaste intra fretum prominet, ita ut ad oppidum *Toro* & portum illius mare desinere videatur, tres editos montes à se invicem divisos ostentans. Oppidum hoc exiguum est & peramæno situ, à Christianis qui Arabice loquuntur inhabitatum: ibidem & monasterium est monachorum . . . . . .

. . . .

. . . . . vadum, IV. leuc. infra *Faraten.* hic capacissimus est portus.

XXII. Maji. *Mazuam* redivimus ad reliquam classem, ubi substitimus ad IV. mensis Julii, gravissimos interea ventorum turbines, nimbos, tonitrua & fulmina, cum summo discrimine & gravi damno perpessi. IX. Julii è portu *Mazuæ* discessimus, & XI. summo mane III. circiter leuc. à cornu *Dallacæ* in insulas aliquot incidimus, numerosas, & æquori pene æquales, quibus superatis, oram insulæ Dallacæ stringentes, paulo ante solis occasum offendimus insulam arenosam & humilem, quam vocant *Dorat Melcuna*, à qua multa vada descendunt: & post Solis occasum non multum aberamus ab insula *Xamoa*: inter quam & oram continentis alveus egreditur, qui potissimum ab iis, qui *Mazuam* petunt, navigatur. Ora omnis *Dallacæ* inter Corum & Eurum producta admodum humilis est. XVIII. demum angustias hujus freti feliciter eluctati IX. Augusti *Angedinæ* portum intravimus, à quo denique *Goam* feliciter sumus reversi.

Sinus hic Arabicus Arabibus hodie non alio nomine vocatur, quam *Fretum Meccæ*: Antiquis dictum fuit mare Erythreum: causa quæritur: Plin. *lib.* VI. *cap.* XXIII. *Irrumpit deinde*

deinde & in hac parte geminum mare terras, quod Rubrum dixere nostri, Græci Erythræum à Rege Erythra, aut (ut alii) à Solis repercussu talem reddi colorem existimantes: alii ab arena terraque, alii à tali aquæ ipsius natura. Lusitani, qui primum hoc fretum navigarunt, referunt undas illius ab arenis rubicundis, quæ utramque oram occupent, & à turbinibus, qui hic frequentes, sublatæ è vicino littore in altum præcipitantur, non raro rubro colore imbui: verum toto navigationis tempore, licet crebros & gravissimos ejuscemodi turbines perpessi, nunquam undas alio colore tingi observavimus, quam quo passim visitur omnis pene unda marina: falsumque adeo est, arenas littoris utriusque rubras esse, nisi forte paucissimis locis: contra collium & montium, qui utrimque littori incumbunt, solum potius nigrum sive adustum apparet; littoreæque arenæ uniformem colorem candidum servant. Nec tamen infitior undas hujus freti pluribus in locis rubicundiores videri eminus intuentibus; cujus hæc causa est: à *Suaquen* usque ad *Alcocer* CXXXV. leuc. spatio, æquor plurimis vadis & pulvillis arenarum scatet, quorum fundo adnascuntur arbusta corallina in varios ramos sparsa; quædam candido, sed longe plura rubro colore; alia viridi, alia subrufa alga tecta: quumque aqua hujus freti limpidissima sit & clarissima, subjectarum plantarum colores mirifice in superficie exhibet; unde fit, ut aqua longe plurimis locis rubicunda, paucioribus candida aut viridis appareat. Quod ab aliis non bene observatum haud dubie occasionem præbuit mare hoc rubrum appellandi, cum unda per se non alio quam marino colore tincta sit.

JOANNIS de BARROS Lusitaniæ R. Consiliarii & LUDOVICI de MARMOL CARVAJAL Descriptio Maris Rubri.

FOrmam hujus Freti comparant hodie corpori lacerti, cujus collum sint angustiæ Freti; caput mare, quod extra illas jacet, inter promontoria *Guardafu & Fartaque*; corpus reliquum fretum ab angustiis ad intimum sinus recessum & oppidum *Soez*: quo intervallo CCCL. leuc. in longitudinem continentur. Arabes qui mare hoc navigant, dividunt latitudinem illius in duodecim Jomos, ut vocant, ita ut paulum supra XXXVI. leuc. con-

tineat, ubi latissime patet. Hæc mensura apud ipsos est octava pars XXIV. horarum, attribuendo unicuique horæ iter unius *Farsangæ*, ita ut tres *Farsangæ* unum *Iomon* comprehendant. Est autem antiqua hæc Persarum mensura, quam Græci *Parasangam* vocat. Iidem latitudinem hanc duodecim Iomorum dividunt in tres partes, quarum media, quæ veluti dorsum est lacerti, ipsis dicitur *mare largum*, quia noctu juxta atque interdiu navigari potest, & ab ipsis angustiis ad intimum recessum nusquam deprehendatur altius L. orgyis, aut minus XXV. quum reliquæ partes, quæ oras utrimque radunt, quarum Africana illis *Ayam* sive *Axam* & interdum *Habaxa* dicitur, plenæ ut plurimum sint insulis & vadorum brevibus, & cum summo discrimine hic navigetur per canales tortuosos, idque interdiu tantum. Juxta angustias autem habitant naucleri, qui *Rebones* ipsis appellantur, & naves ingredientes *Juddam* aut alio conducere solent mercede XXV. aut XXX. ducatorum. In hoc freto ut plurimum spirant venti ab Oriente aut Occidente, raro alii. Toto illius spatio non ingreditur in illud flumen alicujus nominis, quia omnis ora Arabiæ sterilis est atque arida; unicum tantum habens amnem, qui è duobus torrentibus altero candido, altero rufo coalescit, & Arabibus *Bardilloi* vocatur; qui IV. leuc. supra Bahaor & X. à *Judda* egreditur, adeo tenuis, ut antequam littus attigerit, falsus evadat. Ad oram vero Africæ, fluvii qui è montibus descendunt, qui oræ incumbunt, grandiores fere mediterranea petunt, & in alios amnes se condunt, præcipue in flumen *Tagazii*, quod se conjungit cum fluvio *Abauby*, & utraque conjuncta confluunt in *Nilum*: alii autem fluvioli & torrentes, qui versus mare descendunt, adeo tenues sunt, & solum ita siticulosum, ut æstate fere absorbeantur, antequam littus attingant, hyeme vero non incommodam aquationem præbent. Arabes hoc mare appellant *Babar Calzum*, sive *Corzum*, quod sonat clausum, licet id nomen magis proprie conveniat mari Caspio: ut plurimum autem vocant *Mare Meccæ*, quia hæc urbs haud ita longe à littore illius jacet: Latini vocant *Rubrum*. Causam tradit *Joannes* à *Castro*, quam veram opinor. In hoc freto uniones sive margaritæ reperiuntur, juxta insulam *Dalacam*, quæ oræ Abyssinæ objacet. Solent autem ostrea margaritifera traducere ad Insulam *Muam*, ut solis ardore dehiscant: reperiuntur & juxta aliam insulam, quæ Arabiæ vicinior est, & *Arfax* appellatur. Mare hoc non admodum

dum eſt piſculentum, quia tam pauci amnes in illud deſcendunt. Anguſtias ſive aditum hujus freti vocant Arabes *Babel munde*, ſitæ autem ſunt ad altitudinem XII. grad. & XV. ſcrupul. licet Ptolemæus ad X. gradum collocet. Ab Arabiæ cornu, quod Ptolemæus *Poſſidium* vocat, ad oppoſitam Africæ oram, ubi oppidum *Dire* conſtituit, circiter ſex ſunt leucæ; quod intervallum occupant ſeptem inſulæ, quæ fretum videntur claudere, præſertim ſex illæ, quæ Africæ propiores ſunt; ita ut navigantes cum eminus è longinquo proſpectant, nullum hic tranſitum ſuſpicentur, quum propius accedentes pulcherrimum & ſatis latum canalem offendant. Principalis inſula eſt, quæ Arabiæ adjacet, quam vulgo inſulam *Portæ* vocant, licet proprio nomine *Mebun* vel *Menbun* dicatur; patet in longitudinem ſecundum alveum, qui naves intra fretum admittit, ſeſqui leucam: Ab orientali plaga in ſummam aſſurgit altitudinem, ſed deteritur à ventis, qui valido impetu per has fauces perflant. Verſus Africam adverſus ventorum vim munita eſt, & ſtationem quantævis claſſi præbet: inter ipſam autem & Arabiæ oram unius leucæ intervallum eſt, per quod præcipuus canalis ſe evolvit; ſub ipſa vero ora rupes edita jacet, quæ è longinquo arx videtur eſſe, & ubi fluctus implevit, tota ab æquore cingitur: hic degunt naucleri illi, de quibus ſupra. Intra & extra fretum plures ſunt ſtationes, quas receſſus maris faciunt, ubi naves in anchoris conſiſtunt à ventis tutæ. Ab anguſtiis hujus freti ſecus Arabiæ oram ad Inſulam Camaran, XLIV. leuc. ſpatio, regio omnis paret Regi Adenis, nullaque toto illo tractu ad oram viſitur oppidum alicujus nominis, præter portum * Mecæ & paucos ignobiliores. A *Camaran* (inſula hæc continenti objacet) ad *Gezam* urbem nobilem, quæ *Xeriſo* cuidam paret, LX. ſunt leucæ, quo ſpatio habentur portus *Celibu*, *Zubitb*, *Holbedia*, *Mocabam*, *Zula*, *Halbor*, & *Homara*. A *Gezam* ad oppidum *Imbo*, ſpatio CXXX. leuc. regio omnis paret *Xeriſo Baracat* domino *Mecæ*; XLII. leuc. à *Gezam* jacet *Ziden* celebris locus, & intermedio ſpatio *Malambo* portus, *Babalcarme*, *Boca*, *Gudiſi & Magaxa*. XXXVI. à *Ziden* jacet *Judda* celebre emporium ob plurimas naves, quæ ex India hic appellunt, & oppidum Arabiæ principale, à quo ad *Mecam* in mediterraneis ſitam XV. numerantur leucæ. Inter *Ziden* & *Juddam* jacent portus *Badea* & *Corom*. A *Judda* ad *Imbum* ſunt L. leucæ & intermedio ſpatio portus *Bahaor*, *Saba*, & *Hercar*,

* Hodie Moha dicitur.

Hercar, Ab Imbo ad *Tor* five ut Lufitani vocant *Toro* funt LXXVIII. leucæ; regio omnis fterilis & fine certo domino. Arabes pervagantur hanc & fpoliant peregrinos, qui *Almedinam* & *Mecam* petunt: toto hoc tractu unicus eft portus *Molui*. A *Torro ad Suez* funt XL. leuc. & illo fpatio *Corodolo* (diftans fecundum J. de Barros à Toro XV. leuc.) & puteus Mofis. A *Suez* ad *Alcozer* (oram Africæ jam legimus) funt XLV. leuc. ab *Alcozer* ad *Suaquen* CXXX. & intermedio fpatio hi portus, *Tuna*, *Goalibo*, *Xoana*, *Zacari*, *Xam el quiman*, *Comol*, *Igidid*, *Farate*, *Calacal*, *Fuxa*, *Dradante*, & alii, ubi non funt oppida. Urbs *Zuaquen* præcipua eft totius freti, à qua ad *Mazuam* funt LX. leuc. & intermedio fpatio *Xabaque* & alii portus. A *Mazua* (quæ eft infula continenti adjacens è regione *Arquico*) ad anguftias freti, unde cœpimus, funt LXXXV. leuc. Hæc ora præter infulam *Dallacam* nullos habet portus aut ftationes, quia tota vadis, & rupibus inquinata eft: continens toto illo tractu in vaftos montes attollitur. Gentes quæ hanc oram habitant (nobiliora oppida excipio) admodum barbaræ funt & feræ, latrociniis ut plurimum vitam tolerantes. Regio autem, quæ pone montes jacet, ad fuperiorem Æthiopiam pertinet ad *Suaquen* ufque.

Ex eodem LUDOVICO de MARMOL.

Judda fita ad oram Arabiæ Felicis, XXI. grad. & XXX. fcrup. ab Æquatore verfus Arctum, folo tam fterili atque arido, ut vix quicquam herbidi ferat, commerciorum opportunitate tantum nobilis. Oppidani narrant hic antiquitus aliam urbem fuiffe celeberrimam, (quam quidam fufpicantur à Ptolemæo *Badeo Regiam* appellari) extra hanc vero fabulantur Adamum & Evam effe fepultos; verum Lufitani, qui fecus hanc oram navigarunt, credunt *Badeo* infra *Juddam* fuiffe ad altitudinem XX. grad. (hanc enim illi tribuit Ptolemæus) & hodie appellari *Xerefen*, hic etiamnum vifuntur duæ turres antiqui operis, quæ fatis indicant hic quondam oppidum fuiffe magni nominis: paulo ultra alia quoque urbs vifitur, *Confufa* dicta, in cujus ædificiis literæ comparent, quas nemo hodie legerit; magni nominis eft, quia defertum hic originem capit. Portus Juddæ incommodus eft & difficilis ingreffu, ob vada & brevia, quæ objacent & alvei anfractus: oppidum enim conditum eft in humiliori cornu, quod ab altero multis vadis dirimitur.

Ex

Ex Joanne de Barros.

Camaran infula fita eft ad altitudinem xv. grad. verfus Arctum: ab Arabiæ continenti unam leucam: Solo eft humili & alicubi paluftri, unde hic lætiffime proveniunt manguæ arbores, materie duriffima: reliqua pars infulæ arboribus nuda eft, herbida tamen: inter fe & continentem portum fatis commodum concludit, & aquationi opportunum, ob quam plurimum frequentatur: fuiffe hic quondam oppidum fatis magnum è ruinis, quæ fuperfunt, apparet; hodie à paucis & miferis habitatur.

Itinerarium SULERMANNI Baffæ à Suez in Indiam: defcriptum à nauclero Veneto anno 1538.

A *Suez* ad promontorium *Pharaonis* funt milliar. Italica IV.

A *Suez* ad *Corondolo*, ubi *Pharaon* fubmerfum volunt, funt mill. LX.

A *Corondolo* ad *Tor* funt milliar. C. Hic multi Chriftiani habitant; abeft autem à monte *Sinai*, ubi monafterium eft *S. Catharinæ*, itinere fefqui diei.

A *Tor* ad *Charas* funt milliar. XL. A *Charas* ad infulam *Soridan*, quæ abeft à continente milliar. XL. funt milliar. C.

Ab infula *Soridan* ad montem *Marzoan* funt milliar. C.

A monte *Marzoan* ad *Cor* funt milliar. CCCC.

A *Cor* ad *Ziden* funt milliar. XXX. Hic naves Indicæ appellunt; abeft à *Mecha* itinere fefqui diei. Nulli hic fontes, fed tantum cifternæ aquæ pluviæ: extra oppidum Mofchea eft, in qua Evam fepultam fabulantur. Incolæ fere nudi incedunt, colore fufco.

A *Ziden* ad infulam *Arfax* funt milliar. CCCCLX. Infula deferta eft, circa quam oftreæ margaritiferæ capiuntur.

Ab *Arfax* ad infulam *Camaran* funt milliar. XL. diftat hæc à continente milliar. XXVIII. circa illam corallum candidum reperitur; caftellum hic cernitur dirutum; incolæ pauci funt, brevi ftatura, & fere nudi incedunt, præterquam circa partes verecundas; navigia habent, fine ullis ferramentis, & tantum funibus quibufdam & palmarum foliis contortis confuta.

A *Camaran* ad infulam Tuicæ funt milliar. C. à qua ad anguftias freti funt milliar. X.

In

In reditu.

Ab anguftiis freti ad caftellum *Meccam* funt milliar. L. *Zibith* abeft hinc iter trium dierum.

A *Mecca* ad infulam *Camaran* milliar. CL. ab hac ad *Cubit zarif* in continente funt milliar. xx. Hic *Suleiman* defcendit in terram cum fuis copiis, & itinere terreftri petiit *Zibith*, & dominum illius, poftquam ultro fe dedidiffet, capite plexit. *Zibith* perpulchrum eft oppidum, multos habens fontes, & hortos optimorum fructuum feraces, abundatque omni genere commeatus

A *Cubit Sarif* ad *Cor* funt milliar.c. diftans à continente milliar.v.

A *Cor* ad *Zeizer* funt milliar. LXX.

A *Zeizer* ad *Adiudi* funt milliar. L.

Ab *Adjudi* ad *Mugoram* funt mill. L. bonus eft portus & aquationi atque lignationi peropportunus

A *Mugora* ad *Darbonin* funt mill. L. à quo ad *Iafuf* funt totidem.

A *Jafuf* ad *Chofodan* funt mill. LX. Ad *Saltam* mill. L. Ad *Ariadan*, cujus portus appellatur *Mazabrain*, mill. XXX. Ad *Jufuman* mill. XXX. Ad *Mucare* vadorum brevibus inquinatum mill. XXX.

Ad vada *Babir* mill. XXXV. Ad *Muchi*, XLV. Hinc *Ziden* ventum etc.

Ad *Contror* mill. XXXV. Ad *Almomufchi* milliar. LXX. Ad *Robon* mil. XXX. Ad *Farci* mil. XVI. Ad *Sathan.* mil XXV. ad *Zormam* mil. XXX. Ad *Jambut* mill. XX. magna hic eft annonæ copia, fed aquarum inopia. *Medina Talnabi* abeft hinc iter unius diei.

A *Jambut* ad *Sichabo* funt milliar. LXXXVIII. Ad *Bubuctor* mil. c. Ad infulam *Genamani* milliar. XXX. Ad *Chifafe* mill. XX. Ad *Tor* mill. CLXXV.

A *Suez* ad anguftias freti funt milliar. CIↃCCCC. mare hoc latum eft mill. CC. & quibufdam locis plura: ad oram autem tot funt vada & rupes, ut non nifi interdiu navigetur; & difficulter ob varios mæandros itinerum ratio iniri poteft ab iis, qui fecus oram navigant.



X X.

XX. & I.

VETERA

TESTAMENTA

Seculo xv. & ſequenti
conſcripta.

Digitized by Google

X X. & I.

VETERA TESTAMENTA

Seculo xv. & ſequenti conſcripta.

I.

(1) *Mutuum conjugum teſtamentum*, *Gisberti Domini de Noordeloſe & Meynæ van Heemskerck. Ann.* CIↃ. CCCC. XXXII.



Y *Gysbrecht* van *Vianen*, Heer tot *Noordeloſe*, tot *Nuwecoep*, ende tot *Oiſthuyſen*, ende *Meyne* van *Heemskerke* Ioncfrou van *Vianen*, ende Vrouwe der landen voernoemt, doen cond allen luyden, dat wy om gonſte ende liefde, die wy tot malcanderen hebben, by Heren *Jan* van *Vianen* onſen broeder, ende der Vrouwen van *Heemskerke* onſe moeder, een gunſtelike overdrachte ende makinge van goede, wie leeſt of ſterft van ons beyde, mit malkanderen overdragen ende gemaict hebben, behoudelic altoes die hilixvorwaerde tuſſchen ons beiden gemaict van waerden te bliven, in der manieren als hier nae geſcreven ſtaet. Eerſt ſo hebbe ic *Gysbrecht* van *Vianen Meynen* mynen wyve gemaict, wairt dat ic ſtorve voir hoir, dat ſi an landen hebben, houden, ende beſitten ſal in rechter duwarye ende lyftocht, die geheel Heerlicheyt tot Noordeloys, in hogen ende in lagen, in natten ende in drogen, mit thienden grof ende ſmal, mitter Hofſtede tot *Noerdeloſe*, ende met viere ende vyſtich morgen lants, die daer an leggen mitter Roſmeulen, mitter ſwaendrift, mitter manſcippen, ende der giſte van der kerke daer toe

(1) An dicas mutuum hoc teſtamentum, an mortis cauſa ** donatio, ſi mavis, mutua, nihil refert. Notarius in teſtamento, ut adſit, non neceſſe eſt, *l. pen.* §. *ult. ff. de leg.* 2. Ne numerus quidem teſtium, cum datur Principi approbandum. *l.* 19. *C. de teſtam.*

** Leg. donationem mutuam.

toe behorende, ende mit allen finen toebehoren, niet daer of uytgefceyden, alfo Heer *Jan* van *Vyanen* myn vader voir ende ic nu nae die befeten ende gebruyct hebbe, ende voert alle fulcke pachthoeve ende wes thynfe als ic hebbe op *Slingelant*, in manieren, wairt dat Meyne myn wyf na myne doot hilicte, ende enen anderen man name, dat dan defe vorwairde ende makinge doot ende te niete wefen foude, mer fo foude *Meyne* myn wyf dan bliven up hoer hilixvoerwarde tuffchen ons beyden gemaict, ende behouden fulcke lyftochte, als ic haer daer by voor defe tyt met myns Genadichs Heren hant van Bourgongnen gemaict hebbe. Hier tegens hebbe ic *Meyne* van *Heemskerc* Ioncfrou van *Vianen* voernoemt weder gemaict ende make mit defen brieve *Gysbrecht* van *Vianen* mynen man, wairt dat ic ftorve voor hem, dat hy dan aenvairden, houden, hebben, ende befitten fal fyn leven langh myn Huys ende Hofftede van *Heemfkerck*, mitter fwaendrift, ende mitter muelen daer toe behorende, ende voirt myn duynen tot *Heemfkerc* mit allen hoeren toebehoren, alfe myn ouders voir ende ic die na befeten hebben, ende ic van der Graeflicheyt van Hollant te leen houde, uytgefceyden die thienden tot *Heemfkerck*, mit voirwaerde, wairt dat *Gysbrecht* myn man na mynre doot hilicte, ende een ander wyf name, dat dan defe voirwaerden ende makinge doot ende te niet wefen fal. Ende om dat wy willen, dat alle defe makinge ende vorwairde van waerde gehouden fullen wefen, fo hebben wy gebeden onfen Genadigen Heere van Bourgongen als Leenheere van alle den goede hier voir benoemt, dat hy defe vorwairde believen ende confirmeren wille. In kenniffe der waerheyt fo hebben wy *Gysbrecht* van *Vianen* ende *Meyne* van *Heemskerck* defen brief mit onfen fegelen hier angehangen. Ende wy *Jan* van *Vianen* Ridder, ende *Margriete* van *Cralingen* Vrouwe van *Heemfkerc*, om dat wy over ende aen defe vorwairde ende makinge geweeft hebben, ende wy elc alfo alft ons aengaen mach, daer inne geconfenteert hebben, fo hebben wy defen brief famentlic gefegelt mit onfen fegelen hier aen gehangen. Gegheven opten 27. dach in Iulio, int jaer ons Heeren CIↃ. CCCC. XXXII. Ende defer brieve fyn twee, daer van wy Gysbrecht ende Meyne elc een of hebben.

II.

II.

Testamentum Dni. Johannis Wit Decani ecclesiæ S. Mariæ Trajectens. Ann. CIↃ. CCCC. XXXIII.

In nomine Dni Amen. Per hoc præsens publicum instrumentum cunctis pateat evidenter, quod anno à nativitate ejusdem millesimo quadringentesimo tricesimo tertio, indictione undecima, ipso die beatorum Simonis & Judæ Apostolorum, vicesima octava mensis Octobris, hora vesperarum vel quasi, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri Dn. *Eugenii* divina providentia Papæ quarti, anno tertio, in mei Notarii publici testiumque infra scriptorum ad hoc specialiter vocatorum & rogatorum præsentia personaliter propter hoc constitutus Venerabilis & circumspectus vir Dns. *Johannes Wit de Delf*, Decanus ecclesiæ beatæ Mariæ Trajectensis, sanus per gratiam Iesu Christi corpore, compos mentis, rationis, & intellectus, consideransque nichil certius morte, ejusque hora nil incertius, cupiensque hujusmodi mortis horam tam incertam quam inevitabilem rerum ac bonorum suorum mobilium & immobilium, præsentium & futurorum, ac omnium jurium suorum undecunque provenientium, dispositione testamentaria prævenire, omnes suos executores inantea per ipsum Dnm. testatorem quomodolibet constitutos, omniaque testamenta per eundem ante datam præsentium, sive præsentis testamenti, facta penitus & omnino cassavit, annullavit, & revocavit, ac pro cassatis, annullatis, evocatis habere voluit, & de novo ob salutem animæ suæ, parentum, & omnium benefactorum suorum, hoc præsens testamentum sive ultimam voluntatem suam fecit, condidit, & ordinavit, ac disposuit per modum & formam infra scriptos. Inprimis animam suam Deo omnipotenti, & gloriosissimæ virgini Mariæ ejus genitrici, ac omnibus Sanctis humiliter recommendavit, eligens sepulturam suam juxta altare beatæ virginis Mariæ & omnium Apostolorum in prædicta ecclesia beatæ Mariæ Trajectensis situm; & per ipsum Dnm testatorem fundatum & dotatum, (1) vel in monasterio

(1) Fuit Sanctimonialium, & extra portam, ut puto, quæ vulgo *de Weertpoort*. Argumento sunt literæ Ann. 1499. quibus Priorissa

rio dicto Iherusalem extra muros Trajectenses. Item voluit & mandavit præfatus Dns testator executoribus suis infra scriptis, quod primo & ante omnia debita sua, de quibus legitime per literas sigillo sigillatas, aut manu sua scriptas, seu alias rite constiterit, effectualiter persolvantur. Insuper voluit dictus testator & mandavit, ut executores sui inferius nominandi exequias suas funerales procurent fieri secundum modum & formam antiquos, & quod detur vinum modo antiquo consueto: vel secundum modum per quinque ecclesias Trajectenses noviter ordinatum, prout eisdem executoribus devotius & honestius videbitur expedire, & cuilibet presbytero in die obitus sui, ubi ipsum decedere contingat, tunc missam celebranti, voluit ministrari menglam boni vini vel ejus valorem. Et præsertim desideravit, voluit, & mandavit dictus Dns testator statim ipso defuncto triginta missas continuas per presbyterum ad

rissa *en de gemeen Iuffeten des Convents van Iherusalem binnen Utrecht* locum dant implantandum, & aream circum ecclesiam, quod nondum hæc restituta, à civibus Trajectensibus, ut credebatur, exusta Ann. 1483. ipso die Sanctorum Petri & Pauli. Verba instrumenti inter alia etiam hæc sunt; *als dat sy voor haer ende haer naecomelingen syn overcomen met Cornelis Peterssen ende Evertgen syn wyf, als dat sy bepoten sellen met appelen tour die kerk metten ouden Reventer, ende alle alsulck lant, als sy daar onbepoot ende onverbuyrt leggende hebben op hare oude Hofstadt in de nieuwe Weert, uytgesondert dat Kerckhof, ende die vruchten, die daer jaerlycks of vallen, sullen sy half hebben, ende sy Iuffrouwen die ander helfte, die sy onder de boomen in sacken ofte in tonnen ontfangen sullen &c.* Et factum id permissu Frederici van Blanckenheim datis de eo codicillis Ann. 1419. *Fredericus Episcopus Trajectensis dilectis nobis in Christo Margaretæ de Groenevelt &c.* Permissu postea magistratus, ne globis prædatoriis esset semper expositum, reductum in urbem Ann. 1513. in domum scilicet seu prædium, *de Herberge van Nieuwenrode.* Locus est è regione Papalis domus seu aulæ. Olim prope plateam, quæ vulgo *de Gaesbeecx stegbe.* Vidi literas aliquando Frederici Egmundani, Domini de Ysellsteyn, de Bueren, & de Cranendonck, quibus sibi satisfactum à monialibus fatebatur *van de alinge huysinge, die Gysbert van Nieuwenrode ende Iuffrou Alienora van Borsselen syn gerechte gesellinne wel neer te behooren placb met hoeren poort-wech uytgaende in Winsen-stegbe, ende daer toe van de Huysinge ende Hofstede staende in den Regenboocb voersz opten Westhoeck van ende in Gaesbeecx-stegbe, naest de voorsz herberge van Nieuwenrode.* Charta est Ann. 1593.

ad hoc specialiter deputandum celebrari, & in suo speciali memento haberi per eundem. Item dedit & legavit Majoris, Sancti Salvatoris, & Beatæ Mariæ Trajectensis ecclesiis fructus annorum gratiæ suæ (1) ex præbendis suis dicto Dno testatori in qualibet earundem competentes & cedentes, de quibus fructibus voluit prædictarum ecclesiarum Capitulis (2) pro vestibus aureis ***bandekini*** nuncupatis, in quibus obligatur, satisfieri, & cuilibet ecclesiæ & Capitulo persolvi de eisdem, & de residuis pecuniis eorundem annorum gratiæ prædictarum ecclesiarum ultra prædicta provenientibus voluit annuos redditus secundum consuetudinem cujuslibet dictarum ecclesiarum pro memoria sua peragenda emi per executores suos subscriptos & comparari. Insuper dedit & legavit idem Dns testator (3) Investito seu Rectori personatus ecclesiæ seu Capellæ de *Rysbergen* Leodiensis diœcesis medietatem unius coronæ aureæ Regis Franciæ emptæ erga Johannem de Jonge, reliquam vero medietatem fabricæ ecclesiæ seu Capellæ memoratæ annuatim & perpetuis temporibus distribuendam, de qua tamen corona Custos ipsius ecclesiæ seu Capellæ jam dictæ singulis annis unam quartam boni vini ejusve valorem habebit, ita tamen quod omni anniversario ipsius Dni testatoris Investitus sive Rector aut Vicecuratus præfatus de vespere vigilias mortuorum leget, & altera die immediate sequente missam animarum pro memoria perpetua ipsius Dni testatoris habenda annuatim solenniter celebrabit, Custosque ibidem prædictus modo consueto com-

(1) Uni juxta canones unum tantum beneficium, una tantum ecclesia, una item præbenda, *can. monachum*, 20. *qu.* 4. *c. unum c. qui plures* 21. *qu.* 1. cap. 3. *ext. de cler. non resid. cap. ult. ext. de relig. dom.* Alteserr. 2. *ascet.* 14. *&* *ad cap. cum ecclesiasticæ. ext. de concess. præb.* Verum temporis progressu spreti canones & abjecti, ut pridem jam ostendi 2. *man. ad jus Canon. cap.* 10.

(2) An vestes cum institis, cum limbis, cum fasciis? ***Band***, ***Bandekyn*** fascia est. Du Cange de eo nihil.

(3) Persona Rector ecclesiæ est. Rector etiam est Pastor, Curatus, Presbyter, Plebanus. Sacerdos idem qui Rector. Sic infra: ***Rectori altaris seu perpetuæ*** *Vicariæ &c. in præscripta ecclesia &c.* Nec obstat, quo minus idem & Persona & Curatus sit, quamvis vulgo distincti. Unde & quod tam varie, ***Investitus***, ***sive Rector***, ***aut Vicecuratus præfatus &c.*** & mox; ***Et sic investitus***, ***Rector***, ***Vicecuratus***, ***aut Custos prædictus &c.***

compulſabit. Et ſi Inveſtitus, Rector, Vicecuratus, aut Cuſtos prædictus negligens in præmiſſis fuerit, ſeu alter eorum negligens fuerit, extunc tota corona ſeu quota concernens negligentiam ea duntaxat vice, qua negligentia hujuſmodi commiſſa fuerit, cedet fabricæ eccleſiæ ſeu Capellæ jam dictæ. Item legavit & dedit dictus Dns teſtator eidem eccleſiæ ſive Capellæ de *Rysbergen* prædictæ pro reparatione ſeu reformatione (1) navis eccleſiæ ſeu Capellæ ejuſdem fructus anni gratiæ ſuæ ſibi de perſonatu ipſius eccleſiæ competentes & cedentes, Committens nichilominus & mandans executoribus ſuis infra nominandis, quatenus ſtatim poſt deceſſum dicti Dni teſtatoris omnes & ſingulos fructus, redditus, & proventus anni gratiæ eccleſiæ ſeu Capellæ prædictæ ipſi Dno teſtatori cedentes & competentes ad uſus præſcriptos levent, recipiant, manuteneant, apprehendant, & diſponant fideliter de eiſdem. Inſuper idem Dns teſtator dedit, donavit, & legavit Capitulo eccleſiæ Sanctæ *Waldetrudis Montium Hannoniæ* fructus anni gratiæ ſuæ eidem ex præbenda ſua, quam obtinet pro præſenti in eadem poſt mortem ſuam, cedentes & competentes, volens & mandans, quatenus de pecuniis inde provenientibus per executores ſuos infra ſcriptos perpetui & annui redditus pro ſua perpetua memoria anniverſali celebranda, & ſecundum ipſius eccleſiæ uſum & conſuetudinem peragenda, diſtribuendi fideliter emantur & comparentur. De quibus quidem annuis fructibus Capitulum Venerabilium Domicellarum præfatæ eccleſiæ Sanctæ Waldetrudis pro tempore exiſtens in anniverſario ipſius Dni teſtatoris miſſam celebrans, & Campanarius ejuſdem eccleſiæ pro labore ſuo & compulſatione ſingulis annis perpetuis temporibus recipient & habebunt quilibet unam (2) quartam boni

(1) Navis media pars templi. *Capſum* etiam, *mediana*. Gregor. Turonenſ. *lib.* 2. *hiſt. cap.* 14. *Oſtia octo: tria in altario, quinque in capſo.* Idem *lib.* 2. *de mirac. mart. cap.* 43. *Procedens autem pſallendo, cum ad medianam perveniſſet.* Vid. *lib.* 2. *de Nobilit. cap.* 28.

(2) Quarta ſpecies menſuræ eſt. Jo. Hoeſemius apud Chapeavill. *de geſt. Pontif. Leodienſ. cap.* 22. *Hoc anno bladi cariſtia, & quarta vini* XXVII. *Turoneeſibus vendebatur, quod nunquam antea fuerat viſum.* Hemina tertia pars quartæ erat, ut tradit Mabillon. *in præfat. ad Secul.* IV. *SS. ord. S. Bened. cap.* 160. Atque ita Petrus Maſius

boni vini vel valorem ejusdem. Item voluit prælibatus Dns testator, quod domus sua claustralis sita infra emunitatem ecclesiæ beatæ Mariæ Trajectensis prædictæ exponatur publicæ venditioni per executores suos infra scriptos secundum consuetudinem ejusdem ecclesiæ, deturque plus offerenti, & quartam partem pecuniarum de eadem domo provenientium dedit, legavit, & assignavit pro annuis reditibus per infra nominandos suos executores pro memoria sua mensurnali in dicta ecclesia beatæ Mariæ secundum consuetudinem ejusdem facienda, & ministrandam in vigilia & missa præsentibus, nec non aliam quartam partem pecuniarum de præfata domo provenientium perpetuis Vicariis beneficiatis ejusdem ecclesiæ & in eadem missam celebrantibus dividendam & expendendam, petens humiliter ipsum in eorum *Memento* haberi, & sepulchrum ipsius testatoris missa celebrata visitari, & reliquam mediam partem dictarum pecuniarum de eadem domo provenientium dedit & legavit *Wilbelmæ*, *Lisebettæ*, & *Diewardi*, sororibus suis & heredibus, æqualiter inter ipsas & amicabiliter dividendam. Insuper dedit & legavit idem Dns testator dictis suis sororibus omnia utensilia domus suæ, ollas, patellas, cortinas, lectos, & cetera alia utensilia, vasis & clenodiis argenteis, aureis, & deauratis, nec non pecuniis omnino exceptis, de quibus noluit, ut aliquo modo se intromittant, sed de illis vasis & clenodiis argenteis, aureis, deauratis, & pecuniis per executores suos inferius nominandos, prout eisdem videbitur, disponatur. Item dedit & legavit, ac in veram dotem pro augmentatione cultus divini assignavit octo jugera terræ magis vel minus empta erga *Giselbertum* de *Galecoep*, prout sita sunt in inferiori parte parochiæ de *Iutfaes*, Rectori pro tempore Altaris seu perpetuæ Vicariæ per ipsum Dnm testatorem in præscripta ecclesia beatæ Mariæ Trajectensis in honore beatæ Mariæ & omnium Apostolorum fundatæ & dotatæ, quam possidet de præsenti Dns *Iohannes Kaluwairt*. Quæ quidem octo jugera terræ pro nunc colit Wilhelmus Auwe. Item dedit & legavit eidem

Masius Abbas Casalis Benedicti, cujus verba hæc adducit: *Hemina, sicut à quibusdam expositoribus Regulæ accepimus, est quædam mensura continens unam libram cum quarta parte alicujus liquoris: & est quasi tertia pars quartæ vini Parisiensis.*

Digitized by Google

dem Rectori perpetuæ Vicariæ prædictæ pro augmentatione redditutuum trecentas coronas Franciæ pro annuis redditibus per suos executores inferius nominandos emendis & comparandis tutiori modi, situ & loco tutiori, ubi ipsis videbitur expedire, super quibus specialiter conscientias ipsorum voluit onerari. Item dedit & legavit Choralibus quinque ecclesiarum Trajectensium pro qualibet ecclesia duos florenos currentes semel duntaxat solvendos. Insuper dedit & legavit idem Dns testator executoribus suis infrascriptis, & qui præsens testamenti onus in se susceperint, cuilibet eorundem unam tasseam argenteam, rogans humiliter eosdem, quatenus divinæ remunerationis intuitu onus executionis hujusmodi in se suscipiant & assumant, ac juxta tenorem & formam præsentis testamenti & ultimæ suæ voluntatis, vel prout & quemadmodum in quadam cedula manu sua aut alterius fidelis de suo mandato scripta & manu sua propria subscripta, aut sigillo suo proprio sigillata, dispositum & ordinatum fuerit, fideliter exequantur. Cujus quidem cedulæ tenorem & contenta in eadem ejusdem voluit esse roboris & efficaciæ, ac si in præsenti publico instrumento seu testamento & ultima voluntate inserta essent & conscripta. Quæ quidem cedula si non fuerit reperta, extunc faciant iidem inferius nominandi executores, prout ipsis magis videbitur expedire. Hujus autem testamenti & ultimæ voluntatis fideicommissarios, executores, & dispositores antedictus Dns testator elegit, constituit, fecit, creavit, & solenniter ordinavit Venerabiles & discretos viros Dnos & Magistros *Andream* de *Schoerle* Præpositum Westfrisiæ, Majoris, *Iohannem* de Beloys alias *Trelonge* Sancti Salvatoris, *Petrum* Franconis Sancti Petri, *Lambertum Vliger*, & *Wilhelmum Voirn* beatæ Mariæ Trajectensium ecclesiarum Canonicos, nec non *Wilhelmum Hagen* Decanum Consilii * Bekensis Leodiensis diœcesis, & *Wilhelmum Gerardi* de *Leyden* presbyterum *Capituli* Venerabilium Domicellarum ecclesiæ Sanctæ *Waldetrudis* prædictæ, volens & mandans idem Dns testator, quod quilibet prædictorum executorum in ecclesia sua, in qua beneficiatus existit, videlicet Dns *Iohannes Beloys* in Sancti Salvatoris, Dns *Lambertus Vliger* in beatæ Mariæ Trajectensis ecclesiis prædictis, nec non *Wilhelmus Hagen* in ecclesia sive quarta Capella de Rysbergen, & Dns *Wilhelmus Gerardi* de *Leyden* in ecclesia Sanctæ Walde-

* al. *Bunnensis.*

trudis

trudis prædictæ una cum Dnis *Andrea* de Schoerle, *Petro Franconis*, & *Wilhelmo Voirn* executoribus suis præmissa ipsorum ecclesiis legata & easdem concernentia duntaxat & non ultra neque alias fideliter exequantur. Quibus quidem dispositis & exequiis funeralibus expeditis, nec non redditibus memoratarum cujuslibet ecclesiarum prædictarum secundum consuetudinem earundem modo præscripto ordinatis & comparatis, prædicti Dni *Joannes* de *Beloys*, *Lambertus Vliger*, *Wilhelmus Hagen*, & *Wilhelmus Gerardi* de *Leyden* ab omni ulteriori onere executionis sint relevati, & se de ceteris bonis in parte vel in toto nullatenus intromittant, sed prænominati Dni *Andreas* de *Schoerle*, *Petrus* Franconis, & *Wilhelmus Voirn* de omnibus & singulis bonis, vasis, clenodiis, & pecuniis, tam in auro quam in argento, ut præmittitur, per eundem Dnm testatorem relinquendis, ceterisque vestibus foderatis & non foderatis, absque contradictione Coexecutorum prædictorum, seu ipsius Dni testatoris heredum, & sine etiam omni inventarii vel computi redditione plenam & liberam disponendi & ordinandi habeant potestatem. Præterea voluit prælibatus Dns testator, quod si aliquem ex dictis suis executoribus ante præsentis sui & testamenti & ultimæ voluntatis executionem ac plenam dispositionem mori contingat, vel abesse, aut commode interesse non posse, aut forte interesse non velle, extunc superstes vel superstites ex eisdem, & qui interesse possint & velint, omnia & singula exequendi, disponendi, & ordinandi modo & forma præmissis plenam, & liberam habeant potestatem, dans & concedens eisdem executoribus suis mandatum speciale de omnibus & singulis suis bonis modo & forma præordinatis ordinandi & disponendi, & transferens in eosdem omnia bona sua mobilia aut immobilia, præsentia & futura, omnesque actiones reales & personales, utiles, contrarias, & directas, dicto Dno testatori contra quascunque personas ecclesiasticas seu seculares, collegia seu universitates, quacunque occasione seu causa competentes seu competituras, ac omnia sua jura præsentia & futura, & constituens præfatos executores suos in rem suam procuratores, ac ponens eosdem in locum & jus suum, ita quod ipsi nomine quo supra post mortem dicti Dni testatoris coram quibuscunque judicibus competentibus pro hujusmodi actionibus utilibus & directis adversus easdem & quascunque perso-

personas, collegia, seu universitates agere & experiri poterunt, ac omnia & singula facere & exercere, quæ in præmissis & circa præsens testamentum sive ultimam voluntatem dicti Dni testatoris necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, etiamsi mandatum exigant magis speciale. Et hanc idem Dns testator suam ultimam voluntatem esse asserens, quam valere voluit jure testamenti, quod si jure testamenti non valeat, seu valere non possit, saltem valeat jure codicillorum, seu alias prout melius valere poterit jure cujuslibet ultimæ voluntatis. Super quibus omnibus & singulis præfatus Dns testator sibi à me Notario publico infra scripto unum vel plura publicum seu publica fieri petiit in meliori forma instrumentum aut instrumenta. Acta fuerunt hæc Trajecti in domo habitationis prælibati Dni testatoris sita infra emunitatem dictæ ecclesiæ beatæ Mariæ Trajectensis, sub anno, indictione, mense, die, hora, & Pontificatu quibus supra, præsentibus ibidem honorabilibus & discretis viris Dnis & Magistris *Nicolao* de *Maersen*, *Michaele Christiani* Canonicis, nec non *Kaluwairt* perpetuo Vicario ecclesiæ beatæ Mariæ Trajectensis prædictæ, & *Theodrico Ghyssel*, cive Trajectensi laico, testibus ad præmissa vocatis specialiter & rogatis.

III.

Testamentum Frederici uten Hamme Domini de Baersel
Ann. CIↃ. CCCC. XXXVIII.

In nomine Domini Amen. Anno nativitatis ejusdem CIↃ. CCCC. XXXVIII. indictione prima, mensis Octobris die decima nona, hora primarum vel quasi, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri, Dn. *Eugenii* divina providentia Papæ quarti anno octavo, in mei Notarii publici testiumque infra scriptorum ad hoc specialiter vocatorum & rogatorum præsentia personaliter constitutus honorabilis Dn. *Fredericus* uten *Hamme*, senior dictus, Dominus de *Baersel*, miles Trajectensis diœceseos, compos per gratiam Jesu Christi suorum mentis, rationis, & intellectus, licet corpore aliquantulum languidus & infirmus, attendens, quod nihil est morte certius, nihil vero incertius ejus hora, cupiensque diem suæ peregrinationis extremum dispositione bo-

Digitized by Google

bonorum suorum & ordinatione testamentaria prævenire, & saluti animæ suæ de bonis sibi à Deo collatis in quantum potuit salubriter providere, ne inter heredes proximosque suos consanguineos & amicos, & quoscunque alios dissensio, lis, seu quæstio de & super bonis suis post mortem suam relinquendis oriatur aliqua lis, testamentum suum vel ultimam voluntatem fecit, condidit, & in hunc modum subsequentem ordinavit. Primo siquidem animam suam Altissimo, Creatori suo, beatissimæque virgini Mariæ ejus matri, totique exercitui cœlesti recommendavit, sepulturam quoque corporis sui elegit in Capella Sancti Thomæ ecclesiæ beatæ Mariæ Trajectensis. Deinde voluit idem testator, quod omnia & singula sua debita, de quibus est vel erit obligatus, quibuscunque personis ecclesiasticis vel secularibus, de quibus ad præsens constat, vel legitime constare poterit quomodolibet in futurum, de suis bonis promtioribus integre persolvantur, voluitque exequias suas fieri, prout animæ suæ salubrius visum fuerit expedire. Deinde dedit idem Dn. testator & legavit Dnæ *Hasæ* filiæ quondam Dn. Joannis de Zulen de Natewisch conjugi suæ omnia & singula bona sua mobilia in quibuscunque rebus aut clenodiis in auro vel argento, seu in quacunque alia specie, seu quibuscunque aliis speciebus in domo sua, quam inhabitat, existentia, post mortem ipsius Domini testatoris relinquenda, legatis infrascriptis duntaxat exceptis & exclusis. Insuper dedit & legavit idem Dn. testator Dominæ *Hasæ* (1) uxori suæ prædictæ omnes

(1) Nondum ergo tum Ultrajecti, quod post placuit, receptum, nequis conjugi relinquat quicquam præter mutuum usumfructum. *Costuymen van Utrecht tit. van Houwelycksche voorwaerden* §. *ult.* ** Hodie in diœcesi Ultrajectinâ conjux conjugi rerum suarum proprietatem relinquere potest. *Ordonnantie van de Ed. Mo. Heeren Staten s' Lands van Utrecht, rakende de Gratificatie tusschen Echte Lieden, gearresteert den* 5. *Aug.* 1721. Vol. 1. Placitor. Ultraj. pag. 474. Operæ pretium est hic verba Edicti proferre: *Dat Man of Vrouw, geen kind, kinderen, of andere descendenten in eenig wettig huwelyk geboren nalatende, malkanderen by testament, ofte andere uiterste wille, zullen mogen maken den eigendom van zyne, ofte hare na te latene goederen, en dat zoodanige makinge niet alleen zal mogen geschieden reciproquelyk, of gezamenderband, maar ook separaat by een alleen ende yder apart; dog wanneer zulks gezamenderband is geschiedt, zal dezelve*

 makinge

omnes pecuniarum summas (1) de quodam bono, nuncupato de Haghe provenientium, pro quibus pecuniis ipsum bonum de Hage sibi oppignoratum existit, & omnes & singulas pecunias, quas *Folpardus de Zulen* Antwerpiensis oppidi Cameracensis diœceseos ex parte dicti Domini testatoris sub se habet, nec non omnes alias & singulas pecuniarum summas in quibuscunque locis existentes & ad ipsum testatorem pertinentes. Cum quibus quidem pecuniis idem Dns testator voluit emi redditus perpetuos, in quibus præfata Domina *Hasa* usumfructum suum ad vitam suam habebit. Qua defuncta eosdem red-

makinge niet als met wederzyds consent, voor zoo veel de onderlinge gratificatie aangaat, konnen worden verbroken.

(1) Linguæ Belgicæ est imitatio. Belgæ dicerent *van seker goet. Bonum* idem quod prædium. Vid. *præv. observ. ad Henric. ab Erp.* 1. *Analect.*** Et alibi etiam imitatio hæc, ut cum prædium, verbi gratia, dicitur *hereditas*, quod id Belgis *een erf*. Vita S. Liudgeri, *cap.* 1. *n.* 2. *alios extra terminos effugabat, & nihilominus ipsorum sibi hereditates vendicabat.* Charta Ann. DCC. XCV. *Tradidi ad reliquias S. Salvatoris &c. & in manus Liudgeri presbyteri &c. particulam hereditatis & proprii laboris.* Charta ejusdem anni apud Henschenium *to.* 3. *SS. Mart. ad Vit. S. Liudger. Ego Theganbaldus filius quondam Arcbaldi tradidi partem hereditatis meæ Liudgero Abbati in villa, quæ dicitur Frilacu, id est, Hovam illam integram &c.* Bona etiam pro prædiis in charta Ann. 1314. apud Leibnitium Chron. *mont. Franc. Goslar. p.* 61. *Nihilominus dantes ipsi & ecclesiæ ipsius liberam facultatem à prædictis bonis evellendi & exstirpandi ligna, truncos, & arbores quascunque.* Pro quibusvis facultatibus apud Canuzat. *antiq. Tricass. in chart. Ann.* 1104. *Præterea tres servientes, qui custodiant commune bonum Canonicorum, videlicet Cellarius, Grenetarius, atque Major &c.*. Unde & *ein gut* Germanis non tantum feudum, sed & pretium feudi, ut in veteri feudali jure, quo usi olim Alemanni, *cap.* 33. *Unde libet ein Herre ein gut einem man zu leben, das er von eime andern hett, und fert der selbe Herre zu, und underwindet sich des guts, der Herre sol den man versprechen an dem gute. Verluret aber der under Herre das gut, er sol dem man sin gut erstatten.* Vetus versio Latina, quam primus in usum publicum evulgavit Schilterus: *Si Dominus vasallum investit de feudo, quod ipse ab alio tenet, & hic possessionem illius feudi occupat, iste Dominus* (inferior) *tenetur vasallum defendere de illo feudo. Si vero Dominus inferior feudo cadit, tenetur vasallo de evictione.*

** Pag. 91. Nostræ Edit.

redditus devenire voluit ad *Æisardum* filium & *Johannam* filiam suos naturales, legatis infra scriptis duntaxat exceptis & exclusis. Item idem Dn. testator dedit & legavit *Ætsardo* filio suo naturali prædicto omnia & singula arma ad ipsum Dominum testatorem spectantia. Item dedit & legavit idem Dn. testator Domicellæ *Christianæ* pedissequæ uxoris suæ omnia vestimenta sua & x. scuta Burgundica semel solvenda. Item dedit & legavit idem Dns testator providis & discretis viris Dn. *Jacobo Boel*, & *Arnoldo Vockingh*, & *Johanni* de *Weelden* presbyteris animarum, ac *Walravio* de *Palatio* Confessori suo perpetuis beneficiatis ecclesiæ beatæ Mariæ Trajectensis prædictæ, cuilibet eorum unum scutum Burgundicum semel dandum. Item dedit & legavit idem Dns testator Dominæ *Hasæ* uxori suæ præfatæ omnia credita sua, in quibus quantumque debitores dicto Domino testatori obligantur, nec non omnem avenam ad ipsum testatorem in diœcesi Trajectensi spectantem & pertinentem pro exequiis ipsius Domini testatoris faciendis. Item dedit & legavit idem Dominus testator, ac in puram elemosynam assignavit ecclesiæ beatæ Mariæ Trajectensis præscriptæ domum, quam ad præsens infra emunitatem ecclesiæ prædictæ inhabitat, nec non omnes & singulas pecunias de domo præfata post mortem Dominæ *Hasæ* uxoris suæ vendenda provenientes, pro memoria ipsorum Domini testatoris ac Dnæ *Hasæ* in dicta ecclesia singulis annis secundum consuetudinem ecclesiæ ejusdem faciendis, sic quod ipsa ecclesia eidem Dnæ *Hasæ* faciet usumfructum de domo prædicta. Item idem Dns testator legavit & assignavit Dn. *Walravio* de *Palatio* prædicto quinque ulnas lanei panni per ipsum Dn. *Walravium* disponendas, prout idem Dn. testator hoc fieri voluit & commisit Dn. *Walravio* prædicto. Ad hujusmodi autem sui testamenti vel ultimæ voluntatis executionem manufidelem, & fideicommissariam, ac dispositricem unicam, solam & in solidum elegit, constituit, fecit, & ordinavit Dnam *Hasam* ** dominam suam prædictam, dans & concedens eidem plenam & liberam potestatem ac mandatum speciale de omnibus & singulis bonis præscriptis intromittendi, & disponendi, eaque petendi, exigendi, recipiendi, & levandi, de receptisque & levatis quitantiam dandi. & pro præmissis omnibus & singulis in quibuscunque Curiis coram quibuscunque judicibus ecclesiasticis vel secu-

** Leg. uxorem.

fecularibus quacunque auctoritate fungentibus agendi & defendendi, ac alias faciendi, prout onus hujusmodi testamenti exigit & requirit. Et præmissa omnia & singula asseruit & dixit firmiter ac esse voluit suam ultimam voluntatem, quam valere voluit jure testamenti, aut jure codicillorum, aut alias omnibus melioribus modo & forma, quibus melius & efficacius valere poterit de jure vel consuetudine cujuslibet ultimæ voluntatis. Super quibus omnibus & singulis præfatus Dns testator petiit sibi fieri à me Notario publico infra scripto unum vel plura instrumentum vel instrumenta. Acta fuerunt hæc Trajecti in domo habitationis dicti Domini testatoris sita infra emunitatem ecclesiæ beatæ Mariæ prædictæ, sub anno, indictione, mense, die, hora, & Pontificatu, quibus supra, Præsentibus ibidem honorabilibus & discretis viris Dnis *Giselberto Wael* Canonico, *Walravio* de *Palatio* Vicario ecclesiæ prænarratæ, *Johanne* filio *Mathiæ*, *Alberto* de *Heemstede*, & *Johanne Nicolai* laycis, civibus Trajectensibus testibus, ac quam pluribus aliis personis fide dignis astantibus ad præmissa vocatis specialiter & rogatis. Et ego Henricus Warneri clericus &c.

IV.

Testamentum Joannæ Dominæ de Schagen
Ann. CIↃ. IↃ. XLIII.

In s'Heeren name Amen. By dit tegenwoordighe publycq instrument sy enen ygelicken condich ende openbaer, dat int jaer ons Heeren 1543. d'eerste indictie, opten 15. dach in Junio ontrent 10. uren voor middach, s'Pausdoms onses Alreheylichsten Vader in Gode, ende Heere, Heere *Paulus* de III. van dien name syn IX. jaer, ende regnerende die Alderdoorluchtichste Heere *Carolus* Roomsche Keyser altyt Vermeerder des Rycks die V. van dien name, int XIII. jaer syner coronatie, in myn, Notaris publycq, Leenmannen, ende getuygen nae beschreven daer toe geroepen ende gebeden presentie persoonlyck geconstitueert die Edele Vrouwe *Johanna* van *Schagen*, haer verstant ende sinnen machtich ende gebruyckende, verclaerde haer uyterste wille ende begeerte te wesen, dat sy adderende ende supplerende, also haer voorgaende testament inhout

inhout, t'selve te mogen altereren, vermeerderen, ende verminderen, also dick ende menichwerf, alse dat haer goetduncken sal, suppleert aent voornoemde testament gemaect by Mr. *Lambert Jacobssen* Notaris in den jare een ende veertich den XVI. Decembr. daer sy inne gereserveert hadde die dispositysf van de helfte van haer eygen ende allodiael goederen, soo ist, dat sy nu haer neven Frans van Nyenrode ende Ernst van Nyenrode institueert erfgenamen van alle haer allodiael ende eygen goederen, roerende ende onroerende, gout, silver, gemunt, ende ongemunt, niet daer van uytgesondert, Welverstaende dat sy haer nichten van *Schoten* ende *Steenbock* maeckt ende legateert de somme van twe duysent gulden, die *Frans* ende *Ernst* van *Nyenrode* hare neven haer uyt reycken sullen binnen s'jaers na hare doot, ende welverstaende dat die voernoemde hare neven nae hare doot een eerlyck uytvaert na haren staet tot haren costen sullen doen. Heeft voorts d'voorsz Vrouwe supplerende ende adderende als voren verclaert, dat sy legateert ende maeckt na hare doot, (1) also sy op huyden te buyten gegaen ende gerenuncieert heeft t'proces van hare actie, dat sy voor den Hove van Hollant hangende heeft, beroerende de revocatie, die sy voor leenmannen der Graeflicheyt van Hollant gedaen hadde, daer voor die weduwe van *Johan* van *Schagen*, die Leenvolger, ende erfgenamen, d'voornoemde Vrouwe van *Schagen* by hoeren Reversbrief belooft hebben te betalen vier hondert Carolus gulden, losrenthen s'jaers den penningh xx. ende daer toe noch eens de somme van een duysent gulden, soo ist dat de voorsz Vrouwe legateert ende maeckt d'we-

(1) Nec agit quisquam invitus, nec actionem jam institutam invitus quisquam persequitur, *l. un. C. ut nem. inv. ag. vel acc. cog. l. ult. C. de usur. pupill. l.* 20. *C. de pign. & hyp. nov.* 112. *cap.* 3. *pr. & in fin.* Desistere ei adhuc licet, sed sic ut sumptus jam factos petente id adversario omnes in se suscipiat. *Ordonnant. op 't stuck van de justitie binnen de Steden ende ten platten lande van Hollant art.* 2. *Instructie van den Hove van Hollant. art.* 111. Merul. *pract. civ. lib.* 2. *tit.* 2. *cap.* 1. *& lib.* 4. *tit.* 37. *cap.* 6. *n.* 4. Wassen. *pract: jud. cap.* 2. *n.* 37. Christin. 2. *decis.* 104. Groenew. *ad* §. 35. *Inst. de rer. div.* Quod si fiat transactio, postquam mota jam controversia, ut in casu proposito, facile etiam quod ad sumptus potest transigi inter partes. Et servanda transactio hæc, *l.* 1. *l.* 7. §. 14. *ff. de pact. l. sub prætextu* 19. *C. de transact.*

d'weduwe van *Schooten* van de voorsz 400. gul. s'jaers losrenten, 200. der selver gulden s'jaers, so verre sy hoeren doot beleeft, ende indien die Ioncfrouw van *Schooten* voornoemt voor haer aflyvich worde, so sullen de voorsz 200. gulden s'jaers comen op Iuffrouw van *Steenbock* haer Suster, so verre sy haer niet en opposeren tegen het transport, dat d'Vrouwe van *Schagen* voernoemt van den Huyse ende Heerlicheyt van *Schagen* t'anderen tyden gedaen heeft voor Leenmannen der Graeflicheyt van Hollant, noch tegens dat transport dat sy gemaeckt hadde, noch tegens het proces dat sy geintenteert hadde voor den Hove van Hollant, dair sy op huyden van gerenuncieert heeft. Ende waert datse ter contrarie die weduwe van *Joan* van *Schagen* eenige molestatie ofte moeyenisse daden, so verclaert sy haer uyterste wille te wesen, dat de voorsz 200. gulden s'jaers erven sullen op *Frans* ende *Ernst* van *Nyenrode* hare neven, die sy oock maeckt die andere 200. gulden s'jaers, metgaders die duysent gulden eens, die de weduwe van *Johan* van *Schagen* ende syne Leenvolgeren in recompensie van de renuntiatie vant proces voornoemt haer belooft hebben, houdende voorts het testament in date den XVI. Decemb. 1541. gemaeckt in allen synen andere articulen in volre weerden. Van alle welcke articulen de voorsz Vrouwe *Iohanna* van *Schagen* begeert heeft van my Notaris een oft meer publycq instrument ost instrumenten. Aldus gedaen te Haerlem ten huyse van de voorsz Vrouwe &c. in presentie van *Albrecht* van *Treslongh* Heer van Veenhuysen ende *Willem Gael Cornelissen* Leenmannen, *Ian Simonssoen* van *Valckenburch* &c. getuygen &c.

V.

Testamentum Arnoldi Domini de Sevenbergen *Ann.* CIↃ. CCCC. XLIII.

In nomine Domini Amen. Per hoc præsens publicum instrumentum cunctis pateat evidenter. Quod anno ejusdem CIↃ. CCCC. XLIII. indictione VI. mensis Novembris die quinta, hora vero ejusdem diei quasi decima ante meridiem, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris ac Domini nostri Dn. *Eugenii* divina providentia Papæ quarti anno suo decimo tertio, in mei Notarii publici testiumque infra scriptorum ad hoc specialiter

voca-

vocatorum & rogatorum præsentia personaliter constitutus nobilis vir domicellus *Arnoldus de Septem montibus* Cameracensis diœcesis, considerans & sagaciter animadvertens, quod incerta & dubia mortis hora debeat prudenti semper suspecta esse, & quod nihil morte certius, nichilque cujus hora incertius existit. Igitur Domicellus prædictus auctoritate propria, & intellectu per Dei gratiam sanus existens, corpore licet æger, nolens omnino intestatus decedere, sed divina largiente gratia suæ animæ cupiens providere saluti de bonis terrenis & transitoriis sibi ab omnipotenti Deo super terram collatis & concessis, nomine & causa suæ ultimæ voluntatis, matura super his deliberatione præhabita juxta verbum Propheticum dicens; *Dispone domui tuæ, quia cras morieris & non vives*, suum Testamentum, seu ejus ultimæ voluntatis ordinationem facere, condere, & disponere in modum & formam inferius annotatos procuravit, protestans tamen ante omnia, si præsens ejus ordinatio non valeat ut Testamentum solemne, valeat saltem jure codicillorum, aut omni eo juris beneficio, quo ultima decedentis voluntatis ordinatio secundum pias & canonicas sanctiones valere debeat, & habere robur. Inprimis quidem dictus testator animam suam, dum eam de hac luce migrare contigerit, omnipotenti Deo beatæque Mariæ virgini, ac toti turbæ cœlesti commendans legavit. Deinde vo[..]it & ordinavit regulam juris dictantem, quod creditores legatariis debeant anteferri, & quod debita sua singula per manus *Arnoldi* filii sui legitimi senioris, de quibus post mortem & decessum ejus rite liquere poterit, de bonis suis promptioribus ante omnia persolvantur, nec non singula per *Arnoldum* ejus filium prædictum leventur atque recipiantur, quodque præcipue servis suis & ancillis in Curia sua servientibus, quibus quomodolibet esse poterit obligatus, de condigno ipsorum laboris præmio fideliter provideatur. Amplius præfatus testator dedit & legavit fabricæ ecclesiæ beatæ Mariæ Cameracensis pro minus juste acquisitis & sibi incognitis unum pretium semel. Insuper (1) dedit, contulit, & legavit *Arnoldo* filio suo legitimo seniori præscripto omnia &

(1) Eundem hic, cui legat, etiam simul instituit. Nec obstat, quod paulo post is legatarius tantum dicitur. Et legatarius & heres est, Nec cum dicitur legatarius, qui & simul est institutus, at-

& singula sua Dominia locorum videlicet & villarum de *septem Montibus*, de *Heesbeen*, & de *Ranst*, ac cetera alia ubicunque nomine ipsius testatoris sita fuerint & reperta cum omnibus suis pertinentiis, videlicet Curiis, domibus, pratis, pascuis, terris arabilibus, & censibus, ceterisque aliis bonis suis, tam mobilibus quam immobilibus, (1) statim & indilate post obitum testatoris, & post ipsius decessum, habenda, tenenda, & here-

attendendum tam ad verba quam ad mentem loquentis, *l. pen. ff. ad exhib.* Ut sit heres necesse est, qui est juris successor, *l. 24. ff. de verb. sign.* §. 11. *Inst. de testam. ord. l.* 9. §. 1. *ff. de edend.* qui agnoscit æs alienum, quod legatarius non agnoscit, *l. 32. ff. mand.* Atqui qui hic dicitur legatarius id agnoscit. Ipse id saltem solvit, etsi executores, unde id solvat, subministrent, *verb. & debita sua singula per manus Arnoldi filii sui legitimi senioris &c.* item infra: *In quorum & potestate obligavit omnia bona sua mobilia & immobilia, dans & concedens eis speciale mandatum prædicta bona post ejus excessum adeundi & apprehendendi ad solutionem præmissorum &c.* Ut heres insuper legatis & fideicommissis obstrictus est. Nec ullus dubito, quin & his, quos heredes vocat testator infra, *Voluit denique, siquis heredum hoc præsens suum testamentum infringere vel annullare in parte vel in toto tentaverit &c.* & ipse inprimis contineatur, quamvis nec dubitem, quod voce *heredum* abutatur, successores intelligens, & quosvis indistincte, quibus aliquid relictum. Etiam legatarios. Nam & hi successores sunt, nimirum singulares. Omnis heres successor est, sed non omnis successor heres, *l. 4. ff. de off. assess. l.* 4. §. 31. *ff. de dol. mal. & met. exc. l.* 14. §. 1. *ff. de div. temp. præsc.* Vinn. & Dd. *comm. ad* §. 8. *Inst. de usucap.* Atque ita intelligendum, quod est apud Martial. 9. *epigr.* 48.

Sic quasi Pythagoræ loqueris successor & heres.

(1) Ipso jure jam hereditas, etiamsi non adita, in heredes transmittitur. Burgund. *ad cons. Fland. tr.* 13. *n.* 32. Non in liberos tantum, ut olim, sed in quosvis, quibus ab intestato defertur successio. Luc. 8. *placit.* 10. §. 5. Choppin. *ad jus And. part.* 2. *pr.* Tiraquel. *de consuet. Le mort saisit le vif. per tot.* Someren *de repræs. cap.* 3. §. 5. Resp. Holl. 3. *cons.* 10. *n.* 5. Bugnyon. *tr.* 6. *de leg. abr. cap.* 105. Nec rerum tantum Dominium, verum etiam possessio etsi non apprehensa. *Costuymen van Roermund en t'Overquartier van Gelderlant lib.* 3. *tit.* 7. §. 6. *art.* 3. & 4. *van Brugge tit.* 4. §. 1. Fenzon. *ad Statut. urb. Rom. lib.* 1. *cap.* 147. Unde & statim retinendæ & recuperandæ posses-

Digitized by Google

hereditarie possidenda sub omnibus modo & forma, quibus sæpe dictus testator pro nunc, videlicet tempore confectionis præ-

possessionis interdictis jam locus. Bugnyon. 1. *de legib. abr.* 82. *&* 271. Bonorum possessio seu hereditas prætoria jam ab usu recessit. Christin. 4. *decis.* 1. Zyp. *notit. jur. Belg. tit. unde liberi. vers. jure Romano, & vers. successio.* Gudelin. *de jur. noviss. lib.* 2. *cap.* 28. *vers. quæ diversa.* Perez. *C. de edict. div. Hadr. toll.* Bugnyon. 1. *de leg. abr.* 205. Etiam substitutio & vulgaris & pupillaris. Adita hereditate evanescit vulgaris, *pr. Inst. de vulg. subst. l.* 3. *C. de hered. inst. l.* 5. *C. de impub. & al. subst.* pubertate autem pupillaris. Verum nititur pupillaris vi patriæ potestatis, quæ nulla ejusmodi apud nos, qualis apud Romanos. Grot. 1. *man.* 6. *n.* 8. *&* 2. *man.* 19. *in fin. Vinn. ad* §. *ult. Inst. de pupill subst. n* 2. Groenew. *ad pr. Inst. eod.* Et quantum ad aditionem & aditio jam nulla. Ipsum jam testamentum modus est, quo hereditas statim transit in institutum, postquam testator obiit, citra ullam aditionem, casu tantum excepto, siquis heres esse nolit. Quo locus adhuc substituto. Cancer. 3. *var. resol. cap.* 21. *n.* 32. Bugnyon. 2. *de leg. abr. cap.* 74. Vinn. *ad* §. *ult. Inst. de vulg. subst.* Unde & quantum ad creditores transiisse hæc non censetur, nisi probent, quod, qui heres, gessit se pro herede, & se bonis immiscuit. Moller. 4. *semest.* 39. Christ. *ad leg. Mecbl. tit.* 6. §. 9. Gudelin. 2. *de jur. noviss.* 18. *n.* 15. Et sic vulgo distinguitur: Aut heres in jus vocat debitores hereditarios & sic gerit se pro herede, *arg.* §. *ult. Inst. de her. qual. & diff.* Aut creditores hereditarii agunt adversus ipsum, & tum necesse est, ut probent, quod ut heres se gessit. Argentr. *ad cons. Brit. art.* 509. Menoch. 4. *præsumpt.* 99 *n.* 4. *Gail.* 1. *obs.* 128. Ant. Fab. *Cod. lib.* 6. *tit.* 12. *def.* 2. *&* 3. Christyn. *ad Bugnyon. de leg. abr.* 4. *cap.* 75. Alioquin nec necesse est, ut cui per fideicommissum relicta est hereditas eam petat ab instituto, Nec necesse, ut institutus eam ipsi restituat. Ipso jure in eum transit. Et si pure hæc relicta transit statim. Sin minus: ubi dies extitit aut conditio. Sic ut statim possit tum experiri, quamvis non sit actu possessionem ingressus, possessoriis remediis, propter illud vulgatum: *Le mort saisit le vif. Guil. Bened. ad cap. Rainutius. vers. si absque de fid. subst. n.* 50. *in fin. & n.* 58. *item in vers. mortuo. n.* 74. *ext. de testam.* Autumn. *ad rubr. ff. ad Sct. Trebell.* Rebuff. *proœm. ad const. Reg. gloss.* 5. *n.* 79. Christyn. *ad Bugnyon de leg. abr. lib.* 2. *cap.* 157. Etiam transit hinc Trebellianica, etiamsi solemni actu gravatus hanc non agnoscat. *l. quanquam. C. ad l. Falc.* Guil. Bened. ad *d. c. Raynutius. vers. mortuo. n.* 111. Guid. Pap. *quæst.* 52. Resp. Holl. 1. *cons.* 54.

 Et

præsentis Testamenti, hæc tenet & possidet; conditione tamen taliter adjecta, videlicet quod *Arnoldus* filius suus prædictus dabit,

Et quod dixi quod hereditas statim transit jam apud nos procedit etiam in feudis. Ponamus: feudum est rectum. Defunctus duos reliquit filios. Sine liberis major natu paulo post patris mortem decedit nondum adhuc investitus, feudum utrum ad fratrem, an vero ut caducum ad Dominum feudi devolvetur? Ad Dominum feudi, ni fallor. A fratre enim, cui jus jam quæsitum statim post mortem patris, in fratrem rectum non transit. Schrader. *de feud. part.* 7. *cap* 5. *n.* 57. *& seq. & cap.* 6. *n.* 20. Bort. *de feud. part.* 8. *cap.* 3. *maxim.* 3. *n.* 6. Nec qui ultimi vasalli descendentes non sunt ad id possunt admitti. Bort *d. loc.* idem tamen Bort in feudis negat, quod mireris, locum apud nos regulæ, *le mort saisit le vif. d. part.* 5. *cap.* 10. *qu.* 3. *& tr. van Complainct. tit.* 5. *n.* 13. Dominum feudi non negat, quod transit statim ipso jure, sed negat, quod possessio. Ita diserte *d. loc. qu.* 5. *n.* 8. *& seq.* Verum perperam, ut puto. Nec admitti potest, quod ait, nisi certo respectu creditorum, aut ejus, à quo mota heredi quæstio de possessione. Tum enim necesse est, ut declarando possessorem se apprehendat possessionem, & colonis interdicendo, ne cui solvant, nisi sibi, & publice effodiendo glebam unam aut alteram in conspectu aut Prætoris, aut Notarii & testium, quod vulgo vocant *aert en grasroeringhe. Resp. Holl.* 1. *consf.* 23. Verbo autem id tantum addam, quod quemadmodum *saisire* est collocare in possessionem, sic adimere eam *dissaisire* est. Annales ecclesiæ Wintoniensis *Angliæ sacr. to.* 1. *ad Ann.* 1198. *Episcopus Sarum imperio Domini Regis de omnibus possessionibus suis dissaisiatus transfretavit mense Februarii.* Annales ecclesiæ Wigorniensis *d. to. ad. Ann.* 1207. *Galfridus Archiepiscopus Ebor. quia noluit dare Regi tertiam decimam de Archiepiscopatu suo &c. disseisiatus est, & in exilium pulsus.* Usitata etiam verba hæc, & quæ idem significant, non in feudis tantum, sed & alibi, *devestire & investire. Charta* An. 1341. apud Camuzat.*antiq.****Trecensf. p.* 303. *In quorum executorum meorum manibus ex tunc pono omnia & singula bona mea*, &c. *& me de eisdem devestio, & eosdem investio per præsentes.* Cæterum quod jam dixi de non adita hereditate, de delata intelligendum, & cum scriptus est heres pure, non cum scriptus sub conditione, aut in diem incertum. In diem incertum, veluti post mortem Titii scriptus, heres non fit, & ne transmittit quidem quicquam, si vivo Titio moriatur *l. un.* §. 2. *& seq. &* §. *sic autem.* 7. *C. de cad. toll.. l. quoniam.* 7. *C. de jur. delib l.* 4. *pr. l.* 5. §. 2. *ff. Qu. dies lig. ced. l.* 75. *ff. de cond. & dem.* Guid. Pap. *decis.* 19 *& decis.* 181. Resp. Holl. 1. *consf.* 69. *&* 80. Contra de eo non dubitatur, quin si heres institutus relicto alii usufructu post testa-

** Leg. *Tricassens.*

bit, deliberabit, & assignabit fratribus & sororibus suis legitimis, duntaxat tamen illis, quibus per dictum testatorem ipsorum patrem, dum adhuc vixerit, de parte bonorum sive hereditate aliqua minime provisum extitit, tantam & talem partem bonorum rationabilem, quantam & qualem nobiles viri Domicellus de *Gaesbeeck*, nec non de *Rotselaer* miles, & Domicellus *Henricus* de *Rotselaer* de omnibus & singulis Dominiis ceterisque bonis prædictis definierint, ordinaverint, atque dictaverint rationabiliter dividendam & competendam. Ceteros quoque fratres ipsius legitimos ac etiam sorores suas legitimas, qui & quæ à sæpe dicto testatore ipsorum patre tempore præterito (1) suas partes bonorum receperunt satis competentes & laudabiles, satis exinde provisi & provisæ, voluit idem testator & præcepit stare ac omnino permanere contentos & contentas sine aliqua ulteriori prædictorum Dominiorum ceterorumque bonorum alicujus partis sive portionis participatione. Præcepit tamen testator prænominatus, & summopere affectavit & mandavit, quod memoratus *Arnoldus* ejus filius dabit ac deliberabit duabus suis sororibus legitimis *Mariæ* & *Elsæ*, Mariæ videlicet sexagina denarios aureos dictos *Petros* monetæ currentis, & *Elsæ* quidem Canonicæ in *Nyvella* quinquaginta *Petros* monetæ ejusdem, aut valorem eorundem vitalis redditus singulis annis, quamdiu præfatæ *Maria* & *Elsa* vixerint in humanis, & non ultra, singulis annis levandos, habendos, & percipiendos. Cum quibus quidem sexaginta & quinquaginta *Petris* præscriptis prænominatæ *Maria* & *Elsa* stabunt ac omnimode

testatorem moriatur, quamvis vivo adhuc fructuario, jus jam acquisitum in heredem transmittat. Resp. Holl. 1. *cons.* 75.

(1) Et æquantes legitimam, quæ necesse est, ut sit salva, §. *ult. Inst. de inoff, test. l. si totas.* 5. *C. de inoff. don. l.* 7. *pr. ff. de bon. dam. l.* 30. §. 2. *C. de inoff. test. nov.* 115. *cap.* 3. *nov.* 18. *cap.* 1. Gail. 2. *obs.* 112. *n.* 13. *& seq.* Fachin. 4. *controv.* 2. Christ. *ad ll. Mechl. tit.* 16. §. 2. Grot. *de jur. bell. & pac. cap.* 7. *n.* 4. Resp. Holl. 3. *cons.* 5. Quicquid autem à patre, dum vivit, liberis erogatur in legitimam imputatur, *l.* 56. §. *ult. ff. ad l. Falc.* Donatio etiam simplex. *l. pen. C. de collat. l.* 25. *C. de don. int. vir. & ux.* præsertim facta ea lege. *l.* 8. §. *siquis mortis. l. si non mortis.* 25 *ff. de inoff. test.* Choppin. 2. *de morib. Paris.* 3. *num.* 15. Resp. Holl. 6. *cons.* 120. Quæ & mens testatoris hic.

mode manebunt contentæ, ita quod de omnibus & singulis bonis prædictis aliud quicquam non partificabunt. Insuper desideravit testator præfatus, si *Arnoldum* ejus filium seniorem sæpe prænominatum absque prole legitima suscitata ab eo mori & decedere contingat, quod omnia & singula Dominia ceteraque bona cum suis pertinentiis supradictis cedant & devolvantur semper ad filium suum legitimum superstitem seniorem, si tamen talis filius superstes sine legitima prole ab eo suscitata decesserit, & alias non. Præterea voluit & affectavit testator antedictus, quod post ejus obitum Domicellus *Henricus* de *Rotselair* prædictus habebit & possidebit Curiam suam in *Lyra* sitam cum duabus mansionibus earumque pertinentiis singulis extra *Lyram* sitis cum omnibus bonis mobilibus ac utensilibus ad Curiam mansionesque prædictas pertinentibus, quamdiu Domicella *Maria* de *Rotselair* uxor testatoris sæpedicti vixerit in humanis, & non ultra. Cum autem prænominata domicella per voluntatem Altissimi humanæ naturæ debitum persolverit, statuit extunc idem testator, quod hujusmodi Curiæ & mansiones prædictæ cum suis attinentiis singulis ad seniorem filium suum legitimum protunc viventem pertineant & revertantur. Item legavit eidem Domicello *Henrico* centum *Coronas* aureas monetæ currentis, aut valorem earundem, singulis annis post ejus obitum levandas & percipiendas, quamdiu domicellam *Mariam* *Rotselair* prædictam vivere contingat & non ultra. Item legavit eidem Domicello *Henrico* duo potta argentea, duo (1) *Crusibilia* meliora desuper contecta, mediam duodenam testarum argentearum, mediam duodenam *Cyphorum* dictorum ***Golbelctte*, duodenam coclearium argenteorum. Item legavit eidem duodecim plaustra cespitum singulis annis, quoad vixerit, & non ultra, habenda & levanda, *Conditione* tali apposita, quod si & in quantum Domicella *Maria* de *Rotselair* prænominata alteri nupserit viro, voluit ex tunc dictus testator, & ordinavit ac præcepit, quod idem Domicellus prædictus à dicto legato, videlicet centum *Coronarum* prædictarum, duobus pottis argenteis, duobus Crusibilibus, media duodena testarum, duo-

** Leg. *Gobelette*. Vide Menag. Origine de la Langue Francoise voce *Gobelet*.

(1) Vasa erant potoria. *Cruselina* Cæsarius vocat *lib.* 12. *mirac. cap.* 41. *Portabat enim vas parvum & fictile, quod vulgo Cruselinum dicitur, in manu, in quali in tabernis potare solebat.*

duodena coclearium, & duodecim plaustris cespitum prædictis statim & indilate careat atque privetur. Salvo tamen hoc, quod idem Domicellus prædictus ex tunc habebit, tenebit, & possidebit Curiam & mansiones prædictas cum ceteris pertinentiis, ut præmissum est, quamdiu Domicella *Maria* vixerit in humanis, & non ultra. Deinde voluit & desideravit testator sæpedictus, quod statim post ejus decessum emantur & comparentur certi & hereditarii redditus pro summa C. *Coronarum* semel ad & super certum pignus singulis annis perpetuo levandi & percipiendi pro anniversario Dominæ de septem montibus matris suæ piæ memoriæ annuatim decenter & honorifice in ecclesia parochiali Sancti *Pancratii* de *Ranst* celebrando. Cetera vero ceremonialia & ecclesiastica jura salutem animæ suæ respicientia dispositioni, discretioni, ac suorum executorum ordinationi fideli plenarie commisit. Hujusmodi autem Testamenti seu ultimæ voluntatis dictus testator elegit & constituit suos executores nobiles viros ac Dominos, Domicellum videlicet de *Gaesbeeck*, Dominum de *Rotselaar* milites prædictos, & Domicellum *Gerardum* de septem montibus absentem tanquam præsentem. In quorum manibus & potestate obligavit omnia bona sua mobilia & immobilia dans & concedens eis speciale mandatum prædicta bona post ejus excessum adeundi & apprehendendi ad solutionem præmissorum faciendam, & etiamsi omnes in executione præsentes non fuerint, quod duo eam tamen perficere possint. Voluit denique siquis heredum hoc præsens suum Testamentum infringere vel annullare in parte vel in toto intentaret vel præsumeret, quod talis incurrat pœnam ducentarum marcharum argenti, mediatim Reverendo in Christo patri Cameracensi Episcopo, & mediatim Illustrissimo Principi Brabantiæ applicandarum, ut ipsi præsens Testamentum ob hoc defendere & tueri dignentur. Super quibus omnibus sæpedictus testator à me Notario publico subscripto unum vel plura sibi fieri petiit instrumentum vel instrumenta tot quot sibi fuerint oportuna & necessaria. Acta fuerunt hæc in *Ranst* in Curia testatoris sæpedicti, sub anno, indictione, mense, die, quibus supra, Præsentibus ibidem providis viris & discretis Dn. *Johanne Rempri* presbytero, *Nicolao Roberti*, & *Theodrico* dicto *Venbosch*, Cameracensis, Trajectensis, & Leodiensis diœcesis, testibus ad præmissa testificanda vocatis specialiter & ro-

gatis. Et ego Iohannes Nicolai presbyter Cameracensis diœcesis &c.

V I.

Vicariæ seu Capellaniæ SS. Martini & Antonii fundatio continens simul Testamentum Walteri Grauwert, ecclesiæ S. Salvatoris Trajectens. Decani Ann. CIↃ. CCCC. LV.

Universis & singulis præsentia visuris & audituris pateat & sit notum, quod ego *Walterus Grauwert* Decanus ecclesiæ S. Salvatoris Trajectensis, pio devotionis ductus affectu, cupiens terrena in cœlestia & transitoria in æterna felici commercio commutare, optans quod diu in voto gessi opitulante Domino effectui mancipare desiderato, (1) quandam Vicariam seu Capellaniam perpetuam in & super altari in honore omnipotentis Dei beatæ Mariæ virginis & Sanctorum Martini Episcopi & Anthonii Confessoris consecrato, & in ecclesia prædicta consistente, ubi monumentum meum fieri feci, & in quo me de-

(1) Vicaria & *altare*, seu *altare* & *Capellania* confunduntur interdum, ut in charta Ann. 1360. *quod executores dicti testamenti seu ultimæ voluntatis suæ erigere, conservare, & dotare deberent unum altare seu Vicariam in ecclesia beatæ Mariæ &c. & quod præsentatio seu collatio dicti altaris seu Vicariæ &c.* In alia Ann. 1343. *quæ quidem area & domus in augmentum dotis altarium sive Capellaniarum sitarum in ecclesia S. Jacobi Trajectensis &c.* Interdum & separantur, quemadmodum hic, & in charta Ann. 1466. *Fundavit & dotavit quandam perpetuam Capellaniam sive Vicariam in ecclesia de Heemskerc &c. ad altare sacrum Katherinæ & Barbaræ &c. in capella ad eandem ecclesiam de Heemskerc &c. fabricata & constructa &c.* Potest unum altare esse, & Vicariæ in eo plures, ut & plures, qui ibi faciant, sed non uno tempore eodemque, rem divinam Vicarii. Nec semper singulis olim aris, sed singulis etiam Vicariis, in eadem fundatis ara, sacerdos proprius constitutus. Steph. Tornacensis *epist.* 193. *edit. Ann.* 1611. *Est quidam socius meus &c. cui Capitulum nostrum Vicariam unam in majori altari contulerunt, assignato ei beneficio a quodam Burgense, unde sufficienti mediocritate vivere posset.* Et sic Vicaria est officium, quo in missis faciendis, & concipiendis ad Deum precibus pro defunctis vivisque, certo altari affixus sacerdos fungitur.

Digitized by Google

defunctum sepeliri desidero, per proprium Vicarium deserviendam in divini cultus augmentum pro meæ, matris meæ, & *Aleydis* de *Velde* neptis meæ, & aliorum parentum benefactorum meorum animarum salute de bonis meis propriis mihi à Deo collatis, Capituli mei prædicti ad id accedente consensu, fundavi & dotavi, fundo vel doto per præsentes, ac pro dote dictæ Vicariæ & sustentatione Rectoris ejusdem, omnes & singulas terras & possessiones, nec non omnia & singula bona tam mobilia quam immobilia in testamento meo, cujus tenor infra sequitur, designatas & descriptas, designata & descripta, reservato michi in hujusmodi bonis usufructu, assignavi & donavi, assigno & dono per præsentes, salvo quod de fructibus & proventibus dictarum terrarum & possessionum, quamdiu vixero, singulis diebus unam missam pro matris, sororum, & Aleydis prædictarum animarum salute celebrari faciam, & pro memoria matris & sororum mearum, prout in libro præsentiarum continetur, quamdiu vixero, personaliter solvam. Volo enim Vicarium pro tempore seu Rectorem dictæ perpetuæ Vicariæ post obitum meum ad omnia & singula onera in dicto testamento meo, cujus tenor inferius describitur, descripta perpetuis temporibus fuisse & esse obligatum & oneratum, & ad hujusmodi onera dictum Vicarium seu Rectorem dictæ Vicariæ seu perpetuæ Capellaniæ perpetuis temporibus post obitum meum onero & obligo. Volo etiam & ordino, quod dictam Vicariam seu perpetuam Capellaniam primaria vice *Walterus Grauwert* clericus Trajectensis filius Johannis *Grauwert* fratris mei habeat, & eundem ad dictam Vicariam Venerabilibus Dominis de Capitulo dictæ ecclesiæ S. Salvatoris præsento, rogans ut eum ad dictam Vicariam de novo fundatam admittere velint, salvo quod quandocunque ipsa Vicaria per cessum, resignationem, aut obitum dicti *Walteri* vacaverit, quod extunc præsentandus sit actu sacerdos, (1) aut in tali ætate constitutus, quod personaliter resideat,

(1) Sacerdos olim nemo, nisi annos natus XXXV. *nov.* 123. *cap.* 1. §. 1. *&* *cap.* 13. Codex *can. eccles. Afric. cap.* 16. Phot. & ib. Balsam. *Nomocan. tit.* 1. *cap.* 26. Fabrot. *ad Balsam. tit. de episc. & cler.* Sed seculi vitio parum stricte id observatum. Etiam infantes ad episcopatum promoti, ut exemplum habet Thuanus *lib.* 39. *hist. ad Ann.* 1566.

resideat, Alioquin si sacerdos non fuerit, aut in tali ætate constitutus, quod infra annum ad sacerdotium promoveri non poterit, & infra annum promotus non fuerit ad sacerdotium, & residentiam in dicta ecclesia S. Salvatoris & in dicta Vicaria non fecerit personalem, extunc (1) patroni seu collatores dictæ Vicariæ pro tempore alteri personæ, sicut præmittitur, qualificatæ conferent absque aliqua declaratione, dispensatione etiam quacunque non obstante, quod tamen in dicto *Waltero Grauwert* primo Rectore ejusdem locum habere non volo. Etiam ordino & volo, quod Vicarius seu Rector dictæ Vicariæ post obitum meum singulis diebus per se vel alium missam in dicto altari celebret primo pulsu hora septima, & missa in dicto altari celebrata, quod pro tunc ad monumentum meum cum aspersorio transeat, & pro meæ & parentum meorum & *Aleydis* prædictorum & aliorum meorum benefactorum salute *Miserere*, & *de profundis*, cum collecta pro defunctis devote legat. Quod si non fecerit, quod extunc Decanus & Capitulum pro tempore dictam missam & hujusmodi Psalmos cum collecta legi per alium faciant, & de fructibus dictæ Vicariæ pro qualibet missa neglecta duos stuferos albos vel eorum verum valorem legenti tradant & assignent. Deinceps volo & ordino, quod executores testamenti mei infra nôminati post obitum meum dictam Vicariam, quamdiu ipsi, aut alter eorundem, supervixerint aut supervixerit, personæ ydoneæ, ut superius, qualificatæ conferant, seu personam idoneam ad eandem præsentent, & si discordes fuerint in conferendo vel præsentando, quod tunc collatio seu præsentatio Decani præferatur, & locum sibi vindicet, & quod ille, quem Decanus præsentat Capitulo, seu cui ipse eandem conferet, dummodo fuerit ut præmittitur qualificatus per Dominos de Capitûlo admittatur, sitque Vicarius & Rector

(1) Patronus proprie non confert, sed collatori præsentat. *cap. ult. ext. de jur. patr.* Proprie dico. Nam improprie quidni etiam collator, quatenus scilicet præsentatum, cui fit præsentatio, ad ejus nutum confirmat? Sic infra: *Item voluit finaliter dictus dominus testator, quod præfati sui executores, quoad vixerint, aut unus eorum vixerit, collatores erunt & patroni conferendi suam Vicariam prædictam.* Hodie jus id confusum. Vid. *man. ad jus Can. tit.* 12. *in fin.* Idem qui patronus & præsentat & confert. Præsentat scilicet synedrio, ut synedrium interdum ipsi.

Digitized by Google

Rector dictæ Vicariæ pro tempore sub correctione Decani & Capituli ecclesiæ prædictæ, & libertatibus, immunitatibus, & privilegiis, quibus ceteri Vicarii ejusdem ecclesiæ fulciuntur, perpetuo gavisurus. Unde ego *Walterus Grauwert* ut præmissa omnia & singula per me superius ordinata de jure sortiri poterint effectum supplico Venerabilibus Dominis de Capitulo dictæ ecclesiæ meæ, ut in signum præstiti consensus fundationis & dotationis prædictarum huic fundationi sigillum dictæ ecclesiæ appendere velint, & etiam supplico venerabili Dno Vicario à quinque ecclesiis Trajectensibus Sede vacante deputato, quatenus Dei & pietatis intuitu hujusmodi fundationem, dotationem, ordinationem, & voluntatem meam quoad omnia & singula præmissa ordinaria auctoritate confirmare velit & decernere ea robur firmitatis obtinere debere, prædictaque bona infra in meo testamento designata, & hujusmodi Vicariæ assignata, fore & esse spiritualia & ecclesiastica, & ipsi Vicario in beneficium ecclesiasticum perpetuum incorporare, & assignare, & decernere ecclesiastica libertate gaudere debere. In quorum omnium & singulorum præmissorum fidem & testimonium sigillum meum huic fundationi & dotationi, ac aliis præmissis duxi appendendum. Et nos Capitulum dictæ ecclesiæ S. Salvatoris Trajectensis in signum præstiti consensus omnium & singulorum præmissorum & ob rogatum dicti Domini Decani sigillum ecclesiæ huic literæ fundationis appendimus. Datum & actum anno à nativitate Domini CIↃ. CCCC. quinquagesimo quinto die XIX. mensis Octobris. Tenor vero testamenti, de quo supra fit mentio, & in quo omnia & singula bona pro (1) dote dictæ Vicariæ assignata describuntur & designantur, una cum oneribus quibus Vicarius dictæ Vicariæ pro tempore post obitum meum perpetuis temporibus obligatus erit, sequitur & est talis: In nomine Domini Amen. Anno à nativitate ejusdem CIↃ. CCCC. quinquagesimo quinto, indictione tertia, die vero Sabbathi quarta mensis Octobris, hora tertiarum vel quasi, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & Dni nostri Dni Calisti divina providentia Papæ tertii anno primo, in mei Notarii

(1) Dos idem hic, quod salarium, quod pecunia constituta, qua ad muneris functionem invitatur sacerdos.

tarii publici testiumque infra scriptorum (1) ad hoc specialiter vocatorum & rogatorum præsentia personaliter constitutus Venerabilis & circumspectus vir Dns & M. *Wouterus Grauwert* Decanus ecclesiæ S. Salvatoris Trajectensis per Dei gratiam mentis, rationis, & intellectus suorum bene compos, animadvertens humanæ naturæ fragilitatem, & inconstantiam, dierum brevitatem, & vitæ corruptibilitatem, nihilque morte certius & incertius ejus hora existere in humanis, Cupiens igitur horam mortis hujusmodi tam incertam quam inevitabilem bonorum & rerum suarum testamentaria dispositione prævenire, ne videatur decedere intestatus, testamentum suum seu ultimam suam voluntatem condidit, disposuit, & ordinavit in modum, qui sequitur. Inprimis animam suam ab ergastulo carnis exituram Deo omnipotenti suo Creatori ac Salvatori, ejusque genitrici, gloriosæ virgini Mariæ, ac toti cœlesti Curiæ, in æterna requie collocandam commendavit, eligendo sepulturam suam in sepulchro suo novo, jam sarcophago suo adornato ante altare per ipsum in nova Capella dotandum. Voluitque exequias suas fieri secundum modum nunc consuetum. Item voluit dictus Dn. testator & summopere desideravit, quod ante omnia satisfiat suis creditoribus, siqui tunc reperti fuerint, ac debita per ipsum contracta, de quibus legitime constiterit, de suis bonis promptioribus persolvantur. Insuper dictus Dn. testator legavit ecclesiæ S. Salvatoris prædictæ ad usum unius Vicariæ in eadem ecclesia, & in Capella de novo inibi constructa, per ipsum testatorem seu ipsius executores fundandæ & dotandæ terras possessiones ac bona infrascriptas & infrascripta, videlicet sex jugera terræ sita in superiori parte parochiæ

(1) Juxta *l. heredes* 21. §. 2. *ff. Qui test. fac. poss.* Quæ tamen tam stricte jam non amplius observatur. Quod non adsint inviti, sufficit. Nec officit omissa clausula. *gebeden ende geroepen.* Alex. *cons.* 33. *n.* 15. *vol.* & 3. *ad l. sciendum. n.* 39. *ff. de verb. obl.* Mantic. *lib.* 2. *de conject. ult. vol. cap* 11. *n.* 4. Resp. Holl. 2. *cons.* 12. & *cons.* 133. ** Imo juxta *d. L.* 21. §. 2. *ff. qui testam. fac. poss.* & *quemadm. testam. fiant.* non opus fuit, ut testes specialiter convocarentur. Nam licet ad aliam rem essent rogati, vel collecti, si tamen ante testimonium certiorarentur ad testamentum se adhibitos, recte poterant testimonium suum perhibere.

Digitized by Google

rochiæ de Jutfaes, quæ pronunc colit *Godefridus Dedel* civis Trajectensis, & valent annuatim sex scuta antiqua monetæ Regis Franciæ. Item legavit eidem ecclesiæ ad usum prædictum undecim *Dagmaet* terrarum parum plus aut minus jacentium op *Zelsert* valentia communibus annis duodecim florenos aureos Rhenenses. Item legat eidem ecclesiæ ad usum supradictum sex jugera terræ, quorum quatuor comparavit erga *Petrum Grauwert* fratrem suum carnalem, & reliqua duo comparavit erga *Joannem Grauwert*, filium *Hugonis* nepotem suum, jacentia *op Lopick*, quorum sex jugerum prædictorum quodlibet jugerum valet communibus annis duo scuta Bourgundiæ. Item legat eidem ecclesiæ ad usum prædictum adhuc duo jugera terræ jacentia *op Lopick*, quæ dictus testator comparavit erga *Johannem Renninck* nepotem suum, quorum quodlibet valet annuatim duo scuta Burgundica communibus annis. Item legat adhuc ecclesiæ prædictæ ad usum prædictum duodecim jugera terræ sita in *Vuylcoop* empta per eundem erga *Petrum Grauwert*, fratrem suum prædictum, quæ communibus annis valent sexdecim scuta antiqua & duodecim capones, & de omnibus præmissis habet jam proprietatem ecclesia S. Salvatoris prædicta ad usum Vicariæ prædictæ. Item adhuc legat ecclesiæ prædictæ ad usum prædictum, & vult ut habeat octo jugera terræ sita *op Bilevelt* empta per eum erga *Johannem Grawert* nepotem suum prædictum, & valent jam annuatim decem scuta Hollandiæ Wilhelmi, quorum octo jugerum prædictorum literas proprietatis habet *Johannes Grawert* frater carnalis dicti domini testatoris, & vult ex vinculo fraternæ charitatis, quam sæpe dicto suo fratri exhibuit, ut quandocunque aut ab ipso Dno testatore aut suæ ultimæ voluntatis dispositoribus & executoribus requisitus vel admonitus fuerit, quod tunc sine dilatione & fraude quacunque semota libere resignet literas proprietatis dictorum octo jugerum ad usus Vicariæ prædictæ, sicut sæpe dicto domino testatori facere promisit. Item adhuc sæpedictus dominus testator legat ecclesiæ prædictæ ad usum prædictum annum gratiæ suæ, (1) nec non meliorationem domus suæ claustralis, quam inhabitat, ita quod post mortem suam, ut moris est, exponi debet venditioni & plus offerenti assigna-

(1) Vid. ad *Vett. Testam. secul.* XIII. *& init. seq. scripta*, *p.* 513.

assignari. Similiter legat ecclesiæ prædictæ ad usum prædictum omnia clenodia, utensilia, & bona sua mobilia per eum relinquenda, quocunque etiam nomine referantur, quæ per suos executores infrascriptos vendi debent. Quibus omnibus venditis & debitis suis persolutis, & exequiis decenter peractis, tunc de pecuniis remanentibus tam de domo sua & anno gratiæ suæ prædictæ, quam etiam clenodiis, utensilibus, & bonis suis mobilibus præscriptis comparari debent certi reditus perpetui, quam primum id fieri poterit, & prout executoribus suis visum fuerit expedire. Quos redditus, sicut & omnes & singulos redditus de terris, possessionibus, & bonis suprascriptis provenientibus, dat & assignat ecclesiæ prædictæ ad usum prænominatæ Vicariæ, & pro competentia & sustentatione Rectoris ejusdem, & etiam pro oneribus infrascriptis, quibus Vicarius pro tempore dictæ Vicariæ erit oneratus. Item vult & voluit idem Dn. Testator, ac amore crucifixi nostri Salvatoris dictos executores suos subscriptos humilibus precibus amplectitur, ut de omnibus bonis prænominatis dotare & erigere velint unam Vicariam ad altare fundatum in honorem omnipotentis Dei, beatæ Mariæ virginis, ac Sanctorum Confessorum Martini Episcopi & Anthonii Abbatis, situm in Capella prædicta, & hoc juxta modum & formam fundationis per dictum Dn. testatorem conceptæ, aut per ipsos executores suos concipiendæ, exorans fraternaliter Venerabiles viros Dnos & Confratres suos Canonicos Capitulares ecclesiæ prædictæ, ut dictam fundationem ratificare velint & confirmare. Item si ultra præmissa aliqua disposita fuerint & ordinata per ipsum dominum testatorem in vita sua, de eisdem dispositis liberat & exonerat executores suos infrascriptos. Item legat Mag. *Theodorico Vuysstinck*, Confratri ac nepoti suo, (1) breviarium suum magnum in duobus voluminibus conscriptum. Item voluit dictus Dn. Testator, ut Vicarius vicariæ suæ prædictæ sit & perpetuo obligatus manebit solvere ex eadem annuatim tres libras pro Antiphona in adventu Domini ad *Magnificat* decantandum scilicet *O clavis*. Item adhuc novem libras videlicet pro memoria patris sui, tres pro memoria matris suæ, & tres pro memoria Domicellæ *Aleydis van de Velde* neptis

(1) Vid. *ad dict. Testam. p.* 508.

neptis suæ, & semper domini recipient duplum, (1) socii vero tertiam partem. Item adhuc pro memoria suæ sororis unam libram, ut in Ordinario ecclesiæ scriptum inveniet. Item adhuc solvet pro memoria dicti Dni testatoris tres libras quolibet anno in die illius mensis quo decesserit, & in reliquis undecim mensibus quolibet mense triginta solidos dividendos modo quo supra. Item in qualibet memoriarum prædictarum ministrabit choralibus duos solidos, & de omnibus memoriis prædictis dictus Dn. Testator nihil unquam defalcari voluit per Vicarium prædictum, sed ad plenum satisfaciet de bonis Vicariæ suæ prædictæ. Item dedit & legavit cuilibet executorum suorum infra scriptorum unam tasseam argenteam, qui onus testamenti sui acceptaverint. Ad hæc autem omnia & singula executioni debitæ demandanda & fideliter adimplenda præfatus Dn. Testator elegit, constituit, & ordinavit Venerabiles & discretos viros Dnos M. *Gerardum Kyllesteyn* S. Johannis, & *Theodoricum Vuystinck* S. Salvatoris ecclesiarum Trajectensium canonicos præsentis sui testamenti seu ultimæ voluntatis executores, dispositores, manufideles, & fideicommissarios absentes tanquam præsentes, ita quod post mortem suam in prædictis bonis & rebus per præfatum Dominum testatorem prout dispositum & ordinatum superius invenerint, & supra dictum est, ejus extremam voluntatem fideliter exequantur. In quorum quidem manibus reposuit & dedit omnia & singula bona supradicta, cedens eisdem & transferens in ipsos omnes & singulas actiones reales & personales, rei persecutorias utiles & directas, ac jura contra quemcunque hominem, quodcunque collegium sive universitatem, quocunque jure vel causa sibi competentia, & eorum quemlibet in rem suam constituendo procuratores, ita quod post mortem suam ipsius testatoris bona prædicta propria poterunt auctoritate apprehendere, tenere, expendere, & pro his nomine suo agere, defendere, & experiri, & præmissa omnia & singula exequi jubere, contradictione qualibet non obstante, (2) eosque in præmissis omnibus & singulis ab onere satisdandi ac conficiendi bo-

(1) Socii, sunt chori socii, Chorales, ut statim sequitur. Vid. *ad d. Testam. p.* 491.

(2) Sic & in testamento Stephani van Beest Ann. 1496. *fine omni inventarii confectione & heredum sive successorum quorumcunque contradic-*

bonorum suorum inventarium, & post executionem hujusmodi interceptam de reddendo computum & rationem relevavit penitus & expresse. Voluit etiam testator antedictus, quod si unum ex dictis executoribus mori aut alias legitime impediri contingat ante plenam ipsius testamenti executionem, quod tunc superstes ex ipsis omnia & singula exequendi plenam & liberam habeat potestatem. Item voluit finaliter dictus dominus testator, quod præfati sui executores, quoad vixerint, aut unus eorum vixerit, collatores erunt & patroni conferendi suam Vicariam prædictam. Post quorum mortem Decanus ecclesiæ præfatæ ac Scultetus civitatis Trajectensis pro tempore collatores erunt Vicariæ prædictæ, & eam conferre debent personæ idoneæ qualificatæ juxta tenorem fundationis ejusdem. Si autem prædicti Decanus & Scultetus in conferendo fuerint discordes, tunc illa vice solus Decanus ecclesiæ prædictæ conferet & disponet de eadem, ut præmissum est. Item sæpedictus Dn. testator revocavit & revocat expresse omnia & singula testamenta, quæ olim fortassis fecisse experiatur. Sed hanc suam ultimam voluntatem esse asseruit, eamque valere voluit melioribus jure, causa, & forma, quibus valere poterit, jure testamenti, codicillorum, seu cujuslibet ultimæ voluntatis de consuetudine vel de jure. Super quibus omnibus & singulis præmissis præfatus D. testator petiit sibi à me Notario publico infrascripto unum vel plura publicum vel publica fieri & confici instrumentum aut instrumenta. Acta fuerunt hæc Trajecti in dicta domo habitationis sæpe dicti Dni testatoris, sub anno, indictione, mense, die, hora, & Pontificatu, quibus supra, præsentibus ibidem honorabilibus viris Dnis Jacobo Goes & M. Jacobo de Gouda presbyteris perpetuis Vicariis in eadem ecclesia

traditione non obstante &c. Remitti potest satisdatio, *L. 6. C. ut in poss. legat.* Remitti etiam inventarium, *l. ult. C. arb. tut.* Jul. Clar. §. *testamentum. qu.* 66. Resp. Holl. 2. *cons.* 176. Nisi ponas, quod remissum in alterius præjudicium, ut si in creditorum, in filii præjudicium, cujus legitima necesse est ut sit salva, *arg.* §. 2. *Inst. de b. qui sui vel al. jur. l.* 8. §. 15. *ff. de inoff. testam. l.* 74. *ff. de reg. jur.* Resp. Holl. 1. *cons.* 132. Et si data instituto in casu necessitatis alienandi potestas. Nam nisi ex inventario, utrum ursit sic necessitas, cognosci non potest. Resp. Holl. 2. *cons.* 287.

sia S. Salvatoris, testibus ad præmissa vocatis specialiter & rogatis. Et ego Johannes de Gheyn clericus Trajectensis diœcesis, publicus Imperiali auctoritate Notarius, quia dicti testamenti ordinationi, ultimæ voluntatis dispositioni, executorum electioni & ratificationi, omnibusque aliis & singulis superius descriptis, dum sic ut præmittitur per ipsum dominum testatorem fierent & agerentur, una cum prænominatis testibus præsens interfui, eaque sic fieri vidi & audivi, idcirco hoc præsens publicum instrumentum per alium me legitime præpedito bene scriptum confeci, subscripsi, & in hanc publicam formam redegi, signoque & nomine meis solitis signavi in fidem veritatis & testimonium omnium & singulorum præmissorum rogatus & requisitus. Et sigillatæ erant hæ literæ in pergameno descriptæ duobus sigillis de cera viridi subimpendentibus, quorum primum erat testatoris, & secundum ecclesiæ S. Salvatoris. Per præfatas literas adhuc transfixa erat litera ratificationis de dicta fundatione in forma subscripta. *Walterus* de *Gouda* Præpositus & Archidiaconus ecclesiæ S. Petri Trajectensis, atque ex parte quinque ecclesiarum Trajectensium Sede Episcopali Trajectensi vacante Vicarius generalis, universis & singulis Christi fidelibus tam præsentibus quam futuris salutem in eo qui est vera omnium salus. Cultum divinum semper augeri cupientes ad devotam & humilem supplicationem Venerabilis viri Dn. Mag. *Walteri Grawert* Decani ecclesiæ S. Salvatoris Trajectensis, fundatoris perpetuæ Vicariæ, de qua in literis, quibus hæ nostræ literæ transfiguntur, fit mentio, fundationem ac dotationem ejusdem perpetuæ Vicariæ, nec non ultimam voluntatem seu ordinationem testamentariam ejusdem Dn. & Mag. *Walteri* fundatoris, prout in eisdem literis describuntur, omniaque alia & singula in ipsis literis narrata atque conscripta, prout rite & legitime ordinata sunt, atque facta, auctoritate ordinaria, qua ad præsens fungimur, tenore præsentium ratificamus, approbamus, rata & firma habemus & haberi volumus, atque in Dei nomine confirmamus, ipsamque perpetuam Vicariam in titulum perpetui beneficii ecclesiastici erigimus, & bona ad illam in dictis literis assignata & in posterum assignanda (1) de cetero fore & esse ecclesiastica decernimus, ac sub ecclesiastica liber-

(1) Imperio seculari & tributis exempta. Vulgo *amortisatio* hæc, ut & *mortificatio* in charta Ann. 1473. Chronic. Beccense ad Ann. 1466.

Digitized by Google

libertate tuenda nostrarum testimonio literarum. Datum nostri Vicariatus sub sigillo præsentibus appenso anno à nativitate Domini CIↃ. CCCC. quinquagesimo quinto, mensis Octobris die vicesima tertia. Subscriptum, *Jo. Pontiani*, & sigillatum sigillo de cera rubea subimpendente.

VII.

Duorum conjugum Testamentum in judicio Leydensi factum Ann. CIↃ. CCCC. LXV.

(1) Wy Geryt Ryswyc ende Ian vander Does Scepene in Leyden, Ian Heynric Paedzen soon, Florys Pieters soon, Geryt

1466. apud d'Achery *append. ad Lanfranc. Feodum de Calvomonte &c. Beccensi ecclesiæ tanquam manui mortuæ incorporavit, magnis & largis suis sumptibus amortisari fecit.* & mox. *Nota, quod amortisatio nihil aliud est quam terram Domini tributalem immunem reddere ab illo.*

(1) Quod ad mores hodiernos vel coram Notario & duobus testibus testamentum fit, vel coram magistratu, aut coram judicee in judicio, *l.* 19. *C. de test.* Costuymen *van Utrecht. rubr. van overgiften ende maken.* §. 1. Keuren *van Leyden art.* 115. Grot. 2. *man.* 17. §. *op twee wysen.* Gudelin. 2. *de jur. nov.* 5. Groenew, *ad* §. 3. *Inst. de test. ord.* Rodenb. *de jur. qu. or. è statut. div. tit.* 2. *cap.* 4. *pr. n.* & *seqq.* Judices autem cur Consulibus præferantur hic, siquis quærat, ratio, ut puto, non est alia, quam quod Judicum seu Scabinorum institutio vetustior, ut ex actis & instrumentis probat vir Amplissimus Orlers Consul Leydensis. Quatuor primum *Raetsmannen* instituti Ann. 1351. Latine hi *Consules* à consulendo. Passim autem cum *Consules* Belgis dicti *Burgemeesters*, & hi temporis progressu assumpsere idem nomen, & primum forsan circa Ann. 1434. Scabinis tamen, ut olim, cum *Raetsmannen* adhuc dicti, sub initia postpositi. Vid. Orlers *descript. urb. Leydens. part.* 3. *p.* 608. & *seqq.* De Notario autem quod dixi plane est extra controversiam. Sed sunt tamen, qui putant, quod & eo non adhibito, modo quatuor intersint testes, quod Notarius, ut putant, duorum fungatur vicem, *c. quoniam ext. de prob.* testamentum subsistat. Everh. Præf. *loc. ab ult. vol. ad legat.* Alteserr. *ad c. cum. Joannes ext. de fid. instrum.* Dec. *cons.* 254. *n.* 4. Clar. *recept. sent. lib.* 3. §. *testamentum. qu.* 57. *n.* 3. Moller. 3. *semest.* 43. *n.* 5. Resp. Holl. 2. *cons.* 133. Alii in alia eunt omnia. Nam quid si duo Notarii, coram qui-

Geryt Heerman, ende Ian Dirc Geryt Montfoerden soen, Burgermeysteren in Leyden doen condt allen luyden, dat voor den gerechte quamen Willem vander Graft ende Margriete Willem Louweryssens dochter syn wyf, ende maecten malkander mit goede voirsien ende mit vrien moetwille, dat so wie van hem beyden voirsz langste leeft, dat die van hoir beyden goeden voir uyt nemen, behouden, besitten, ende gebruycken sel ter lester doot toe alle alsulc imboel, huysraet, silverwerck, ende facelmenten, als sy hebben, als die eerste van hem beyden afsivich wort. Ende daer toe sel die langste levende van hem beyden voorsz noch voor uyt hoere beyder andere gemeene ende gereedste goeden nemen, so waer die gelegen syn, die sy t'samen hebben, als die eerste van hem beyden voersz oflivich wort, hondert goude Rynsche gulden of payment hoire waerde t'sjaers lyftocht renten, (1) duerende so langhe, als die langste levende van hem beyden voersz in levenden live is, ende niet langer. Ende die voersz lyftocht renten sullen verschynen alle jaer opten dach van dat die eerste van Willem of Margriete voersz oflivich geworden sal wesen. Ende

quibus testatus quis, valebitne testamentum? Neg. Choppin. 2. *de morib. Paris.* 2. *tit.* 4. *n.* 3. Anselm. *consult.* 9. Forma certe testamenti, ac solennitas, quæ præscripta est, servanda est ad unguem, *l.* 29. *in fin. C. de testam. l. non est dubium.* 5. *C. de legib.* Nec si fictio admittatur statuto hactenus satisfit, arg. *l.* 29. *& seq. ff. eod.* Nam si loquamur de testamentis, non instar duorum, sed instar quinque est Notarius, in quorum locum successit. Jus civile enim requirit septem. §. 2. *&* 3. *Inst. de testam. ord* Coram quot si testetur quis, Notario non adhibito, testatus creditur non inutiliter. Jus civile enim non sublatum, sed præter jus civile forma tantum testandi introducta est facilior. Qua omissa si quis malit Jus Romanum amplecti, & testari solennius, nihil, puto, impedimento est. Bald. 5. *respons.* 355. Grot. 2. *man.* 17. §. *Byons is niet verboden.* Rodenb. *de jur. qu. or. è stat. divers. tit.* 2. *cap.* 3. *n.* 3. Loquimur dixi de testamentis. In aliis an Notarius duorum fungatur vicem, alia est rursum quæstio.

(1) Exemplum legati annui, quod & cedit ab eo die, ex quo obiit testator, *l.* 5. §. 1. *ff. qu. di. leg. vel. fideic. ced. l.* 5. *C. eod.* & quod mortuo legatario rursum deberi definit. *l.* 4. *l.* 12. *ff. de ann. leg.* sed sic ut anni, quem ingressus est, quamvis fato mox concedat, debeatur universum. *l.* 8. *ff eod.* Advysb. 1. *cons.* 110.

Digitized by Google

Ende na hoere beyder voirſz doot ſo ſal alle alſulk ymboel, huyſraet, ſilverwerck, en facelmenten als voirſz is, mitten anderen lyſtocht goeden, die de langſte levenden van hem beyden voerſz genomen ſal hebben, gelyc voirſz ſtaet, weder comen ende erven op hoere beyder voirſz. rechte erfnamen. Dit is behoudelic, dat alle witachtige ſculden eerſt betaelt ſullen weſen. Ende deſer brieve ſyn twee, dair Willem ende Margriete voirſz elck een of hebben. In kenniſſe der waarheyt ſoe hebben wy Scepene voirſz deſen brieve beſegelt mit onſen ſegelen. Ende wy Burgemeeſteren voirnoemt hebben om der meerre ſekerheden deſen brieve mede beſegelt mit der Stede ſegele van Leyden, die wy dagelix gebruycken hier an gehangen int jaer ons Heeren CIↃ. CCCC. vyf ende t'ſeſtich opten negen en twintichſten dach in Octobri.

VIII.

Teſtamentum Adriani de Borſſelen, Domini de Brugdamme & Duvelant, Ann. CIↃ. CCCC. LXVI.

In nomine Domini Amen. Anno nativitatis ejuſdem CIↃ. CCCC. ſexageſimo ſexto, die decima quarta menſis Iulii, hora veſperarum vel quaſi, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri, Dn. Pauli divina providentia Papæ ejus nominis ſecundi anno . . . in mei Notarii publici teſtiumque infra ſcriptorum præſentia, nobilis Dominus *Adrianus* de *Borſſalia*, Dominus de *Brugdamme* & *Duvelant*, miles, ſanus mente, compoſque rationis nullis viribus deſtitutus, animo bene deliberato, conſiderans quod nil certius morte, & nil incertius hora mortis, in honorem omnipotentis Dei,glorioſæque virginis Mariæ, pro ſalute animæ ſuæ & in remiſſionem omnium peccatorum ſuorum, Teſtamentum ſuum ſecundum modum & ſtylum vulgarem, eo quod Latinum non intelligit, neque comprehendit, ordinavit & diſpoſuit, ut ſequitur: Ick *Adriaen* van *Borſſelen* Ridder, Heer van Brugdamme, van Duivelant &c. machtich mynre redene, ende wel bedacht mynre vyf ſinnen, hebbe gemaeckt ende geordonneert myn Teſtament ende myn uyterſte wille in die eere Godts, ſynre gebenedyde moeder *Maryen*, ende alle Gods heyligen, in verlateniſſe van alle myne ſonden, ende hem aller, daer ick 't voor begeere, ende in kenniſſe

kennisse van desen bevele ick in den eersten myne siele, als sy uyt den lichame sceyden sal, Godt van Hemelrycke, synre gebenedyde moeder, ende alle Gods heyligen, begeerende myn doode lichaem begraven te hebben in mynre moeder der heyliger kerken van Westerzoubburch voor den hoogen altaer. Item geve ick mynre moeder der heyliger kerken van *Westerzoubburch* voersz mit mynen dooden lichaem tot haer timmeragie . . . . . ponden grooten Vlaems payements eens voor al. Item geve ick mynre moeder der heylige kercken noch (1) x. schell. grooten s'jaers erflycke renten om die straten daer mede te doen houden van den huse van *Westerzoubburg* tot *Middelburg* toe. Ende dese renten van x. schell. grooten voernoemt bewyse ick den Kerckmeesters t'ontfangen op myn uytgors by Ooster *Duvelant*. Item sette ick eenen dertichsten, ende daer toe geve ick den Priester xvi. schell. grooten. Item sette ick enen veertichste, daer ick den Priester toe geve

(1) Varia solidi æstimatio. xii. denariis eum Franci æstimabant. Lex Longobard. *apud Goldastum tom. 1. const. imp. part. 3. tit. 22. De omnibus debitis solvendis, sicut antiquitus fuit consuetudo, per* xii. *denarios solidi solvantur.* Carolomanni Capitulare apud eund. *n.* 11. *Nempe duodecim denarii, quem solidum vocamus, contribuantur nibi, quo militibus nostris præmia condigna laboribus solvantur.* Hollandicus constabat obolo, & interdum sex chalcis. Et id ex veteri more adhuc Ordines & Quæstores eorum retinent, ut passim in instrumentis, cautionibus, apochis, cum loquuntur de obolis, utantur voce *schellingen.* Differunt autem *schellingen* & *schellingen grooten. Grooten* grossi sunt, & grossi, cum simpliciter vox ponitur, grossi sunt Turonenses. Charta Ann. 1328. *Twee duysent marck Engelsche, die marck voor veertich grooten bereeckent.* Alia ejusdem anni: *twee dusent marc Engelsche, die marc over* XL. *grooten tornoysen gerekent.* Ejusmodi autem grossi sedecim obolis æstimati, ut in charta Ann. 1323. *seven hondert ponden tornoysen &c. enen groten tornoys voir sestien penninghen gereeckent.* In charta Ann. 1327. *sestien hondert pont tornoysen, den grooten over sestien penningen gerekent.* Cujusmodi autem hi oboli, & an stuferum semper æquent, res paulo est obscurior., quamvis interim non mirum, quod aliud sit *een schellingh*, aliud *een schelling grooten.* Nam & aliud est *een pont*, aliud *een pont groot. Een pont* est florenus grossis constans quadraginta, quorum singuli quatuor chalcis. *Een pont groot* sunt sex floreni.

Digitized by Google

geve een pont grooten. Item ſtelle ick myne beganckeniſſe op *Anna* van *Bourgoengen* myne huyſvrouwe mit een ſticke ſilvers wegende xx. marck. Ende ſette ick tot mynder uytvaert te deelen den armen in broode twee ſeven broots. Item tot mynen ſevendaghe oock mede te deelen den armen in broode twe ſeven. Item ſette ik myn jaergetyde euwelyck duerende te *Weſterſoubburch* in der kercken vierwerf des jaers te doene, te wetene myn rechte jaergetyde van mynen ſterfdach, ende elck vierendeel jaars dair ane volgende ook myn jaergetyde, op een nobel gelyk onderlinge te deylen. Dies begeere ick dat ſy ſullen ſingen tot elck van den voorſz jaergetyden des avonts vigilie mit negen leſſen en ten grafte gaen, ende leſen aldair, *Miſerere mei Deus*, *cum conſuetis*, ende des anderen dages een ſingende miſſe van *requiem*, ende na der miſſe *commendationes animarum* leſen. Ende deſe voergenoemde nobelen vierwerf des jaers ſullen ſy ontfangen by den H. Geeſtmeeſters der voerſz kercke. Item voort geve ick t'elcken mynen voorgenoemden jaergetyden den H. Geeſtmeeſters in der voorſz kercken enen nobel of VIII. ſchell. groot dair voor, omme den armen in broode te deylen over myn ſiele. Item noch geve ick den H. Geeſtmeeſters XIII. nobelen, ende acht ſchell. grooten voor den nobel s'jaers, om dair mede te cledene XIII. arme perſonen, elck mit enen nieuwen tabbert, gevoedert mit niuw laken, ende dat opten dach als men myn eerſte jaergetyde doen ſal. Item op dat die voorſz heylige Geeſtmeeſters geen verlies en ſouden hebben ende te naerſtelycker deſe voerſz punten van mynen jaergetyden vervolgen ſouden, ſo geve ick den voerſz Heyligen Geeſtmeeſters vier nobelen jaerlycks, dies ſullen ſy tot elcken van mynen voorgenoemden jaergetyden beſorgen alſulcken waslicht, alſmen gemeenlyck beſorcht tot den jaergetyden van *Florens* van *Borſſelen* in der kerken voorgenoemt. Ende dat daer over blyft van den voorſz vier nobelen geve ick den Heyl. Geeſt in der Kercken voerſz. Ende deſe voernoemde penningen ter ſomme van xxv. nobelen, ofte VIII. ſchell. grooten voor den nobel, bewyſe ick den voerſz Heyligen Geeſtmeeſters te ontfangen op een uytgors leggende by de Ooſterſchelde in Zelant genaemt *Mallant*. Item ſoo ſette ick myn eeuwige jaerſanck in der voerſz kercken van Weſterzoubburch gegaen te worden by den

Pa-

Parochie Pape van der voersz kerken, als costumelyck is, tot mynen grafstede te gaen ende lesen *Miserere mei Deus, cum consuetis.* Ende daer toe geve ick den voergenoemden Prochie pape twe gemeten lants liggende binnen der Parochie van *Westerzoubburch*, die welcke hem bewysen sullen myn Testamentoirs binnen den jare na mynre doot. Item besette ick myn eerste jaer getyde gedaen te worden binnen Middelburch in elck van den vier Parochi Kercken, ende voort meer in alle kerken, die in mynen Ambachten gestaen syn, te weten *Sinte Laurens*, *Brugdamme*, *Oostzoubburch*, *Oudvlissinge*, *Westcappele*, *Domburch*, *Coudekercke*, *Nieuwekercke*, *Cleeverskercke*, *Zoutelande*, *Werendich*, *Biggenkercke*, *Scripkercke*, *Melisterkercke*, *Sinte Marienkercke*, *Buttinge*, ende in *Duvelant*, ter *Ouderkercke*, ter *Nywerkercke*, in *Oostlant*, in *St. Jans-Lant*, ende ter *Capellen*, ende een ygelick van den voorsz kerken twe schell. grooten, ende dat betaelt te worden by mynen Testamenteurs Item geve ick tot onser Vrouwen love in der kercken van *Westerzoubburch*, om dat dagelycks te doen ewelick geduyrende twe gemeten lants op die Kerckmeesters der Kercken voorsz, ende des sullen s'jaerlijcxs geven ende uytreycken enen nobel, ofte acht schellingen groten dair voir. Welcke twee gemeten lants op die Kerkmeesters der kercken voorsz ic bewyse in de parochie van *Westerzoubburch*, ende die te bewysen by mynen Testamentoers, ende dat binnen den jare. Item wes lande dat ic in dit myn Testament niet en bewyse, waer sy gelegen syn, die sette ick in handen van myn Testamentoeren, die te bewysen binnen s'jaers nae myn sterfdach. Item geve ick Sinte Martens altaer in der kercke van *Westerzouburch* XII. gulden. Item Sinte Niclays omme den armen daer mede te styven XII. gul. Item geve ic elcken altaer in der voorgenoemder kercke IV. gulden. Item geve ick *Heer Bussengier* mynen Parochy-Pape te *Westerzouburch* enen nobel. Item geve ick Heer *Henrick Jans soen* mynen Capellane in der kercken residerende XX. gulden. Item geve ick elcken Priester in der Kercken voorsz die misse celebreert opten dach mynre uytvaert VI. gulden. Item geve ick elcken gilde in der kercken voornoemt omme myn uytvaert te doene elck byson der, ende te offeren als costumelyck is, boven syn recht enen nobel. Item geve ick Mr. *Willem* myn Vrou moeders Cape-

laen een pont groot Vlaems. Item geve ic onser Vrouwen gilde in *Westmonster* boven syn recht enen nobel. Item geve ick alle gilden, daer men bevinden sal dat ick in bin, boven syn recht enen nobel. Item geve ick dat *Heylich Cruys gilde* boven syn recht enen nobel. Item begere ick dat elck van desen voersz gilden sal doen myn uytvaert. Item geve ic den Duytschen huyse in *Middelburch* een Bourgoensch schildt. Item geve ick den minnebroederen in *Middelburch* tot hare timmeragie een pont groot. Item geve ick Broeder *Adriaen* van *Vlake* mynen Biechtvader twe pont grooten. Item geve ick der selver ordene in *Zierickzee* tot hare timmeragie enen nobel. Item geve ick den Augustynen in *Middelburch* tot hare timmeragie enen nobel. Item geve ick onser Vrouwen broeders in *Nieu-Vlissinge* tot hare timmeragie een pont groot. Item geve ick de Jacopynen in Zierickzee tot hare timmeragie enen nobel. Item geve ick den Susteren int bagyn hoff tot Middelburch XII. gulden. Item geve ick om bedinge te doen dat bagyn hoff acht pont wassche. Item geve ick den Susteren van *St. Aechten* in *Middelburch* XII. gulden. Item geve ick elcken (1) *Cluserscbe* in *Middelburch* ses gulden. Item geve ick (2) den boogaerden in *Middelburch* een Bourgoensche schilt. Item

(1) Cœlestis vitæ desiderio velut hominem exuentes, & ab omni prorsus consortio alieni prorsus & abstracti, velut viva cadavera inclusi cellæ & mancipati, ex ea rursum non exituri, dicebantur *Reclusi*, *Inclusi*, ἔγκλειςοι, *Kluysenaers* Belgice, ut & *Cluserscbe*. Inviti non inclusi. Nec quivis, qui ultro id petebant admissi, sed qui vitæ ejusmodi pares crediti, virtutum datis & abstinentiæ præclaris jam argumentis. Concilium habitum Francfordiæ Ann. DCCXCIV. *can.* 12. *Ut reclusi non fiant, nisi quos ante Episcopus Provinciæ, atque Abbas comprobaverint, & hi secundum eorum dispositionem in loco reclusionis ingrediantur.* Cella ipsorum *Inclusorium*, *Reclusorium*, *Clusorium* Auctor vitæ S. Rayneri: *Cum multa devotione & reverentia clausus est in clusorio juxta ostium majoris ecclesiæ.* Notabile est, quod de quodam Hospitio Gregorius Turonensis *lib.* 5. *hist. cap.* 6. *Fuit autem apud urbem Nicensem eo tempore Hospitius reclausus magnæ abstinentiæ, qui constrictus catenis ad purum corpus ferreis, induto desuper cilicio, nihil aliud quam purum panem cum paucis dactylis comedebat.*

(2) Loca intelligit, quæ frequentantibus ob patratas olim virtutes ibi, ut vulgo credulis tum persuasum, sacra fecerat superstitio.

Digitized by Google

Item geve ick den gasthuys in *Middelburgh* xx. gulden. Item geve ick den armen gevangen in *Middelburgh* xii. gulden. Item geve ick den siecken buyten der *Noortpoort* van *Middelburch* xii. gulden. Item geve ick den armen huyssitteren in *Middelburch* enen halven nobel. Item geve ick der kercken van Sinte Laurens buyten *Middelburch* tot harer timmeragie drie pont groot. Item geve ick myn Prochipaep inder selver kercke enen nobel. Item geve ick elcken Capellaen in der kercken aldaer mit eender missen van *requiem* aldaer gedaen 24. gulden. Item geve ick elcken altaer in der kercken voersz vier gulden. Item geve ick onser Vrouwen gilde boven xx. Ryns gulden. Item geve ick onser Vrouwen in *Oesterzouburch* twintich nobelen eens voor al omme te houden bernende een lampe ten euwigen dagen voor onser Vrouwen beelt opten thoren. Item geve ick onser Vrouwen tot *Aerdenburch* oock twintich nobelen eens voor al om daer te barnen een euwige lampe. Item geve ick onser Vrouwen te *Halle* oock xx. nobelen eens voor al omme daer te barnen een euwige lampe. Item geve ick tot onser Vrouwen love in *Duvelant*, te weten ter *Ouderkercke*, ter *Nywerkerke*, ende in dat *Oostlant* elck iv. schellingen grooten s'jaers, ende des sullen sy lesen an onser Vrouwen hoff over myn siele, *Miserere mei Deus*, *cum consuetis*. Ende dese voorsz iv. schellingen grooten s'jaers bewyse ick elcker kercken besonder op een gemeet landts binnen haarder parochie, t'welck gemeet lants elck van den Kerckmeesters kiesen sal binnen haerder parochie binnen den jare. Item geve ick ter Capelleri te *Vianen* in *Duvelant* tot haerder timmeragie ende die ornamenten een pont grooten Vlaems. Item geve ick dat *Cathuyser* Klooster buyten *Utrecht*, geheten dat *Nieuwe-Licht*, ende dat *Cathuyser* Clooster buyten *Brugge*, item dat *Cathuyser* klooster buyten *Zierickzee* genaemt *Sion*, elck vier pont grooten s'jaers Vlaems payements, euwelick geduyrende tot eender pitantien wyns. Ende des sullen sy alle drie voornoemde cloosteren, en elck bysonder, alle dage lesen *Miserere mei Deus*, ende *De profundis*, *cum consuetis*, naer hare maeltyt, ende elck bysonder doen jaerlycks vier jaergetyden mit vigilien ende negen lessen des avonts, ende des morgens singende misse van *Requiem*, ende deelen als dan den armen over myn siele in brode acht scell. grooten jaerlicx. Ende dese voersz xii. pont

bewyse ick den voorsz drie cloosteren te ontfangen jaerlycks op myn uytgors by Ooster *Duvelant*. Item geve ick Vrouwe *Anna* van *Bourgongen* mynre huysvrouwe, als wy by onsen tyden te samen gebracht ende vercregen hebben, Behoudelyck dat hare hylixvoorwaarde ende alle andere giften, daer sy van my seecker betooch af sal mogen wysen, by desen mynen Testament onvermindert sullen blyven ende ongequetst.

Item geve ick myne Vrou moeder *Anna* van *Bossuyt* Vrouwe van Yselsteyne hondert pont grooten Vlaems payements, ende hondert marck silvers ofte ses croonen voor elck marck uyt mynen aldergereetsten goeden. Item geve ick noch der selver myner voorgenoemder moeder in rechter vrydomme alsulcke renthen, als myn aengecomen syn, ende bestorven, op *Voeresant* by der doot van mynre vader. Ende dit begeere ick verseeckert te worden tot mynre Vrou moeder behoef by mannen ende Schepenen van *Middelburch*, rechte voert op te comen, ende die te besitten als haer vry eygen goet. Item geve ic Heer *Boudyn* van *Bossuyt* mynen Oeme een silveren kanne van x. marck, of vyf croonen voor elck marck. Item geve ick myn moeye Jonckfrou *Beatrix* Canonesse te Bergen in Henegouwen enen silveren kanne van tien marck, ofte ses croonen voor elck marck. Item geve ick myn neve Heer *Peter* van *Bossuyt* myn beste peert. Item geve ick Heer *Vrancke* van *Borsselen* Grave van Oostervant mynen neve een silveren kanne van ses marck, ofte ses goude croonen voor dat marck. Item geve ick Heer *Wolfaert* van *Borsselen* mynen neve Grave van *Bouchain* alle myn loer vogelen. Item geve ick Heer *Henrick* van *Borsselen* Heer van der *Veere* myn beste telle ende peert. Item geve ick Heer *Wouter* van *Borsselen* mynen neve een schale van twee marc ofte x II. croonen dair voor. Item geve ick Heer *Johan* van *Gliunes* Heer van *Bergen* opten *Some* myn neve myn beste peert naest dat beste. Item geve ick Vrouwe *Margriete* Vrouwe van der *Gruytbuysen* mynre nichten enen diamant van x. cronen. Item geve ick Heer *Johan* van *Berchem* mynen neve een van myne peerden ofte x x. Croonen dair voor. Item geve ick *Jacop* mynen Bastaert soon enen silveren kanne van IV. marck ofte ses goude croonen voor elck marck. Item geve ick *Daniel* mynen bastaert soon enen silveren kanne van IV. marck, ofte ses goude croonen voor elck marck.

marck. Item geve ick *Joes* mynen bastaert soen een silveren kanne van vier marck, ofte ses goude croonen voor elck marck. Item begeere ick dat met dese giften van Testamente myn drie voergenoemde bastaert sonen niet vermindert en sullen wesen in allen anderen giften, daer sy van myn sekere betoge af sullen mogen hebben. Item geve ick Joncfrou *Anna* van *Borsselen* bastaert dochter van *Floris* van *Borsselen* mynre nichten drie pont grooten s'jaers erflycke renthen te versterven op hoir wettelyck oir en nacomelingh. Ende waert dat sy storve sonder wettelycke oir te laten van haren lyve comende, als dan wil ick dat dese vier pont grooten versterven ende comen sullen op *Jacop*, *Daniel*, ende *Joes* myn voorgenoemde bastaert sonen, ofte op hoerlieder oir wettelyck van hoiren lyve comen wesende, also dat elck van den drie gebroederen voersz oft haerlieder oir deelen sullen dese voergenoemde drie pont grooten s'jaers elck na dat oir, dair hy of comen sal wesen, ende dat elk deel versterven moge van den een op den anderen, also wel van den outsten als van den jongsten, so dat dese voergenoemde drie pont grooten altyt blyven sullen aen de voorsz *Anna*, ofte haer oir, ofte van hem lieden versterven op die drie voorsz bastaerden, ofte enich van hem drie, oft op enich oir van horen lyve wettich gecomen wesende. Ende waert dat van de voorsz Anna oft van de voernoemde drie gebroederen geen wettelick oir en bleve in der tyt, so wil ick dat dese voorsz drie pont groot wederomme comen ende sterven sullen op myne gerechte erfgenamen, die dan in der tyt sullen syn. Ende dese voornoemde drie pont groot erfselycke renten bewyse ic jaerlycks te ontfangen op alsulcke erven ende landen, alse myn aengecomen syn by uytcoope van der erfgenamen mynre huysvrouwe was Joncfrouwe *Maria* van *Cats*. Welcke goeden liggen in *Borsselen*.

Item geve ick Joncfrou *Constantia* van *Bossuyt* mynre nichte enen silveren pot van vier marck ofte XXIV. croonen dair voir. Item geve ick Joncfrou *Isembel* van *Stenburch* een schale van twee marck, ofte XII. gouden croonen dair voir. Item geve ick Joncfrou *Anna* van *Stenburch* mynre huysvrouwen Joncfrou moeder een schale van twee marck of XII. croonen dair voor. Item geve ick den Scoutate van myne huysvrouwen moeder man een schale van een marck ofte ses goude croonen dair voir.

voir. Item geve ick Heer *Arent* van *Sweten* (1) mynen Brigardye met den placcaert, ende myn Heer van *Cats* myn harnasch van Melanen. Item geve ick *Thomas van Aboele* een van myne paerden, ofte xx. croonen daer voor. Item geve ick *Cornelis* van *Stenburch* een schale van twee marck ofte xii. croonen dair voor. Item geve ick Joncfrou *Johanna* mynre huysvrouwen overste Joncfrou een silveren croes ofte iii. schellingen groot dair voor. Item geve ick die voetster van mynre dochter was een silveren lepel of iii. schell. groot daer voir. Item geve ick *Jan* die bastaert *Florens* soon van *Borsselen* een schale van een marck ofte ses croonen dair voir. Item geve ick *Jacop* die bastaert *Florens* soon van *Borsselen* een schale van een marck ofte ses croonen dair voer. Item geve ick Mr. *Peter* van der *Boede* mynen Rentmeester een schale van een marck ofte ses croonen dair voor. Item geve ick *Jan Oem* myn (2) Pansier dat tot mynen lyve is. Item geve ick *Jacop* t'Heerschip van *Gripskerken* een pont groot. Item geve ick *Poelgeest* een pont groot

(1) Avium hæ species. *Placcaert* est parus major.

(2) Aliud ergo *Pansier* est aliud *een harnasch*. *Harnasch* enim modo datum jam domino de Cats. *Pansier* lorica est, thorax ferreus. Et hic etiam duplex. Vel ex solido ferro, quæ est militum proprie. Camisiam vocant ferream Annales Colmarienses ad Ann. 1298. *Armati reputabantur, qui galeas ferreas in capitibus habebant, & qui Wambasia, id est, tunicam spissam ex lino & stuppa vel veteribus pannis consutam, & desuper camisiam ferream, id est, vestem ex circulis ferreis consertam, per quæ nulla sagitta arcus poterat hominem vulnerare.* Vel ferreum indusium, quo passim monachi olim usi, ferreis annulis consertum. Thom. Cantipratan. *apum lib.* 1. *cap.* 23. *Loricam ferream portabat ad carnem, & supra loricam ex setis pilorum cilicium, quo per medium loricæ acrius pungebatur. Harnasch* quodvis est teli genus, quævis armorum species. Radevic. *de gestis Frid. Barbaross. lib.* 1. *cap.* 26. *Nemo aliquam mulierem habeat in hospitio; qui vero habere præsumpserit, auferetur ei omne suum harnasch*, & mox: *Si servus furtum fecerit, & in furto fuerit deprehensus, si prius fur non erat, non ideo suspendetur, sed tondebitur, verberabitur, & in maxilla comburetur, & ejicietur de exercitu, nisi Dominus redimat eum cum omni suo harnasch.* Gunther. *lib.* 7. *vers.* 256.

Armiger exusta candenti fronte metallo,
Detonsaque coma, post verbera pulsus abibit,
Vel Domini spoliis redimetur & omnibus armis.

groot ende twee vaten biers. Item geve ick *Boudewyn Hellecop* mynen Rentmeester in Duvelant enen nobel. Item geve ick *Peter Goyaert* mynen Hofmeester te *Westerzouburch* enen nobel. Irem geve ick *Arent Maertens* soon Bailliu in *Duvelant* een pont groot s'jaers syn leven lanck op myn uytgors by *Oester-Duvelant*. Item geve ick *Wolfaert Bartholomeussen* van *Biggenkercke* een schale van een marck, of ses croonen dair voir. Item geve ick *Engelbert* mynen Schout in *Westerzouburch* enen nobel. Item geve ick *Pauwels* van der *Naert* mynen Secretarius een schale van een marck of ses croonen dair voir. Item geve ick *Floris Jacops soen* mynen klerck enen gouden rinck ofte twee gouden Leuwen dair voor. Item geve ick Meyster *Jan van Bourbonnoys* mynen besten laken tabbaert mitten voyre. Item geve ick hem noch een ziden wambays. Item geve ick *Peter Monbonnout* enen corten ziden tabbaert van fluweel. Item geve ick hem oock mede minen besten corten laken tabbaert. Item geve ick *Jannyn* minen Camerlinck een pont groot s'jaers syn leven lanc op myn uytgors by *Oester Duvelant*. Item geve ick *Henrick* die Camerlinck enen nobel. Item geve ick *Pieter Pieters soen* Bailliu tot *Westcappel* een pont groot. Item geve ick *Henrick Jans soen* die Grave van Rekerlane een pont groot. Item geve ick *Goeskyn* syn huysvrou een rinck van een pont groot. Item geve ick *Roel Gillis soen* mynen Cock boven syn huyr een pont groot s'jaers tot synen lyve op myn uytgors by *Oester-Duvelant*. Item geve ick *Lambrecht* den timmerman een Bourgoensche schildt. Item geve ick *Jan Raegen* myn Schout een nobel. Item geve ick *Peter Doens soen* een leuwe. Item geve ick *Hanneken* die *Valckenare* een pont groot. Item geve ick *Adriaen Wouters soen* die valckenare een pont groot. Item geve ick *Cathrynen* dat Camer joncwyf enen Bourgoenschen scildt. Item geve ick *Heyne* die Bouknecht enen Bourgoenschen scildt. Item geve ick *Willem Wouters soen* in de stal een pont groot. Item geve ick *Geerken* myn pagie enen nobel. Item geve ick den jongen *Keyser* enen nobel. Item geve ick *Jan* den Poortier (1) enen *Pieter*.

Ende

(1) Nummus erat imagine Divi Petri insignis. Sic supra in testamento Ann. 1443. *dabit & deliberabit duabus suis sororibus legitimis &c. sexaginta denarios aureos dictos Petros &c. & Elsæ quidem Canonica*

Ende so sette ick in dier wysen myn erfgenamen tot deser tyt, alse naer mynen doode, Joncfrou *Beatrix* van *Borsselen* Canonisse te Bergen in Henegouwen myne moeye, Heer *Adriaen* van *Voorboute* Ridder mit alre synder suster kinderen, Heer *Boudewyn* van *Bossuyt* mynen Oem, Heer *Pieter* van *Bossuyt* mynen neve, Heer *Wouter* van *Bossuyt* mynen neve, die Vrouwe van *Treslongue* mit hore Suster, Heer *Segers* wyf *Heerties*, ende late hem naer myne doot die erven ende goederen, die haer van rechts wegen comen mogen. Item voort ist myne uyterste wille, dat niemant anders na mynre doot erfgename wesen en sal, dan dese voorgenoemde personen, die naemelyck vernoemt syn, ende dat om redenen en saken wille, die ick mit goeden deliberatien overlegt ende bedacht hebbe, Ende wairt saecke dat daer ** niemant anders van eenige personen, dan daer voergenoemt syn, sich vermate erfgenaem te wesen, ende mede deelen wilde metten voergenoemden personen, of dat mit recht te vervolgen, het ware mit impugnatie, of mit appellatie, macht ofte cracht, ofte mit enigerhande hulpe van rechte, so make ick dan haer deel machtich, die dat doen ende bewysen conde, ** erfgenaem te wesen den Doorluchtichsten Heer ende Prince Hertoge *Philips* &c. mynen Heer van *Bourgoignen*, ofte synen rechten erfgenaemen dat ane te vaerden ende te onderwynden, ende geve hem dat in vryen eygendomme als syn eygen goet. Item so begeere ick op myne testamentoeren, dat sy voldoen sullen binnen den jare na mynre doot allen den ghenen, die eenige redelycke betoogen sullen mogen bewysen, dair ick inne gehouden ben, ende hem beyden van eenige saecken roerende den testamente van mynder huysvrouwen wylen was Joncfrouwe *Maria* van *Cats*, ende dat naer uyt wysen des testaments van mynder voersz huysvrouwe. Item begeere ick sonderlinge van mynen testamentoren, om myne siele ten vollen te quyten ende te ontlasten, of ymant ware, die by myne segelinge, of signet, ofte hantteycken, oft alsulcken bewyse, als mit rechte hy seker ende vast genoech wesen ofte betoogen mochte, dat ick in eenighe schult

** An iemant?

** Vide §. ult. Inst. quib. mod. testam. inf.

nicæ in Nyvella quinquaginta Petros monetæ ejusdem &c. Cusi hi Lovanii à Philippo. Singuli valebant obolos viginti & novem.

schult gehouden mocht wesen ymanden, als dan dat sy dien persone alsso voldoen, dat myn siel daer mede genoech ontlast ende gequyt sal wesen voor Godt, want myne uyterste wille ende hertelycke begeerte is, dat niemant by myn vercort ofte veronrecht en sy, waer by myne siele mochte comen tot eenigen laste Ende overmits dat ick wille ende uyterlyck begeere, dat dit myn tegenwoordige testament ende uyterste wille met al dat daer inne geschreven ende begrepen staet wel ende volcomelyck gehouden worde, soo heb ick gecoren ende kiese tot mynen testamentoren ende executoren van desen mynen testament ende uyttersten wille den Eerweerdigen Vader in Gode *David* van *Bourgoignen* Heer ende Biscop van Utrecht, Heer van s'Gravesande, Abt van Middelburch, *Anna* van *Bourgoignen* myne witachtige huysvrouwe, *Anna* van *Bossuyt* Vrouwe van Yselsteyne myne Vrouw moeder, Heer *Vranck* van *Borsselen* Grave van Oostervant, Heer *Boudewyn* van *Bossuyt* Heere van Vintune mynen Oom, Heer *Pieter* van *Bossuyt*, Mr. *Gosen Heer* Doctor in de Godheyt mynen Biechtvader, ofte Mr. *Jacop Thomas soen* Canonick Sinte Pieters in Middelburch in die stede van hem, *Adriaen* van *Meuwen*, ende Heer *Claes Simons soen* Prochy-pape tot St. Laurens, ende geve een ygelyck van hem lieden een schale van twee marck ofte XII. croonen daer voor. Ende ick sette in hare handen alle myne goeden roerende ende onroerende, hoedanich dat sy syn, ofte hoe ende waer dat sy gelegen ende gestaen syn, niemant van mynen erfgenamen hant dair ane te slaen, of die te porren of te doen porren by hem luyden ofte by ymant anders voor den tyt, dat dit myn jegenwoordich instrument ende testament, ende al dat daer inne geschreven ende begrepen staet van puncte tot puncte wel ende volcomelyck gehouden, ende betaelt ende voldaen sal wesen. Voort begeere ick, waert dat saecke dat dese myne voernoemde Testamentoers niet wel versamen of te goede comen en mochten om dese myne uyterste wille ende Testamente te volbrengen, dat als dan vier ofte drie ten minsten van hem lieden sullen mogen myn testamente voorsz betalen ende voldoen van myne aldereersten goeden, Behoudelyken dies dat van den drien oft van den vieren mynen huysvrouwe *Anna* van *Bourgongien* Vrouwe van *Brugdamme* een sal wesen, ende

myn Vrouwe moeder boven genoemt die ander, so datmen in desen mynen voorsz testamente niet sluyten oft doen en sal sonder haerlieder consent. Ende waer dat sake, dat myne erfgenamen ofte ymant van hem lieden by hem selven ofte by ymant anders dit myn tegenwoordich testament ende uyterste wille wederriepe oft weder seyde, oft in eeniger manieren daer tegens dede, of quam om dat te beletten, die make ick ondeelachtich ende onterve van alsulcken deele alse hem lieden oft ymant van hem allen van myn souden mogen besterven, ende gunne alsulcken deel mynen Heer van *Bourgoengen*, ende synen sone den Grave van *Charloys*, ende den Eerwaerdigen Vader in Gode *David* van *Bourgoignen* Heere ende Bisscop van Utrecht elck syn aendeel, ende begeere van hem drien van Godes wegen myn testament ende uyterste wille te volcomen ende te volbrengen sonder ymants wederseggen, Gevende oick mede *Martyn Gelyssen* mynen Boutelier een nobel, *Bert* myn Schout enen nobel, ende *Meus* myn Bouknecht enen Bourgoenschen schilt, Protesterende ende verklarende, dat ick dit myn tegenwoordich testament ende uyterste wille, alse lange alse ick leve, mach veranderen, vermeersen, wederroepen, declareren, als nu dat punt roerende van myne erfgenamen ende wie die wesen sullen na mynre doot, als dat niemant deelen en sal van myn dan die voorgesproken personen, namentlyck so is myne wille ende verclaringe, dat oock deelen sullen hare erfgenamen, die van haren lyve gecomen syn, ware dat die voor uytgesproken personen by namen niet waren in der tyt. Ende waert sake dat ick dat niet wederriepe, ofte eenich ander testament, uyterste wille, ofte codicille makede in mynen leven, so sal dit in allen manieren ende poincten, als in dit openbaer instrument geschreven staet, mynen wille wesen ende blyven, Biddende ootmoedelycken den Deurluchtigen Heere ende Prince Hertoge *Philips*, mynen Genadigen Heer, den Hertoge van Bourgoignen, den Eerweerdigen in Gode vader *David* van *Bourgoengen* Heer ende Biscop van Utrecht, dat sy desen tegenwoordigen mynen uytersten wille confirmeren ende approberen, ende alle myne Testamenteurs ende executeurs voergenoemt, dat sy dit over my besegelen ende kennen. Super quibus omnibus & singulis dictus Dn. Adrianus miles me Nota-

Notarium publicum debita cum instantia requisivit, ut sibi super his unum vel plura conficerem instrumentum seu instrumenta. Acta fuerunt hæc anno, die, Pontificatu, & aliis, quibus supra, ante castrum Westerzouburch dicti nobilis Dn. Adriani de Borssalia militis, præsentibus ibidem honorabilibus & discretis viris *Baldewino Baldewini*, *Johanne Petri*, & *Adriano Johannis*, laicis Trajectensis diœceseos, aliisque pluribus fide dignis testibus, ad præmissa vocatis pariterque rogatis. Et ego Petrus filius *Johannis* de *Boode* clericus Trajectensis diœceseos publicus sacra Imperiali auctoritate & ordinaria admissione Notarius, quia præmissis omnibus interfui, ea fieri vidi & audivi, idcirco hoc præsens publicum instrumentum manu alterius, me cæteris impedito negotiis, fideliter conscriptum exinde confeci, subscripsi, publicavi, & in hanc publicam formam redegi, signoque & nomine meis solitis & consuetis signavi rogatus, & specialiter in fidem & testimonium omnium & singulorum præmissorum requisitus.

IX.

Testamentum Arnoldi Domini de Sevenberghen Ann. CIↃ. CCCC, LXXXIII.

In nomine Domini Amen. Tenore præsentis publici instrumenti cunctis pateat evidenter & sit notum, quod anno à nativitate Domini CIↃ. CCCC. LXXXIII. indictione prima, mensis vero Augusti die XXV. hora IX. ante meridiem vel quasi Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri Dn. Sixti divina providentia Papæ quarti anno XIII. in mei Notarii publici subscripti testiumque infra scriptorum vocatorum propter hoc specialiter & rogatorum præsentia personaliter constitutus generosus & nobilis vir Arnoldus Dominus de Sevenbergen Baro Trajectensis diœcesis, corpore sanus, nec non suarum mentis, discretionis pariter, & rationis compos existens, non immemor verbi Prophetæ dicentis, *Dispone domui tuæ quia morieris tu &c.* animadvertens etiam & attendens omnia hujus mundi momentanea subverti transmutatione, cumque nihil certius sit morte, ejusque hora nihil incertius, studuit conditionis humanæ inevitabile debitum ordinatione testa-

Digitized by Google

mentaria seu alia dispositione quacunque licita, feliciter in Domino prævenire, operando dum dies est, motus doctrina Salvatoris, ne mortis nocte superveniente, in qua nemo operari potest, sua extrema voluntas debito suo fine frustretur, & opus intentum maneat incompletum, deliberationibus præviis, & bene maturis, super hoc ut asseruit, præhabitis, omnibus melioribus modo, via, jure, causa, & forma, quibus melius & efficacius potuit ac debuit, suum testamentum aut ultimam ejus voluntatem condidit, fecit & ordinavit, pro ut in quadam papiri cedula ibidem exhibita & producta, atque per me Notarium publicum publice lecta in vulgari continebatur & continetur, tenorem qui sequitur continens. In den name Goeds, Vaders, Soens, en Heiligen Geests Amen. Ic Aernt Here tot Sevenberghen, machtich mynre sinnen, myns verstants, ende reden, overdenckende dat ic ende alle menschen van deser eerden sterflike syn, ende niet sekerer dan die doot en is, noch onsekerer dan die uere ende stonde des doots, ende niemant den doot ontgaen en mach, hebbe daerom bi minen vrien moetwille, om sekere redene ende treflike saken, my daer toe porrende, van sulcke myne goeden ende have my van Gode verleent, hier na verclaert ende gespecificeert, myn testament ende uterste wille gemaeckt ende geordineert, make ende ordinere mit desen mynen tegenwoerdigen brieve in der bester forme, wege, ende wyse, dat ic conde ende mochte, geliken hier na geschreven is, op dat ymmer na mynre doot tusschen minen kinderen, of ymant anders om die selve mine goeden ende haven wille gene twist, noch onvrede en come in eniger wys, ende Joncfrouwe *Gysbrecht* van Sevenbergen myn joncste dochter van dese selve goeden na gescreven versien ende besorget om sekere verdiensten aen my verscult ende verdient synde, ende oft God wil noch verdinen sal, ende om sonderlinge gunste ende liefde, die ic tot haer drage, ende oick om haer leven ende staet, ist dat sy my verleest eerbaerlike daer mede te dragen, ende op dat si myn siele te bet gedencken sal mit aelmoesen, bedingen, ende goede wercken, in manieren na geschreven. Te weten, so is myne uterste wille ende begeerte, dat ic in enen gerechten testament of uyterste wille gegeven, besproken, ende gemaect hebbe, geve, bespreke, ende make mit desen, Joncfrou

frou Gysbrecht myn joncste dochter voersz, indien ic voer haer sterve ende oflivich worde, tot enen vrien eygen erflick ende ewich, In den eersten, dat huys van *Luchtenborch* mit syn erve ende toebehoren staende binnen *Sevenberghen*, t'welc ic gecoft ende getimmert hebbe, ende den Hoff ende boemgaert, die daer an die Zuytside an leet, gaende totten graft van den Castele toe, twelc der luden erve plach te wesen...... ende noch Suytwerts op na der creken van Haseldonc toe, ende alsó Oestwaairt ende Noorwaart op om *Zevenberghen*, gaende totten gemeenen dam, die men heet den *Noortdam*, dat getal van drie hondert mergen lants toe, die welcke ic vercregen hebbe mit grooten costen, die ic dair an geleit hebbe van dicken damme ende andere swaren costen, wanter te voren al water ende slyck is geweest, welcke alle percelen voirsz ic gecoft ende vercregen hebbe als voirsz is, sint ter tyt dat myn huysvrouwe saliger gedachten gestorven is geweest. Item noch alsulcke losrenten, landen, ende ersnisse, als ic leggende hebbe int Steenberchsse meer, twelck ic ten deele vercregen hebbe tegen den Grave van Nassouwe, ende noch voirt int oude Sevenberchse lant, al alsulcke losrent, lant, ende erve, als ic oock aldair leggende hebbe mit synen toebehoren. Item noch so make ic ende geve Joncfrou Gysbrecht myne dochter voersz al alsulcke goeden, renten, ende erven, als ic leggende mach hebben binnen geheten dat *Hoff* van *Sevenberghen* mit twee hoeven ende bossgagye, mit lande, erve, ende allen heuren toebehoren, liggende bi den gerichte ende gallege van Liere. Ende oick al alsulcke renten ende erven als ic liggende hebbe binnen der parochien van *Ranst* ende van *Vrunde* mit syn toebehoren. Item noch so make ic ende geve Joncfrou Gysbrecht myn dochter voersz al alsulcke goede, renten, ende erven, als ic liggende mach hebben binnen den lande van *Hoesden* mit der Heerlicheyt van *Heesbeen*. Item noch so make ic, bespreke, ende geve Joncfrou Gysbrecht myn joncste dochter voersz alle myn imboel ende huysraet, mitgaders alle clederen, harnasch, cleynood, juwelen, gesteente, gout, silver, geslagen ende ongeslagen, gemunt ende ongemunt, gouden ende silveren gelt, silverwerck van scalen, creusen, verdect ende onverdect, coppen, kannen, lepelen, ende andere juwelen,

hoe die genoemt mogen gewesen, (1) mit allen ander cathelen van bedden, bedtsteden, dekenen, slaeplakenen, tafellakenen, dwalen, lynewaet, houtwerck, yserwerck, tinnewerck, ende coperwerck, voert alle andere roerende goede hier ongenoemt, hoe die hieten ende genoemt mogen wesen, die ic nu ter tyt hebbe of namaels vercrigen mach, ende mitter doot ruymen sal, waer ende in wat plaetsen ende onder wien die gevonden sullen worden, niet uytgesondert, ende daer toe al alsulcke inschulden, als men mi in myn overlyden schuldig wesen sal, het si op dagen te betalen, of anders, in wat manieren of van wat sake dattet sy, om haer vrie eygen wille daer mede te doen, ende sonder ymant wie hy sy, ende sonderlinge Vrouwe *Marie* Huysvrouwe ende medegesellinne Heren *Cornelis* van Bergen Ridder myn outste dochter, of ymant van horen weghen, daer enigerhande seggen in te hebben, int grote of int cleyne, ende sonder dat sy gehouden sal wesen Vrouwe *Maria* myn outste dochter voersz, oft ymant anders van hairren weghen yet daer of uyt te reycken, mede te deelen, of eenige rekeninghe, bewys, of reliqua, daer dat voersz is, te doen rechtelic, of anders, ende oock sonder wederseggen ende wederroepen van Vrouwe *Maria* myn dochter voersz, of ymant anders van horen weghen, off dat sy of ymant anders van

(1) *Cathelen* sunt supellex, mobilia. Leges Edwardi Angliæ Regis *cap.* 35. *Juxta facultates suas & possessiones, & juxta catalla sua.* ** Ingulfus *hist. Croyland. p* 894. *Cum suis catallis omnibus mobilibus.* Jus *catulli*, quod quis habet in bonis manus mortuæ, seu hominis adscriptitii, jus optimum quodque, quod & *melius catallum*, ex mobilibus defuncti, seu supellectile ejus, eligendi. Charta apud Miræum *diplom. Belg. lib.* 2. *cap.* 67. *Statui ut à nullo milite, qui sit de familia vel advocatione mea melius mobile, quod quidem melius cathelum dicitur, de cetero accipiatur post ejus decessum &c.* A *catulis* seu *catellis* deducit Burgund. ad *cons. Flandr. tr.* 15. quod & pecudes potissimum *catalla* olim dicta. Quarum cum caput præcipua etiam pars, *melius catallum* vulgo etiam *t'beste hooft*. Magna charta Angliæ *tit. de prærog. reg. p.* 3. *Rex habebit omnia catalla felonum, damnatorum, & fugitivorum.*

** Wielant in Prax. Civ. Tit. 10. Cap. 5. num. 2. & 3. *Ende in executie personele d'Executeur procedeert op de goeden van den gecondemneerden by subhastatie ende verkoopinge in dezer manieren. Eerst gaat hy op 't Cathyl, daar na op de erve* (immobilia) *daar na op het Leen &c.*

van hoirent weghen hier tegens sullen mogen doen by weghe van fayte, ofte anders mit enige rechtvorderinge, geestelic oft waerlic, in wat manieren dattet sy, des so sal Joncfrou *Gysbrecht* myn joncste dochter voersz alleen gehouden wesen te voldoen, volbrengen, ende bi rade van minen executoren ende testamentoren hier na gescreven te betalen alsulcke testament ende uyterste wille, ende al dat ghene, dat si na doode van mi gemaeckt, geordineert, ende beschreven vinden sal mit minen groten segel ende brieven, ende mit mynre hant geteykent, geestelike ende wairlike personen, ende boven al myn huysgesin, die my trouwelic gedient hebben, ende oick mede sulken testament ende uytersten wille, als ic bi Heer *Gerit* Humans soen *Cureyt* tot *Sevenberghen* gemaect ende geordineert hebbe, ende noch voer myn doet by Notaris off by minen Priester my myn sacrament in myn uyterste gevende, ende ministrerende, ende bi tuyghen of anders behoirlike tot salicheit mynre sielen, ende anders, gemaect ende geordineert sal hebben. Welcke makinge ende brieven so geordineert ende gemaect wesende wil ic van waerden, ende van sulcker cracht ende sterchede te wesen, of die in dit jegenwoordige instrument, dat ic van u Notaris in der bester formen begeere gemaict te hebben, geexpresseert, geinsereert, ende bescreven waren, ende dair toe alleen uytreyken ende betalen alle myn blykende sculden, die na mynre doot bevonden sullen wesen mit myn segele ende brieven, ende mit myn hant geteykent, ende daer boven die costen van der uytvaert, ende van ter aerden te brengen, ende voort alle dootscult eerlyck ende tamelyck, op die verbeurnisse van alle die goeden roerende ende onroerende voersz. Want waert dat Joncfrou *Gysbrecht* myn dochter voirsz, dat Godt verhoeden moet, al t'gene dat voirsz staet niet geheel en betaelde, noch voldede, ende volbrochte, so is myn uterste wille, dat als dan die een helfte van alle die goeden voirsz comen, erven, ende succederen soude op myn twee neven ende Suster sonen *Arent* ende *Gerit* Brukehuysen gebroederen, ende die ander helfte in rechter aelmissen op twee parochi-kercken, te weten in den *Hage* ende tot *Sevenbergen*, ende op dat Convent van den Prekeren in den *Hage*, ende dat Convent van den Minnebroederen tot *Dordrecht* gelyk, sonder wederseggen van Joncfrou Gysbrecht myn dochter

ter voirnoemt, of ymant anders, behoudelyc dat myn neven voirsz als dan gehouden wesen sullen die een helfte, ende die Kerckmeesteren in der tyt wesende van den kercken voersz mit die twe Conventen voirsz die ander helfte, te doen betalen, ende volbrengen van al 't gene dat voersz staet. Ende om alle dat voirsz staet ende gemaict is of namaels in der manieren voirsz gemaict mach worden, volcomen worde, ende volcomen effect sorteren mach; so hebbe ic *Arent* Here tot Sevenbergen voersz mit myn vrien moetwille ende goeden voersien ende mit rypen rade genomen ende gecoren, neme ende kiese myn Executoers ende Testamentoers te wesen den eerbaren Heren *Gerit Humans* Priester (1) Cureyt van Sevenbergen, ende Meester *Jan Duyck* van Dordrecht, den selven minen Testamentoers volcomen macht gevende alle dat voersz is rechtelic ende bi faite te volcomen, alsso wel dat tegenwoordich gescreven ende gemaict is, als dat namaels gemaict mach worden, bi codicillen, of anders behoerlic, hoe dattet gebeuren mach in alre manieren, alst voersz staet. Item voirt so behoude ic an mi machte ende auctoriteyt al dat voersz is te mogen vermeeren ende verminderen, toe ende af te doen, ende veranderen tot mynre geliefsten bi minen leven mit minen brieven, of voer Notaris, of enen Priester, off anders in alre manieren alst voir verclaert staet. Ende want dit myn Uterste Wille is, ende ic van wairden houden wil, ende van minen erfnamen ende nacomelingen gehouden wil hebben, so requireer ic u Notaris voir dese jegenwoordige tugen, dat gi mi hier off een instrument of meer in der bester formen maken wilt, ende bidde ootmoedelick minen Genadigen Heer den Hertoghe van Oestenryck, van Bourgoengen &c. als Grave van Hollant off sinen Stedehouder in sinen name, dat hem believen wil dese mine Uterste Wille voersz, ist dattet van node sy, mit sinen brieven in transfixe off anders te approberen ende confirmeren. Hanc autem ordinationem præmissam omnibus modo & forma, prout in vulgari, ut præmittitur, habetur & continetur, *Arnoldus* Dominus de Sevenbergen Baro testator præfatus

(1) A cura *Curatus*. Idem qui Presbyter, Parochus, Pastor, Plebanus. Unde & *Priester Cureyt* infra. A cura plebis *Plebanus*. A cura parochiæ, seu ecclesiæ parochialis, cui præest, *Parochus*.

Digitized by Google

tus fore dicit suam voluntatem extremam, quam valere voluit jure Testamenti, aut codicillorum, donationis causa mortis, aut alias quovis jure cujuscunque ultimæ voluntatis, quo melius & efficacius de jure aut consuetudine valere poterit & debebit. De & super quibus omnibus & singulis præmissis testator supradictus petiit sibi fieri à me Notario publico subscripto unum seu plura publicum seu publica instrumentum aut instrumenta, dictamine cujuscunque sapientis. Acta fuerunt hæc in domo inhabitationis dicti testatoris, sub anno, indictione, die, mense, hora, & Pontificatu, quibus supra, præsentibus ibidem venerabili & honorabilibus viris, fratre Johanne de Breda ordinis Minorum in sacra pagina Licentiato, & Terminario villæ Hagensis Confessore suo presbytero, nec non Frederico filio Jacobi de Bruekel, Johanne Duycker, & Johanne filio Anthonii laycis Trajectensis diœcesis, testibus fide dignis ad præmissa vocatis specialiter & rogatis.

X.

Testamentum D. Iudoci de Winsen Ann. CIↃ. CCCC. XCI.

In nomine Domini Amen. Anno à nativitate ejusdem Domini CIↃ. CCCC. XCI. indictione XII. die vero Mercurii post Dominicam *Jubilate* XXIV. mensis Aprilis, hora vesperarum vel quasi, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris ac Domini nostri Dni *Alexandri* divina providentia Papæ sexti anno suo secundo, in mei Notarii publici ac testium infra scriptorum ad hoc specialiter rogatorum & vocatorum præsentia personaliter constitutus honorabilis vir Dn. *Judocus* de *Wynsen* Canonicus ecclesiæ S. Petri Trajectensis compos per gratiam Domini nostri Jesu Christi suorum mentis, corporis, rationis, & intellectus, attendens quod nichil morte certius, nihilque incertius ejus hora, ne inevitabilis ac repentina mortis calamitas eum præcurrat intestatum, cupiens ob hoc hujusmodi mortis suæ horam tam incertam tamque inevitabilem rerum ac bonorum suorum omnium & singulorum, mobilium & immobilium, præsentium & futurorum, undique provenientium, aut in quibuscunque speciebus existentium testamentaria sua dispositione

prævenire, revocando per expressum omnes & singulas testamentarias ordinationes, seu quæcunque Testamenta, illorumque executores, per ipsum ante præsentis Testamenti datam quovis modo factas & facta, & constituta & ordinata, omniaque & singula inde secuta & in eisdem contenta, hoc Testamentum suum sive hanc suam ultimam voluntatem fecit, condidit, & ordinavit in hunc qui sequitur modum. Item inprimis commendavit animam suam Deo omnipotenti ejusque matri virgini Mariæ in æternum benedictæ, beato *Petro* Apostolo Apostolorumque Principi, & *Martino* Confessori, humiliter implorans veniam de delictis. Item sepulturam suam elegit in ecclesia beati *Petri* in loco sibi ordinando per Capitulum. Item voluit, quod omnia debita sua, de quibus legitime constare poterit in futurum, ante omnia debite persolvantur. Item voluit quod exequiæ suæ fiant cum psalterio legendo juxta novam consuetudinem ecclesiarum Trajectensium absque pompa cum omni humilitate. Item dedit & legavit fructus præbendæ suæ anni gratiæ, & pecunias provenientes ex melioratione domus suæ, ecclesiæ beati *Petri*, Salvo quod executores sui exinde emant pallium & duo *loot* argenti redditus perpetui ratione sepulturæ suæ ecclesiæ debita, & psalterium legi faciant. Item cuilibet Canonicorum confratrum suorum existentium in exequiis suis loco prandii unam quartam vini. Item Notario & Scultero cuilibet unum *mingelen wyn*. Item dedit & legavit fraternitati beatæ *Mariæ* in *Buscoducis* triginta stuferos ratione fraternitatis. Item hospitali Sanctæ *Barbaræ* Trajectensi ratione fraternitatis quinquaginta stuferos. Item dedit similiter & legavit *Carthusiensibus* extra eandem civitatem Trajectensem xxx. florenos Renenses currentes, solvendos infra annum in promptis, vel tot redditus, quot pro triginta florenis hujusmodi emi poterunt. Item dedit *Prædicatoribus*, sororibus conversis, & hospitali Sanctæ *Barbaræ* Trajectensi quindecim florenos Renenses æqualiter dividendos, ut Deum pro animà sua exorent. Item dedit pauperibus duo modia tritici pro panibus distribuendis. Item dedit *Hermanno* familiari suo tabbardum suum grisensem, non foderatum, & unum bovem non pinguem. Item dedit & legavit *Agneti* nepti suæ filiæ fratris sui omnia clenodia argentea & deaurata, & qualiacunque fuerint spectantia ad ornatum mulierum sive domicellarum, vulgariter *die een Joncfrouwe*

frouwe boort te dragen, sub ipso testatore & penes eum existentia. Insuper dictus testator Dominum *Jacobum* de *Wynsen* Canonicum dictæ ecclesiæ Sancti Petri Trajectensis, ac *Gerardum* fratrem dicti Dn. *Jacobi*, filios, & dictam *Agnetem* filiam quondam *Petri* de *Wynsen* fratris sui, heredes omnium bonorum suorum mobilium & immobilium in quibuscunque speciebus existentium instituit, salvo tamen quod Domicella *Johanna* mater earundem prolium propter fidelissima servitia sibi impensa loco meriti habeat, quamdiu fuerit soluta & in humanis, medietatem usufructus omnium bonorum prædictorum, & eorundem habeat curam & regimen, quamdiu soluta, ut præmittitur, & non maritata fuerit, & postquam erit conjugata, eo ipso erit usufructu, cura, & regimine eorundem bonorum privata, & tunc eadem bona devolventur ad prædictos heredes suos, dummodo tamen ipsi fuerint (1) emancipati. Alioquin voluit, quod executores sui desuper provideant medio tempore, donec ad

(1) Qui in suam veniunt tutelam, subducti alterius potestati, dicuntur emancipati. *Syn eygen man worden. Lantr. van d'Oldampten lib* 2. §. 6. *Syn selfs bedieden, syn selfs bekent syn. Keuren van den Lande van den Vryen* §. 153. & 157. *van Brugge tit.* 18. §. 1. Dicitur etiam emancipari, qui è tutela exit, qui è cura, qui ex hostium potestate. Charta apud Miræum Ann. 1267. *don. Belg. cap.* 117. *Ac idem Henricus ab omni emancipatus tutela &c.* Aimoin. *lib.* 5. *hist. cap.* 50. *Inopinate quosdam intercipit, Regique celeriter remittit, qui cum redimi se multo auro rogarent, imperat eos emancipari.* Quæ potestas sit nihil refert. Chronic. Valciodorense apud d'Achery *to.* 7. *Spicil. per gladium suum B. Eloquio protectionem domus illius, quam post Regem de regia manu desumpserat, & advocatiam omnium rerum ibidem pertinentium tribuit, & se ipsum à supradictis rebus emancipans, iterum cuncta sub potestate B. Forannani & ejus successorum redegit.* E scholis etiam promoti, & dimissi à Rectore, vulgo olim *emancipati.* Scholæ etiam in ecclesiis. Canonicis etiam Ultrajecti. In quibus juvenes eruditi, qui aspirabant ad Canonicatum. Nec desiit earum usus, nisi anno demum 1589. quo eas sustulit magistratus, schola publica constituta, indignantibus multum his, qui Pontificiæ religionis, & Licestrium eo nomine adeuntibus quamvis frustra. Schedas habeo ad manum viri non indocti Adriani van der Burch, Curiæ Provincialis olim Graphiarii, in quibus ea de re ita:

Ann. CIↃ. IↃ. LXXXVI. VII. *Febr. cautum ut schola Hieronymiana ad normam & regulam Calvini reformaretur, & ut Domino Rectori*

ad ætatem debitam pervenerint, Proviso tamen quod dicta Domicella Johanna faciet fieri inventarium de bonis hujusmodi, & quod cautionem præstabit de non alienando vel minuendo bona hujusmodi, & quod medio tempore easdem proles honeste

tori Reynero Sarcerio, & reliquis præceptoribus ejusdem scholæ migratio in diem Paschæ præscriberetur. Cæterum id decretum primum significatum est illis XVII. *ejusdem mensis, nimirum circa Dominicam Lætare Jerusalem. Ulterius procedentes ut celebriorem scholam haberent, & numerosius auditorium*, XI. *Aprilis prohibuerunt, ut scholæ ecclesiarum cessarent.*

IV. *Aprilis* 1586. *salutatur à quinque Collegiis Licestrius verba præeunte N. V. Decano Burchio.* IX. *Aprilis scribit idem Decanus: Porrigimus Licestrio libellum supplicem, quo petimus, ut ademptam nobis per magistratum scholam restitui jubeat. Libellum ille magistratui communicari jubet.*

XI. *Aprilis magistratus Trajectensis libello viso cavet decreto publico, nequis privatim doceat, aut scholas instituat. Inde se die crastino novum Rectorem & novos ludi magistros in scholam introducturos testantur.*

XII. *April. Capitanei civitatis prandent cum Licestrio, & potant strenue, neque sine jurgio separantur.*

XII. *Adfui à meridie Secretario Licestrii ante cum eo agens de schola Hieronymiana, & petens Collegiorum nomine, ut libellum quendam supplicem in eam rem à nobis confectum suæ Excellentiæ porrigere vellet. Sed eo lecto is mihi libellum reddidit, sese in alia quacunque re nobis libenter gratificaturum, in hoc vero suam operam præbere, & libellum porrigere non audere, quod religionis negotium ea res tangeret, præsertim cum Excellentiæ suæ innotuisset Rectorem scholæ Jesuitam esse, me id multis verbis negante, & hominem conjugatum esse dicente, verum modestum, pium, & probum. Qui si Jesuitæ censendi sint, multos in hac civitate sic Jesuitas. Ille nihil audiens in sua perstitit opinione & proposito.*

Rector qui iis præerat, docebat, erudiebat, à Scholastico constitutus. Unus is ex Canonicis, qui curam habebat scholæ, unde & vulgo Curator jam. Suffragiis Capituli ad id munus delectus, & per virgam & ferulam, per claves ecclesiæ, ab ea missus in possessionem. Sic in schedis jam dictis cum Ann. 1631. Capitulum S. Mariæ contulisset Scholastriam absenti Henrico Francisco van der Burch, petiit ejus procurator se *nomine dicti sui principalis* (utar verbis, quæ reperi) *mitti in corporalem, realem, & actualem possessionem vel quasi dictæ Scholastriæ, juriumque & pertinentiarum omnium ejusdem poni, admitti, & induci cum solemnitatibus debitis & consuetis, & salvis legibus, & consuetudinibus dictæ ecclesiæ semper salvis. Et idem Dn.* Thibaut *procurator mox ad eorundem Reverendi*

neste de victu & vestitu necessariis de & ex eisdem bonis provideat. Voluit etiam idem testator & mandavit eisdem Dn. *Jacobi* & *Gerardo*, ac *Agneti* nepti ** suis, ne quovis modo eorum matri in bonis & usufructu prædictis impedimentum aliquod faciant, ** Leg. suæ.

verendi & Venerabilium dominorum Decani & Capituli requisitionem de observandis ipsius ecclesiæ statutis & consuetudinibus per Scholasticum præstari solitum corporaliter præstitit sacramentum. Ilicoque præfatus Reverendus Dominus Decanus tam suo quam dicti Capituli nomine eundem Dominum & Magistrum Th. Thibaut, *nomine quo supra procuratorem, ad scholam dictæ ecclesiæ perduxit, tradendo eidem, & ad manus ejusdem consignando claves dictæ scholæ, nec non virgam & ferulam & per hoc eidem regimen dictæ scholæ ac ejusdem scholariam committendo. Et dictus dominus* Thibaut *nomine procuratorio prædicto in continenti substituit, & in locum suum posuit* Basilium de Middeldorp *in Rectorem & Magistrum ejusdem scholæ in signum veræ, realis, & actualis possessionis Scholastriæ prædictæ, juriumque, & pertinentiarum omnium ejusdem.* De ejusdem officio in Statutis S. Salvatoris sic ut sequitur invenitur: *Ipse habet scholaribus ecclesiæ nostræ de Rectore, qui eos in Grammatica, Logica, & Musica instruat, providere. Item ipse habet scholaribus de antiphonario & graduali providere in scholis. Item habet scholares novos admittere & refutare, dum tamen non sint in ecclesia nostra beneficiati. Ad ipsum spectat Canonicos nostros scholares examinare, tam in scientia, quam in moribus, & ætate, & cum habiles reperti fuerint, Decano & Capitulo nostro emancipandos præsentare.* Utrumque ex verbis his patet, quod idem scilicet potest & scholaris esse & Canonicus, & quod idem Canonicus, & tamen nondum emancipatus, ut Jacobus de Winsen in eodem hoc testamento. Etiam ei præbenda, sed non plena, sed semiplena. Vox autem, priusquam emancipatus, ei nulla. Emancipatus, si habilis & competenter instructus, si viginti annos natus, aut ut in collegio S. Petri octodecim, excepto prius epulis collegio universo, aut, ut loquebantur tum, dato episcopatu. Sic habet vetus Statutum Ann. 1327. *Ernestus Dei gratia Decanus totumque Capitulum ecclesiæ B. Mariæ Trajectensis ad successorum nostrorum, & omnium, quorum interest, vel interesse contigerit, notitiam deduci volumus per præsentes, quod cum quædam honestæ, laudabiles, & præscriptæ consuetudines ex antiquo in ecclesia nostra prædicta à prædecessoribus & nobis inviolabiliter hactenus sunt observatæ, videlicet, quod quandocunque scholaris in Canonicum eligitur, sub correctione & regimine Magistri esse debeat, quo ad usque* XXI. *annum ætatis suæ compleverit, & antequam emancipatur à scholis episcopatum suum solemniter celebrare, & servire, vel in recompensam Decano & Capitulo triginta libras nigrorum*

ciant, ſed eam in pace dimittant, Alioquin eandem eorum matrem, ſi contra fecerint, ſub modo & forma prædictis, videlicet vita ejus durante, & quamdiu conjugata non fuerit, heredem inſtituit, & alios exheredavit. Voluit etiam & exhortatus fuit dictus Dominus teſtator executores ſuos, ut dictæ Domicellæ *Johannæ* relictæ fratris ſui ope, opere, & conſilio aſſiſtant. Item præterea voluit, quod heredes ſui atque executores ſui nihil dent ſive ſolvant heredibus quondam *Wilhelmi* de *Steenre*, ſi contigerit eos in futurum forſan conveniri judicialiter, cum dictus teſtator nunquam adiit vel apprehendit hereditatem ſororis ſuæ, ut ipſi prætendunt, ſed ipſe deſiderat, quatenus executores ſui velint informare heredes quondam *Wilhelmi* de *Steenre*, quod quum ipſe in magna ſumma diverſis perſonis remanſit obligatus, bene ad ſummam ſexingentorum florenorum Renenſium, quod ordinent ipſi heredes dicti *Wilhelmi*, quod debita hujuſmodi perſolvantur. Cum etiam opida Schoenhovienſe in ſex annis ſingulis annis in decem & novem florenis Renenſibus aureis, & Rotterdamenſe in decem florenis Renenſibus aureis remanſerint ſorori ſuæ obligata, propterea ad uſum & effectum prædictum debita prædicta aſſignavit, proteſtando tamen, quod propter præmiſſam aſſignationem teſtator non adire intendit hereditatem ſororis ſuæ prædictæ. Inſuper voluit idem teſtator, quod executores ſui infra ſcripti, ſi contigerit ipſum teſtamentum ſuum alias ordinare, minuere, addere, vel corrigere, etiam de omnibus aliis bonis ſuis, tam de quibus in præſenti Teſtamento mentionem fecit, quam aliis, de quibus forſan nullam fecerit, quod extunc illud exequantur, ordinent, & diſponant, prout in quadam litera ſive cedula manu ipſius Domini teſtatoris ſcripta aut de mandato ſuo ſcribenda, ſigillo ſuo proprio ſigillata, ſive manu ſua propria, aut alia auctentica ſignata & ſubſcripta repperierint contineri. Quæ quidem litera ſive cedula ſi forte inventa non fuerit, aut totaliter

rum Turonenſium ſolvere, & cum hoc unam carratam boni vini eiſdem Decano & Capitulo teneatur propinare &c. De epiſcopatu ſiquis dubitet, in eiſdem Statutis notatum ſic reperi: *Declaratum eſt per Capitulum Ann.* CIↃ. CCCC. XII. *feria quarta poſt Iudica, quod epiſcopatum ſolemniter celebrare, & ſervire, eſt Decano & Capitulo bonum prandium dare.*

liter neglecta, quod tunc de bonis suis per ipsum testatorem quomodolibet relinquendis post mortem suam, ut supra, vel alias prout saluti animæ suæ crediderint magis expedire, dispo- nant, ordinent, & exequantur. Hujusmodi autem sui Testa- menti seu ultimæ voluntatis suæ executores, manufideles, fi- deicommissarios, & dispositores elegit, ordinavit, nominavit, & constituit venerabiles, & spectabiles, ac providos viros, Dominos *Johannem* de *Renesse* majoris, & *Anthonium* de *Wyn- sen* beati Petri Trajectensis ecclesiarum Canonicos, & *Erne- stum* de *Draeckenburch* armigerum Trajectensem, & *Gyselbertem* de *Merlo* Notarium dictæ ecclesiæ Sancti Petri Trajectensis. Et dedit & legavit eisdem executoribus suis & cuilibet eorum unam tassiam argenteam vulgariter *een silveren schale*, vel octo scudatos aureos Ducis Wilhelmi pro eadem, eisdemque dedit plenam & liberam potestatem & mandatum speciale se de omnibus & singulis ipsius Dn. Testatoris bonis mobilibus & immobilibus, spiritualibus & temporalibus, tam de qui- bus modo prædicto disposuit, quam de his de quibus non- dum disposuit, ac actionibus & juribus quibuscunque post mortem suam relinquendis, ut præmittitur, se intromitten- di, eaque petendi, levandi, recipiendi, ingrediendi, ven- dendi, alienandi, transigendi, & de ipsis libere disponendi, & ordinandi, prout saluti animæ dicti testatoris salubrius credi- derint expedire, ac in eosdem transtulit omnia & singula bo- na sua mobilia & immobilia, præsentia & futura, nec non om- nes actiones reales & personales, utiles & directas, ac rei per- secutorias, de præsenti & in futuro contra quascunque personas ecclesiasticas vel seculares, collegia, seu universitates, quomo- dolibet competentes, constituens eosdem in rem suam procu- ratores, ponens eos in locum & jus suum, ita quod dicti sui executores post mortem ipsius domini testatoris coram quibus- cunque judicibus competentibus, quacunque auctoritate fun- gentibus, pro præmissis omnibus & singulis, & ipsorum quoli- bet agere, defendere, & experiri poterint, omniaque alia & singula facere & exercere, quæ hujusmodi ultimæ voluntatis executioni, & eam concernentibus, dependentibus, seu emer- gentibus ex eadem, necessaria fuerint, seu quomodolibet opor- tuna, etiam si mandatum exigant magis speciale, quam præ- sentibus est expressum. Insuper voluit supradictus testator, quod

si

ſi dictos ſuos executores, ſeu aliquos, vel aliquem ex ipſis mori, peregrinari, aut ſi dictum dominum teſtatorem ipſos executores ſupradictos omnes, ſeu aliquos, vel aliquem ex eis revocare contigerit, quod ſalvum ſit & maneat ſibi etiam in extremis jus alios ſeu alium peregrinantium, deſtitutorum, ſeu defunctorum loco viva voce ordinare, conſtituere, & ponere, præſenti nihilominus teſtamento ſuo ultimo ſeu ejus ultima voluntate in omnibus & ſingulis ſuis clauſulis in ſuis robore & firmitate perpetuo duraturis. Et ſi, quod abſit, executores prædicti in his exequendis non fuerint reperti concordes, quod extunc major pars eorundem omnia & ſingula præmiſſa ſic ut præmittitur exequatur in modum ſupradictum. Hanc quoque prædictus teſtator dixit & exiſtere voluit ſuam ultimam voluntatem, volens eam valere jure teſtamenti, codicillorum, & cujuſlibet ultimæ voluntatis, ſeu alias omni modo, ſtylo, & forma, quibus melius & efficacius valere poterit de jure ſeu de conſuetudine cujuſlibet ultimæ voluntatis. Quibus ſuper omnibus præmiſſis & ſingulis ſupradictis Dn. *Iudocus* de *Wynſen* teſtator petiit à me Notario publico infra ſcripto confici in meliori forma unum vel plura publicum inſtrumentum ſeu inſtrumenta. Acta ſunt hæc Trajecti in domo dicti Dn. *Jacobi* de *Wynſen*, quam dictus Dn. teſtator inhabitat, ſita infra emunitatem dictæ eccleſiæ S. Petri Trajectenſis, ſub.anno, indictione, menſe, die, hora, & Pontificatu, quibus ſupra, præſentibus ibidem honorabili ac providis viris Dominis, Dno *Johanne* Maes in eadem eccleſia beati Petri perpetuo Vicario & *Wilhelmo Braem* cive Trajectenſi, teſtibus ad præmiſſa vocatis paritet & rogatis. Et ego *Adrianus Buer* filius *Adam* clericus Trajectenſis diœceſis publicus ſacris Apoſtolica & Imperiali auctoritatibus Notarius, ac venerabilis Curiæ Trajectenſis cauſarum Scriba juratus, quia præmiſſis omnibus & ſingulis &c.

X I.

Mutuum conjugum teſtamentum, Joannis Domini de Montfoort, & Wilhelminæ de Naaldwyck
Ann. CIↃ. CCCC. XLVI.

In nomine Dni Amen. Hujus præſentis ſerie publici inſtrumenti cunctis evidenter pateat & ſit notum, quod anno à nativitate

vitate ejusdem Dni millesimo quadringentesimo nonagesimo sexto, indictione quarta decima, die vero Lunæ vicesima prima mensis Novembris, hora tertiarum vel quasi, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri, Dni *Alexandri* divina providentia Papæ sexti anno quinto, in mei Notarii publici & testium infra scriptorum ad hoc vocatorum specialiter & rogatorum præsentia personaliter constituti Nobilis & generosus vir D. *Joannes* miles & Baro Dns de *Montfoerde*, de *Purmereynde*, de *Naeldwyc* &c. ex una, & nobilis ac generosa D. *Wilhelmina* de *Naeldwyc* uxor legitima dicti Dni. *Joannis* militis & Baronis partibus ex altera, iidem conjuges compotes de gratia Dei suorum corporum, mentium, rationum, & intellectuum, non immemores beneficiorum sibi mutuo impensorum, & in futurum impendendorum, ingrati fore non intendentes, non vi, metu, vel timore coacti, neque dolo, fraude, vel quavis alia sinistra machinatione, ut apparuit, circumventi, sed sponte & libere & suis spontaneis ac liberis voluntatibus, animisque desuper bene deliberatis, omnibus modo, via, jure, causa, & forma melioribus, quibus efficacius potuerunt & debuerunt, ac possunt & debent, potuitque & debuit, ac potest & debet, quilibet eorundem, sibi mutuo dederunt, donarunt, & assignarunt, (1) ac quilibet eorum alteri dedit, donavit, & assignavit pure & simpliciter donatione causa mortis & testamentaria omnia & singula sua bona mobilia, utensilia, clenodia, jocalia aurea & argentea,

(1) Nondum ergo Montfurti tum obtinuit, quod jam obtinet, ut & passim ** in diœcesi, quod relinqui conjugi non potest quicquam præter mutuum usumfructum. *Costuymen van Utrecht. rubr. van Houwelyckse voorwaerden.* §. *ult. van Montfoort. rubr.* 6. §. 4. Montfurtum in diœcesi inter Ysulstadium & Aquas veteres ad Ysalam. Castrum primum non urbs, contra Comitem Hollandiæ extructum ab Episcopo Godfrido de Rhenen. Jo. de Beka, & Hed. in *ej. vit.* Præfectus ei ut ceteris. Rector ejus & Gubernator. Media ei jurisdictio. Alta serius demum data, & quæ mansit, postquam data, semper dubia & controversa. Ab eo enim data, qui regiminis parum frugi, quantum posset, distraxerat, dissipaverat diœcesin. Dixi de *jur glad. cap.* 11. De media nunquam quæstio. Mediæ autem vi, qui eam habet, & statuendi, & leges & edicta proponendi habet jus. Bort. *tr. van Hoge en Ambachtsheerlicheyt cap.* 4. n. 40.

** Vide quæ supra notavimus, pag. 261.

tea, lapides pretiosos, pecuniarum summas sive quantitates, pecora & blada, omnesque res alias sive in auro aut in argento, monetato vel non monetato, aut alias in quibuscunque consistentes, ad ipsos conjuges conjunctim vel divisim spectantes & pertinentes, & post mortem primi decedentis ex eis ubique relinquenda, nec non omnes & singulos redditus, census, & credita ipsis ubique locorum post mortem primi morientis debitos & cessos, ita videlicet, quod superstes ex eisdem conjugibus post mortem primi morientis dictos redditus, census, & credita exigere, monere, apprehendere & levare, nec non omnia & singula bona, clenodia aurea & argentea, lapides pretiosos, omnesque res alias prædictas vendere & alienare, pecuniasque exinde provenientes in usum proprium convertere, eisque ac omnibus aliis bonis uti libere ac gaudere, ac de illis ad libitum suæ voluntaris ordinare & disponere possit & valeat. Transtulerunt insuper dicti conjuges in se mutuo, & quilibet eorum in alterum videlicet superstitem transtulit, omnia & singula bona prædicta, omniaque jura, nec non omnes & singulas actiones, reales, & personales, utiles, contrarias & directas, quæ & quas dicti conjuges conjunctim vel divisim quomodolibet habere potuerant, seu potuerat, contra quoscunque illorum seu illarum forsan occupatores seu debitores, nihil juris aut proprietatis sibi aut heredibus suis in eisdem retinendo, constitueruntque se mutuo, & quilibet alium, videlicet superstitem ex eis constituit, in rem suam post ipsius ut puta primi decedentis mortem procuratorem sive procuratricem, ac ponens ipsum superstitem in locum & jus suum, ita videlicet quod superstes prædictus omnia & singula bona antedicta habere & retinere, ac de illis ad nutum proprium, ut præmittitur, disponere & ordinare, illaque à quibuscunque illorum detentoribus exigere, apprehendere, & levare, ac pro ipsis tanquam pro re propria coram quibuscunque judicibus ecclesiasticis vel secularibus agere, defendere, & experiri possit, & valeat, postquam alter conjugum eorundem ab hoc seculo migraverit, contra defuncti heredes aut alios quoscunque sua communiter vel divisim interesse putantes, nihil juris, dominii, vel proprietatis sibi præmorienti aut suis heredibus vel successoribus post ipsius obitum in eisdem retinendo. Promiseruntque dicti conjuges conjunctim vel divisim pro se

&

Digitized by Google

& suis heredibus & successoribus michi Notario publico infra scripto, ut & tanquam publicæ & auctenticæ personæ rite & legitime stipulanti, & recipienti vice & nomine omnium & singulorum, quorum interest, intererit, aut interesse poterit quomodolibet in futurum, se omnia & singula supradicta rata, & firma habere & tenere, & perpetuo habituros, & non revocare, aut contra facere vel venire per se vel alium seu alios publice vel occulte, directe vel indirecte, quocunque quæsito ingenio vel colore sub ypotheca & obligatione omnium & singulorum bonorum suorum præsentium & futurorum, ac quali-bet alia juris & facti renunciatione ad hoc necessaria pariter & cauthela. Super quibus omnibus & singulis præmissis dicti conjuges, & eorum quilibet, petiit sibi à me Notario publico infrascripto unum vel plura publicum seu publica instrumentum & instrumenta. Acta fuerunt hæc Trajecti in domo nobilis & generosæ Domicellæ *Margaretæ* de *Croy* relictæ quondam nobilis & potentis Domicelli *Henrici* Vicecomitis & Dni de *Montfoerd* Trajectensis diœcesis, sita infra immunitatem ecclesiæ beatæ Mariæ Trajectensis, sub anno, indictione, mense, die, hora, & Pontificatu, quibus supra, præsentibus ibidem Venerabilibus & Circumspectis viris & Magistris *Florentio Vliger* beatæ Mariæ prædictæ, *Ioanne* de *Catwyck* Sancti Adriani in Naaldwyc Trajectensis diœcesis ecclesiarum Canonicis, & *Simone Iacobi* de *Alembercb*, medicinarum Doctore, testibus fide dignis ad præmissa vocatis specialiter & rogatis. Et ego *Robertus Theodrici* clericus Trajectensis diœcesis publicus Imperiali auctoritate Notarius, quia prædictis donationi, translationi, constitutioni, promissioni, renunciationi, aliisque omnibus & singulis præmissis, dum sic ut præmittitur agerentur & fierent, una cum prænominatis testibus præsens interfui, eaque sic fieri vidi & audivi, ac in notam sumpsi, idcirco hoc præsens publicum instrumentum &c.

XII.

Testamentum Stephani de Beest civis Trajectensis Ann. CIↃ. CCCC. XCVI.

In nomine Domini Amen. Anno nativitatis ejusdem Domini CIↃ. CCCC. XCVI. indictione quarta decima, die vero vi-

cesima septima mensis Novembris, hora vesperarum vel quasi, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris ac Domini nostri, Dni *Alexandri* divina providentia Papæ sexti anno quinto, in mei Notarii publici, & testium infra scriptorum, ad hoc vocatorum specialiter & rogatorum, præsentia personaliter constitutus honestus & providus vir *Stephanus* de *Beest* laicus, civis Trajectensis, sanus mente & corpore, prudenter animadvertens, quod ægritudinis vehementia solet plerumque à rationis tramite in tantum mentem avertere, ut nedum de temporalibus verum etiam de perpetuis & de anima quippiam disponere, ordinare, seu providere non possit, quodque propterea dum in mente tranquillitas & in corpore quies est, melius & salubrius disponitur ultimæ judicium voluntatis, volens itaque incertam certissimæ & inevitabilis mortis horam, quæ in prudentis animo semper debet esse suspecta, ne ab intestato decedere contingat, omnium rerum & bonorum & præsentium & futurorum testamentaria dispositione prævenire, & suæ animæ saluti, ne post obitum suum de bonis per eum relinquendis aliqua valeat discordia exoriri, salubriter providere, revocatis primitus ibidem per dominum testatorem expresse quibuscunque testamentis, seu testamentariis ordinationibus, & ultimis voluntatibus, omnibus melioribus modo, via, jure, causa, forma, & stilo, quibus melius & efficacius potuit ac debuit, fecit, innovavit, edidit, condidit, suum præsens nuncupativum testamentum, & suam ultimam expressit voluntatem, (1) per me ibidem alta & intelligibili voce perfectam & recitatam. Cujus tenor inferius de verbo ad verbum describitur & est

(1) Ut nuncupativum sit testamentum necesse est, ut id fiat viva & clara voce, §. *ult. Inst. de testam. ord. l.* 21. *pr. ff. Qu. test. fac. poss. l.* 21. §. 2. *C. de testam.* In scripto hæc non requiritur. Manet nuncupativum, quod semel factum viva voce, nec quod est esse definit in scripturam redactum. Non ad actus substantiam, sed probationis tantum causa adhibetur scriptura, *l.* 4. *ff. de fid. instr. l.* 4. *ff. de pign. & hyp.* Nec distinguit scriptura inter duo hæc testamenta, sed testatoris voluntas. Unde & hodie quæ fiunt, exceptis, quæ clausa sunt, & quæ, nisi Notarius & duo adsint testes, aperiri non possunt, Brunem. *ad l. pen. in fin. C. de testam.* Advysb. 1. *cons.* 320. maximam partem jam nuncupativa sunt. Herbaj. *rer. quot. cap.* 8. Vigl. *ad* §. *sed quum. Inst. de test. ord. n.* 3.

est talis: *Dit is myn* Steven *van* Beest *testament ende uyterste wille hier na beschreven. In den eersten so beveel ick myn siel als sy vant eertryck verscheyden sal, Gode van hemelrycke, ende synre liever moeder Marien, Sinte Marten den heyligen onsen patroon, ende allen Gods heyligen, begeerende myn sepulture ende grafstede te hebben, gelikerwys ick dat in myn uterste sterfdach, die Godt selich maken wil, begeren ende ordineren sel. Voert so is myn uterste wil, dat myn executoren hier onder benoemt alle myn schulden, daer wittelycke kennisse van wesen sal in den iersten ende voor alle dinck betalen sullen. Voert so is myn uyterste wille ende begeeren, dat alle Priesteren in den Conventen, te Jacopinen, te Minnebroederen, te Carmeliten, te Regulieren binnen, ende te Vredendale buten der stadt van Utrecht, op myn sterfdach misse doende, ende voor myn siel biddende hebben sellen elck een stuver current. Voert geef ick den Pastoren t'Sinte Iacop een Rynsche gulden onder hem beyden, ende den Capellanen elck vyf stuvers. Voert geeff ick myn leste Biechtvader, die my in myn uterste de sacramenten der heyliger kercke ministreren sel, een Ryns gulden current. Item ick geef den Costeren t'Sint Iacob onder hem beyden tien stuvers. Item ick geve den Augustyn ter Buerkerck tien stuyvers. Item in Sinte Bartholomeus, gasthuys geef ick elcken armen te ministeren op myn sevendach een pinte wyns, ende een wit broot, des sellen sy voor my bidden. Voert so geeff ick* Henrick *myn natuerlycke soon, ende om vele weldaden, die hy my gedaen heeft, ende noch doet ende doen sel, uyt alle mynen reetsten goede ses hondert gouden Keurvorsten Rynsche gulden. Ende daer toe geeff ick noch den selven* Henrick *myn soon ende executoer voersz alle dat geen van mynen goede over wesen ende over lopen sel, dit testament voldaen ende executiert wesende, t'sy renthen, resten, sommen van penningen, erven, goeden, roerende of onroerende. waer sy oock gelegen, of hoe sy genaemt mogen wesen, niet uytgesondert, Behoudeliken dat* Henrick *voersz synre moeder haer leven lanck uytreyken sal, ende geven alle jaer tien Rynsche gulden, indien sy t'samen niet wonen en wouden, of overdragen en costen, ende dat deselve* Henrick *myn soon voersz, indien Harmen myn soon, die buten lants is, wederom t'huys quame, den selven* Harmen *geven ende uytreycken sal tien Rynsche gulden s'jaers syn leven lanck, off daer voir hondert Rynsche gulden eins. Ende dit is myn* Steven *van* Beest *voersz uterste wille, dewelcke ick begeere voldaen, gehouden, ende geexecuteert te worden na inhout des testaments, dair ick dese cedele in heb laten*

 beschry-

beſcryven. Ad quæ præmiſſa omnia & ſingula debite exequenda teſtator ſupraſcriptus omnibus melioribus modo, via, jure, cauſa, & forma, quibus ſupra, conſtituit, fecit, ordinavit, & deputavit ſuos executores, manufideles, fideicommiſſarios, & diſpoſitores, videlicet honeſtos viros, *Henricum* de *Beeſt* filium ſuum naturalem, & *Ludolphum* de *Weelden* braxatorem, cives Trajectenſes, dans & concedens eiſdem executoribus, manufidelibus, fideicommiſſariis, & diſpoſitoribus ſuis ex nunc prout ex tunc & ex tunc prout ex nunc plenam, liberam, & omnimodam poteſtatem, ac generale & ſpeciale mandatum cum plena, libera, omnimoda, totali, ac generali & ſpeciali adminiſtratione, ſine omni inventarii confectione, & heredum, ſive ſucceſſorum quorumcunque contradictione non obſtante, auctoritate propria de bonis ſuis omnibus mobilibus & immobilibus, creditis, fructibus, redditibus ſibi debitis, pecuniarum ſummis & rebus aliis præſentibus & futuris in quibuſlibet rebus & locis præſentibus & ſituatis, quibuſcunque nominibus cenſeantur, per ipſum teſtatorem & poſt mortem ſuam relinquendis, intromittendi, ingrediendi, apprehendendi, levandi, recipiendi, ut & vendendi, alienandi, tranſigendi, reſignandi, tranſportandi, renuntiandi, & de ipſis ad finem & effectum ſupradictum diſponendi & ordinandi, ceſſantibus contradictionibus quorumcunque. In quorum quidem executorum manibus dedit omnia ſingula bona ſua prædicta, ſeu alias ad eum quovis modo ſpectantia, aut ſibi debita & debenda, mobilia & immobilia, præſentia & futura, cedens eiſdem ex nunc quoad hoc, & transferens in eoſdem per tactum ad manus mei Notarii omnia & ſingula bona prædicta, ac omnes & ſingulas actiones, reales, perſonales, & mixtas, rei perſecutorias, utiles, contrarias, & directas, ac omnia jura contra quoſcunque homines, univerſitates, collegia, quovis jure ſeu cauſa ſibi competentes, ipſos in rem ſuam conſtituendo procuratores irrevocabiles, ita quod poſt mortem ſuam bona prædicta, ut præmiſſum eſt, apprehendere, habere, tenere, & de illis diſponere, & pro his ſuo nomine coram quibuſcunque judicibus eccleſiaſticis, ſecularibus, quacunque auctoritate fungentibus, & functuris, agere, defendere, & experiri, & generaliter omnia alia & ſingula facere & exercere valeant, quæ in præmiſſis & circa ea neceſſaria fuerint, etiam ſi illa forent, quæ man-

mandatum exigant magis speciale, quam præsentibus est expressum &c.

XIII.

Trium hominum Codicilli actis publicis insinuati Ann. CIↃ. IↃ. II.

In nomine Domini Amen. Per hoc præsens publicum instrumentum cunctis pateat evidenter & sit notum. Quod anno à nativitate ejusdem Domini CIↃ. IↃ. secundo, indictione quinta, mensis vero Septembris die decima nona, hora octava de mane vel quasi, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris ac Domini nostri, Domini Alexandri divina providentia Papæ sexti anno undecimo, in mei Notarii publici subscripti ac testium infra scriptorum, ad hoc vocatorum specialiter & rogatorum præsentia personaliter constitutæ honestæ ac discretæ personæ Engbertus filius Jacobi, Isbrandus filius Jacobi fratres legitimi, ac Clementia præfatorum Engberti & Isbrandi soror legitima ex utroque parente, opidani opidi Leydensis Comitatus Hollandiæ (1) Trajectensis diœcesis, stantes & gradientes, corporum suorum, ut apparebat, sospitate fungentes, sensuumque suorum compotes, & suis ratione pariter & intellectu vigentibus & discretione, attendentes, quod alias certæ literæ Scabinales factæ fuerunt de hereditate materna eorundem, ac dispositione ejusdem hereditatis, & hæ literæ jam reperiri non valent, & hæ literæ, prout prædicti constituentes narrabant, in se continebant, quod per præfatos constituentes bona ex parte hereditatis maternæ relinquenda, quatenus se extendebant, quod quilibet eorum haberet pro portione sua trecentos florenos monetæ currentis, casu quo aliquis eorum sine liberis moreretur, ex tunc superstes, sive superstites, esset heres, sive essent heredes prioris decedentis sive decedentium. Et hæ literæ, prout dicebant, confectæ erant per ordinationem patris eorundem constituentium, Ne igitur videantur velle contrariari voluntati patris eorundem, inter se ex eorum

(1) In spiritualibus scilicet. Nam quod ad hæc extendebat se Episcopi potestas per universam Hollandiam. Vid. *lib.* 2. *de Nobilit. cap.* 21.

Digitized by Google

eorum certa & prævisa scientia, non seducti, ut asseruerunt, non coacti, neque restricti, nec aliquibus vi, metu, fraude, aut alia sinistra machinatione quacunque in eorum animis circumventi, sed ex eorum liberis & spontaneis voluntatibus, deliberationibus providis præcedentibus, ac bene maturis, titulo irrevocabili, & absque spe revocandi super hoc edito codicillo attestantes, omnibus melioribus modo, via, jure, causa, & forma, quibus melius & efficacius conjunctim & divisim potuerant & debuerant, (1) ordinaverunt, statuerunt, legaverunt, & cum ingenti favore in hoc concordarunt, quod postquam aliquem ipsorum viam universæ carnis ingredi contigerit absque liberis, extunc eorum superstes sive superstites habebit, possidebit, obtinebit, tollet, & percipiet, sive habebunt, possidebunt, obtinebunt, tollent, & percipient illos trecentos florenos, qui ipsi prius decedenti evenerunt ex hereditate materna, sic quod ultimus superstes ex tribus præfatis constituentibus habebit omnem hereditatem maternam, quæ se extendebat ad summam nongentorum florenorum currentium. Quibus utetur, sive si duo superstites fuerint, utentur perpetuo & jure hereditario, & juri suo proprio applicabit, sive applicabunt, (2) disponet, sive disponent, sicuti de suis aliis propriis bonis secundum libitum suæ propriæ voluntatis seu propriarum

(1) Ita jam placuit, ut simul plures testari possint, & quod tot tum testamenta, quot personæ testantes. Gail. 2. *obs.* 117. An alter invito altero mutare id possit, quod fecit, quæstio inter Doctores est. Et vix putem, quod possit, si id mutuo consensu factum, si per mortem unius & jus alii jam quæsitum, & superstiti accessit lucrum. Nam non merum id testamentum, sed & species contractus est, à quo altero invito discedi non potest. *l.* 53. *ff. de reg. jur. l.* 5. C. *de obl. & act.* Peck 1. *de testam. conj. cap.* 43. *n.* 14. Everh. *cons.* 12. *n.* 11. Decker 1. *diss.* 1. Christin. 6. *decis.* 58. *n.* 6. Advysb. 1. *cons.* 225. Diss. Resp. Holl. 2. *cons.* 282. Nam quod ad mores hodiernos nemo de eo dubitat, quin & recte in testamento celebretur contractus. Gloss. *ad. l.* 1. *ff. Qu. test. fac. poss. Imb. encb. verb. Donatio inter vivos.* Wassen. *pract. notar. cap. ult.* §. 22. Advysb. 3. *cons.* 207.

(2) Inter vivos nimirum, non in ultima voluntate, *arg. l.* 17. C. *de probat.* Peregrin. *de fideic. art.* 40. *n.* 43. Coren. *decis. supr. Cur.* 11. Verum tertio defuncto quid si duorum alter quicquid nactus absumat

priarum voluntatum ſine reclamatione cujuſlibet aliorum heredum ipſius præmortui ſive præmorientium. Et has quidem nongentorum florenorum ordinationes ſive diſpoſitiones præſcripti fratres & ſoror legitimi omnibus melioribus modo, via, jure, cauſa, & forma, quibus melius & efficacius de jure vel conſuetudine poſſint & debeant, valere voluerunt, atque eas etiam tantæ efficaciæ eſſe voluerunt, ac ſi etiam denuo coram Conſulibus & Scabinis opidi Leydenſis factæ & eorum ſigillis ſigillatæ forent, nec eiſdem ullam in contrarium exceptionem, neque eas caſu aliquo revocare, ſed eas perpetuo, ut par eſt, & irrevocabiliter voluerunt obſervare, renunciantes & quilibet eorum renuncians omni exceptioni, doli mali, in factum, rei ſic non geſtæ & non actæ, omnique aliæ exceptioni tam juris canonici quam civilis, ac defenſioni & auxilio, quibus contra præmiſſa vel ipſorum aliquod verbo vel facto quoquo modo poterint ſe juvare. Super quibus omnibus & ſingulis præfati conſtituentes petierunt à me Notario publico unum vel plura publicum ſeu publica inſtrumentum ſeu inſtrumenta, ſi opus fuerit, in meliori forma. Acta ſunt hæc Leydæ ſuper foſſatum dictum die Hoygraft in domo habitationis Wilhelmi filii Bartholomei ſub anno, indictione, menſe, die, hora, & Pontificatu, quibus ſupra, præſentibus ibidem honeſtis & diſcretis viris Jacobo filio Petri, & Wilhelmo filio Bartholomei laicis, opidanis Leydenſibus Trajectenſis diœceſis teſtibus fide dignis ad præmiſſa vocatis pariter & rogatis. Et ego Jacobus de Lochorſt

abſumat? Nam & id poteſt fieri, ſi caſum ponas, quem habes hic. Dicendum, ſi id fiat, non habet alter quod dicat, *arg. l.* 21. *C. mand. l.* 6. *ff. de dol. l* 25. §. 11. *ff. de her. pet.* Sed quia id incivile eſt & in injuriam ſuperſtitis contra *l.* 74. *ff. de reg. jur.* in re obſcura, & ſi non conſtet, utrum de fideicommiſſo abſumpſerit, an de ſuo, credendum haud dubie abſumpſiſſe de ſuo. *l.* 41. §. 1. *ff. eod. l.* 54. *ff. ad Sct. Trebell. junct. l.* 1. §. *denique. ff. de aq. & aq. pluv. arc. act. l.* 24. *ff. de damn. inf.* Alioquin ſatis conſtat, quod fideicommiſſo gravatus, de quo data ei nihilominus pro libitu diſpoſitio, non poſſit ultra dodrantem abſumere ex eo quicquam, *auth. contra cum rogatus. C. ad Sct. Trebell.* Mantic. *de conj ult. vol. lib.* 10. *tit.* 4. *n.* 21. Peregrin. *de fideic. art.* 40. *n.* 46. *& n.* 50. Gail. 2. *obſ.* 145. *in fin.* Ant. Fab. *C. lib.* 6. *tit.* 27. *def.* 25. Neoſtad. *Cur. Holl. deciſ.* 20.

horſt clericus Trajectenſis diœceſis publicus Imperiali auctoritate & ordinaria admiſſione Notarius quia præmiſſis &c.

XIV.

Teſtamentum Wilhelmæ Dominæ de Montfoort *Ann.* CIↃ. IↃ. VI.

In nomine Dni Amen. Anno à nativitate ejuſdem CIↃ. IↃ. VI. indictione nona, die vero menſis Januarii ultima, hora decimarum vel quaſi, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini, Dni Julii divina providentia Papæ ſecundi anno tertio, in mei Notarii & teſtium infra ſcriptorum ad hoc vocatorum ſpecialiter & rogatorum præſentia perſonaliter conſtituta nobilis, diſcreta, & circumſpecta Domina *Wilhelma* Domina de *Montfoert*, Domina *de Naeltwyck* & de *Capelle* &c. mente ſana de gratia Dei, aliqualiter tamen debilis corpore, compos ſuorum ſenſuum, intellectus, ac rationis, ut apparuit, ſalubri meditatione perpendens, quod nihil morte certius eſt, ejuſque hora nihil incertius reperiatur. Et cupiens idcirco animæ ſuæ ſuorumque ſaluti Deo propitiante providere, de bonis temporalibus ſibi à Deo collatis, dum ſibi teſtandi adeſt habilitas & ratio mentem regit, & ne morte præventa inteſtata decedat, ſuum Teſtamentum ac ultimæ voluntatis ordinationem, quocunque nomine poſſit vocari, ad laudem, gloriam, & honorem Dei omnipotentis & ſalutem animæ ſuæ, ſuique mariti Dni *Johannis* Dni de *Montfoert*, Dni de *Naeltwyck &c.* (1) aſtante eo & conſentiente condidit, fecit, diſpoſuit, & ordinavit in modum

(1) Mulier apud Romanos in tutela perpetua. Cic. *in Topic. & ibid. Boeth.* Quare & cum Valeria diceretur dixiſſe doti omnem ſuam pecuniam, *nihil iſtorum*, inquit Cicero in *orat. pro Flacco*, *explicari poſſe, niſi oſtenderetur illam in tutela Flacci non fuiſſe. Si fuit*, inquit, *quæcunque ſine hoc authore dicta dos nulla eſt.* Vid. Guther. *de vet jur. Pontif. lib. 2. cap. 7.* Etiam olim apud nos, apud veteres Germanos, ut docet Sibr. Siccama *ad vett. leg. Friſior. tit. 9. in fin.* Lex Longobard. *tit. 83. Nulli mulieri liberæ ſub regni noſtri ditione lege Longobardorum viventi liceat in ſuæ poteſtatis arbitrium, id eſt, Selbmundio vivere, & ſemper ſub poteſtate virorum aut certe Regis debeat permanere.* In cura mariti uxor. Imo & in poteſtate, cujus

Digitized by Google

modum & formam in vulgari lingua ſubſequentes: *In den eerſten beeft. die Vrou* Willem *Vrou tot* Montfoerde, *Vrou tot* Naaltwyck *ende tot* Capelle *&c. by toedoen Heeren* Johan *Heer tot* Montfoert, *Heer tot* Naaltwyck, *Heer tot* Purmereynde, *ter Capelle*

cujus vi nec teſtari potuit eo invito. Wichbild ſeu jus municipale Magdeburgenſe apud Goldaſt. *to.* 2. *conſt. imper. art.* 183. *Nemo maſculus, neque ulla fœmina, poſſunt in lecto ægritudinis de bonis ſuis quicquam alicui dare, ultra tres ſolidos, abſque beredum conſenſu. Nec mulier quicquam dare poteſt ſine conſenſu mariti.* Nec ubique id abiit in deſuetudinem. Vid. *Coſtuymen van Tiel part.* 1. *tit.* 5. §. 16. *Coſtuymen van Caſſele art.* 266. Paneirol 1. *var. lect.* 92. Zypæ. *lib.* 6. *tit. de teſtam.* §. *Et Tacitus.* Morn. *ad auth. ſive à me C. ad Sct. Vellej.* Argentr. *ad conſ. Britan. art.* 223. *gl.* 4. *n.* 3. Chaſſen. *ad conſ. Burg. rubr.* 4. *des droicts & appart.* Habeo publicum inſtrumentum Ann. 1463. quo maritus uxori ut diſponendi inter vivos, ſic & libere teſtandi, & de bonis communibus, & ſi vellet de ſuis propriis, plenam dat poteſtatem. Non indignum ſi addam hic;

In nomine Domini Amen. Anno à nativitate ejuſdem CIↃ. CCCC. LXIII. indictione XI. menſis Februarii die nona, Pontificatus in Chriſto Patris & Domini noſtri, Dni Pii divina providentia hujus nominis Papæ ſecundi, anno quinto, in mei Notarii publici teſtiumque infra ſcriptorum ad hoc vocatorum & rogatorum præſentia propter hoc perſonaliter conſtitutis honorabilibus perſonis, Johanne de Brakel & Domicella *Gerarda* de *Dynter* ejus legitima uxore, jam dictus *Johannes* de *Brakel* ſponte & ex certa ejus ſcientia animoque ut aſſeruit deliberato dedit expreſſe & conceſſit prælibatæ Domicellæ *Gerardæ* ejus uxori præſenti & acceptanti plenariam poteſtatem, auctoritatem, & licentiam, de omnibus & ſingulis bonis mobilibus, & immobilibus, rebus, actionibus, nominibus, & creditis quibuſcunque ipſorum conjugum præſentibus & futuris, coram quibuſcunque judicibus eccleſiaſticis vel temporalibus quacunque auctoritate fungentibus agendi, & experiendi, atque etiam defendendi, liteſque ſuſcipiendi, nec non Domicellæ *Henricæ* ipſorum conjugum filiæ naturali & legitimæ quaſcunque donationes puras, inter vivos dictas, aut ex cauſa mortis, acceſſiones, tranſportationes, dationes, traditiones, & conceſſiones in dotem, ſive nomine dotis, in ſubſidium legitimi matrimonii per eandem Domicellam *Henricam* contrahendi, teſtamentariaſque ordinationes, legationes, ſive ultimas voluntates, & alias quaſcunque diſpoſitiones, prout ipſi conjuges pariter, aut dictus *Johannes* ſolus per ſe, facere poſſent aut poſſit de eiſdem bonis, rebus, juribus, actionibus, nominibus, creditis, prout ſibi Domicellæ

Digitized by Google

Capelle &c. haren gerechten man ende voocht voor haer beyder Testament haer ziele bevolen ende beveelt die Gode ende synre lieven moeder, ende alle Heyligen, ende haer lichaem der aerden, ende kieft haer sepultuer in der kercken van Montfoert, *in de sepultuer van de Heeren van Montfoert, in myns Heeren Choer benevens Sint Anthonis autaer. Item voort so bespreect die selve Vrou van Montfoert den Capittel van* Naeltwyck *twintich pont t'jaers Hollants ewige renten, des*

micellæ *Gerardæ* placuerit, faciendi, Promittens idem *Johannes* per fidem suam ad manus mei Notarii publici subscripti legitime stipulantis, & recipientis vice, loco, & nomine omnium & singulorum, quorum interest, intererit, seu interesse poterit quomodolibet in futurum, ob hoc loco juramenti præstitam corporalis, hujus auctoritatem potestatis & licentiæ dationem & concessionem, ac quod ipsa Domicella *Gerarda* ex potestate, auctoritate, & licentia hujusmodi sibi datis & concessis fecit, perpetuo firmam, ratam, & gratam, firmumque, ratum, & gratum tenere, habere, & observare, nec ex causa ingratitudinis, vel alia quacunque causa vel occasione, revocare vel contravenire per se vel per interpositam personam, directe, vel indirecte, ullo quæsito ingenio vel colore, neque beneficium restitutionis adversus præmissa vel aliquod præmissorum petere vel impetrare. Et si, quod absit, revocationem fecerit, aliove modo quocunque contravenerit vel confecerit, hujusmodi revocationem, quicquid contra factum ex nunc prout extunc & extunc prout exnunc pro infecto, casso, & irrito habet, & haberi vult. Super quibus omnibus & singulis antefata domicella *Gerarda* à me Notario publico infra scripto sibi petivit unam vel plura, publicum seu publica, si opus fuerit, instrumentum vel instrumenta. Acta fuerunt hæc in oppido Tielensi Trajectensis diœceseos in domo habitationis honorabilis viri Dn. *Theodorici Rover* Presbyteri, Decani Christianitatis Betuæ, præsentibus ibidem tunc Dño *Theoderico* prædicto Trajectensis, & *Gerardo Boelart* clerico seculari memorati Domini *Theodorici* Leodiensis diœcesis testibus ad præmissa vocatis & rogatis. Et ego *Gosuinus* de *Lienden* clericus Trajectensis diœceseos publicus Imperiali auctoritate Notarius, Curiæque Leodiensis juratus, quia præmissis &c.

Quod si forsan uxori agendum quid cum marito, alius ei interim assumendus curator, ut hoc eodem testamento, *noch begeert die selve Vrou van Montfoert, ende gift over mit horen gerechten Voocht, dat die Heere van Montfoert of syn nacomelingen sullen mogen transfereren, oversetten, ende brengen &c.*

des sullen die Heeren van den Capittel gehouden wesen te doen ewige jaer getyden, memorie, ende maentstonden voor myn Heer ende Vrouw voersz, ende voer hair broeder, ouders, ende voert daer sy 't voer begeert hebben in allen manieren, als daer voer myn Heer van Naeltwyck *saliger gedachten binnen die kerck van* Naeltwyck *jaerlicks gedaen wort. Item bespreect ende maect noch die voersz Vrou van Montfoert voir een misse ter weke opten Dinxdach van Sinte Anna op Sinte Annen autaer in die kercke van* Naeltwyck, *ende voir dat* festum *van Sinte Anna op harenodach* (1) *mit een singende misse op dat selve autaer twalef pont Hollants s'jaers. Item bespreect noch den Capittel van* Naeltwyck *vyf pont Hollants s'jaers ewige renten voir dat* festum *van Ste. Hubert, des so sellen die Heeren van den Capittel gehouden wesen eens s'jaers op die Kermisdach van Sinte Hubert, ende op Sinte Christoffels autaer opten Huyse van Honsel een misse te singen, te weten de twee pont tot dat* festum compositum, *ende die oncosten van wagens ende anders, ende die andere drie pont tot de maeltyt, diemen tot des Dekens huys doen sal in absentie van den patroen. Ende isset sake dattet den **poerten in der tyt belieft, soe sal hy die voersz maeltyt opten huyse laten doen, ende die Heeren sullen gehouden wesen, na dattet voersz maell gedaen is te gaen in die Capelle van Sinte* Gregorius, *ende dair lesen* Miserere, *ende* de profundis, *cum* precibus *voer myns Heeren ende Vrouwen zielen, ende de geenre daer zy t' voir begeert hebben. Item noch bespreect die voirsz Vrouwe van Montfoert voer die derthienste keers, die niet gefundeert en was, ende voer die derthien keersen te bernen op vyf hoechtyden van onser liever Vrouwen, te weten* Purificationis, Annunciationis, Visitationis, Nativitatis, *&* Conceptionis, *thien pont Hollants ewige renten. Item bespreect ende maect noch die voirsz Vrou van Montfoert den heyligen Geest tot* Naeltwyck *sestien pont Hollants s'jaers ewige renten, wair voir die heylige Geestmeysters in der tyt gehouden sullen wesen te deylen aen scoen broet viertich schelling Hollants op hoir jaer getyde, ende op elcker vrydach*

** *An poerter?* Kastelein.

(1) Variæ olim missæ. Carior, quæ cum cantu, ut & carior, quam Prælatus, quam Præsul dicit, aut Abbas. Sleydan. *lib.* 9. *hist.* Nec mirum. Et meretrices sic solent. Quo quæque est ornatior, quo comptior, & eo carius turpitudinem suam vendit. Tanti autem nonnullis missa, ut quod debetur ex hac causa omne creditum præcedat, ut docet Domina d'Aunay *itin. Hisp.* 1. *epist.* 5.

vrydach te Quatertemper *den rechten armen aen scoen, cousen, ende ander cleder vierdalf pont Hollants. Item bespreect noch in rechter aelmissen twintich pont Hollants, s'jaers ewige renten, waer voir men houden sal ten ewigen dagen binnen der kercken van Montfoert twee choralen, die tot allen getyden sullen helpen singen. Item noch bespreect ende maeckt die Vrou van Montfoirt in plaetse van die vyf arme kinder ofte tuyckskens, die opten huyse van Montfoert plagen te eten, ende voir die tyt dat sy daer niet geweest en syn vyftich pont Hollants s'jaers ewige renten tot dat Manhuys, alst volmaeckt sal syn binnen der Stede van Montfoert, also myn Heere van Montfoert met die Testamentoers dat ordineren sal. Item bespreect ende maect die Vrouw van Montfoert voersz den clooster ende Convent van Ierusalem binnen Utrecht acht pont Hollants t'sjaers ewige renten, des so sullen die Susteren gehouden syn jaergetyden te houden op heur sterfdach voer myn Here ende Vrou, ende haer beyder ouders ende kinderen, ende voirt daer sy 't voir begeerende syn, te weten s'avonts singende vigilie van negen lessen, ende des morgens misse van requiem mit vyf eerlicke waskeersen, ende men sal op desen dach elcke suster van den Convent geven een scoen broot van enen halven grooten Hollants, des soe sal elcke Suster naerstelicken voer die zielen bidden. Item bespreect ende geeft noch die selve Vrou voersz in rechter aelmissen die kercke van Montfoert hondert gulden eens; waer voir men boecken coopen of scriven sal, diemen alremeest behoeft. Item noch bespreect ende gift die selve Vrou in rechter aelmissen tot enen clocke der kercken voirsz eens twee hondert Rynsche gulden. Item noch begeert die selve Vrou van Montfoert ende gift over mit haren gerechten Voocht, dat die Heere van Montfoert off syne nacomelingen sullen mogen transfereren, oversetten, ende brengen, dairt hem sal believen, ene van die leste Vicarien, dair* Henrick van Naeltwyck *saliger gedachten Collatoir of plach te wesen, soe waer die in Hollant gelegen is, ende die Heere best gelegen is, behoudelicken datmen den selven dienst sal laten doen, die men ter eerster plecken altyt gedaen heeft. Item bespreect ende gift die voersz Vrou &c. in rechter aelmissen den Capittel van* Naeltwyck *een huys mitten Hoffstede ende boemgaert gelegen te* Naeltwyck *achter der kercken, dair die Deken altehant in woont tot behoeff van den Deken van* Naeltwyck *in der tyt, ende voirt alle navolgende Dekens, des sullen die Dekens dit huys onderhouden, maken, ende repareren na goetduncken des Patroens in der tyt, ende des Capittels, also verre als die Deken ende dat Capittel van goeden regiment*

giment syn. Ende wairt sake dat die Deken ende dat Capittel tot éniger tyden van quaet regiment waren, so sal dat huys ende erf voersz vervallen wesen ende comen an den patroen in der tyt, synen wille daer mede te doen. Ende voirt so en sal die Deken of dat Capittel dat voersz huys in geenre wys mogen belasten mit renten off anders op die pene ende verboernis voersz. Item dese voersz renten van dit voorsz Testament hebben myn Heer ende Vrou bewesen, ende bewysen, vestigen, ende versekeren jaerlycks erflyck ende euwelyck op te beuren ende te ontfangen uyt allen heuren goeden, landen, ende renten tot Opstal, *behoudelicken datmen dese voersz renten sal mogen lossen tot alre tyt mit die penninck twintich,* Hanc ordinationem sæpe dicta Domina, Dna de *Montfoert*, de *Naeltwyck*, de *Capelle* &c. testatrix suam dixit ultimam esse voluntatem, volens ut valeat & robur obtineat nomine ac jure Testamenti ac codicillorum, vel quocunque alio jure, vel saltem eo modo, quo quævis ultima voluntas melius & efficatius valere poterit aut subsistere. Et quia parum prodest aliqua per modum Testamentariæ ordinationis condere & disponere, si non sint, qui hujusmodi disposita & ordinata exequantur, & ad debitum finem deducant, & ne propter defectum executorum hujusmodi ultima voluntas & testamentaria ordinatio pereat, seu viribus evacuetur, idcirco memorata Dna omnibus melioribus modo, via, jure, causa, & forma, quibus potuit, hujus Testamenti sui seu ultimæ voluntatis ordinavit, constituit, & elegit executores providos & honorabiles discretosque viros, Dm *Nicolaum* filium *Johannis Vos*, & magistrum *Jacobum* filium *Amelii* Canonicos ecclesiæ parochialis in Naeltwyck, presbyteros Trajectensis diœcesis, & quemlibet eorum in solidum, absentes tanquam præsentes, dans & concedens eis plenam & liberam potestatem omnia & singula faciendi & disponendi de rebus & bonis suis suum præsens Testamentum tangentibus, quemadmodum executoribus ultimarum voluntatum de jure competit. Super quibus omnibus & singulis præfata Dna de Montfoirt &c. testatrix petiit à me Notario publico subscripto unum publicum instrumentum sive plura publica instrumenta in meliori forma. Acta sunt hæc in Montfordia super castrum dicti Dni de Montfoert mariti testatricis sub anno, indictione, mense, die, hora, & Pontificatu, quibus supra, præsentibus ibidem honorabilibus & discretis viris magistro *Jacobo* filio *Amelii* Cano-

Canonico in Naeltwyck presbytero Trajectensis diœcesis, & *Nicolao* filio *Nicolai* Custode ecclesiæ Montfordensis, testibus fide dignis ad præmissa vocatis specialiter & rogatis. Et ego *Henricus Grysboll* presbyter Trajectensis diœcesis, publicus Apostolica auctoritate Notarius, quia præsentis Testamenti sive ultimæ voluntatis ordinationi, & executorum ac manufidelium prædictorum nominationi, electioni, & omnibus aliis & singulis præmissis, dum sic ut præmittitur fierent & agerentur, una cum prænominatis testibus præsens interfui, eaque omnia & singula sic fieri vidi & audivi, idcirco hoc præsens publicum instrumentum manu mea propria conscriptum exinde confeci & publicavi, & in hanc publicam formam redegi, signoque & nomine meis solitis & consuetis hic me subscribendo signavi in fidem & testimonium omnium & singulorum præmissorum rogatus & requisitus.

XV.

EXCERPTVM

ex Testamento Joannis Storck de Arnhem
Ann. CIↃ. IↃ. X.

In Dei nomine Amen. Ann. CIↃ. IↃ. X. 16. Decembr. hora quasi quarta post meridiem, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri, D. Julii divina providentia Papæ II. anno suo octavo, (1) coram venerabili unctionis extremæ sacramento ante tamen administrationem ejusdem, in mei Notarii publici testiumque infra scriptorum, ad hoc specialiter vocatorum præsentia personaliter constitutus honestus vir Joannes Storck de Arnhem familiaris Venerabilis & nobilis Domini Wil-

(1) Septem agnoscunt Pontificii sacramenta. Ex his etiam extrema unctio. Quæ ægrotis administratur, quibus vitæ spes nulla. Vid. *man. ad jus Can. tit.* 11. Et sani alioquin unguntur, si id exigat valetudo, & Reges & sacerdotes. Reges in dextro brachio, Sacerdotes & in capite, *propter auctoritatem & dignitatem*, ut ait Innocentius III. *c. cum venisset. extr. de sacr. unct.* & in manibus ob *ministerium & officium*, ut idem ibid. ait. Ciron. *part.* 4.

Wilhelmi de Montfoert Præpositi & Archidiaconi S. Salvatoris Trajectensis, licet debilis corpore, compos tamen per gratiam Domini nostri Jesu Christi suorum rationis & intellectus, recognoscens nil certius morte, nilque incertius ejus hora, cupiens diem peregrinationis suæ extremam ordinatione testamentaria prævenire, non confisus de propriis suis meritis, sed tantum de gratia Salvatoris Domini nostri Jesu Christi suum testamentum seu ejus ultimam voluntatem condidit, disposuit, ordinavit in modum infra scriptum &c.

XVI.

Landum seu Sententia dicta ab arbitris de controversiis inter Justum Dominum de Montfoert, & Decanum Capitulumque de Oudmunster Traject. quæ continet etiam testamentum Wilhelmi de Montfoert Præpositi S. Salvatoris Traject.
Ann. CIƆ. IƆ. XI.

Alsu sekere twisten ende geschelen lange tyt geweest syn tusschen den Edelen, Welgeboren Heer, Joost *van Montfoerd, Heer tot Linschoten, Abbenbroeck, &c. ende synen saligen Heer Vader ter eenre, ende den Waerdigen Heeren Deken ende Capittel der kercken van Oudemunster t'Utrecht, mitsgaders de executoren van den Edelen, Welgeboren Heere* (1) Willem *van Montfoert in syn leven Proest van Oudemunster t'Utrecht ter andere syden, ende dat ter cause van een seker testament by den voersz Heere* Willem *van* Montfoert *Proest gemaeckt van dato den achtsten Decemb. Ann.* CIƆ. IƆ. *ende elfve, wiens teneur hier naer geinsereert staet, ende is luydende van woerde te woerde aldus.*

In nomine Domini Amen, Anno à nativitate Dni CIƆ. IƆ. XI. indictione quarta decima, ipso die conceptionis gloriosissimæ virginis Mariæ, mensis Decembris octava, hora vesperarum, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris & Domini, Dni *Julii* divina providentia Papæ secundi anno suo nono, Venerabilis & nobilis

(1) Ex Anniversario S. Salvatoris *Anno.* M. IƆ. XIV. *obiit venerabilis ac nobilis Dominus Wilhelmus de Montfoert Præpositus hujus ecclesiæ.*

nobilis Dns *Wilhelmus* de *Montfoert* Præpositus & Archidiaconus ecclesiæ Sancti Salvatoris Trajectensis, in mei Notarii publici & testium infra scriptorum ad hoc specialiter vocatorum & rogatorum præsentia personaliter constitutus, compos per gratiam Domini nostri Jesu Christi mentis, rationis, & intellectus, revocans primitus ex certa sua scientia quodcunque testamentum per eum quomodolibet ante præsentem diem sub quibuscunque verborum formis factum, quoscunque executores talis sui testamenti, etiam omnem potestatem & authoritatem ipsis verbo vel in scriptis datas sive attributas, & propterea attentius considerans, quod dum corpus sanitate viget mens interior in semetipsam collecta pleniori utitur ratione, Cupiens igitur rerum suarum & bonorum suorum sibi à Deo collatorum dispositione testamentaria ad laudem omnipotentis Dei & animæ suæ salutem mortis horam, qua nil incertius, prævenire, testamentum sive ultimam & extremam ejus voluntatem condidit, & fecit, ac disposuit nuncupative ac dispositive, fundavitque, erexit, donavit, legavit, & fieri voluit, atque mandavit, nec non executores & manufidèles jure nominavit & constituit, aliaque fecit & se facere dixit, prout & quemadmodum in quadam papyri cedula manu & nomine suis propriis, ut prima facie apparuit, subscripta & signata, quam in suis tenebat manibus, & michi Notario infra scripto inserendam instrumento publico desuper per me conficiendo dabat, latius & expressius dixit contineri. Cujus cedulæ tenor sequitur talis: In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis Amen. Testamentum & ultima voluntas mei *Wilhelmi* de *Montfoerd* Præpositi & Archidiaconi ecclesiæ Sancti Salvatoris Trajectensis. Inprimis enim commendo animam meam altissimo Creatori & gloriosissimæ virgini Mariæ, totique cœlesti Curiæ supernorum, & omnibus Sanctis Dei, quos deprecor, ut in egressu animæ meæ ipsi assistant, & à morsibus dæmonum animam meam defendentes in paradisum perducant. Item ordino & volo, quod corpus meum, postquam anima mea inde egressa fuerit, decenter sine pompa deputetur ecclesiasticæ sepulturæ in nova Capella contigua Capellæ de *Bronchorst* ad nostram ecclesiam per me ordinata & structa. Item volo quod statim postquam corpus meum fuerit traditum sepulturæ, omnia & singula mea debita, de quibus liquido constare poterit, persolvantur. Item erigo & fundo in dicta

nova

nova Capella, in qua corpus meum sepultum fuerit, unam perpetuam & cotidianam missam in altari illic ordinato in honore omnipotentis Dei & gloriosæ virginis Mariæ, & Sanctæ Annæ ejus matris celebrandam. Et volo quod post quamlibet missam Sacerdos, qui eam celebraverit, descendet ad sepulturam meam, illic dicendo psalmos *Miserere mei &c.* & *De profundis &c.* cum *Pater noster*, & collecta pro defunctis. Et pro qualibet missa ministrabuntur celebranti quindecim albi in civitate Trajectensi currentes. Et hujusmodi missam celebrare debent beneficiati, Vicarii, & Officiantes in ecclesia nostra per vices ad instar missæ cotidianæ per quondam D. *Theodoricum Cant* fundatæ. Et celebrabitur infra septimam & octavam horas. Et casu quo ille Sacerdos, cui pro illo die competeret celebrari, negligens fuerit in celebrando per se vel alium missam, ex tunc idem Sacerdos cadet in pœnam duorum stuferorum quondam Ducis *Philippi* ad usum aliorum Sacerdotum, qui negligentes non fuerint, convertendam. Quas negligentias Camerarius sociorum diligenter annotabit, & in fine cujuslibet anni ministrabit & dividet tales negligentias inter alios Sacerdotes, qui illo anno negligentes non fuerint. Item ordino, erigo, & fundo, quod post mortem meam perpetuis futuris temporibus singulis feriis sextis missa de *sancta Cruce* legi solita decantabitur per Vicarium, qui illam legere consuevit, quatenus voluerit, alias per alium Vicarium ecclesiæ nostræ cum Diacono & Subdiacono, & quatuor choralibus in altari consueto, & Vicarii sive Officiantes ecclesiæ nostræ per vices dicent Evangelium & epistolam, & ministrabuntur sacerdoti missam cantanti quindecim albi monetæ Trajectensis currentis, Diacono & Subdiacono simul quindecim albi similis monetæ, & quatuor choralibus simul quindecim albi monetæ prædictæ pro qualibet vice sive die. Item lego pro memoria mea annali pro Dnis nostris viginti libras, pro Vicariis decem libras, item pro Dnis & Vicariis simul celebrantibus tres libras, item Thesaurario ecclesiæ nostræ pro quatuor candelis cereis majoribus à principio (1) vigiliarum usque ad finem, & altera die à principio missæ

(1) Quod vesperi fit officium, si diem festum præcedat, vocatur vigilia. Joan. de Janua. *Vigilia dicitur dies profestus. scilicet dies primus ante festum, quia tunc in sero vigiliæ vacamus.* Officium est precum. Nam missa mane à jejunis fit. Durand. *lib. 5. Ration. cap.*

missæ animarum usque ad finem ardendis quindecim stuferos monetæ Trajectensis annue solvendos, item Sacristæ pro incensione candelarum prædictarum unum stuferum, & Campanario tantundem annue solvendum. Et volo quod memoria mea fiat in debito suo die, etiamsi alia aut major illius diei fuerit memoria. Item pro memoria mensurnali perpetuis temporibus in ecclesia Sancti Salvatoris facienda ordino & lego redditus quindecim florenorum aureorum redimibilium, quos comparavi à Dno *Johanne* de *Liverjan* ex quadam decima in districtu de *Doch* juxta tenorem literarum desuper confectarum. Et si dicti redditus quindecim florenorum aureorum redempti fuerint, volo quod ad statim pro denariis inde venientibus comparentur alii redditus perpetui pro prædicta memoria mea mensurnali facienda. Item ordino & volo, quod Camerarius sociorum pro tempore ministrabit dictum salarium pro missis cotidianis, & in feriis sextis, & Diacono & Subdiacono, Thesaurario, & Choralibus, atque de memoria mensurnali, & pro officio suo habebit idem Camerarius quolibet anno duos florenos Renenses monetæ currentis, & idem Camerarius erit obligatus singulis annis facere computationes de receptis & expositis coram Dnis in Capitulo, postquam alii Camerarii suas fecerint computationes. Et ministrabit Dnis huic computationi interessentibus ac à principio usque ad finem simul participantibus viginti stuferos monetæ Curiæ Trajectensis, & pro prædictis ministrationibus per dictum Camerarium faciendis ordinavi & legavi duos mansos terræ cum suis requisitis, sicuti ab antiquo situati fuerunt in *Bunnick*, dicti vulgariter *t'goet ten Halle*, emptos per me erga *Danielem* Dnm de *Boelre* &c. & nunc colit *Gysbertus* de *Zyl* annue pro triginta sex scudatis aureis ecclesiæ, decem caponibus, & decem pullis, nec non redditus quindecim florenorum aureorum prædictorum, pro memoria mea mensurnali, ut præscribitur, ordinata. Et siquid superfuerit sive remanserit de dictis triginta sex scudatis illud lego & ordino pro memoria mea mensurnali ultra dictos quindecim florenos

cap. 3. *n.* 6. *Romani etiam adbuc, in præcipuis festivitatibus totius anni, in sero dicunt tres Psalmos, & tres Lectiones, quas Vigilias vocant, & nocturnis idem repetunt.* Casaub. 16. *exerc.* 31. Vid. *man. ad jus Can. tit.* 4.

nos aureos convertendum. Item ordino & volo, quod postquam anima mea è corpore egressa fuerit, illico sine mora executores mei (1) celebrari facient trecentas missas pro salute animæ meæ. Etiam celebrari facient (2) missas dictas quondam Henrici Imperatoris. Et pro qualibet missa ministrari volo unum stuferum cum dimidio monetæ currentis Trajectensis. Item lego pro Dnis ecclesiæ majoris Trajectensis omnes fructus anni gratiæ præbendæ meæ ibidem cedendos pro memoria mea in eadem ecclesia per executores meos convertendos. Item lego Vicariis in eadem ecclesia ducentos florenos Renenses currentes semel dandos pro memoria mea & missis celebrandis per eosdem Vicarios pro salute animæ meæ, & volo quod executores mei comparabunt redditus cum fructibus anni gratiæ, & ducentos florenos prædictos, & ordinabunt memoriam, & pro celebrantibus juxta morem illius ecclesiæ. Atque ultra præmissa executores mei emere debent pallium novum in eadem ecclesia Trajectensi permanendum. Item heredes mei

(1) Pro opum & pecuniæ destinatæ in id magnitudine eas dicunt Pontificii. Pro uno quindecim interdum millia. Centies mille missas se mortuo dici jussit Philippus IV. Hispaniarum Rex, diserte hoc adjecto, ut si ipsi tot inutiles pro parentibus dicerentur, aut, si hi jam in cœlo, pro his, qui occubuerant bellis Hispanicis, ut scribit Domina d'Aunay *itin. Hisp. part.* 1. *epist.* 5. Siquis numerum miretur, miretur simul numerum eorum, à quibus dictæ. Nam & ingens hic haud dubie, cum ab eodem eodem die bis dici non possit, ut dixi *manud. ad jus Canon. lib.* 2. *tit.* 4. Quo autem id fiat ritu habes apud Sleydan. *lib.* 21. *hist.*

(1) Ab eo & pro eo haud dubie institutas, sed in usum collegii, ad quod rediit potissimum omne emolumentum. Nec est quod miretur quis. Plerisque in collegiis etiam Cæsar Canonicus, præbenda ipsi data, sed cujus stipendium uni cessit aut alteri ex eodem collegio, qui pro salute ipsius & imperii Deum jugiter exoraret. Vid. *lib.* 2. *de Nobilit. cap.* 48. Tributus Regibus passim honor hic. Præbenda data etiam mortuis, sed cujus emolumentum aut uni cessit ex clero, aut uni pauperum Christi. Hugonis Abbatis Cluniacensis statuta pro Rege Hispaniarum Alfonso apud d'Achery *to.* 6. *Spicil. Et super hæc omnia statuimus, ut præbendam quotidianam habeat in refectorio ad majorem mensam, quasi si unus nobilium epulaturus sederet, quæ uni pauperum Christi semper tribuatur pro salute animæ ejus, tam in vita quam in morte.*

Digitized by Google

mei non debent se intromittere quoquo modo de bonis meis, nisi de illis bonis, quæ jure successionis hereditariæ ad me fuerint devoluta, quæ ipsis duntaxat relinquo, & heredes in illis eosdem instituo, quia volo quod omnia alia bona mea per me relinquenda erunt dispositioni executorum meorum, quos executores non volo per heredes meos impediri. Quod si impedire eos præsumpserint, extunc ipsis legata lego fabricæ ecclesiæ de Montfoert. Item lego nepti meæ de *Drakevelde* lectum cum cortinis & suis requisitis, atque aliis paramentis viridis Cameræ domus meæ, & adhuc centum florenos Renenses monetæ currentis pro crusibili argenteo per executores meos sibi comparando. Item lego Judoco de Cruyningen consanguineo meo centum florenos Renenses currentes semel dandos pro crusibili sibi comparando per executores meos, & adhuc centum similes pro equo. Item lego pro horarum divinarum decantatione in ecclesia de Montfoert ducentos florenos Renenses currentes semel dandos. Item lego pro elemosyna in ecclesia nostra pro augmentatione præbendarum pauperum ducentos florenos Renenses currentes semel dandos. Item lego pauperibus Christi, vulgariter *die Noot-hulp*, in civitate Trajectensi centum florenos Renenses currentes semel dandos. Item lego Conventui ordinis Carmelitarum in Trajecto in subsidium structuræ & pro memoria mea perpetue facienda ducentos florenos Renenses currentes semel dandos. Item Conventui Sancti Dominici, Conventui ordinis Minorum, Conventui ordinis Regularium in Oudenaerde, cuilibet de dictis Conventibus duodecim florenos Renenses currentes semel dandos. Item lego Conventui Carthusiensium prope Trajectum viginti florenos Renenses currentes semel dandos. Item Conventui ordinis Cruciferorum in *Woudrichem* triginta florenos Renenses currentes semel dandos. Item Conventui ordinis Sancti *Barnardi* in *Heusden* viginti florenos Renenses currentes semel dandos. Item novo Conventui sociorum in *Driel* viginti florenos Renenses currentes semel dandos. Item ultra præmissa lego unicuique Conventui de prædictis (1) pro pitantia habenda sex florenos Renenses currentes semel dandos. Item lego hospitali Sancti Spi-

(1) Quid *pitantia* jam dixi ad Vett. Testam. secul. XII. & init. seq. scripta. Cibi potusque portio est. Andr. Sylvius Marcianensis ad Ann. 1224. *Unum etiam peroptimum vini dolium adhuc vivens ad*

Spiritus in urbe Romana quatuor ducatos aureos ſemel dandos. Item lego Dno *Wilhelmo Theodrici* Capellano meo, Magiſtro *Johanni* de *Reno*, *Frederico Hack*, & *Jacobo* van der *Maet*, cuilibet eorum, qui ſupervixerit tempore obitus mei, quinquaginta florenos Renenſes currentes ſemel dandos, & adhuc unam veſtem novam nigri coloris. Item Aleydi matri coquinæ meæ lectum cum requiſitis ſuis, ſuper quem ipſa dormit, & quinquaginta florenos Renenſes currentes ſemel dandos, cum nova veſte nigri coloris. Item lego cuilibet de aliis ſervitoribus meis & ſubancillæ, qui tempore obitus mei in domo mea fuerint, duodecim florenos Renenſes currentes ſemel dandos, & cuilibet veſtem novam nigri coloris. Conſimiliter *Brunoni* ſartori, olim ſervitori meo, quindecim florenos Renenſes currentes, & novam veſtem nigri coloris, ſemel dandos. Item ordino & volo, quod omnes de familia mea, qui tempore obitus mei in domo mea fuerint, per integrum annum poſt diem obitus mei immediate ſequentem remanebunt in domo mea, & executores mei diſponent eis expenſas deficientes eis. Item ſi contigerit in poſterum hujuſmodi Teſtamentum in toto vel in parte immutari aliqua addendo vel ſubtrahendo in alia cedula, ſive cedulis, de manu mea, vel alterius manu, de mandato meo conſcripta vel conſcriptis, manu mea ſubſcripta vel ſubſcriptis, volo quod illi vel illis ſtetur, & eandem vim habeat vel

ad nos uſque carricari fecit, & ad fratrum pitantiam aſſignavit. Clero ſi exhibenda ἀδέλφατα Græcis eſt, ut in novella Comneni, Ἀδέλφατα σιτηρέσια Balſamo interpretatur *ad can.* 42. *Synod.* 6. *in Trullo.* A *pittacio* deducunt, quod pittacio comprehenſum, quæ portio eſſet ſingulorum. Pittacium vox vetus. Proprie linteum ſeu pannus, ut conſtat ex Celſo *lib.* 3. *cap.* 10. *deinde habere duo pittacia, quæ latitudinem frontis longitudinemque æquent.* Sic *cap.* 9. *Joſuæ* ex Hieronymi verſione: *Calceamenta quoque perantiqua, quæ ad judicium vetuſtatis pittaciis conſuta erant.* In ejuſmodi autem linteis glutine illitis aut bitumine etiam veteres ſcribebant. Plin. *lib.* 36. *hiſt. cap.* 24. Unde & *libri lintei* apud Livium *lib.* 4. *cap.* 7. & 13. Hyginum *lib.* 1. Symmachum 4. *epiſt.* 34. Unde & illud, quod Conſtantinus *l.* 1. *C. Th. de aliment. qu. parent. inop. Æreis tabulis, vel ceruſſatis, aut linteis mappis ſcripta per omnes civitates Italiæ proponatur lex &c.* Ἀπὸ τῆς πίττας pittacium. Πίττα maltha, pix, gluten eſt. Ciron. 1. *obſ. cap.* 13.

vel habeant, ac si præsenti cedulæ tenores illius fuerint inserti. Ad hæc autem omnia & singula debitæ executioni demandanda & fideliter adimplenda nomino, eligo, constituo, & ordino nobilem & generosum virum Dnm *Johannem* de *Montfoerdt* &c. consanguineum meum, nec non Venerabiles Dominos *Theodoricum* de *Drakenburch*, *Fredericum* de *Coninck* majoris, & Magistrum *Gerardum* de *Suggerode*, utriusque juris Licentiatum, Sancti Salvatoris Trajectensium ecclesiarum Canonicos, hujusmodi mei Testamenti seu ultimæ meæ voluntatis executores. dispositores, & manufideles ac fideicommissarios, ita quod post mortem meam in prædictis, prout superius est expressum, extremam hujusmodi meam ultimam voluntatem fideliter exequantur. In quorum manibus pono & do omnia bona mea post mortem meam relinquenda, nec non quoscunque fructus & proventus quomodolibet mihi debitos & debendos. Cedens eisdem & transferens in eosdem omnes & singulas actiones, personales, utiles, & directas, michi qualitercunque competentes, ac omnia jura mea, constituoque eosdem executores in rem meam procuratores, & pono eos in locum & jus meum, ita quod ipsi executores post mortem meam nomine meo coram quibuscunque judicibus competentibus pro præmissis agere & experiri poterint, ac omnia & singula facere & exercere, quæ in hujusmodi ultimæ voluntatis executione necessaria fuerint vel oportuna, eosdem etiam meos executores in præmissis ab omni onere satisdandi & conficiendi bonorum meorum inventarium, ac eos post executionem hujusmodi de reddendo computum & rationem penitus relevare volo; & si aliquem ex eisdem meis executoribus mori contigerit ante plenam mei Testamenti executionem, aut aliquis se exoneraverit, extunc superstites & interesse volentes præmissa omnia & singula faciendi & exequendi plenam habeant facultatem. Item lego antedictis meis executoribus videlicet Dno *Johanni* consanguineo meo tassiam argenteam ponderis duarum marcharum, Dnis *Theodorico* de *Drakenburch*, *Frederico* de *Coninck*, ac Magistro *Gerardo* ante dictis, cuilibet unam tassiam argenteam unius marchæ, & habenti & portanti onus executionis Testamenti mei adhuc unam tassiam unius ponderis marchæ argenti. Item quatenus vires bonorum per me relinquendorum non suffecerint ad de præmissis omnibus satisfaciendum, extunc moderationem legatorum

torum præmissorum committo meis executoribus, salvo tamen quod cotidiana celebretur missa, & de *Sancta Cruce* decantetur, ac memoria mea fiat, ut præscriptum est, & si aliqua bona excreverint ultra præmissa, illa omnia & singula pauperibus Christi erogavi, & pro aliqua eorundem bonorum parte ecclesiæ nostræ per meos executores supradictos volo distribui & ministrari. Hæc est mea ultima voluntas. Sic signatum; *W. de Montfoert* Præpositus. Qua siquidem cedula michi ut præfertur tradita idem Venerabilis Dns *Wilhelmus* Præpositus testator eandem dixit se habere pro sufficienter sibi lecta, & propterea omnia & singula in eadem cedula contenta, narrata, descripta, & disposita constanter dixit & affirmavit suam ultimam & extremam esse voluntatem, quam habere voluit jure testamenti aut codicillorum, seu alias omni jure, stilo, & forma, quibus melius & efficacius valere poterit de jure vel consuetudine cujuslibet ultimæ voluntatis. De & super quibus omnibus & singulis præmissis idem Venerabilis Dns *Wilhelmus* Præpositus testator petiit sibi à me Notario publica fieri atque confici instrumentum & instrumenta. Acta sunt hæc Trajecti in domo ejusdem Dni *Wilhelmi* Præpositi in Camera hyemali ibi sub anno, indictione, mense, die, hora, & Pontificatu præscriptis, præsentibus ibidem honorabilibus viris, Magistro *Alexandro Nepots* & Dno *Christiano West* Presbyteris, perpetuis Vicariis ejusdem ecclesiæ Sancti Salvatoris, testibus ad præmissa vocatis & rogatis. Et ego Martinus *Kaluwe* clericus Trajectensis diœcesis, publicus Apostolica & Imperiali auctoritatibus Notarius, ac venerabilis Curiæ Trajectensis causarum scriba juratus, quia præinsertæ cedulæ testamenti exhibitioni, testamentariæ dispositioni, fundationi, heredum institutioni & legationi, executorum potestatis dationi, cæterisque præmissis, una cum prænominatis testibus præsens interfui, eaque sic fieri vidi, scivi, & audivi, ac in notam sumpsi, ex qua hoc præsens publicum instrumentum manu alterius fideliter conscriptum confeci, subscripsi, publicavi, & in hanc publicam formam redegi, signoque & nomine meis solitis & consuetis signavi rogatus & requisitus in fidem & testimonium omnium & singulorum præmissorum. Signatum; *Kaluwe.*

Hebben daeromme partyen voersz by tusschen spreken ende goet onderwys van vrunden ten beyden syden om alle procederen, rechtvorderin-

deringen, ende inconvenienten, die ter cause van den voorsz testamente souden mogen verrysen, te eviteren, voor haar, haren erfven, ende nacomelingen, niet by fraude, wesheyt, cracht, vrese, ende auxst beleyt synde, mer met hoeren vryen moetwille ende welbedachten siunen, claerlycken geheel ende al van hoghe ende laghe minnelycken ende eendrachtelycken hun gesubmitteert, ende submitteren mits desen van allen heurlieder twisten ende gesceelen ter arbitraghe ende seggen van vier compromissarisen vrentlycken compositeurs ende arbiters, te weeten van die syde des Edelen Heeren van Montfoert, aen Heren Johan Reael *Canonick ten Dom t'Utrecht als gesubstitueert overmits ouderdom ende crenkte van Heeren* Frederick *de* Coninck *Canonick ten Dom voersz, executeur van den testamente voirsz, ende aen Mr.* Dirck Zas *Dyckgraeff op ten Leckendyck van* Lopicker weert *van wegen myns Heeren van* Montfoert, *ende van de ander syde van Deken ende Capittele van Oudemunster, ende executoeren van den zeligen Proest voersz aen Mr.* Aernt Buyser *Scholaster van Oudemunster gesubstitueert van selighe Meester* Gerrit Suggerode *in syn leven mede executoer des Proests voersz, ende aen* Frans *van* Nyenrode, *belovende partyen voer haer, haren erfven ende nacomelingen, alle alsulcke uytspraek ende sententie arbitrale als by den arbiters voersz so wel in haer lieder absentie als præsentie in vruntscap sonder enige forme van rechte daer inne te derven gebruyken gepronuncieert ende uytgesproken sal werden, vast, gestade, ende van weerden te onderhouden ten euwigen daghen, sonder dat sy hun mit enighe exceptien, privilegien, defensien, appellatien, verbale van voirder processe, ofte behulp van rechten geestelick ofte waerlick te allegeren, te verheffen, sullen mogen behelpen in eniger wys, dies partyen voirsz hier van gansselyck hebben vertegen ende vertyen mits desen, mitsgaders den rechten seggende, dat generale vertichte van geenre waerden is, ten sy speciale vertichtenis dair voir gegaen wair, ende dit al by eenre pene van duysent gouden realen, d'een helft tot behoef der Keyserl. Maj. ende d'ander helft tot behoef der willigen partye, die dese uytsprake ofte sententie arbitrale achtervolgen sal, gevende mede den arbiters voersz macht ende auctoriteyt van verclaringe ende interpretatie op alle twyfelachticheyt ende donckerheyt, die uyt dese uytsprake ende sententie arbitrale in toecomende tyden conde mogen verrysen, ende dat partyen voirsz alsulcke verclaringe gebouden sullen wesen te onderhouden by der peynen voersz, ende in gevalle dat dese sententie arbitrale ofte*

ofte uytſprake, dat Godt verhoede, by enigh der partyen voerſz gebroken worde, ſo ſouden ſy deſe peyne voirſz verbeuren, ende ſoude nochtans deſe ſententie arbitrale ofte uytſprake in hare volcomen macht ende van waerden blyven in alle ſynen articulen.

Welcke ſubmiſſie ende compromiſſie aldus wettelycken voir Notario ende getuygen ondergeſchreven mit behoerlycke ſtipulatie gedaen ſynde hebben wy arbiters ende vruntlycke compoſiteurs voerſz gehoort, deurſien, ende geviſiteert alle t'gene dat partyen voerſz belieft heeft te ſeggen, by te brengen, ende over te leggen, ende alle dat ter materie dienende was, en by deſe onſe ſententie arbitrale ende vruntlicke uytſprake verclaert ende verclaren mits deſen, dat myn Heeren van Oudemunſter ende executoiren voerſz die huyſinge, daer myn Heer die Proeſt ſaliger gedachten inne geſtorven is, ſtaende in de Oudelle *opte nye graft van voren tot achteren mit allen ſynen toebehoren wederomme aen ſich nemen ende eygentlick behouden ſullen ten euwigen daghen, ende heuren vrien wille daer mede ſullen mogen doen, mit alſulck houtwerck ende huyſraet, als nu ter tyt daerinne behoert, vermogens een inventaris, die myn E. Heere van Montfoerde* Frans *van* Nyenrode *daer af heeft doen leveren, ende van alſulcke pacht, als daer van outs uytgaet. Ende ſal myn Heere van* Montfoert *den Heeren van* Oudemunſter *ende executoiren voerſz binnen ſes weecken nair dato van deſer ſententie arbitrale ende uytſprake voerſz voer Schout ende Schepenen voirſz in deſe voirſz huyſinge veſtighen opten uytgang voirſz naer rechten ende gewoente der Schepenen banck van Utrecht, behoudelicken dat die Heere van* Montfoort *voerſz binnen twee jaren, naer dato van deſer ſententie arbitrale ofte uytſprake, deſe huyſinge voirſz mit houtwerck ende huyſraet daer inne weſende boven verclaert ſal mogen loſſen mitter ſommen van eens twee duyſent Carolus gulden, twintich ſtuyvers voor den gulden gerekent, payements in der tyt der afloſſinge binnen Utrecht ganckbaer, des ſullen die Heeren van den Capittele van* Oudemunſter *ende executoiren voirſz wederom gehouden weſen by deſelve overgifte den Heere van Montfoort ofte ſyn erfven te leveren ſegel ende brieven van der loſſinge van de huyſinge mit ſyn toebehooren voirſz in der manieren boven verhaelt, ende ſal die Heere van Montfoirt voirſz Deken ende Capittele van Oudemunſter ende den executoiren voerſz vrien ende ſchadeloos houden van allen alſulcken actien, recht, off toeſeggen, als Joncker* Heinrick *van* Montfoert *ſynen E. broeder aen t'voirſz huys mit allen ſynen toebehoiren boven geſpecificeert ſoude enichſins*

 mogen

mogen competeren. Voorts aengaende t'silverwerck by myn Heere de Proest voirsz saliger gedachten achtergelaten wegende 't samen een en t'negentich mark, bedragende den once geestimeert op enen Andries gulden ter somme toe van tien hondert ende twee en t'negentich Karolus gulden, verclaren wy arbiters voirsz dat also ons gebleken heeft, dat Heer John van Montfoert *saliger gedachten in syn leven aen handen van den executoiren opt voirsz testament die somme van vier hondert lichte guldenen eens,* XVI. *stuyvers voor den gulden gereeckent, ende noch twee hondert der selver guldenen tot onderhoudinge van de seven getyden in der kercken van Montfoert betaelt heeft, dat die reste vant voirsz silver bedragende ter somme toe van* DC. *ende* XII. *Caroli gulden gaen sullen tot onderhoudinge van den armen int Mauhuys binnen Montfoert gefundeert, welcke* DC. *en* XII. *Caroli guldens die Heere van Montfoirt voirsz van stonden aen aen gerede penningen betalen ofte gerichtelike vestigen ende versekeren sal den Regierders van den Armen voersz uyt goet goet, daer dese penningen voirsz vast ende seker aen sullen syn. Welcke vestenisse ende versekerheyt voersz gedaen synde, sal een gerichts brieff dair af gemaeckt ende in handen van den executoers noch in levenden lyve wesende, ofte van den substituten van den dooden executoers van den Proest van* Oudemunster *saliger gedachten, ofte in handen des Capittels van* Oudemunster *voirsz gelevert werden, insgelyck sullen die executoers, haer substituyten, ofte Capittele van Oudemunster voirsz gehouden wesen binnen twee jaren, nae dat dit voersz huys mit syn toebehoorten hem lieden vry gelevert, ofte mit twee duysent guldens afgelost sal syn, als voirsz, den Heere van Montfoirt gerechtelycken te doen blycken, dat die penningen, die van deser huysinge van den saligen Proest von Oudemunster voersz comen sullen, gedistribueert sullen syn naer den teneur vant testament des Proesten van Oudemunster saliger gedachten. Ende hier mede sullen partyen voersz claerlicken geheel ende al gescheyden syn voer haren erfgenamen ende nacomelingen ten euwighen daghe van allen twiste ende geschele, die sy ter cause van dat testament van saligen Heeren* Willem *van* Montfoert *Proest voersz mitten aencleven van dien tot desen daghe toe onderlinge gehadt mogen hebben by der penen voirsz Ende want wy* Joost *Heere van Montfoert ter eenre, Deken ende Capittle der kercke van* Oudemunster, *ende die gesubstitueerde van den executoeren van den saligen Proest voersz lien ende bekennen, dat wy ons ten beyden syden gesubmitteert hebben tot arbitraige van den vier arbiters*

biters

Digitized by Google

biters voirſz, in manieren int'compromis boven verhaelt, ende voir ons onſen erfven ende nacomelingen geaccepteert ende gelaudeert hebben die ſententie arbitrale by den vier arbiters boven genomineert gepronuncieert als voirſz, So hebben wy elcx onſen naem opt ſpatium van deſen hier onder geſet, ende onſe ſegelen hier aen gehangen. Ende tot meerder veſteniſſe van t'gene voerſz ſtaet, ſo hebben wy partyen voirſz gebeden Frans *van* Nyenrode *ende* Dirck Zas *als mede arbiters dit compromis ende deſe ſententie arbitrale voirſz over ons te willen beſegelen, ende met haer gewoonlyck bantteycken t'onderteyckenen, T'welck wy* Frans *van* Nyenrode *ende* Dirck Zas *voirſz ter begeerten van partyen voerſz geerne gedaen hebben, ende hebben deſe ſententie arbitrale ende dit compromis voirſz mit onſe ſegelen beſegelt. Ende want ick Joncker* Heinrick *Broeder tot* Montfoert *bekenne, dat my aen t'voerſz huys mit ſyn toebehoeren boven verclaert geen recht en competeert int groot of int cleyn, ſo heb ick mynen naem opt ſpatium van deſe uytſprake geſtelt tot enen oirconde. Ende alſo ick* Frederick *de* Coninck *mede approbere en ratificere deſe uytſprake of ſententie arbitrale, ende alle t'gene by myn ſubſtituyt ende medebroeder Heer* Johan Reael *om deſer ſake gedaen is, ſo heb ick als eenich executoer myns Heeren die Proeſt voirſz noch in levendigen lyve weſende deſe ſententie arbitrale ofte uytſprake mit myn gewoonlick bantſcrift onderteyckent, ende myn ſegel daer aen gehangen tot enen oirconde Gedaen ende uytgeſproken t'Utrecht ten huyſe van* Montfoert *aen de nye graft den* 1. *Decemb. Ann.* CIↃ. IↃ. XXXIV. *by ons Heer* Johan Reael, Dirck Zas, *Mr.* Aernt Buyſer *ende* Frans *van* Nyenrode *als arbiters van beyden den partyen voirſz in tegenwoordicheyt van* Huych Snyel *ende* Lodewich Peterſſoen *als getuygen ſonderlinge daer toe geroepen ende gebeden. Van welcker onſer uytſprake ſullen weſen drie inſtrumenten alleens ſprekende, wel beſegelt ende onderhantteyckent van enen ygelicken boven genomineert ſynde, ende oick mit des Notaris hant ende teycken hier onder geſtelt beveſticht, ende ſullen die ſelve inſtrumenten beruſten d'een onder den Heere van Montfoert: d'ander onder t'Capittel van Oudemunſter: ende die derde onder d'executoeren voerſz tot ener ewiger memorie ende beveſteniſſe van alle 'tvoerſz is. Onder ſtont:* Vrederick *de* Coninck *Canonick in den Dom t'Utrecht*, Johan Reael *Canonick t'Utrecht*, Arnoldus Buſer *Canonick ende ſcholaſter t'Oudemunſter*, Frans *van* Nyenroy, D. Zas *&c.*

XVII.

Testamentum Doctoris Adriani Ram Præpositi Leydensis Ann. CIↃ. IↃ. XVIII.

In nomine Domini Amen. Anno à nativitate ejusdem CIↃ. IↃ XVIII. indictione sexta, die vero XXII. mensis Junii, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris ac Domini nostri D. *Leonis* divina providentia Papæ decimi anno sexto, in mei Notarii publici & testium infra scriptorum ad hoc vocatorum specialiter & rogatorum præsentia personaliter constitutus venerabilis vir Dn. Magister *Adrianus Ram*, utriusque juris Doctor, Canonicus Trajectensis, Præpositus Leydensis, corpore debilis, & in lecto suæ ægritudinis decumbens, compos tamen per Dei gratiam suorum mentis, & rationis, & intellectus, asseruit se alias die quinta præsentis mensis Junii coram discreto viro Dn. *Johanne* de *Goch* constituisse executores sui testamenti per eum condendi & ordinandi, quibus potestatem dedit & concessit suum testamentum ac ultimam voluntatem exequendi, prout in codicillis, seu aliis cedulis testamenti aut ultimæ voluntatis suæ, quas desuper conscribi faceret. Quocirca idem Dn. Magister *Adrianus* provide attendens, quod licet incerta mortis hora animo semper debeat esse suspecta, maxime tamen corpus imminuente languore. Itaque codicillum seu cedulam testamenti sui aut ultimæ suæ voluntatis condidit, disposuit, & ordinavit, prout illud seu illam ibidem antea in quadam papiri cedula conscribi fecerat & michi Notario signandam, & in præsenti instrumento codicilli hujusmodi inserendam tradidit & assignavit in hunc qui sequitur modum. Tenor dicti codicilli seu cedulæ sequitur talis.

In Dei nomine Amen. Hoc est codicillum seu cedula ultimæ voluntatis & extremi elogii mei *Adriani Ram*, Canonici Trajectensis, Præpositi Leydensis, de quo fit mentio in instrumento publico potestatis per me concessæ executoribus meis, videlicet Dno & Magistro *Wilhelmo Hedæ* Præposito Arnhemensi, Canonico & Archidiacono in ecclesia Trajectensi, *Gerardo Beyer* etiam Canonico Trajectensi, ac fratri meo *Michaeli*, per dominum *Johannem* de *Goch* Notarium desuper tradito, quod

quod quidem testamentum meum hujusmodi volo, quod per eosdem executores meos debitæ executioni demandetur. In primis recommendo animam, cum ab hac luce decessero, omnipotenti Deo creatori meo, beatæ Mariæ semper virgini, ac Sancto Martino patrono nostro glorioso, corpusque meum peto ecclesiasticæ tradi sepulturæ in ecclesia Trajectensi ante altare decem millium martyrum ante chorum, quatenus Capitulum consenserit. Alioquin secundum dispositionem executorum meorum eligo sepulturam meam. Item ante omnia volo, quod solvantur debita mea liquida, & fiant exequiæ meæ honeste, ut in exequiis Canonicorum fieri est consuetum cum psalterio & aliis ceremoniis consuetis, & fiat epitaphium honestum in loco magis apto juxta sepulturam meam, & ponatur sarcophagus super sepulchrum meum secundum dispositionem executorum meorum. Item lego ecclesiæ Trajectensi sex scudata antiqua pro memoria mea perpetua distribuenda secundum dispositionem executorum meorum, vel pro memoria mensurnali. Item lego adhuc pro celebrantibus in die obitus mei unum scudatum antiquum, & adhuc unum scudatum antiquum ministrandum in die obitus mei secundum consuetudinem ecclesiæ nostræ, ita quod socii inde habeant duas præsentias. Ita duo scudata antiqua solvet fabrica ecclesiæ nostræ, à qua illa dudum emi juxta literas à Capitulo nostro concessas. Item lego Vicariis ecclesiæ nostræ unum scudatum antiquum annuum, pro quo solvent executores mei eisdem semel viginti quinque scudatorum. Item adhuc lego (1) sociis ecclesiæ nostræ unum scudatum antiquum annue ad augmentum præsentiarum matutinalium secundum ordinationem executorum meorum ut & omnes fructus & proventus præbendæ meæ in præsentia nondum levatos, & similiter ad eundum usum duos annos gratiæ præbendæ meæ. Et hujusmodi incrementa executores mei deliberabunt ecclesiæ. Item lego hospitalibus *S. Barbaræ*, *S. Bartholomei*, & *S. Crucis* cuilibet quinquaginta florenos Renenses currentes. Item lego Conventui in *Oestbroeck* centum flore-

(1) Socii sunt chori socii, qui Canonicos juvabant in cantu. Supra in testamento Wilhelmæ Dominæ de Montfoort Ann. 1409. *waer voir men houden sal ten euwigen dagen binnen der Kercken van Montfoert twee choralen, die tot allen getyden helpen singen.*

florenos Renenses salvo quod fratres inde habebunt pitantiam honestam cum vino solito more secundum ordinationem executorum meorum. Et sic infra de legatis singulorum monasteriorum & conventuum tam virorum quam virginum, quibus præsertim ut ferventius ædificentur legata donavi. Item lego (1) Conventui *Conversarum* in Trajecto quinquaginta florenos Renenses currentes. Item Conventui in

(1) Qui mutant vitæ genus, è laicis facti clerici, vulgo olim *Conversi*. Chron Besvense apud d'Achery *to.* 1. *Spicil. p.* 534. *Fuerat namque antequam veniret ad conversionem vice Comes Divionensis. Convertens itaque studium seculare in ecclesiasticum ex bonis initiis meliores fines obtinuit. Conversi* etiam, qui vel gratis, illata etiam bonorum parte, vel victus quærendi causa, monachorum obsequiis devoverunt se ultro. Fratres laici etiam vulgo. De quibus quædam jam dixi *lib.* 2. *de Nobilit. cap.* 2. Clementis Papæ v. literæ apud d'Achery. *to.* 7. *Spicil. Ad dictum monasterium S. Benigni rediisti, & ibidem per aliquot annos ut conversus mansisti, nulla tamen inibi per te regulari professione facta.* Charta apud d'Achery ad Guibert. *in not. Noverint fideles per succedentia tempora, quod quidam homo &c. gratis se tradidit S. Petro ad serviendum.* Monachos *ad succurrendum* vocant vetera Necrologia, ut dixi *ibid.* Annales ecclesiæ Wintoniensis *Angl. sacr. to.* 1. *ad Ann.* 1197. *Fecit transferri patrem suum, qui fuerat ejusdem loci monachus ad succurrendum, de cæmiterio monachorum &c. Conversi* etiam, qui è Judæis, Mahometanis, aut Turcis, Christianismum amplexi, quibus alibi etiam domus, in qua victum communiter & alimenta accipiebant. De qua locus hic debet accipi. Meminerunt Matthæus Paris. & Matthæus Westmonasteriensis ad Ann. 1235. & 1244. Sed nec ejusmodi intelliguntur hic. Domus erat Ultrajecti, seu monasterium, cui nomen Mariæ Magdalenæ, seu Mariæ Ægyptiacæ, fœminis destinatum, quæ à quæstu meretricio reversæ ad frugem de peccatis & probrosa illa vita agebant pœnitentiam. Unde & vulgo *pœnitentes, & sorores pœnitentes*, mulieres, quæ, ut passim in Tabulis, *in limo profundi infixæ, videlicet in sordibus peccatorum, ad semitam virtutis reductæ pœnitentiam suorum facinorum facere Deo student, quæ carnalium voluptatum illecebris abdicatis pro æternis deliciis obtinendis se cœlesti sponso dicarunt; quæ mundi vanitatibus abnegatis obtulerunt Domino laudis sacrificium semet ipsas.* Charta Ann. 1229. apud Leibnit. Chron. Goslariens. p. 81. *Cum igitur dilectæ in Christo pauperes sorores pœnitentes S. Mar. Magdal. in Alemannia proprias non habeant facultates* &c.

Meminit etiam Eugenius Papa in charta Ann. 1443. *Eugenius Episcopus servus servorum Dei. Domus ista Mariæ Ægyptiacæ infra limites*

in Jherusalem in Trajecto quinquaginta florenos Renenses currentes. Item (1) fratribus Cellitis viginti quinque florenos Renenses. Item Conventui albarum Dominarum viginti quinque florenos Renenses currentes. Item Conventui Prædicatorum in Trajecto viginti quinque florenos Renenses currentes. Item Conventui Carmelitarum in Trajecto viginti quinque florenos Renenses currentes. Item hospitali Sanctæ Elisabeth viginti quinque florenos Renenses currentes. Item Conventui S. Cæciliæ in Trajecto quinquaginta florenos Renenses currentes. Item Conventui S. Martini in Trajecto viginti quinque florenos Renenses currentes. Item Conventui S. Agnetis in Trajecto viginti quinque florenos Renenses currentes. Item Conventui de Vredendael quinquaginta florenos Renenses currentes. Item Conventui undecim millium virginum in Trajecto quinquaginta florenos Renenses currentes. Item Regularibus in Trajecto triginta florenos Renenses currentes. Item lego Carthusiensibus apud Trajectum viginti quinque florenos Renenses currentes. Item Conventui ten Dael extra Trajectum quinquaginta florenos Renenses currentes. Item Conventui in Bethlehem

mites parochiæ parochialis ecclesiæ S. Nicolai Trajectensis, in qua pristinam suam vitam virtuosis student actibus expiare personæ sexus fæmineæ, quæ carnis sectando illecebras sua consueverunt corpora immunditiis & illicitis exponere quæstibus, Spiritus Sancti gratia ad cor reversæ, seculi relictis vanitatibus, ac de præteritis agendo pænitentiam, ne videantur recurrere, & in illa, postquam eam ingressæ fuerint, diligenti studio laudabiliter conversari & vivere, nec non obsequia grata Altissimo jugiter exbibere &c. Add. chart. Ann. 1252. Wilhelmi Regis apud Leibnit. Chron. Goslariens. p. 23. & aliam Ann. 1214. ibid. Et hic Conventus est *conversarum*, quæ & *sorores conversæ* in testamento, quod supra, Judoci van Winsen Ann. CIↃ. CCCC. XCIV. Pars conversa est, ut videtur, lapsu temporis in hospitale, quod dictum S. Quintini, miserabilibus personis & peste infectis destinatum. Sic ex precibus colligere est oblatis superiore seculo Georgio Egmondano Episcopo Trajectensi. Vidi & legi.

(1) Chronicon Amorfortium incerti Auctoris. *Anno 1479. Cellitæ Amsterdamenses emunt locum babitationis in Haga Amorfortia.* Iidem hi, qui Lollardi, *Cellebroeders*, Alexiani, ægrotorum ministri, vespillones, libitinarii, Vid. Annal. *rer. in Holl. & diæc. gest. ad Ann.* 1481. *to.* 2: *Analect. p.* 47. ** Sim. a Leuwen *descript. urb. Leyd. p.* 501. ** Tom. 1. pag. 431. Nostræ Edit.

Digitized by Google

lehem extra Trajectum quinquaginta florenos Renenses currentes. Item Conventui pauperum clericorum S. Willebrordi pauperibus clericis inibi in cibis ministrandos viginti quinque florenos Renenses currentes. Item Conventui in Gheyn viginti quinque florenos Renenses currentes. Item hospitali S. Job extra portam S. Katerinæ sex florenos Renenses currentes. Item ad fabricam ecclesiæ civilis Trajectensis quinquaginta florenos Renenses currentes. Item lego ad fabricam ecclesiæ S. Nicolai Trajectensis viginti quinque florenos Renenses currentes. Item pauperibus domi sedentibus ad ordidationem executorum meorum trecentos florenos Renenses currentes. Item lego duobus fratribus & sororibus meis cuilibet unum Portugalensem valore decem ducatorum, & uxori *Michaelis* fratris mei, & ejus filiæ *Elisabeth*, & *Frederico* de *Ryneveld* cuilibet unum notabilem denarium in auro. Item lego omnibus familiaribus meis ac famulæ meæ vestes lugubres decentes. Similiter ancillis matris meæ, fratris mei, ac sororis meæ, & domicellæ *Katerinæ* pedissequæ ejusdem sororis meæ etiam tabbardum lugubrem. Item lego *Godefrido* meo centum florenos Renenses currentes. Inde dabit *Joanni* fratri suo viginti similiter florenos. Item lego *Joanni* seniori famulari meo quinquaginta florenos Renenses currentes. Item lego ancillæ meæ *Agneti* viginti quinque florenos Renenses currentes. Item quia vendidi dudum nepoti meo *Adriano* filio *Michaelis Ram* Canonico Trajectensi domum meam juxta turrim, ac eandem titulo venditionis in eundem transtuli coram duobus Capitularibus secundum consuetudinem ecclesiæ, cujus venditionis pretium adhuc restat per *Michaelem* patrem dicti *Adriani* fratrem meum mihi exolvendum, sic volo, quod hujusmodi pretium conferatur in solutionem domus, quam inhabito, & dudum ab executoribus quondam D. *Henrici* de *Mondwyck* comparavi. Et quia hujusmodi domum meam dedi & donavi eidem *Adriano* nepoti meo causa mortis coram Notario ecclesiæ nostræ & duobus Capitularibus, sic relinquo dicto nepoti meo optionem, quod vendat alteram domorum præfatarum, quam maluerit, & pretium inde proveniens & excrescens ultra pretium præsentis domus meæ competens executoribus *Mondwyck* lego matri, fratribus, & sororibus meis æqualiter dividendum.

dum. Item lego matri, fratribus, & ſororibus meis omnia & ſingula utenſilia mea inter ſe dividenda, exceptis veſtibus meis, vaſis argenteis, aureis, clenodiis, jocalibus, lapidibus pretioſis, annulis, ac pecuniis aureis & argenteis. Et vendantur vaſa argentea & alia prædicta plus offerenti, & conferatur pretium in ſolutionem Teſtamenti mei præſentis. Item interpretationes dubiorum Teſtamenti mei, ſi occurrerint, committo executoribus meis, & quod iidem executores mei exequantur cetera fideicommiſſa, quæ commiſi in ſecreto diſcretioni Dn. *Gerardi Beyer*. Item volo quod ſolutis debitis, legatis, & Teſtamento præſcriptis una cum illis, quæ commiſi Dn. *Gerardo Beyer*, ut præfertur, expeditis, ac aliunde elemoſynis largiter ſecundum diſpoſitionem executorum meorum, quibus hoc confidenter committo, diſtributis, quod ſuperexcreſcentia bona mobilia dividantur in tres partes ſecundum ordinationem eorundem executorum, ſcilicet pro ornamentis eccleſiæ noſtræ, pro augmento memoriæ meæ, & pro pauperibus domi ſedentibus. Nolo tamen quod executores mei de præmiſſis alteri rationem reddere cogantur aut teneantur, ſed eoſdem ab omni onere ſatisdandi, conficiendique bonorum meorum inventarium, ac de reddendo computum aut rationem Teſtamenti & executionis hujuſmodi relevo & relevatos manere volo & declaro per præſentes. Et hanc ordinationem ſeu ultimam meam voluntatem volo valere, ac quod valebit jure Teſtamenti, codicillorum, donationis cauſa mortis, ſeu alias quo melius valere poterit & debebit jure cujuslibet ultimæ voluntatis, petens quod dicti executores mei præmiſſa omnia divinæ remunerationis intuitu debitæ executioni demandare dignentur. Et peto deſuper fieri ad abundantem cautelam inſtrumentum & inſtrumenta. Qua quidem cedula Teſtamenti ſeu codicilli hujuſmodi mihi Notario infraſcripto per præfatum Dominum Magiſtrum *Adrianum* aſſignato & tradito dixit & aſſeruit inibi contenta eſſe ſuam ultimam voluntatem, & petiit eadem per ſuos inibi deſcriptos executores executioni demandari. Acta fuerunt hæc Trajecti in Camera majori domus inhabitationis dicti Teſtatoris ſitæ infra emunitatem eccleſiæ Trajectenſis, ſub anno, indictione, menſe, die & Pontificatu, quibus ſupra, præſentibus ibidem venerabili ac provido viro, Magiſtro *Chriſtiano de Zenden* Canonico eccleſiæ S. Salvatoris Trajectenſis,

 ac

ac Magiſtro *Cornelio* de *Delft* laico Trajectenſis diœceſis, medicinarum Doctoribus, teſtibus ad præmiſſa vocatis & rogatis.

XVII.

Teſtamentum Joannis Domini de Montfoert *Ann.* CIↃ. IↃ. XXI.

In nomine Dni Amen. Per hoc præſens publicum inſtrumentum cunctis pateat evidenter & ſit notum, quod anno à nativitate ejuſdem Dni CIↃ. IↃ. XXI. indictione nona, die vero viceſima tertia menſis Auguſti hora veſperarum vel circiter, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris ac Domini noſtri Dni *Leonis* divina providentia Papæ decimi anno ſuo nono, in mei Notarii publici teſtiumque infra ſcriptorum ad hoc ſpecialiter vocatorum & rogatorum præſentia perſonaliter conſtitutus nobilis & generoſus vir Dns *Johannes*, miles, & Baro, Dns de *Montfoirdt*, de *Purmereynde*, de *Linſchoten*, de *Abbenbroeck* &c. Trajectenſis diœceſis, conſiderans humanæ naturæ fragilitatem & inconſtantiam, dieſque hominis breves eſſe ſuper terram, cum nil ſit certius morte, & nihil incertius ejus hora, omnia hujus mundi fore tranſitoria, hominemque utique moriturum, ideo ne caſus inopinatus ſeu calamitas repentina conditionis humanæ irruat, voluit prevenire, ymo cupiens, ut dicebat, de rebus ſibi à Deo ſuper terram collatis per modum Teſtamenti ſeu ultimæ voluntatis ob animæ ſuæ remedium diſponere & ordinare, ne lis, rumor, ſeu controverſia oriatur inter ſuos heredes & ſucceſſores, ſuum de eiſdem bonis fecit, condidit, & ordinavit Teſtamentum & ultimam voluntatem, prout inferius continetur. Quod quidem Teſtamentum ſeu ultimam voluntatem valere voluit jure Teſtamenti ſeu codicillorum, aut omnibus illis jure, modo & forma, quibus quælibet ultima voluntas cujuſcunque decedentis de jure vel conſuetudine melius valere poteſt ſecundum juris & canonicas ſanctiones, non obſtante quod aliqua juris, vel facti ſolennitas in his oblita fuerit ſeu prætermiſſa, ſalvo quod prædictus teſtator hoc præſens Teſtamentum, in quantum ſe tangit, revocare, augmentare, alterare, ſeu diminuere in parte vel in toto, quotieſcunque ſibi placuerit, poterit. Inprimis quidem antedictus teſtator animam ſuam,

dum à corpore separata fuerit, omnipotenti Deo, *Mariæ* virgini, beato *Johanni* Evangelistæ, Apostolo & patrono suo, totique Curiæ cœlesti supernorum civium, corpusque terræ commendavit. Sciens insuper quia sine fide juxta dictum Apostoli impossibile est placere Deo, quare se in Catholicæ fidei firmitate cordialiter mori velle asseruit, abrenuntiando Sathanæ pompis, operibus, deceptionibus, ac inlusionibus, quia mille habet nocendi modos, quibus voluit fortiter resistere in fide. Elegit desuper in parochiali ecclesia de Montfoirt sibi corporis sepulturam in sepulchro parentum suorum. Voluitque insuper & mandavit antedictus testator, quod omnia & singula ejus debita, quæ legitima veritate poterunt probari de primis & principalibus bonis ipsius una cum expensis exequiarum persolvantur. Et quia prædictus testator omne suum Testamentum seu ultimam voluntatem in præsenti instrumento quodammodo impossibile fore inserere vel scribere novit, sic voluit & vult per præsens instrumentum, quod omnia & singula, quæ in ejusdem inventario per me Notarium publicum conscripta, tanti roboris, valoris, & auctoritatis esse debeant, tanquam in præsenti instrumento universaliter & singulariter essent inserta, & de verbo ad verbum rite specificata. Ut autem omnia & singula quæ in eodem instrumento seu etiam inventario continentur, executioni demandentur, suumque debitum sortiantur effectum, hujusmodi Testamenti seu ultimæ voluntas antedictus testator Testamentores, executores, & procuratores suos ad prædicta exequenda, videlicet Dnm *Jacobum Appeltoim* Decanum in summo Trajectensi, Magistrum *Bernardum* de *Duiren* Præceptorem hospitalis beatæ Katharinæ in Trajecto, & Magistrum *Wynandum de Arnem* Doctorem utriusque juris elegit. Quibus & eorum cuilibet in solidum idem testator dedit & dat plenariam & liberam potestatem, licentiam, & auctoritatem, ac plenum posse & mandatum, omnia & singula in præsenti instrumento inventarioque contenta, exigendi, recipiendi, levandi, & extorquendi, ut prædicta omnia & singula juxta ordinationem prædictam distribuant & augmentent, prout eis per se vel per alium seu alios pro salute animæ suæ melius videbitur expedire. Et ut prædicta perfectius exequantur, voluit & vult, quod ipsi executores suam ultimam voluntatem possint & debeant declarare absque recursu alicujus judicis vel cujuscun-

Digitized by Google

que personæ, ac eis voluit plenariam fidem adhiberi, (1) nec alicui judici vel personæ de prædictis rationem, seu computum reddere.

(1) Rationum reddendarum non potest tutori remitti necessitas. *l.* 5. §. 7. *ff. de adm. & per. tut. l. si servus vetitus. ub. Bart. ff. de legat.* Bugnyon. *lib.* 2. *de legib. abrog. cap.* 173. *& lib.* 4. *cap.* 16. Heredi, executori potest, ut & hic verb. gr. & supra in testamento Adriani Ram Ann. 1518. in fin. Et quin possit nihil obstat. Si enim fideicommissum relinqui possit sub modo, si ita, ut possit heres, quæ fideicommisso subjecta convertere in suum usum, si obligare, aut alienare, & in alium transferre, restituto quod superest, quid ni etiam prohiberi, ne poscatur ab eo ratio? Resp. Holl. 1. *conf.* 141. De eo dubium non est, quin heres eo casu quartam debeat restituere, & de ea restituenda exponere etiam cautionem, *autb. contra cum rogatus. C. ad Sct. Trebell. Gomez. var. resolut.* 1. *cap.* 5. Coren *conf.* 13. *Advysb.* 1. *conf.* 210. & 4. *conf.* 244. Quia autem non constat, nec in posterum constabit, nisi fiat inventarium, quantum quarta hæc contineat, necesse est etiam ut id fiat, & necesse est non obstante, quod remissa à defuncto conficiendi necessitas. *d. conf.* 244. Voluntas quidem ejus est lex in testamentis, *l.* 35. §. 3. *ff. de ber. inst. nov.* 22. *cap.* 2. sed lex, si juri publico non reperitur contraria, *l. nemo* 55. *ff. de legat.* 1. Pinell. *ad l.* 1. *C. de bon. mat. part.* 2. *n.* 22. Anselm. *consult.* 137. *in fin. consult.* 163. *in fin. &* 157. *per tot.* Neostad. *decis. Cur. Holl.* 20. Resp. Holl. 2. *conf.* 286. Aliud quam quod lex vult testator non potest velle. Nec aut potest aut debet præstare heredi occasionem, aut dissipandi universum, aut quartam illam minuendi, quam fideicommissario servari lex vult illibatam, *d. autb.* Fraus nulli debet prodesse, nec actum id à defuncto, ut prodesset, credendum. Resp. Holl. 1. *conf.* 19. Et quantum ad tutorem: ne id quidem satis constat, an si remissa ei necessitas inventarium conficiendi, remissio semper sit satis efficax. Dat quidem testatori potestatem hanc Imperator in *l. ult.* §. 1. *C. arbitr. tut.* Sed non censendum, quod data hæc in præjudicium tertii. *arg.* §. 2. *Inst. de b. qu. su. vel al. jur.* Quid si tertii intersit, ut rite id tamen fiat? An non poterit, ut id fiat, tutor cogi à judice, causa præsertim cognita, si æquum id deprehendat? Bis certe sic judicatum Hagæ à Curia Provinciali, semel Ann. 1613. 26. Septemb. & iterum Ann. 1677. 5. Febr. Bell. jurid. *cas.* 76. Resp. Holl. 1. *conf.* 30. Etiam illud quæsitum: Duobus pluribusve simul & conjunctim executio est commissa, si ceteris jam mortuis supersit tantum unus, an hic solus debeat aut possit exequi voluntatem defuncti. Et dicendum, quod non. Soli enim non

Digitized by Google

reddere. Hanc siquidem prædictus testator asseruit suam ultimam esse voluntatem & ultimum Testamentum, quam & quod valere voluit & tenere jure Testamenti, & si jure Testamenti non valeret ratione omissionis, præteritionis, vel alterius cujuscunque solemnitatis, sic voluit & vult ipsum suam ultimam voluntatem & ultimum Testamentum valere jure codicillorum, seu donationis causa mortis, aut inter vivos, & tanquam jure ultimæ voluntatis, quo melius valere poterit & tenere. De quibus omnibus & singulis antedictus testator petiit sibi fieri unum vel plura publicum seu publica instrumentum aut instrumenta in meliori forma. Acta fuerunt hæc in opido de Montfoert Trajectensis diœcesis super castrum antedictum testatoris in camera, ubi consuetus est requiescere & dormire, anno, indictione, mense, hora, & Pontificatu, ut supra; præsentibus una mecum Magistro *Hermanno Cnoppert* Licentiato in utroque, *Johanne Veersen* Scholastico in Zutphen, *Wilhelmo* bastardo de Montfoert, Drossato, cum pluribus aliis testibus fide dignis ad hoc vocatis specialiter & rogatis.

XIX.

Testamentum Wilhelmi Draeck civis Antverpiensis Ann. CIↃ. IↃ. XX.

In den name ons Heeren Amen. By desen tegenwoordigen openbaren instrumente sy condt ende kennelyck enen ygelicken, dat in den jare desselfs ons Heeren** 1525. in de dertichste indictie opten v. dach in der maent *Decembris* tusschen acht ende negen uren na middach s'Pausdoms onses Alreheylichste Vaders in Gode ende Heeren, Heren *Clementis* by der Godtlycker voorsienicheyt de sevenste Paus van dien name, in synen derden jare, compareerde voor de getuygen ende my Notaris ondergenoemt die Edele ende Eerweerdige Heere, Heere *Willem Draeck*, Riddere, ingesetene der Stadt van Antwerpen, des Bisdoms van Camerick, zieck na den lichame, nochtans

** An 1520?

non commissa. Necesse in locum deficientium ut alii substituantur vel à judice aut magistratu, vel à Curia Provinciali. Castrens. *cons.* 218. *n.* 2. *fol.* 2. Resp. Holl. *d. loc.*

Digitized by Google

tans synre vyf sinnen, verstants, ende memorien over al wel machtich wesende, alsso dat scheen, aenmerckende ende overwegende die broosheyt ende cranckheyt der menschelycker natuere, ende dat niet seeckerder is dan die doot, ende niet onseeckerder dan die ure der selver, alsso die Evangelie der waerheyt getuycht; *Waeckt, ghy en weet dach noch ure*, heeft daeromme wel bedacht synde, onbedwongen, onverleyt voor ymande, maer met synen eygenen vryen wille, ende goede deliberatie, alsso hy seyde, van synen tytlicken goeden hem van Godt van Hemelryck op deser aerden verleent, gemaeckt, geordonneert, ende gesloten, maekt, ordonneert, ende sluyt by desen syn testament ende uytersten wille, die hy voor date van desen enichsints voor authentycque private personen gemaeckt ende geordonneert mocht hebben, willende ende begeerende dat dit syn testament ende uyterste wille nae de oflyvicheyt van hem altyt vast, gestendich, ende van waerden gehouden worde, ende blyve in forme van testamente, codicille, uytersten wille, oft donatie *causa mortis*, oft immers in sulcker wys, als ymants testament ende uyterste wille best ende vast stede grypenmach in geestelycken oft weerlycken recht, niet tegenstaende dat alle solemniteyten in den rechten begrepen hier in desen synen testamente niet al noch volcomelicke onderhouden ofte gesciet syn, ook alle andere statuyten, privilegien, costuymen, ende usantien van eenigen plaetsen ofte Steden, daer syne goeden ende sterfhuys gelegen sullen mogen syn desen contrarierende, hy derogeert ende wilt, dat dit synen voortganck hebbe in maten ende formen boven ende hier onder geschreven. In den eersten so beveelt de voorgenoemde Testateur syn siele Gode van hemelryck, Maria synre gebenedyder moeder, ende allen den Hemelschen geselschappe, ende syn doode lichaem der gewyder aerde, begeerende syn sepulture in onser Vrouwen kercke t'Antwerpen in de Capelle van den Weerdigen heyligen Sacramente, int graft van synen vader saliger memorien. Item die voergenoemde Heer *Willem* Testateur geeft der fabrycquen van onser Vrouwen van *Camerick* voor onrechtvaerdich goet, of hy enich wetens hadt, tien stuyvers eens. Item noch geeft ende maeckt hy Testateur den armen huys armen t'Antwerpen xxv. Rynsche gulden eens, den gulden tot xx. stuyvers gereekent. Item elcken Cloester

Cloester van den drie biddende Ordenen binnen Antwerpen ses Ryns gulden eens. Item der Stadt van Antwerpen eens, of eenichsins daer inne gehouden ware, hondert Ryns gulden. Item die voornoemde testateur geeft ende maeckt syn natuerlycke dochter *Magdaleen* xxv. Ryns gulden erffelyck, ende vyf en twintich Rynsgulden lyftochte tot haren lyve, den gulden tot twintich stuyvers gereeckent, willende ende begeerende uytterlyck den selven testateur, dat syne erfgenamen onder genoemdt d'selve renten haer sullen bewysen op sekere goede panden, daer sy wel mede bewaert syn. Item voort in alle syne andere goederen ruerlick ende onruerlick, haeffelyck ende erffelyck, hoedanich die syn, geen uytgescheyden, overschietende boven syne schulden, legaten, ende kerckelycke rechten, institueerden hy tot erfgenamen syne twee dochteren, te weten Joncfrou *Maria*, ende Joncfrou *Anna*, omme d'selve goeden t'samen minlyck ende vredelyck te parten, te deelen half ende half, om seeckere reden hem daer toe moverende, Behoudelyck nochtans in desen (1) dat alle syn leengoeden, die hy afterlaet, sullen gaen en succederen op die dochter, op welcke die van rechts wegen ende *ab intestato* behoorlyck syn te succederen, dies sal die ander dochter die leengoederen niet hebbende daer tegen gelyck verlyckt worden mit andere goederen, ende declareerden oock, dat hy consent hadde, ofte seker brieven van octroy omme te mogen disponeren van allen synen leengoederen na syne begeerte, Waer af ende van al dat voorsz is die voorgenoemde testateur begeerde van my Notario onder genoemt een ofte meer openbare instrument ende instrumenten. Dits geschiet t'Antwerpen in den woonhuyse van den voorsz testateur, daer mede by ende over waeren eerbare mannen, *Daniel* van der *Cam-*

(1) Quod ad feudi successionem deficientibus masculis major filia ab intestato præfertur natu minori. Neostad. *de feud. success. cap.* 5. *n.* 9. *& ib. Boxel in not.* Sed ordo hic successionis inverti potest testamento, & præferri minor majori. Potest utrique etiam præferri extraneus. Nec habet successor ab intestato quod dicat. Ne filius quidem filiave, si salvam habet legitimam, §. *ult. Inst de inoff. test. l.* 8. §. 8. *&* §. 15. *ff. eod.* Bort. *de feud. part.* 5. *tit.* 2. §. *Ten profyte.*

Cammen ende *Cornelis Makenburch* Clerck des Bisdoms van Camerick, getuygen dair toe geroepen ende gebeden.

Item opten festen dach Decembris Anno als boven compareerde voor de getuygen ende my Notaris onder genoemt die voergenoemde Heer *Willem Draeck* testateur, syure vyff sinnen, verstants, ende memorien over al wel machtich wesende, approberende ende van weerden houdende eerst voor al zyn testament ende uyterster wille voorsz heeft in der bester manieren ende formen, so hy best conste ende mochte, tot den selven synen testamente by maniere van codicille toegedaen als volgt. Item den voorgenoemden testateur geeft ende maeckt elck van synen boeden, knechts, ende meyssens hier in syn huys ende oock tot Antwerpen woonende boven hare huyre enen swarten tabbaert, ende vier Ryns gulden eens. Item boven t'selve legaet maeckt hy noch *Philippo* synen knecht synen tabbaert met den maters mit een roode scoeve ende mitten voeder daer inne synde. Item maeckt hy den Aelmoesseniers t'Antwerpen boven t' legaet in t' voersz syn testament begrepen, xxv. Ryns gulden eens. Item der fabrycque van onser Vrouwen kercke t'Antwerpen xx. Rynsch gulden eens. Item noch maeckt ende geeft hy testateur elcken van den drie anderen Parochie kercken t'Antwerpen thien Rynsche gulden eens. Item den Claren susteren hier t'Antwerpen x. Rynsche gulden eens, ende den Magdalenen Susteren hier t'Antwerpen x. Rynsche gulden eens. Item noch geeft ende maeckt deselve testateur *Daniel* opter Stadthuys twee silveren zoutvaten t'samen van tien oncen. Item der Juffrouwe op der Stadthuys ende haerder dochter t'samen vier ellen carmosyn satyn, ende elcken knecht ende meyssens op der Stadthuys twee Ryns gulden. Item my Notario onder genoempt enen Angellot, ende elcken onder Parochiaen in onser Vrouwen kercke een Carolus gulden, ende elcken Coster aldaer x. stuvers eens. Welcke codicille die voergenoemde testateur begeert uyterlyck mitten voersz synen testamente van weerden gehouden ende volbracht te worden, Begeerende oock hier off een ofte meer instrument ende instrumenten. Dit gesciede t'Antwerpen int voorsz syn huys, dair mede over waren de voorsz *Daniel* van der *Cammen* ende *Cornelis Makenborch* getuygen daer toe geroepen ende gebeden.

Item

Item opten ſevenden dach Decembris Anno als boven compareerde voor de getuygen ende my Notaris onder genoemt de voernoemde Heer *Willem Draeck* teſtateur ſynre vyf ſinnen, verſtants, ende memorien over al wel machtich weſende, alſo dat ſcheen, approberende eerſt voor al het voernoemde teſtament metter codicillen daer na volgende, heeft in der beſter manieren ende formen, ſo hy beſt conſte ende mochte, mit rechte by maniere van Codicille deſſelfs ſyns teſtaments genomen ende gecoſen executoers eerweerdige ende voorſienige mannen *Adriaen Pot*, ende *Philips* die *Beuckelaer*, ingeſetene der Stadt van Antwerpen, ende elcken van hem byſondere, gevende hem ende elcken van hem volcomen macht ende auctoriteyt na ſyn doot ſyn goeden te aenveerdene, ende dair mede dit ſyn teſtament ende uyterſte wille te volvoerene geheelick ende al, ende voorts te doene, gelyck executeurs na recht ende coſtuyme gewoonlyck ende behoorlyck ſyn te doen, ende gevende elck voor ſynen arbeyt een marck ſilvers, Begeerende oock hier of van myn Notario ondergenoemt een ofte meer inſtrument oft inſtrumenten. Dit geſchiede t'Antwerpen int voorſz ſyn huys, daer mede aen ende over waren eerbare mannen *Cornelis Draeck*, ende *Philips Gerolfsoen*, getuygen dair toe geroepen ende gebeden.

X X.

Mutuum conjugum teſtamentum Joannis van der Does, & Wilhelminæ van Schagen Ann. CIↃ. IↃ. XXXVI.

Wy Koen van *Boshuyſen*, *Gerrit* van der *Laen*, ende *Philips Nachtegael* Leenmannen der Graeflicheyt van Hollant doen condt allen luyden, dat op huyden datum hier onder geſchreven voor ons ſelver in perſone gecompareert ſyn, die vrome ende welgeboren *Jan* van der *Does* Ambachtsheer van *Noortich*, ende Joncfrouw *Wilhelmina* van *Schagen* geechte man ende wyf, ende verclaerden, dat ſy t'anderen tyden voor ſekeren Notaris ende getuygen gemaeckt hebbende ſekere reciproce maecke teſtamentaire, breder blyckende by ſeker inſtrument publycq daer van ſynde in date den 22. dach in Maerte laeſtleden, ende dat ſy naederhant ter meerder veſteniſſe vercregen

gen hebbende van Keyſerl. Maj. alſe Grave van Hollant &c. onſen Genadigen Heere ſeker octroy ende conſent omme van alle hare goederen, leenen ende eygen, te mogen teſteren, ende diſponeren, daer 't ende alſo 't hem believen ſal, breder blyckende by des ſelven brieven daer van ſynde in date den XXIII. Mey leſtleden, verclarende voorts de voorſz Comparante, voor ons leenmannen voorſz, dat ſy geſamender hant ende elck byſonder by crachte vant voorſz Octroy approberen ende ratificeren de voorſz haerluyder maecke, ende uyterſte wille, mitgaders t'geen daer inne verclaert ſtaet, ende tot meerder veſteniſſe van dien ſo hebben ſy voor ons als noch weder gemaeckt ende gediſponeert met goeder deliberatie, ende om ſonderlinge ſaecken hem daer toe moverende, ſo ſy ſeyden, (1) dat die langlivichſte van hem beyden vry, euwelick, ende erffelyck, hebben ende behouden ſal alle alſulcke goeden, roerende, ende onroerende, hoe die genaemt, ende waer die gelegen, ofte bevonden ſullen werden, die ſy te ſamen hebben ende beſitten ſullen in der tydt, alſe die eerſte van hun beyden comt te ſterven, ende de eerſte oſlyvige metter doot ruymen ſal geen uytgeſondert, omme daer

(1) De feudis venia impetrata licet facere teſtamentum, & agnatis præteritis inſtituere etiam quemvis, imo conjugem etiam ipſum, ut eſt evidens hic exemplum. Bort *de feud. part.* 5. *tit.* 2. *cap.* 1. *& ſeq.* De feudis loquor hereditariis. De rectis nec inter vivos nec teſtamento diſponendi jus. *cap.* 1. *de ſucceſſ. feud. cap.* 1. §. *donare. Qual. feud. al. pot. Coſtuymen van Audenaerde. tit.* 3. §. 13. *van Wynoxbergen. tit.* 16. §. 2. Clar. *lib.* 4. §. *feudum. qu.* 40. Mozz. *de naturalib. feud. n.* 78. Sand. *ad conſ. Gelr. tr.* 2. *tit.* 2. *cap.* 1. *n.* 7. *& ſeqq.* Grot. 2. *man.* 42. §. *Ten derden.* Coren *conſ.* 32. *n.* 21. Bort *de feud. part.* 5. *cap.* 10. *qu.* 6. *n.* 44. De hereditariis quovis modo. Etiam pacto dotali. Teſtamento ſi id fiat, teſtamentum non aliter quam quemadmodum de alodiis coram Notario & duobus teſtibus tantum fit. Nec neceſſarii Pares Curiæ, & feudorum Præfectus. Bort. *d. loc. part.* 5. *tit.* 2. *cap.* 2. §. *Het ſy by forme van teſtament ende uyterſte wille.* Si ſit venia teſtandi ſufficit. Et quod ad veniam ſatis certum, quod inter vivos non requiratur hæc, etſi actus, ſi adhibita, non propterea ſit nullus. *arg. l.* 81. *ff. de reg. jur. l.* 32. §. 6. *ff. de aur. & arg. leg.* Pinell. *ad l.* 1. C. *de bon. mat. part.* 3. *n.* 42.

daer mede te mogen doen ſynen vryen wille ende geliefte ſonder becroen van ymant, ende ſonder enich inventaris dair van te geven, ofte reeckeninge te doen, hoe, by wien, ofte tot wat eynde t'ſelve begeert ſoude mogen werden, behoudelyck dat de langſtlevende van hem beyden voorſz gehouden blyft alle teſtamentaire legaten, dootſchulden, ende andere wettelycke laſten &c. behoudelyck oock dat indien de voorſz *Johan* van der *Does* de voorſz Juffrou *Willemyne* van *Schagen* ſyne huyſvrouwe overleeft, dat in dien gevalle desſelfs *Jans* van der *Does* erfgenamen in der tyt weſende gehouden worden na ſyn overlyden den naeſten maghen van de voorſz ſyne huyſvrouw dan in der tyt weſende te reſtitueren, ende te laten volgen ſeker alſulcke x. gulden s'jaers als ſy ſtaende heeft op ten tiende van *Oudecoop*, ende den Rentmeeſter van Kennemerlant jaerlicx uytreyckt, noch ſeker alſulcke nobel s'jaers, als ſy ſtaende heeft opt huys in de *Croon* aent Zant tot *Haerlem*, noch 12. gulden s'jaers erfrenthen: als ſy ſprekende heeft op *Peter Janſſen* Pottebacker tot *Haerlem*, ende dair toe alſulcke recht ende actie van ſekere 18. gulden, ende van twe gulden s'jaers loſrenten op wylen *Anthonis* van *Nyvelt* ſyn weduwe ende erfgenamen, ende daer van te deſer tyt proceſſe hangende is voor den Hove van Hollant. Welverſtaende indien enich der voorſz renten by levenden live van Joncfrouw *Willemina* ofte *Jan* van der *Does* ofgeloſt worden, dat in dien gevalle ſy gehouden ſullen weſen yet daer van te reſtitueren, welverſtaende oock ende met alſulcke voorwaerden ende reſtrictie, dat indien enich van de vrienden ende erfgenamen van Juffrou *Willemina* van *Schagen* yet deden, ſpraken, ende poochden te doen, t'waer met recht ofte anderſins, tegens deſe tegenwoordige maecke ende uyterſte wille, mitsdien ende in ſulcken gevall *Jan* van der *Does* ende ſyne erven ongehouden ſullen ſyn ende blyven ten euwigen dagen yet te reſtitueren. Ende verclaerden de voorſz Comparanten dat al t'gunt dat voorſz ſtaet is ende bliven ſoude haerlieder uyterſte wille, begeerende dat alle t' ſelve ſo door cracht vant voorſz Octroy, ſo anderſins als t' ſelve beſt ſubſiſteren mach, ſyn voortganck hebben ende effect ſorteren ſal in der beſter formen ende manieren des mogelyck ſyn ſe. Des

t'oerconde hebben wy *Koen* van *Bosbuysen*, *Gerrit* van der *Laen*, ende *Philips Nachtegael* leenmannen voorsz desen brief uythangende besegelt mit elck onsen segele, ter bede ende ter præsentie van *Jan* van der *Does*, ende Juffrou *Willemina* van *Schagen*, geechte man ende wyf voorsz. Ende is gedaen opten 16. dach in Junio int jaer ons Heeren CIↃ. IↃ. en ses en dertich.

** XX.

Aliud conjugum Testamentum, quo mutuum invicem usumfructum relinquunt Ann. CIↃ. IↃ. XLIII.

Allen den genen die desen brief sullen sien ofte hooren lesen doen wy verstaen Gerrit Aryaenssen, Gerrit Janssen, ende Goyert Aelbertssen Scepenen van den Oestveen des Eerweerden Heeren Domproesten t'Utrecht, dat voor ons quam int gerechte Andries Tonissen ende Heynrickjen Hermens dochter bevelende eerst Godt almachtich heure sielen ende lichame, ende lyftochten malcanderen mits desen in alle alsulcke goederen, t'sy lant, sant, huys, Hoff, leen, ofte eygen, renten, huysraet, linnen, tinnen, actien, schulden, crediten, ende voorts jeneraelyck in alles, geen uytgesondert, t'gunt sy nu ter tyt hebben, ofte namaels vercrygen moghen, omme d'selve haeff ende goederen van den langest-levende (1) van hem beyden gebruyct, ende gepossideert, ende genoten te worden ten lyftochts rechten hoer leven lanck geduerende, ende nae doode van hem beyde de naegelaten goederen succederen ende erven opten rechten ende naesten erfgenaem an beyden syden. Al t'welck voersz staet sy Comparanten verclaert hebben te wesen hoer uyterste meninghe ende wille, dien sy begeeren, dat hier effect sorteren sal, t'sy uyt crachte van Testamente, codicille, gifte des doots, ofte oock onder den levende, ofte anders in der alderbeste forme, als naer rechten

** Debet esse XXI. Ita supra Testamentum J. D. Montfoert deberet esse XVIII. non XVII.

(1) Conjux conjugi in diœcesi præter mutuum usumfructum relinquere nihil potest, ut & supra jam dixi. Costuymen *van Utrecht rubr. van Houwelyckse voorwaerden. art. ult.* Rodenb. *de jur. conj. tit. 2. cap. 4. n. 3. & seqq.*

rechten ofte costumen soude mogen subsisteren, (1) niet jegenstaende imands contradictien, statuten, lantrechten, ofte anderen impedimenten ter contrarien, ende oock dat alle solemniteyten na rechten geeltelyck ofte weerlick hier inne niet volcomelyck geobserveert ende onderhouden souden mogen syn naer behooren. Ende dit voorsz al behoudelycken dat sy Comparanten aen t'gene voorsz is behouden haerlieder wederroep ende volle macht omme t'selve te mogen vermeerderen, verminderen, ofte anders veranderen nae haerluyder goetduncken. Welverstaende dat geen wederroep van dese lyftochte als nu van geender weerden gehouden sal worden, dan de gene die by heurlieder beyde gesamender hant geschie, gelyck dese gemaeckt is, ende gedaen sal syn, sonder argelist. Des t'oirconde so heb ick Gerrit Adriaenssen Schout voorsz myn segel hier beneden uythangende aen desen brieff gedaen over my selven ende vant Gerechts wegen over myn Schepenen by haerder bee en wille, want wy Schepenen voorsz geen segel en gebruycken. Ende wy Schepens voersz oerconden ende tuygen onder des Schouten segel al t'geen voorsz gerechtelycken voor ons gepasseert te syn, ende tot meerder sekerheyt so

(1) An vi ergo hujus clausulæ, quod lege vetitum, subsistit? an tolli potest, an minui, an gravari legitima? Magna quidem ejus vis, sed non ea, ut permittat, quod lex vult, ne fiat, *l.* 32. *C. de inoff. testam. l.* 27. *l.* 45. *ff. de reg. jur. l.* 38. *ff. de pact.* ut testamenti det factionem, ei, qui ea caret, *l.* 3. *ff. Qu. test. fac. poss* ut testamentum confirmet, quod vi factum metuque, *l.* 1. *ff. Qu. met. cauf. l.* 32. *pr. ff. de her. inst.* Si jus Romanum respiciamus defectum supplet solennitatum, *l.* 29. §. 1. *ff Qu. test. fac. poss. l. ult.* §. 1. *C. de codicil.* Schneidew. *ad* §. 2. *Inst. de codicil.* Wissenb. *ibid. th.* 21. Si hodiernum, quo testamentum vix differt à codicillis, fideicommissi vim habet, & id inprimis efficit, ne vel filio præterito, vel non adita hereditate ab instituto ex testamento, testamentum sit irritum. Non adita hereditate qui succedit ab intestato, intelligitur rogatus, ut quæ relicta sunt, præstet. Gail. 2. *obs.* 134. *n.* 3. Sand. 4. *decis.* 4. *def.* 10. Wassen. *pract. notar. cap. ult.* §. 174. Resp. Holl. 1. *cons.* 36. Filio autem præterito censetur filius rogatus, ut deducta legitima, quæ semissem hoc casu continet, & singulis quæ relicta, & scripto heredi hereditatem restituat. Neostad. *Cur. Holl. decis.* 17. Resp. Holl. 1. *cons.* 90. & 121.

ſo hebben wy Schepens dit onderteeckent. Gegheven int jaer ons Heeren vyftien hondert drie en t'negentich opten eenentwintichſten Mayus ſtylo veteri.

** Debe-ret eſſe XXII.

** XXI.

Conjugum Teſtamentum coram judice in judicio factum in diœceſi *Ann.* CIↃ. IↃ. XCVI.

Allen den genen die deſen brieff ſullen ſien of horen leſen, doen wy verſtaen *Jan* van *Muyden* Schout, *Adriaen Willems ſoon*, ende *Anthonis Corneliſſen*, Schepenen in de Weert buyten Utrecht, dat voor ons quamen int gerechte *Cornelis Lambertſſen* ende *Marichgen* ſyn huyſvrou, (1) ende aldaer verliet de voorſz *Cornelis Lambertſſen Marichgen* ſyn huysfrou uyt ſyn voochdye ende momberſchap, (2) ende ſy koos weder een ander momber om ſtedicheyt mede te doen. Waer nae gaff ende maecte

(1) Ne auctor fieret in rem ſuam contra §. *ult. Inſt. de auctor. tut. l.* 1. *pr. ff. eod.*

(2) Fœminæ olim erant in tutela perpetua, ut & ſupra jam dictum. Nec quicquam iis licuit citra authoritatem & conſenſum mariti, ut dixi *lib.* 2. *obſ. tr.* 3. *n.* 121. Hodie inter nuptam & non nuptam diſtinguitur. Nuptæ tutor maritus. Quo invito aut ignorante nihil plane ipſi licet, nihil certe, quo poſſit fieri vel ipſius vel mariti conditio deterior. Deterior autem fit, ſi alienet, ſi contrahat, ſi ſe ipſam aut bona obliget. Grot. 1. *man.* 5. §. *uyt het huwelyck. &* §. *uyt kracht van deſe Voogdye.* Sand. 2. *deciſ.* 4 *def.* 1. Groenew. *ad* §. 19. *Inſt. de excuſ. tut.* Cum autem & teſtamento credatur fieri alienatio, deſiderata olim & in eo tutoris auctoritas. Nec ubique id adhuc deſiit. *Coſtuymen van Caſſele. art.* 268. *Stadtrecht van Tiel. part.* 1. *tit.* 5. §. 10. Pancirol. 1. *var. lect.* 92. Zypæ. *lib.* 6. *tit. de teſtament.* §. *& Tacitus.* Deſiit tandem apud nos & apud alios paſſim. Coſtuymen *van Antwerpen. tit.* 41. §. 25. *van Middelburch. p.* 50. *van Audenaerden. tit.* 20. §. 5. *van Gent. tit.* 20. §. 18. *van Aſſenede. tit.* 13. §. 9. *van Deventer. part.* 3. *tit.* 2. §. 11. Chriſtin. *ad leg. Mechl. tit.* 9. §. 1. *in fin. &* §. 4. Moll. 5. *ſemeſt.* 21. Grot. 2. *man.* 5. §. *Een gebuwede.* Roſeb. *recueil. tit.* 42. §. 17. Rodenb. *de jur. conj. tit.* 2. *cap.* 4. §. 1.

Digitized by Google

maecte die voernoemde *Cornelis Lambertſſen Marichen* ſyn huysvrou alle ſyn goederen roerende ende onroerende geen uytgeſondert, die hy boven ſchult ende dootſchult metter doot ruymen ende achterlaten ſal, deſelve te hebben ende te beſitten tot haerder rechten lyſtocht, ende na lyſtochten recht, haer leven lanck geduyrende, iſt dat ſy langer leeft, dan hy Comparant. (1) Dat gedaen ſynde gaff ende maecte wederomme *Marichen Cornelis Lambertſſen* huysfrou mit haers gecoren

(1) Prorſus convenienter §. *ult. ſtatuti Ultrajectin. de pact. dotalib.* quem & incolæ ſequuntur Comitatus Burani. Reſp. Holl. 5. *conſ.* 149. Et eſt quod notetur hic. Non ſufficit, ſi conjux conjugi uſumfructum relinquat. Ut relinquatur utrimque, ut ſit mutuus, neceſſe eſt, ut quantum ad rerum genus marito uxor relinquat tantum, quantum maritus ipſi. Nec ſtatuto ſatisfit, ſi maritus uxori relinquat omnium uſumfructum, & mobilium & immobilium, uxor contra marito relinquat tantum mobilium. Rodenb. *de jur. conj. tit* 2. *cap.* 4. *n.* 45. Et ſic ſe habet in diœceſi res. Relinquere conjux conjugi niſi mutuum uſumfructum in diœceſi non poteſt, *d.* §. *ult.* Poteſt contra in Hollandia & proprietatem & uſumfructum. Rodenb. *d. loc.* §. 5. Quod ſi Ultrajectinus prædia habeat in Hollandia, Hollandus in diœceſi, prædiorum, quæ in Hollandia, relinqui poteſt utrumque, & proprietas & uſuſfructus, eorum quæ in diœceſi uſuſfructus duntaxat. Nam ſtatutum reale eſt. *Ordinant. deciſoir van de Staten van Utrecht art.* 1. Fructuario autem neceſſe, ut inventarium conficiat, & poſtquam confecit, caveat uſurum ſe fruiturum viri arbitratu, & uſufructu finito rem ſe reſtituturum, quam accepit, in ſpecie, *l.* 1. *pr.* & §. 3. & *t. tit. ff. uſufr. quem. cav. l.* 1. *C. de uſufr.* Reſp. Holl. 1. *conſ.* 5. & 2. *conſ.* 109. & 276. Neceſſe autem ut conficiat, nec refert utrum hæc neceſſitas remiſſa nec ne. Nam remitti non poteſt, *d. l.* 55. *ff. de leg.* 1. *l.* 6. *C. ut in poſſeſſ. legat.* Reſp. Holl. 2. *conſ.* 178. 276. 297. & *ſeqq.* Gail. 2. *obſ.* 145. *n.* 10. Chriſt. *ad ll. Mechl. tit.* 9. *art.* 13. *n.* 4. Peck. *de teſtam. conj. lib.* 5. *cap.* 24. *n.* 3. & *ſeq.* B. van Zutphen *verb. inventaris.* §. 5. Advysb. 4. *conſ.* 324. Cautio autem ſatisdatio eſt. *d. l.* 6. *l.* 4. *C. de uſufr.* An admitti poſſit juratoria, quæſtio inter Doctores eſt. Et quod ad mores hodiernos, quibus frequens perjurium, nec vulgo gravius exiſtimatur, quam quodvis aliud mendacium, ne delictum delicto augendi detur anſa, exiſtimarem quod non. Vid. alioquin Fachin. *lib* 8. *controv cap* 40. Gail. 2. *obſ.* 47. Mynſ. 6. *obſ.* 47. Si quis dicat, quid fiet ergo, ſi fidejuſſor idoneus reperiri non poſſit, ut exitum tamen capiat teſtatoris voluntas? Reſpondeo æquum hoc caſu ſequeſtro rem com-

Digitized by Google

ren Voochts hant, daer ſy mit recht aen quam, die voornoemde *Corneles Lambertſſen* haren man alle hare goederen roerende ende onroerende, die ſy mitter doot ruymen ende achterlaten ſal, boven ſchult ende doot ſchult, geen uytgeſondert, te hebben ende te beſitten tot ſynre rechter lyftocht, ende na lyftochten recht ſyn leven lanck geduyrende, iſt dat hy langer leeft dan ſy Comparant. Belovende voor haer ende haer erſgenamen vorder den ander lyftocht te doen, int noot ſy, tot vermaninge ſonder arch. Des t'oirkond hebben wy Schout ende Schepenen voernoemt elck onſen ſegel van des Gerechts wegen beneden uythangende aen deſen brieff gedaen. Gegheven int jaer onſes Heeren CIↃ. IↃ. ſes ende t'negentich opten twaelften dach in Januario ſtylo veteri.

committi, qui fructus quotannis præſtet. *arg. l.* 5. §. 1. *ff. ut leg. ſeu fideic. ſerv. c. l.* 7. §. 2. *ff. Qu. ſatisd. cog.* Guid. Pap. *deciſ.* 250. Gail. *d. loc. n.* 10.



JOH.

JOH. ISACII PONTANI

ET

PETRI SCRIVERII

VIROR. CLARISSIMORUM

EPISTOLÆ

ALIQUOT.

Digitized by Google

Digitized by Google

JOH. ISACII PONTANI
ET
PETRI SCRIVERII
VIROR. CLARISSIMOR.
EPISTOLÆ
ALIQUOT.

EPISTOLA I.

Marco Zuerio Boxhornio V. CL. S. P.

Observationes aliquot ad Satyram Sulpitiæ. Semper continue. Quamvis licet. Γαςέρες ἀργαὶ



PEccasse te scribis, Cognate Ornatissime, longo illo & perpeti silentio tuo. Sed peccatum qui agnoscit, se peccasse haud judicabitur. Tu eorum mihi numero esto, quem ut confitentem reum libenter absolvo. Et eluit jam totum hoc longa hæc & grata epistola tua, & maxime qui illi junctus accedit Commentariolus tuus in Satyram Sulpiciæ & aliorum. Placuit exegesis, præsertim illa historica, qua illam Sulpicianam accurate deducis, temporibus quibus vixit, quæque detestatur, graphice ob oculos sistis. Edictum interea Domitiani illud de exigendis urbe Philosophis, ** neque apud Suetonium, neque apud Dionem seu Abbre-

** Sed vide Sueton. in Domitiano. Cap. 10. & ibi Torrentium. Adde Paganinum Gaudentium in libro de Philosophiæ apud Romanos initio & progressu. Cap. 40. & Cap. 82. Editus est hic liber Pisis anno 1643. in 4.

Abbreviatorem ejus Xiphilinum reperio. Ait quidem hic occisos ab eo nonnullos, quod philosophiæ operam darent, nec tamen ulterius quid reperio. At hoc non tantum Domitiano, sed ejus quoque parenti Vespasiano impingi posset. Ab hoc enim Demetrium Cynicum damnatum legas in Suetonio, quamvis alias, ut idem addit, Philosophorum contumaciam levissime tulerit. Deinde quomodo accipiam, quod de eodem habet prædictio tua? *Sunt versus illi profecti ex animo, qui tam rigido Domitiani de exigendis Philosophis edicto haud leviter erat perturbatus*, & quomodo, inquam, illis convenient, quæ exinde in Appendice à te dicuntur? *Egregie falluntur, qui Satyram hanc potissimum de Philosophis à Domitiano urbe exactis scriptam opinantur. Profecto siquid video nihil minus.* Et dum hic sum, hoc quoque non concoquo, quod versu illo,

Quasque dedit quondam morientibus eripit artes,

velit, quorum Notas addidisti, censorum non unus, quibus alias corrigendi hoc nostrum cacoëthes objici non immerito possit, quod velit, inquam, non corrigere, sed interpretari *morientibus* istud, docens quasi grande sophos, *morientes* hic de universo genere humano accipere Poëtriam. At hoc si sit, cur non potius obviam eo sensu vocem & Poetis usitatam *mortalibus* usurpavit? Imo Romanos præcipue, quod ex tota Satyra constat, non universum genus humanum, cum respiciat hic Sulpicia. cur non legamus verius, *majoribus*, hoc modo, *Quasque dedit quondam majoribus eripit artes*, quomodo Horatius, *Majorum delicta lues Romane.* Hunc enim ut magistrum suum libenter exprimit Sulpicia. Et ut te quoque ad partes vocem, mi Cognate, ne tibi sinas persuaderi, pro *ingluvie albus* rescribendum *ingluvie alvi.* Est enim Persii, imo Horatii iterum Satyr. 2.

——— *pinguem vitiis, albumque, nec ostrea,*
Nec scarus, aut poterit peregrina juvare lagois.

Horatium imitatus est, quem dixi, Persius **, ubi ait:

** Satyr. 3. vers. 98.

Turgidus hic epulis atque albo ventre lavatur.

Et ante hos omnes Epimenides, qui ut docet nos Divus Paulus

Paulus γαςέρες ἀργαὶ dixit, quod nihil aliud est, quam *ventres ingluvie albi.* Vulgo *pigri* interpretantur. At ἀργὸν esse frequenter Græcis *album* notant Lexicographi. Sed propius eum locum excussimus, aut excutiemus in Lectionibus nostris sacris. Et ut claudam optime dicitur in Diris Catonianis, *non flumina parturiunt montes.* Ex montibus enim flumina, & ut vulgo dicitur, *ubi montes, ibi fontes.* Satyra vero ea, quæ est de lite, si eam tanti putas, non adeo rejici velim. Quod ferri tamen posse haud putas illud, *semper continue*, putas perperam. Est enim fuitque veteribus hæc quædam elegantia. Ita Cicero de *Amicitia*; *Quamvis licet excellas.* Lucretius: *Proinde quamvis licet cœlum &c.* Et Plautus sæpe, *etiam quoque*, & Virgilius quoque, *Ergo igitur*, aliaque similia extulere alii. Ostendique *jocose lepide* scripsisse Catullum, ubi vulgo, *joco se lepide*, ad illud Macrobii *vix ægre.* Et adi, si placet, Notas nostras ad *lib.* I. *Saturn. p.* 640. & in Auctario earum Notarum *p.* 739. Præterea locus Sulpitiæ de *Vespis*, qui est corruptissimus, vide, num ita constitui possit.

Convenit, ut vespis, quarum domus arce Monetæ
Tuta, rigens strictis per lutea corpora telis,
Ast ubi pax secura redit &c.

Sed ohe jam satis est. Tu, mi cognate, feliciter vale una cum fratre, resalutatus quam diligentissime à nostris, & genero præsertim meo, Doctore Ant. Matthæo. Hardervici XIII. Junii 1633.

P. S. Danus ille juvenis, mi Cognate, quem mihi filii tui penicillo depingis, cujusque ignorare te nomen ais, hic Hardervici me salutavit, gratus mihi hospes, oppidoque acceptus. Nomen illi est, ne id nescias, *Ericus Tormius.* Ei vicissim meam vicem cuncta felicia precaberis, & revocabis in mentem perquam desiderare me videre illa mathematica, quorum mentionem præsens injiciebat, & præsertim scriptum Dani illius adversus Delphensem. Hoc iterum iterumque te rogo.

EPIST.

EPIST. II.

IDEM

Erico Olahi Dano S.

De cœli ac terræ motu. De Antagonista Tychonis Brahe.

Vix in manus acceperam Leida ad me transmissum Bartholinum tuum, Ornatissime Erice, cum ecce exemplar mihi ejus transmittit bibliopola meus. Ego ut videbis, quod coram aliquando reddam, exemplar hoc tuum compingi extemplo curavi, avideque perlegi, &, ut verbo dicam, deprehendi non uno modo adversarium istum Tychoni nostro, de Astronomia post *Ptolemæum* adeo bene merito, esse injurium, ut vere de eo usurpare possim, quod refert Madaurensis philosophus *Apulejus*, reperiri scilicet in magna civitate hoc quoque hominum genus, qui meliores obtrectare malint quam imitari & quorum similitudinem desperent, eorum affectent simultatem; nimirum ut qui suo obscuri sunt nomine alieno innotescant. Vere inquam de eo usurpari hoc posse, tota ista, quam consarcinavit, si inspiciatur propius, invectiva ejus monstrabit, collata præsertim cum ista eruditissimi viri, quam modo transmisisti, *Petri Bartholini* pro *Tychone Brahe* Apologia. Et gaudeo sane necdum esse rectis ac cultis ingeniis effœtam Daniam nostram, quæ ejusmodi Frontones ac rupices excipere, eosque cælo ostendere, & allatis ex erudito hoc pulvere in adversum evidentibus demonstrationibus confutare, osque blateronibus comprimere possunt. Maximæ vero hoc nomine debentur gratiæ Bartholino, qui in arenam hanc digressus, osque attollere in adversum ausus modeste, & ex ipsa arte ipsisque fundamentis hanc causam *Tychonis* agit, contemptis aut leviter rejectis, quæ intercurrunt passim, adversarii hujus in eundem loidoriis, Lansbergii vero nimis & ad nauseam propemodum repetitis laudationibus, & ita ut pergat hortor. Monui olim per literas, cum in vivis adhuc esset *Philippus Lansbergius*, communem tam ejus quam meum amicum, assumi à *Lansbergio* ficulneum fundamentum terræ motum ad cœli motus, ut loquuntur

Astro-

Astronomi, salvandos. Quomodo enim terra, quod elementum est, terrestriaque, quæ elementari non cœlesti motu cientur, orbibus & cœlo commiscebuntur? Duo sunt motus elementarium corporum, sed uterque cœlo quam maxime contrarius. Nam cœlum seu corpora cœlestia sicuti circulariter, ita elementaria recta & per diametrum vel sursum vel deorsum feruntur. Quæ sursum moventur, sunt ignis & aer, quæ deorsum, terra & aqua. Illa levia, hæc gravia dicuntur. Unde & omne corpus naturale, quod ex levium natura conflatum est, vi elementi sui vel ignem vel aerem æmulantis sursum agitur; quæ autem gravia sunt, ut aquea omnia & terrestria, deorsum necessario tendunt. Velle igitur terræ orbicularem ac cœlestem motum tribuere, quid erit, nisi quod dicitur, terræ cœlum miscere, omniaque turbare, ac rerum universique naturam confundere? Veteres terram Vestæ nomine dixerunt, quod vi sua staret, inque centro suo constituta quiesceret, secus quam cœlestia, quorum vis ac indoles est, ut in centro etiam suo posita circumagantur. Nec recedunt hinc sacræ & à Deo inspiratæ literæ, quæ idem inculcant. Et jure sub finem *Refutationum* suarum ab iis præsidia mutuatus Bartholinus eadem huic giganti quam aptissime opposuit. In quibus conquiescam, teque mi Erice, valere quam feliciter jubeam voveamque. Dab. Hardervici Gelrorum x. Cal. Aug. 1633.

Quas tuis adjeceras tua manu descriptas magnifici Domini Cancellarii nobilissimi filii ad te literas uno veluti spiritu lectas percurri, ita me capiebat rerum, quæ iis erant insperfæ, varietas, tum ipsarum elegantia, Deumque precor, ut illud ingenium adolescere, ac bono commodoque ecclesiæ suæ ac toti Regno succrescere ac perennare velit.

E P I S T. I I I.

I D E M.

Marco Zuerio Boxhornio S. P.

Aliquot locis Arnobius emendatur.

Ornatissime Cognate, Respondi jam nuperrime ad ultimas tuas, sed eas cum ad te darem, festinatio fecit, ut omiserim, quod omissum minus voluerim de Arnobio. Eum enim

prælo jam traditum referebas à viro Clariſſimo Claudio Salmaſio, nec ambigam, quin illud exaſciatum ac numeris ſuis omnibus abſolutum opus futurum ſit poſt tot Argos, qui in eum Authorem jam toties totieſque obtutus ſuos flexerunt. Ego in meis ad Macrobium jam olim notis, & poſtea in Analectis, locum unum alterumque, aut plures, integritati ſuæ reſtituere conatus fui, & maxime *pag.* 620. 703. 704. & alibi ad Macrobium, qui nuper apud vos recuſus prodiit ex officina Mairiana. In Analectis ſimiliter & præcipue *cap.* 7. *lib.* 1. idem annifus oſtendi, ac repetii locum eum Arnobii *lib.* 1. ubi vulgo legitur *errores non noſſe cœleſtia*, repetii inquam, atque oſtendi, veriſſime à nobis reſtitutum *terreſtres non noſſe cœleſtia*, ut terreſtres intelligantur, qui in terris degunt mortales, quomodo & Tibullus *cœleſtes* dixit, quod ibi præter cetera oſtendi. Et poſt Tibullum etiam Ovidium ita locutum reperio in epiſtola Hermionis:

Quæ mea cœleſtes injuria fecit iniquos.

Et ut hic Arnobius dixit *terreſtres non noſſe cœleſtia*, ſic è contra Latinus Pacatus, *ſi fas piumque mortalibus æſtimare cœleſtia*, non abſimili modo extulit. In iiſdem autem Analectis non prætereundum exiſtimo, quod monui de Diis *nominum dexteritate pollentibus*, ubi perperam & vulgo *lib.* 7. reperias, *hominum* pro *nominum*, & iterum idem mendum apud Arnobium emaculavi in epiſtolis, quas edi curavi, Juſti Lipſii poſthumis. Nam iterum apud Arnobium *ibid. lib.* 7. *p. ead.* 220. editionis Canterianæ legendum, *ſed adſentiamur, ut vultis, & eſſe inferos & eſſe manes, & habitare neſcio quos in his Deos nominibus minus fauſtos.* Ubi iterum iterumque perperam editur *hominibus*, quemadmodum in Annotatione mea, quæ addita octavæ epiſtolæ Lipſianæ ad Canterum *decad.* 1. *part.* 2. prolixe oſtendi ex ſententia Pythagoræorum & Platonis, idque verbis Macrobii noſtri, quæ ſunt *lib.* 2. *cap.* 1. in *Somnium Scipionis. Ominum* aut *omnibus*, quod alii hariolati ſunt, non eſt nauci. Deprehendi poſtremo ad oram mei libri, qui eſt idem Arnobii ſeptimus *p.* 210. vel 27. Heraldi: *Ergo injurias ſuas Dii vendunt, atque ut parvuli puſiones, qui animis parcant, abſtineantque ploratibus* &c. deprehendi, inquam, emendaſſe ex tripode nos olim, *quo à nimiis parcant abſti-*

abstineantque ploratibus. Vellem plura, sed alia alio vocant. Itaque alias. Interea mi cognate, feliciter valebis, ac virum præstantissimum Dn. Salmasium meo nomine quam honorificentissime salutabis, qui & vitam eidem longam ac tranquillam precor, qua diu superesse nobis, ac rem literariam egregiis suis laboribus juvare identidem queat. Dab. Hardervici Gelrorum 10. Cal. Septembr. 1633.

E P I S T. I V.

I D E M

Viro Clariss. Gosuino à Steenler S. P.

Matre mortua an sponte sua vivus infans possit nasci & absque ulla sectione.

Venit ecce ad te, quod petiisti, nomine Domini tui illustris Montani Comitis D. *Alberti* responsum nostrum super partu, quem enixa fuit illustris ejusdem Comitis generosa conjux è vivis sublata. Expedire illud citius haud potui, aliis, quod & ante significavi, occupatissimus. Videbis eo ordine ac methodo rem à nobis explicatam, ut posito ante omnia statu quæstionis, & addito obiter, quod ad eam alii in utramque partem reposuerint, meam sententiam proxime subjecerim, qua & affirmativam sententiam, vivum scilicet eum fœtum fuisse ac esse potuisse, non modo rationibus physicis, sed & simili ex classico authore, quod præcipue requirebatur, allata historia commonstratur. Sed hæc cæteraque ipsum rescriptum nostrum, quod his insertum habes, uberius te propiusque docebit. Tu vir Clarissime quam feliciter vive ac vale. Dab. Hardervici Gelrorum 1633. VII. Octobr.

Nobilissima quædam matrona ultra jam septimum circiter mensem gravida subito animi deliquio corripitur VI. die Januarii anni hujus 1633. moriturque eodem die circa nonam vespertinam, cum suis ante confessa fuisset, se infantis sui, quem utero gestabat, motum eodem die majorem plenioremque persensisse, quam antea unquam. Hujus exinde matronæ corpus lecto eodem relictum contectumque excepta facie, quod ea coloribus

loribus à pictore esset exprimenda. Die insequenti exoriri animadversæ circa os ac labia bullæ pertenues, & auditus præterea aliis, qui funeri, ut custodes, assidebant, viris fœminisque, intra septimam & octavam uteri strepitus, & notatus quoque attolli uterus, atque inde statim sibilo vicissim concidere, ut solet, cum fœtum fœmina excludit, fœtusque sonum edit, adeo ut exterriti custodes fuerint, qui tamen stragula non retexerunt, cum interim die præcedenti fœminarum nonnullæ abdomen & tergum etiamnum tepere deprehendissent, uti & culcitram, cui incumbebat. Hinc die Januarii octavo intra decimam & undecimam horam, cum lectus sanguine & purgamentis madere animadverteretur detectum corpus. Estque intra defunctæ crura deprehensus filiolus tepide adhuc calens, & vasculum virilitatis suæ exsertum habens, fœtoris omnis expers, at vita destitutus, quique post horas aliquot obriguit.

Jam quæritur, primo, An infantulus idem eum in modum tantoque post excessum matris tempore in lucem prodire potuerit, nisi idem tempore nativitatis suæ vivus fuisset.

Secundo quæritur, An non ex physicis rationibus concludere æquum sit, infantulum eundem hanc in lucem, ut memoratum, vivum quidem editum, sed opertoriis, quibus mater tegebatur, aut alias suffusione materiæ ac lochiorum suffocatum exspirasse.

Qui negativam utrimque urgent ac tuentur, ajunt primum statuuntque eum partum edi tanto post matrem defunctam tempore vi materiæ ac fermentationis in utero matris exæstuantis non potuisse, hinc adjicientes, ac concludentes ex cadavere non nisi cadaver edi &c.

Qui vero affirmativam tuentur, ad prius inter cetera respondent, nequicquam potuisse in lucem prodire eum fœtum, nisi nativitatis suæ tempore vixisset non modo, sed viribus ac vigore peculiari fuisset præditus. Nam inquiunt, si in emittendo, dum adhuc in vivis est mater, quæ & ipsa plurimum ad egerendum fœtum confert, vires ipsius fœtus requirantur, quanto magis vires requirentur eo in fœtu, ubi mater morte sublata suis jam viribus subvenire fœtui nequit.

Ad alterum deinde, quod, ut apparet, bimembrem habet quæstionem, respondent, primo, vivum prodiisse eum fœtum ex eo manifesto liquere, quia & abdomen & tergum deprehensa

matri

matri etiamnum post obitum tepere, quod vix fieri potuisset, nisi calore ac vi vitalis fœtus, qui adhuc intra uterum tenebatur, tum quod natus jam fœtus strepitum ediderit, ut habet narratio, ac denique, quod fœtus jam editus aliquamdiu tepere post nativitatem suam sit deprehensus. Secundo respondent, licet fœtus opertorii pondere suffocari potuisset, verius tamen videri, eam suffocationem factam affluentia lochiorum, ac sanguinis materni, & fortassean in vivis, ad tempus saltem aliquod, potuisse eundem, fœtum servari, si continuo, ubi attolli uterus ac concidere, edique sonus ac strepitus est animadversus, debita cura atque inspectio fuisset adhibita.

Asseritur contra priorem, quæ est negativa, sententia affirmativa, eaque exemplis præterea ac rationibus propius comprobatur.

Hujus utriusque sententia posterior, quæ non nisi vivum prodiisse hunc fœtum statuit, physicis rationibus evidenter suffulta, ex ipsis præterea, quæ primo loco posita sunt, rei gestæ narratis satis superque probatur. Quod vero habet atque objicit sententia prior, quæ est negativa, de fermentationis vi, quodque è cadavere non nisi cadaver nascatur, eam rationibus & experientia refelli, nec id perpetuum haberi, hinc constabit, quod in sectione Cæsarea ex matre mortua seu cadavere vivus fœtus eximatur. Cujus rei exempla non una, tam vetustissima, quam infimæ vetustatis, adducit in epistola, quæ præfixa est libello *Francisci Rousseti* de partus Cæsarei sectione, Clarissimus olim in Academia Basileensi Medicus & Anatomicus *Caspar Bauhinus*, ut omittam nostro ævo *Christophorum* Sigismundi II. Poloniæ Regis filium ex utero matris Annæ Mariæ Austriacæ exsectum supervixisse adusque baptismi celebrationem, & una exinde cum matre funeratum. Sed inquies quæri hic, an historia & exemplis classicis demonstrari possit, quod non sectione, sed sponte sua, & quomodo relatio superius posita habet, è matre mortua vivus fœtus prodierit. Hic è natura petitæ rationes sectioque Cæsarea è cadavere seu matre mortua id diserte concedant adstruantque, ut est memoratum, etiam factum olim, ac fieri deinceps contingereque posse, ecquis negabit? Et vero factum quoque jam olim ut constet, est in hunc

censum hocque theatrum producenda Gorgiæ Epirotæ nativitas, quæ licet Medicorum observationibus, quantum memini, haud aliis inserta reperiatur, eo tamen magis opidoque memorabilis est, utpote proprie huc spectans, cum is itidem è matre mortua seu cadavere, & quod plus est, jam jam tumulando, sua sponte & absque sectione ulla vivus in lucem advenerit, ut refert fidei probatæ scriptor Valerius Maximus, cujus ipsamet verba jure adscribenda censeo. Ita enim habent *lib.* 1. *cap.* 8. *Gorgiæ Epirotæ fortis viri clara fuit origo, qui in funere matris utero elapsus inopinato vagitu suo lectum ferentes consistere coëgit, novumque spectaculum patriæ præbuit, ex ipso genitricis rogo lucem & cunas assequutus. Eodem enim momento altera jam fato functa parit, alter ante elatus quam natus est.* Ubi notandum cadaver lecto impositum ac elatum memorari, quomodo olim veteres ac hodie adhuc Itali suos vel ad rogum vel ad sepulturam efferre solent, non ut nos arcæ vel cistæ inclusos. Quæ cum singularis sit historia, & rem, de qua agimus, graphice illustrat, juvat eandem, quomodo ea annis superioribus à viro Clarissimo ac Reverendo *Theodoro Beza Vezelio* versibus est reddita, his proxime subjicere.

Prægnante infelix amissa uxore maritus
Unas dum geminis apparat exequias.
Extinctæ (dictu mirabile) matris ab alvo
Salvus & incolumis prodiit ecce puer.
Salve infans elate prius, quam nate, sepulchrum
Cui cunas, vitam mors properata dedit.
Mortua tu vero superata morte triumpha,
Post tua nimirum funera facta parens.
Denique tu cunctos inter celebrare maritos,
Uni cui vitam mors homicida dedit.

Dab. Hardervici anno, qui supra, 1633.

EPIST.

E P I S T. V.

I D E M

V. CL. Antonio Thysio S. Theologiæ Professori.

De loco Samuelis 1. cap. 2. vers. 5. Pingues quinam.

Clarissime ac Reverende Vir. Quod præsens facere debui, id tempore exclusus hisce nunc facio. Ago inquam tibi quam possum maximas pro ea, quam præsenti exhibuisti, prolixa humanitate tua gratias. Et vero ignosces, idque serio identidemque rogo, quod iterum iterumque vocatus non adfuerim. Etiam quod dicitur à lasso rixa quæritur, mihi non rixa, sed fatigato quies & somnus quæsitus, ac luce insequenti, cum præstituta ea die, quomodo & coram injeceram, esse Amstelodami cogerer, & ne vento, qui erat adversus, excluderer, prima mihi navi solvendum erat. Alias nihil mihi antiquius aut optatius fuisset, quam tuis eruditis interesse postliminio colloquiis, amabilique frui præsentia. Et inerat adhuc auribus atque animo meo, quod inter prandendum præter cetera injiciebas de phrasi illa Hebraica *pingues* ac *fortes*. Sed locus seu liber veteris Testamenti, quem innuebas, quia excidit, de eo certi quid statuere difficile sit. Interim videndum, num pingues ibi capiendi, qui Latinis *optimates*, *lautioresque*, seu *magnates* dicuntur, cujusmodi Hispani hodie *les Grandes* vocant. Sed vox *lauti* sive *lautiores* quam proxime accedat exprimatque illud pingues. Et ita quoque accipiendum videtur vocabulum idem *pinguia cap.* 21. *vers.* 17. *Proverb. Qui amat vinum & pinguia, non ditabitur.* Et dum hic sum, memini notasse aliquando locum, qui est Samuel. *cap.* 2. *vers.* 5. ubi *Continuimus nos ab heri & nudius tertius à mulieribus, & cum egrederemur, jam erant vasa puerorum sancta &c.* ut habet versio vulgata. Tremellius & Junius ediderunt *instrumenta puerorum*. Belgica translatio habet, *de jongers vaten*. At cum Vatablus vocem ibi Hebræam, quæ est *cbel*, non tantum *vas*, sed etiam *vestem* significare doceat, nonne verius sit debere ibi Latine reddi *vestimenta*

menta, & Belgice *clederen?* Nam & apud gentes, quibus multa à Judæis sunt, mos ille obtinuit, ut sacris non admitterentur, nisi qui vestes haberent puras, quique à fœminis abstinuissent. Unde Tibullus **:

Vos quoque abesse procul jubeo, discedere ab aris,
Queis tulit hesterna gaudia nocte Venus.
Casta placent superis, pura cum veste venite,
Et manibus puris sumite fontis aquam.

Locum præterea Samuelis illustrant ac juvant verba, quæ habentur *Exodi cap.* 19. *vers.* 14. ubi legitur, *sanctificavitque populum, qui laverant vestimenta sua, dixitque ad illos: Este parati in diem tertium, & ne appropinquetis uxoribus vestris.* Et eam quoque interpretationem expressit ibi versio nostra vernacula, sed jam alia alio vocant. Tu mi Thysi vive ac vale feliciter salutatus à nobis quam diligentissime. Dabam Hardervici VIII. Octobr. 1633.

E P I S T. V I.

I D E M

Joachimo Wickefortio V. CL. S.

De morte Ducis Holsatiæ filii Regis Daniæ Christiani IV.

Mitto ad te, Ornatissime Wickevorti, versum sive parentale potius appellare carmen libet, in obitum illustrissimi Principis Udalrici, Holsatiæ ac Stormariæ Ducis, filii Regis Danorum Christiani IV. in castris Cæsareanis summa perfidia glande plumbea inopinato trajecti, dum una cum ceteris de induciis, eodem à suis castris evocatus, agit. Cui sane perfidiæ vix in veterum memoriis similis occurrit, nisi ea qua Sergium

** Lib. 2. Eleg. 1. vers. 11. Vide ad hunc locum virum multo eruditissimum Janum Broukhusium.

gium Galbam Romanum ducem notant perſtringuntque ſcriptores ipſi Romani. Is ſiquidem millia aliquot Luſitanorum, & in his florem juventutis, data ſimiliter fide, in unum convocata vel trucidavit vel vendidit. At hi id egerunt, ut uno per ſcelus ſublato univerſum exercitum ſibi adverſantem ſubruerent, aut, quod nunc fieri videmus, imperata ſibi facientem redderent. Metuo enim non modo Sileſiæ toti, ſed & Pomeraniæ proxime, & ſigna mox Cæſarea ad littus iterum Balthicum perventura. Utinam vanus ego vates ſim, & unum agant Principes, quorum jam res agitur! Tu mi *Wickeforti* quam feliciter vale, & nos ſubinde tuis compella, edoceque quid ſpei reliquum, quidve literæ adferant cum ex iſta, tum reliqua Germania. Dab. raptim Hardervici 11. Novemb. 1633.

EPIST. VII.

IDEM

Viro Nobiliſſ. CHRISTIANO FRYS, Toparchæ in Cragerup, Regis Daniæ Cancellario

De eadem.

Superiori Septembri tuæ Magnificentiæ per cognatum meum, quæ tum offerebatur occaſio percommoda, affinem Etterſemii civis Haſnienſis meas tranſmiſi, quas & recte tuæ Magnificentiæ redditas nullus ambigam. Nec opus magnopere eorum, quæ illis tum inſerta fuerunt, repetitionem inſtituere. Saltem, quod alias memini, nunc reticendum haud puto, tomi nimirum operis noſtri hiſtoriæ Danicæ primi nunc pleraque exemplaria diſtracta eſſe, & ideo fortaſſe quam minabatur in detrimentum prioris typographus alius editionem typo minori non eſſe ſubſequutam, quamvis id etiamnum haud omnino depoſuiſſe eundem intelligo. Sed dabit ſpero vires & vitam deinceps Deus ad abſolvendum quoque quod ſequitur volumen alterum. Cui in totum addixi nunc me accinxique. Et hoc dum ago animoque volvo, ſcævus ad aures meas nuncius accidit de illuſtriſſ. Principe *Uldrico* Holſatiæ &c. Duce, filiorum, qui in vivis erant, Sereniſſimi Regis noſtri tertiogenito perfi-

dia & scelere eorum, qui Cæsari militant, ut dicitur, trucidato. Hac occasione & accedente eo observantia, qua Regiam domum prosequor, non potui quin aliquo carmine, & tenui licet vena nostra, tam illustri animæ ac manibus, quod dicitur, parentarem. Cujus epicedii unum alterumque exemplar his adjunxi; rogans, oransque, ut hoc quicquid est officii nostri tua Magnificentia haud aliter interpretetur quam profectum illud ex affectu, qui est in Regiam Majestatem ejusque illustrem sobolem perpetuum devotus. Quæ ut diu floreat perennetque Deum Opt. Max. veneror quæsoque, qui & tuam Magnificentiam incolumem ac florentem quam diutissime servet ac sospitet. Dab. Harderv. IIX. Novemb. 1633.

EPIST. VIII.

IDEM

ARNOLDO BUCHELIO V. CL.

De Heda & Beka, aliisque.

Occasione Poëmatum meorum, quæ ad te modo, Clarissime Bucheli, hoc ipsum pollicitus mitto, revocatæ in mentem mihi sunt postremæ tuæ, quas dederas pridie Non. Julii anni superioris. Ex quibus præter singularem erga me & literas meliores affectum tuum, cognovi præterea studium ac desiderium, quo teneris, juvandi patriam historiam, & Bekam præsertim & Hedam emaculatiores in publicum emittendi. Quod autem addis; utrumque cum codicibus & argumentis, quæ in Archivis sunt vestris, à te collatum, ac Notis utilibus illustratum, ad virum Clarissimum *Janum Gruterum* superioribus annis, cum adhuc in vivis esset, transmissum, sed quo devenerit perturbatis postmodum ibi rebus ignorare te, jacturam interim ex eo non modo te, sed rem vel maxime literariam incurrisse, quis non viderit? cui tam insignis opera impensaque periit; nisi apographum fortasse utrumque fuerit, ac penes te autographa reservaris. Utrique illi authores quantum subsidii nobis attulerint, qualescunque licet, & cujusmodi in manibus habentur, corruptissimi, præter Danica nostra, præcipue quoque

que Gelrica, volente Deo, ostendent. Epistolæ Lipsii, quas eisdem tuis inserueras, oppido placent, & otium si esset, curarem una cum aliis eas, sed meras, & maxime, quæ in centuriis editis non comparent, ea forma, quæ est quarta, & typo, quo opuscula ejus omnia sunt excusa, in publicum edi, quo ita cum illis compingi possent. Essetque id operæ & impensæ pretium. Patris *Schotti* judicium quodnam innuas, Croci Epistolis præfixum, quod & secutum *Suertium* existimas in me meoque Amsterodamo perstringendo, non intelligo. Non enim opuscula illa eaque editio mihi unquam visa. Quicquid sit, si exstent in officinis, ut videam, curæ erit. Quod reliquum est, gratulor vobis vestrisque conatibus, qui apud vos quoque conticescere Musas haud patiamini, dum eas non tantum in minori schola, sed in altioribus item subselliis haberi, & altiora nonnihil sonare magistratui esse curæ videam. Ejusque indicium sit, quod præter cæteros, etiam nuperrime generum meum Doctorem *Antonium Matthæum* ad jus profitendum honorabili salario hinc evocarit. Qui & ipse, ni fallor, has tibi tradet. Optavissem quidem apud nos subsistere potuisset, sed ita volente ac dirigente supremo rerum arbitro, qui hanc ei Spartam non ambienti obtulit, acceptandam honestissimam vocationem putavit. Tu mi optime Bucheli feliciter vive ac vale salutatus à me quam diligentissime. Dab. Hardervici 19. Januar. 1634.

EPIST. IX.

IDEM

Viro Ornatiss. Gulielmo Gillonio S.

An quis Gelriæ Dux unquam vivus in hostium venerit potestatem.

Ornatissime Gilloni, Etiamsi hoc tempore finitis, quæ hyemales fuere, publicis lectionibus nostris, non una distraheret cura, deësse tamen honestissimæ petitioni tuæ, sive ad quæstionem, quam adducis, Gelriæ nostræ historiam ac res spectantem, silere haud quaquam volui. Quod autem conti-

nuo, & ſtatim poſt acceptas tuas non reſponderim, tribues, ſi libet, eiſdem, quas dixi, occupationibus meis. Duo quæris; prius eſt, an legerim, vel in archivis Ducatus hujus repererim, Comitem ſive Ducem aliquem Gelrorum in prælio quodam ab hoſte captum, ſed liberatum à duobus fratribus ſub eo militantibus, quos idem tanti beneficii ergo libertate donarit, attributo iiſdem ſymbolo, ſuo perquam ſimili. Hoc prius; alterum erat, num viderim aliquando antiquum Chronicon Gandavenſe, in quo narratio ea haberetur. Ad utrumque fateor nihil habere inpræſentiarum me certi, quod reſpondeam, niſi quod Gulielmus Marchio Juliacenſis, qui poſtmodum Gelriæ Dux fuit, anno Chriſti 1371. in prælio Baſſervilenſi à Wenceslao Bohemo Brabantiæ Duce captus, ac mirabiliter ſuppetias accurrente præter ceteros Eduardo Gelriæ Duce, avunculo ejus, qui tamen ipſe occubuit, à captivitate liberatus, ipſumque Brabantiæ Ducem Wenceſlaum in vincula abduxerit. Et id licet non uno modo memoretur à Chronologis, peculiariter tamen de fratribus duobus, qui id ei officii captivo præſtiterint, deque ſymbolo iiſdem tributo nihil reperio. Nam ut innuis Gandavenſe illud Chronicon vetuſtum, quo id ut ais contineatur, non memini vidiſſe me. Certe Brabantiæ Chronicon vernaculum, nec Mejerum aut Froſſardum, cujus eſt in manibus epitome Latina, alioſve, neque ſchedas etiam meas MSS. id referre memoria teneo. Ad alium Comitem aut Ducem quempiam pertinere, nec id invenio. Quapropter ſi occurrat, aut nanciſci aliquando id Chronicon tibi contingat, hoc me doceas rogo, me inquam, cujus ut habent præterea literæ tuæ, ante decennium auditor ac diſcipulus fueris. Et vere, quod addis, exciderat mihi tanto intervallo temporis hoc nomen tuum, niſi egregia & eleganti hac Epiſtola tua id in mentem mihi revocaſſes, ſed eo nunc clarior mihi chariorque, quod etiam memorem ac gratum hoc ipſo te diſcipulum declaras experiarque. Quod reliquum eſt te etiam atque etiam ſalvere jubeo ac valere quam feliciter. Dab. Hardervici XIX. Martii 1634.

EPIST.

Digitized by Google

E P I S T. X.

I D E M

Viro Ornatiss. Huberto Berchio S.

Goylandiæ originatio. Olim Comitum Zutphaniensium. Plinius explicatur lib. 4. cap. 15.

Goilandiæ Chronicon Belgice concinnari à te, Berchi ornatissime, tuæ, quas ad me superioribus diebus dedisti quam humanissimas, literulæ indicium fecerunt. Ex quibus & illud percipere potui hærere in originatione vocis Goilandiæ te, cum sint, qui Goilandiam corrupte dici, & à Goedela cœnobii Altenatis Abbatissa *Goedelandiam* nuncupandam tradant, & alii vicissim, quos inter & me recenses, à Chaucis, qui Plinio in Rheno agnoscuntur, Goicos & Goilandiam deducant. Quarum sententiarum quæ veritati propior sit, ut appareat, expendenda Plinii verba, quæ ita habent *lib.* 4. *cap.* 15. *natur. hist. In Rheno ipso prope C. millia passuum in longitudinem nobilissima Batavorum insula & Caninefatum, & aliæ Frisiorum, Chaucorum, Frisiabonum, Sturiorum, Marsatiorum sternuntur inter Helium & Flevum. Ita appellantur ostia, in quæ effusus Rhenus à Septentrione, in lacus ab Occidente, in amnem Mosam se spargit.* Qui septem numero populi, intra hunc Rheni complexum Plinio proditi, unde indagari hodie aut ostendi certius poterunt, quam ex vocum earundem, quæ supersunt etiamnum, vestigiis? Batavos, qui locum primum tenent, quis esse neget, *Batavi.* qui nunc Bataviæ agrum, *Betuam* vulgo dictum, incolunt, Gelriæ populum, *boven* & *neder Betouw* vulgo dicimus? Nam quæ Oceanum versus eorundem Batavorum protensa pars fuit, eam mutato nomine Hollandi nunc sibi & Hollandia vindicat, ut alibi ostensum. Et hinc qui proximi sequuntur *Caninefates* *Caninefates.* vix existimem inficiaturum quempiam in Kennemariis nostratibus exaudiri. Et *Frisios*, qui Tacito *minores*, esse eos, qui à *Frisii.* Frisiis ceteris (continentem Germaniæ colentibus Plinio trans Rhenum dictis) per ostium Rheni, Flevum & lacus separari videntur. Jam de ceteris, qui quatuor sunt, Chaucis, Frisiabonibus, Sturiis, & Marsatiis, nonne eodem modo judicium

Marsatii. ac conjectura facienda? Et quidem Marsatiorum, ut ab ultimis incipiam, reliquias & monumentum aliquod custodire vicos Ultrajectinæ diœceseos, intra Rheni elicem positos *Marsen* & *Marsberghe* Sturios, vel ut legisse videtur Haemrodius, *Sturii.* Urios, reponere nobis Austrini sinus, quem Rhenus idem fecit, insulam *Uricham* vulgo Urck dictam. Et *Frisiabones* intelligi ex ingenti illa ac herbosa juxta Waterlandos planitie, *Frisiabones.* corrupte *Brisæpe* pro *Frisæpe* nuncupata, quamvis & alias ostensum doctis ex ** etymo *Frisiabonum* esse eos & coluisse Frisiis superioribus quam proximos. *Wonen* enim nobis habitare est. Dani per *B*. efferunt, usurpantque in nonnullis suorum popularium, ut sunt *Falsterbones*, *Funbones*. Quin & promiscue scriptum reperitur *Frisiabones* & *Frisiavones*, sicuti *Chaibones* & *Chaivones*. Nunc reliquos indicari similiter, ac superesse Rhenos *Chaucos* in Apcoudiis, Accojis, & Goicis, quomodo hodie *Chauci.* fere nominamus, intra nimirum Rhenum positis, quid multis repetere hic opus, cum alibi sit satis demonstratum id nobis? Sed opponat quispiam, quam esse dixi aliorum sententiam, non *Goicos* aut *Goilandiam*, sed *Godelandiam* dicendam, cum ditio ista ab Othone Imperatore ejus appellationis primo *Goedelæ* cœnobii Altenatis Antistitæ donata sit, ac nomine ipsius ceu magno auctoramento exornata, ut ita, quæ Goedelandia est, corrupta ac vitiosa loquendi consuetudo Goilandiam nuncupet. Non me latet tradere hoc non modo *Hadrianum Junium*, ubi de *Nardene* agit, sed & alios. At vellem hoc certis tabulis ab authore datis ostenderent. Et magis, cum *Goedela*, quæ *Junio* dicitur Antistita cœnobii *Altenatis*, aliis dicatur Antistita cœnobii *Altenæ*, & aliis vicissim *Altenatensis*. Lambertus Hortensius *Elstense* cœnobium vocat. At certum est primam, quæ *Eltensis* cœnobii, hodie *Elterberch*, inter *Emricam* & *Arnhemum* siti, Antistita fuit, filiam fuisse Comitis Zutphaniæ Vichmanni, Lutgardim nomine. Et ab eodem Vichmanno præter alia, quicquid haberet agri *Nardenatium*, sive *Goylandiæ*, cœnobio eidem donatum, ea lege, ut filia ipsius Lutgardis ejusdem cœnobii Abbatissa esset. Et eam donationem tum temporis, qui fuit annus Christi DCCCC. LXX. Imperatorem *Othonem* ejus nominis primum habuisse ratam, ac denique supervixisse eandem Lutgardim Othoni primo, utpote quæ mortua sit sub Othone tertio. Quæ cum ita sint, quomodo

** Vide Analect. Tom. I. nostræ Edit. pag. 344.

modo jam ista, quæ referuntur de *Goedela* cœnobii *Eltensis*, si Dis placet, sub Othone primo Antistita locum habeant? Ei scilicet ditionem Goylandiæ ea ut dictum lege ab Othone primo esse donatam, Othone inquam primo, cujus ea donatio non erat. Erat enim, ut ipsum habet Othonis primi diploma, Zutphaniæ Comitis Vichmanni, qui eum districtum à majoribus suis Zutphaniæ Comitibus velut per manus traditum tum possidebat. Ut jure statuendum Nardenatium agrum, sive Goylandiam, sui juris dynastiam fuisse ante Hollandiæ Comitum, aut Præsulum Ultrajectinorum tempora: præsertim cum verba, quæ ex archivis urbis Nardensis literæ tuæ vernacula recitant, eodem eant, ista scilicet, *Goilant ofte Nardinxlant is by de Keysers van Romen een particulier Heer gegeven ende verleent geweest, eer eenich Biscop van Utrecht ofte Grave van Hollant was.* Sed hæc taliaque tibi, Ornatissime Berchi, tractanda propius, tuaque Sparta est, quam & te egregie nobis exornatam daturum brevi nullus ambigo. Hardervici Gelrorum x. Maji 1634.

EPIST. XI.

IDEM

EIDEM.

Goylandiæ an nomen à Goedela, seu ut alii Godelenda, Abbatissa Altinensi. Hadriani Junii opinio.

ORnatissime Berchi. Quod Nardinclandiam accepisse Goylandiæ nomen ab ea Abbatissa, cui Godelendæ nomen fuit, quæque claruit tempore Florentii Comitis Hollandiæ Ann. Chr. 1280. & quod excurrit, nullus dubites, id quonam præcipue argumento asseras, non reperio. Nam diploma quod adducis, quo memoratur Comes Florentius à venerabili domina Godelenda Abbatissa ecclesiæ Altinensis terram, quæ vocatur *Nardinclant*, *cum omnibus pertinentiis suis & cum omnibus juribus suis &c. pro viginti quinque libris Trajectensium legalium denariorum*, ut verba diplomatis habent, recepisse, nihil habet, quod ejus vel tenuem suspicionem injiciat. Lambertus Hortensius hanc Abbatissam Godelevam vocat, nec diserte

diserte etiam id, quod ad nominis immutationem, asserere videtur illo versu

Abbatissa, cui nomen Godeleva perenne,
Elstensis quondam libera jura dedit.
Transtulit Hollandum ad Comitem sua jura &c.

Ex quo jura ditionis profecta primitus à Godeleva non nomen Godelandiæ proprie intelligas. Hadrianus Junius longe alia habet, alioque abit. Vult enim is referendam hanc Antistitam ad tempora Othonis primi, qui floruit Ann. Chr. 970. & tunc enatum simul hoc nominis, ut *Godelanda* ab Antistita diceretur. Ait enim, ubi de Nardeno, in Batavia sua, *Est autem caput ditionis Godelandæ, quam corrupta & vitiosa consuetudo Goylandiam nuncupat, olim ab Othone Imperatore ejus appellationis primo Goedelæ cœnobii Altinensis Antistitæ donatam, atque illius nomine ceu magno auctoramento ornatam, à qua transisse ad Hollandi Principis jus in loco beneficii annotatum legitur.* En quam dissentanea! Fatetur *Junius* tempore Othonis primi hæc facta, cum diploma, quod affert, trecentis annis posterius sit, & Comitem nomine *Florentium*, qui Othonis primi ævo, quo tandem *Junius* abit, esse nullus potuit. Sed ut videas Juniana isthæc è fabulis assumpta, esseque tanti viri μνημονικὸν sphalma, præsertim cum nusquam cohæreant, seque ipsa evertant, operæ est pretium adscribere ac repetere, quæ idem *Junius* jam ante scripserat *p.* 28. ejusdem suæ Bataviæ, item *p.* 191. ista scilicet: *Dicam tamen quod sentio, si ulli fuere inter Bataviæ populos* Chauci, *ut à* Plinio *commemorantur, eos Goilandiam tenuisse, olimque Couclandos, velut ditionis Caucorum incolas, deinde paulatim senio linguæ Goilandios transnominatos crediderim.* Quibus positis verbum non amplius addo, teque valere ac salvere jubeo. Dab. raptim Hardervici xv. Septembr. 1634.

EPIST. XII.

IDEM

Viro Clariss. Joh. Frederico Gronovio S.

Cyprianus emendatus.

Ornatissime Gronovi, Quod tardius respondeam ad tuas non unam adferre causam possem, sed referre singulas lon-

longius foret. Illud interim certum habe, nullam hic aut negligentiam aut oblivionem tui fuisse, sed omne hoc ad me aut mea tam publica quam privata referendum negotia, & ea excusare merito, siquid hic culpæ sit, nullus ambigam. Cyprianus meus MS. vellem esset in Musæo aut manibus tuis, sed nautis concedere, quamvis de eorum fide non est magnopere quod querar, tamen metuo, & nosti illud, ** *Frangere dum metuo, frango crystallina.* Ipsemet ante brumam venturum Amsterodamum me credo, & fortassis opinione citius. Nota tua, qnam misisti, ad eundem Cyprianum, placet. Inveniesque *epist.* VII. *lib.* 2. quod eam oppido firmet, illud nimirum: *nec non etiam contra illos, qui illicitis sacrificiis manus suas & ora polluceant, pollutis ante mentibus propriis, unde etiam sunt ipsæ manus atque ora polluta.* Sed & eadem epistola, quod proxime legitur; *& nisi vos severitatis eversa fidei majestate dissolvere*, quid in eo sani est? Scies egregie id olim emaculatum ab erudita quadam virgine Clariss. viri Th. Mori filia legendo, *& nervos severitatis eversa fidei majestate dissolvere.* De qua emendatione an tibi constet, ubi intellexero, fortasse plura. Hoc interim rogatum te habeam, ut me doceas, num ad manus tibi sit, qui nuper Parisiis prodiit, Rigaltii Tertullianus. De eo ubi certior ex te ero, volente Deo, uberius. Interim quam feliciter vale. Hardervici 21. Octobr. 1634.

EPIST. XIII.

IDEM.

Viro Clariss. Claudio Salmasio. S.

De libello quodam Pontani. De voce Gallica Coet.

PRæstantissime Salmasi, Gaudeo superioribus diebus occasionem datam mihi non salutandi modo te, sed & aditum simul patefactum ad contrahendum propiorem inter nos amicitiæ

** Ex Martial. Lib. 14. Apophoret. Epigr. 109.
Frangere dum metuis, franges crystallina: peccant
Secura nimium sollicitaque manus.

citiæ nexum, idque auſpiciis inque ædibus viri oppido Clariſſimi nobiſque amiciſſimi Voſſii noſtri. Ego ſane eum diem candido ſignandum lapillo puto, ſemperque charum habebo. Et hoc ut teſter firmemque velim eſſe hanc chartam manumque meam veluti ſyngrapham. Cui adjunxi epiſtolam iſtam meam typis hic deſcriptam occaſione Præfationis Jeſuitaſtri cujuſdam, qui, ut nuper alter ille, in me meumque Amſterodamum plures ante annos evulgatum ex tranſverſo incurrendum ſibi putavit. Paucis quidem ille, & ut ſolet id hominum genus, vellicatim ac deſultorie, nunc hoc nunc illud carpendo, plurimumque æſtuans, nec quicquam tamen, quod rem ſpectet, eloquendo, ut ſepia ſe occultat, elabique ſtudet. Nos prehendere tamen hominem anniſi ſumus, & iſtis pagellis, quantum pro tempore licuit, reſponſum illi reddimus. Sed de eo tuum aliorumque judicium eſto. Res enim publica eſt. Dum vero hic ſumus, mi Salmaſi, plurimum te amo, ut locum indices authoris illius, de quo inter prandendum in menſa Dn. Voſſii injiciebas, qui porculum ſive porcellum lingua Gallica nominari tradit *Coet*, ſive *Coeten*, aut ſimili modo. Excidit enim, ut & liber & auctor ille inter Latinos medicos, quem nominabas. Rogoque, ne grave ſit, hacque egregia obſervatione amicitiam hanc noſtram inities, meque poſtliminio hoc doceas. Hardervic. IV. Kal. Novembr. 1634.

EPIST. XIV.

PETRUS SCRIVERIUS

Iſacio ſuo

S. P. D.

Judicium de Heda. De Junii Batavia. Divæi Auſtraſia. Anonymi Amſtelodamum.

HEri literas tuas accepi. Per quem eæ traditæ ſint ignoro. Hoc die miſit ad me *Raphelengius*, num quid ad te vellem. Quamquam occupatus eram, & nihil fere erat, de quo ad te ſcribe-

ſcriberem, tamen oblatam illam bellam occaſionem præterlabi paſſus ſum. Eam itaque illico arripui, & ſimul calamum, qui hæc ſumma cum feſtinatione. De *Hedæ* loco curatius, quam nuper feci, ad te ſcribere non poſſum. Fugit te, quod alicujus Regis Francici diploma eſſe tibi perſuadeas. Non eſt. Quare annum Chriſti, quo *Commemoratio* iſta inſtituta eſt, aut ſignata, non eſt, quod temere apud Hedam quæras. Nec ſcio, an alibi in Archivis Trajectenſibus exſtet. Quare hoc ſimus Catone contenti. Monui nuper eam inſertam ab Heda elogio Epiſcopi Odilbaldi, cujus annum emortualem adjeci, & quædam alia, quæ ad rem putabam pertinere. Junii Bataviam quando prælo traditurus ſim, adhuc incertum. Raphelengii præla omnia occupata ſunt, neque ego adhuc paratus ſum. Colligam Deo volente hac hyeme, & tua, quæ humaniſſime offers, adjungam, purpuram videlicet panno meo. Hoc age, & communica primo otio, quod obnixe te rogo. Communicabis autem imputaturo amico ſine dolo. Nihil typographo traditurus ſum, priuſquam omnia mea abſolvero. Non enim libenter currente prælo, quod nuper feci, tumultuarie & temere quidpiam chartis illinerem. Auctores, quod te velle video, nullos adjiciam. *Heda* quidem ſcriptor luce digniſſimus, ſed ei in *Batavia Junii* vix locus: & auctor ille peculiarem habet difficultatem: de quo aliquando coram, aut alias per otium: nunc propero. De Animadverſionibus meis & Obſervationibus in *Junium*, etiam coram. *Divæi* Auſtraſiam, & alia multa ejuſdem ſcripta, ſunt, qui promittant, quos & literis monui, ut dicta factis cohoneſtarent. Nihil dum tamen ejus viri prodiit, quod ſciam. Anonymi illud ſcriptum de *Amſterodamo*, quod penes te eſſe conſtat, quid diutius mihi invides? Nequaquam invidebo ais. Atqui quare id non primo ſtatim tempore miſſum fuit? Sane oportuit, vel illud ipſum exemplar Domini *ten Grotenbuyſen*. Utique quum interim oblati ſint homines bene certi, per quos mitteres, bona fide remittendum. Hoc age, niſi me totum in fermento eſſe velis, nunc quidem non modice iratum, ſed & triſtem in funere filioli tui, qui tibi unicus erat, niſi fallor. Vale XII. Novembr. CIↃ. IↃC. IX.

EPIST. XV.

PETRUS SCRIVERIUS

Johanni Isacio suo S.

De Itinerario Pontani. Alia quædam.

HOdie mane allatus est tandem fasciculus iste librorum, qui nunc recta ad te. In eo est Cosmographia *Merulæ*, *Notitia* imperii, Observationes *Schenckii*, & *Plautus Taubmanni*, in cujus Commentario multa tui mentio. Videbis, quid sit, & judicium tuum perscribes. Suevicos scriptores, quam primum Lugdunum venero mittam. *Apulejum Wouwerii* non exspectabis frustra. Necdum enim prodiit, quod sciam, nisi post discessum meum allatus sit. Nam se alios libros exspectare dictitant librarii nostri. Itinerarii tui specimen à te mendis, quibus scatebat, magna ex parte liberatum vidi. Atque obiter etiam post censuram tuam percurri, & non pauca item operarum menda sustuli. Unum quoque Isacii mei inveni. Dicis in descriptione Nemausi:

Quid memorabo aras? quid tot monumenta vetusta
Sculpta notis? queis nunc obscura memoria rerum
Clara per annales antiquaque scripta relucet.

Medius horum versuum aperte peccat in legem Pediam quem quomodo emendari velis prima occasione significabis. Alias ego aliud quid substituam. Quod tamen per te ipsum fieri malim. Ne sincerum vas incrustasse dicar forsitan. Cras, volente Deo, Lugdunum ad Musas meas proficiscar, & mecum Itinerarium tuum, quod in illud tempus servavi ob hoc mendum imprudenter à te commissum scilicet. Alioquin hodie præmisissem. Heinsium nostrum *Crepundiis* suis ad *Silium* in eodem luto hæsisse memini, admonitumque à me correxisse. Idem ut facias te etiam atque etiam rogo, mi Isaci. Salveat iterum optimus doctissimusque Thysius. Scribebam Amstero-

roda-

rodami animo & calamo ut vides festinantissimo, xv. Novembr. CIↃ. IↃC. V.

EPIST. XVI.

IDEM

V. CL. Jo. Isacio Pontano S.

De Catalogo librorum Commelinianorum.

ISaci mellitissime, Octiduum est, & quod excurrit, ex quo literæ tuæ per Brinckium allatæ una cum librorum fasciculo mihi traditæ sunt. Nihil dum interea temporis, quod ad te scriberem, aut mitterem,, occurrit, nisi forte hunc librorum *Commelinianorum* Catalogum', quem nuper concinnabam, dignum existimes, quem inspicias, enotesque obiter quos emi tibi libros velis. Poteris & si videbitur cum Thysio communicare, eumque meo nomine quam officiosissime salutare. Et si quid ad vos super exercitu nostro novi adferatur, quod nos dum hic sumus (erimus autem sex septem diebus proximis) recreaturum putes, quæso, communica. Vale cum suavissima uxorcula. Mea ut & Pater meus te salutant. Scripsi Amsterodami xv. Septemb. CIↃ. IↃC. V.

Sed heus! Indicem in *Itinerarium* tuum, & siqua alia quando habebimus? Rogat idem me typographus, cui hæc cessatio non est ex animi sententia.

EPIST. XVII.

V. CL. Johanni Isacio Pontano

CONSTANTINUS l'EMPEREUR

ab Opwyck S.

Successor quæritur Hardervici in locum Hoeingii.

VIr Celeberrime, Binas à te accepi literas, quibus illud de genero tuo, quod petieram indicabas. In secundis theses, de quibus inter nos egeramus, addebas. Quas remitto,

to, quia easdem aliunde accepi. Nihil rescribendum erat, quandoquidem nondum quicquam certi habebam, sicuti ne nunc quidem. Lente id & caute agendum est. Postea librum tuum de mari libero transmisisti. Me non statim debitas egisse gratias, cum & meæ famæ ibidem studiosus fueris, mirari nolito: quandoquidem amicis Hardervicenis coram salutandis deliberabam. Sed gratiis pro beneficio & dono actis ad tertias accedo literas, quibus evestigio responsum petis. De successore viri præstantissimi *S. Hoeingii* satagitis: & virum & idoneum indicari vultis, qui & authoritate & eruditione prædecessoris desiderium minuere possit. Sunt complures, qui istam provinciam, quam alter dereliquit morte ereptus, libenter susciperent, verum duos præ cæteris novi familiariter, adeo ut de ipsis certius testari possim. Unus est Conrector Alcmarianus, quem in Græcis & Logicis versatum scio, sed vereor ut Alcmariani eum dimittant. Etenim ob pietatem, humilitatem animi, benignitatem, in docendo dexteritatem singularem, aliasque dotes, illis est gratissimus. Sed quid tentare nocebit? Alter est raræ eruditionis & in Philosophia & Græcis literis inprimis eminet. Sed nomen adhuc supprimo, donec cum eo familiarius egero. Si enim ab eo abhorreret, nomen etiam reticeri vellet. Ego intra paucos dies cum eo negotium communicabo. Interim vobis omnibus permaneo addictissimus *C. L'Empereur ab Opwyck*. Lugd. Bat. 4. Aug. ann. partæ salutis 1635.

EPIST. XVIII.

ISACIUS SCRIVERIO

Suo S. P. D.

Ubi olim Mattiaci. De Goldasti Collectaneis de cultu imaginum.

Acceptissimæ fuerunt, quæ diebus superioribus una cum librorum fasciculo ad nos transmisisti literas. Petitionibus autem tuis, quod in totum minus respondeam, varias adferre causas possum, sed omnes extra me positas. Nam primo manuscriptum illud Chronicon sancte mihi concreditum, nec nisi ad dominos rediturum promisi. Amplissimus quoque *Sandius* eadem

Digitized by Google

eadem lege obſtringitur, quatenus Codex non privati hominis, ſed publicus eſt. Ipſum vero Sandium brevi hic exſpectari intelligo, atque ita præſens præſentem conveniam, tuique voti certiorem reddam. Aquilium aliunde commodatum Brinckius penes ſe nunc non habet, ſed ante menſes aliquot poſſeſſori reddiderat jam alibi commoranti. Spem interea facit per literas ab eodem ſe repetiturum. Nunc ergo Trajectenſem hiſtoriolam ſolam mittimus, ſi forte illa tibi uſui eſſe poſſit, quod omnino confido. Nam ut ille dicebat; nullus liber tam malus, quin aliquid boni contineat. De *Arborichis* Procopii cogitabo. *Mattiacos* quod eſſe partem *Bataviæ* aut vicinam *Bataviæ* exiſtimas, quia Tacitus dixit in eodem cum Batavis obſequio degere, non neceſſario concluditur. Nam in eodem obſequio fuiſſe vult, ſed, ut addit, in ſua ripa. Nihil autem certius, quam ex adverſo Moguntiæ ultra Rhenum egiſſe, quomodo ex Ammiani præclaro loco in *Originibus* noſtris *cap.* 6. oſtendi. Et Mattiacorum coloniam non minus in Zelandiam & vicinam Bataviam ac reliquorum *Cattorum* tranſmiſſam nullus dubito. Feci & Martialis tui ibi mentionem, præſertim quia *Mattiacas* pilas eaſdem facit cum ſpuma illa cauſtica, quæ Theutonicos capillos irrufat. At tu etiam *ſpumam* non *cauſticam* ſed *Batavam* eidem nominatam videris innuere, non addito tamen ** epigrammatis loco, quod optaſſem. Non enim nunc occurrit. *Divæi* libellum de Auſtraſia, quem eſſe penes amicos nuper indicaſti, quæſo te, urge ut lucem aſpiciat, typiſque quam primum deſcribatur. Dignus erit ille poſthumus, cujus Lucina clueas. Thyſius noſter *Goldaſti* de imaginum cultu collectanea avide & uno impetu ſtatim percurrit. Sunt fere eadem illa, quæ ipſemet jam diu parata habuit, qui tamen & alia plura præterea addidiſſet, Synodi Francofurtenſis canones, & reliqua, quæ conqueritur *Goldaſtus* ſe reperire adhuc nequiiſſe. In notis etiam Goldaſti ait eſſe, quæ animadverſione digna ſunt. Nam tenuia nonnulla intercurrunt, nonnulla etiam dubia & falſa, quæ adferri plerumque ſolent adverſus imaginum cultum, cum ejuſmodi amentatis haſtis haud opus ſit, præſertim apud Pontificios, qui calumniandi anſam inde aucupantur, quaſi undequaque nos aurulas omnes captemus ad rei defenſionem,

Ubi hodie thermæ *Weisbadenſes* aliæque etiam *Badenſes* ſunt ſuperius juxta Argentoratum ſitæ. Et aliæ inſuper *Badenſes* in Helvetiis.

** Vide Martial. Lib. 8. Epigr. 33. vers. 20.

nem quæ alias per se perspicua satis est, & argumentis nititur extra omnem controversiam positis. Auctor fui Dno Thysio, ut Appendicem adjiceret *Goldasti Collectaneis* una cum *Notis & Animadversionibus* tam in ipsum *Goldastum* quam *Decreta* illa *Imperatoria*. De quo quid censeas intelligere desideramus. Addidit sane schedam ipse Thysius, ut locum istum cum cura inspectum explicatumque per te habere quam citissime possit. *Grutero* nostro ante elapsas nundinas serio scripseram super instituto isto de *Rebus & Originibus Francicis*, sed nihil rescripsisse comperio, cum alias in isto genere semper impigrum atque alacrem expertus sim. Tu si forte ad eum, quæso meo nomine aurem illi vellas. *Brinckius* noster, qui Trajectensem hanc, cujus memini, tibi historiolam transmittit, amice interim petit, ut pergas in emaculanda veteri Batavia, & si forte nunc excusa sit, exemplum communices, simulque resalutat una cum Thysio quam diligentissime. Vale Hardervici 20. Decembr.

EPIST. XIX.

V. CL. Petro Scriverio

JO. ISACIUS PONTANUS Sal.

Tuceta. Casnar.

OBlata per Brinckium nostrum occasione cogor iterum de typothetis querelam tibi occinere. Nam ecce quos antea celeritatis nimiæ incusabam, nunc vice versa tarditatis arguendi, quamvis celeritatis illa nupera incusatio, animi magis gratia, quam quod ita serio sentirem, instituta fuerit. Illis enim componentibus pares esse scribendo meditandoque facile possumus, modo tempori commonefiamus. Nec in nobis adhuc desideratum aliquid magnopere conqueri eos posse puto. Quicquid tamen est per te certior fieri quam primum expeto, ut semel & serio universum hoc ad optatam metam deducamus. Indicem & cetera, quantum ex hisce pagellis fieri licuit, concinnare cœpi, ubi suppetent reliqua, brevi omnia absolvam & mittam. Velim etiam de Scaligero nostro quid sit expectandum verbulo subindices. Nam & ego inter Omissa duo etiamnum meminisse possum omnino non omittenda. Alterum est apud veterem

Digitized by Google

veterem Commentatorem Persii *Tuceta* scilicet. Alterum est *casnar* Labieni apud Quintilianum. Utrumque est obscurius & à re alienum, ut prius mihi visum: nunc succurrit, & capio. Tu siquid aliud insuper habes, communica & juva me. Dab. raptim Hardervici CIↃ. IↃC. VI. XXI. Aug. stil. vet. Aimonium, Francogalliam, Etymologum ecce hic simul remitto. Thysius te quam officiosissime salutat, & gratias habet pro Aimonio, & vicem repromittit. Salutabis etiam nostro nomine Baudium Heinsiumque.

E P I S T. X X.

I D E M

Eidem S. P.

Martialis an Cocus.

TErnario numero, Scriveri desideratissime, licet eximia semper à veteribus tributa potentia sit, nihil tamen ternis ad te ordine missis literis tuarum quicquam elicere valui. Quid ergo facturus? Desinerem, si in amicitiam nostram juris vel minimum haberet suspicio: sed cum eam taliaque amoveat atque arceat tua mihi semper perspecta probitas: ecce etiam quarto venio, & Pythagoreorum jurejurando, ὀ μὰ τὴν ἁμετέρα ψυχᾷ παράδοντα τετρακτὸν. Et ut illi hunc quasi ad animæ perfectionem vel maxime pertinentem numerum inter arcana venerabantur; ita tu nobis responsum aliquod absolutum signatumque terque quaterque rogatus perfice. Nec effice,

Ista etiam ut referat non felix charta repulsam.

Non jam illud, quod esse desiderii nostri caput non ignoras, de Typographia repetam. Nec etiam de Suevicis cantionem itero. Tantum quid exspectandum mihi de singulis, sicuti & de Cantico illo Canticorum unico verbo depropera, ut apud Commelinum si fortassis adhuc reperiam. Itinerarii nostri quod reliquum est contexui tandem, & sermone quodam verborum limari porro desiderat. Excitabit nunc anni remeans ver, &

tu præſertim Phœbeis tuis literis, quas avide exſpecto. Et tu interim quid agas, ** muſineris, exſpecto. Et quo progreſſus Martialis? Caſaubonus quidem ** in nuperis ad Lampridium notis *Cocum* fuiſſe perſuadere nobis vult, adducto, ut putat, forti tibicine Sarisberienſi. Tu ſi diſplicet pro ** *Coci* in Codice Lampridiano ** *quoque* ſubſtituas, & honorem Poetæ tui vindicaveris. Jam ergo ad ſingula tuas exſpecto, & ſiquid inſuper novi, quo capi nos putes, id quoque exſpecto. Vale Hardervici CIↃ. IↃC. V.

EPIS. XXI.

V. CL. Petro Scriverio

JO. ISACIUS PONTANUS Sal.

De Scioppii indole. Schonhovii diſſertatio de origine Francorum.

LAudo te, Scriveri, tandem aliquando in viam rediiſti. Et niſi feciſſes jam ecce tibi dicam ſcripturiebam, jam emiſſarios & nauticos circumſpiciebam, qui te fugitivum ſub ſigna reducerent. Sed iſta ſufficiunt & habeo confitentem reum. Operariis iſtis, ſeu tu potius mercenarios dici cupis, quod aſſiduis flagitiis aſſiſtas, & velut obtundas, nihil te novi facere intelligo. Nam illud hominum genus pro more ſuo moroſum eſt, & Arcadicum neſcio quid ſapit. Illud ſolum mihi moleſtum & ægre eſt te cauſa mea moleſtiis & tricis irretiri. Sed bene quod ominari meliora nunc incipis, & in totum de negotio ſuſcepto bene ſperare. Forte, ut Apulejanus ille, hominem nunc iſti reſumunt, & *redeunt in corpora ſenſus*. Ita auguror & fidem firmant decurſa apud vos Saturnalia. Sed omiſſis jocis quod alteram porro Appendicis noſtræ partem jam expetis, fiet. Verum quandoquidem in ea cum veteris tum hujus ævi Politicum ſtatum, & quomodo ad Romanos olim & viciſſim

** Plin. Præf. H. N. *Dum iſta (ut ait M. Varro) muſinamur &c.* Laurenbergius in Antiquario ibi legit *muginamur*; alii *muſſitamus.*

** Ad Ælii Lampridii Alexandrum. Cap. 38.

** Illud *Coci* duo Codices Palatini non habent, teſte Jano Grutero ad d. Cap. 38.

** Sic etiam legebat Meurſius teſte Grutero dicto loco.

ſim ab illis ad Gallos devolutum ſit Galliæ regimen ordine & breviter perſequar, valde vidiſſe atque inſpexiſſe prius geſtiam *Hotomanni Franco Galliam*, ne in eadem fortaſſis incurram neſcius. Nam & novam de Francorum Regibus obſervatiunculam aliaque obiter adjicio, quibus haud dubie commodare etiam poſſet illa Schoonhovii, ni fallor, de Francorum origine diſſertatio, quam aſſervari apud ſe manu deſcriptam commonet ad Jornandem humaniſſimus clariſſimuſque veſter *Vulcanius*. Quæ nec abſone etiam adjici connectique noſtris poſſit, niſi aliud illi conſilium. Tu quid fieri poſſit per occaſionem expiſcaberis. Interim *Franco-Galliam* vide ſi habere ac mittere poſſis, ſimulque ſpecimen ejus noſtri, quodcunque excuſum fuerit. Senecam, quem ais à Lipſio editum, nondum vidi, ſed valde cupio, ſicuti & Hiſtoricum illud opus, quod exiſtimem graviora promere, quam promittit leviculus titulus *Lovanium* & *Academia*. Quod ais *Apulejum* etiam *Wouweri* extare, & in eum paratam atque excuſam Auguſtæ Vindelicorum *Schoppii* cenſuram, non ſatis capio, quomodo adeo ex tempore id factum, quaſi ad ipſum ſolum delatus fuerit præteritis atque inſciis nobis. Idque eo magis, quod iſte, uti tu facete appellas, *Piſſivius*, in media Italia jam diu neglectus ignotuſque latuerit. Niſi forte ut Hunni olim & politi iſti Scythæ ad deſolandum vaſtandumque florentiſſimas regiones ex improviſo provolarunt; ſic & ille ad inſultandum confundendumque nunc optimarum literarum aſſertores ex inſidiis latibuliſque non expectatus proſiliat. Nam de Scaligero quod deinceps attexis, indignatus ſane ſum ineptum iſtum graculum, & Papalem caculam tantum ſibi juris & ſupercilii arrogare, ut etiam meritiſſimam illam maximi viri operam, & abſque qua fuiſſet vix ille vel balbutire valuiſſet, tam indignis modis proſtituat. Sed ita ſunt noſtri ordinis plerique homines.

Siquid recte feceris levior pluma eſt gratia:
Siquid peccatum eſt plumbeas iras gerunt.

Imo & iſti noſtri non gerunt modo, aut animo (ut illi Plautini divites) iras condunt, ſed ferociſſimis conviciis pleniſque plauſtris ſtolidiſſimum animi ſui jus atque virus in optimos quoſque idque publice profundunt. Unde & mihi ſæpius decretum

parcius aut omnino hoc ſtudiorum genus non attingere, ne dum omnia fecerim ipſemet quoque majorem laborem quam laudem inveniam. Retrahit nihilominus identidem illa occulti divina potentia fati, tum etiam ſpes æquiorum judiciorum, qui ſi non in ſingulis ſaltem quia in aliquibus magni hujus rei literariæ ædificii partibus redintegrandis officio non defuerimus juvandi conatum non improbabunt. Quod virtutis eſſe mihi conſtat, non eorum, qui illam, & quos illa fugit. Habes Scriveri, quod ad epiſtolæ tuæ ſingula lemmata libuit pleniuſcule reponere. Tu non deſines nos ſæpius ejuſmodi ſermonibus recreare. Hardervici x. Kal. Mart. 1606.

E P I S T. X X I I.

P E T R U S S C R I V E R I U S

Joh. Iſacio ſuo S. P. D.

Shonhovii diſſertatio de Francorum origine. De eadem diſſertatio Hermanni Comitis Nuenarii. Martialis Scriverii.

SI me hic ſuaviſſimis doctiſſimiſque tuis literis reſponſurum putes, aut magnum aliquid fortaſſis animo volvas, mi Iſaci, ſane falleris. Scribo enim hæc, ut dicit ille, ſtans pede in uno. Adſunt conſanguinei aliquot & affines, atque utinam adeſſent tantum! nunc totum me ſibi vindicant, ita ut vix otium ſit ſcalpendis, quod ajunt, auribus. Et ſane ni *Brinckius*, cui literas meas ſuperioribus diebus promiſi, hodie mane me de domuitione ſua monuiſſet, nec nunc etiam has ſubitas licet & inſubidas habuiſſes. Nam tempus illud quod iis exarandis impendi, id omne quanquam puſillum ſuffuratum ſibi queruntur amici: ſed querantur, ego nec futilitatis argui, nec tam bellam occaſionem omittere volui. Ad rem itaque ut veniam. Itinerarium tuum, ut Teucris illa apud Ciceronem, lentum profecto negotium eſt. Iterum ceſſant Marrucini illi aſini, ceſſabuntque totum adhuc octiduum. Sed poſt illud diligentem & abſque ullis feriis operam mihi pollicitus eſt ipſe *Baſſon*. Quare Iſaci mi noli animum deſpondere, ſed hoc quod reſtat favente Perſica aliquando.

quando perfice. Atque audin cura, ut extremo hoc mense habeam, aut saltem primo Aprili. Ne quum operæ serio pergunt, nos in mora simus. *Franco-Galliam Hotomanni*, quam videre aves, en tibi. Dissertationem eruditissimi *Schoonhovii* de origine Francorum impetrare ab Euclione tenacissimo minime potui. Hesterna adhuc die observato mollissimo fandi tempore perquam delenifice ea de re ipsum compellabam, totamque Suadam, aliis namque machinis in hoc negotio opus non erat, admovebam. Sed frustra. Dicebat se eam velle cum Amplissimo *Thuano* aut cum Clarissimo *Pithæo* per occasionem communicare. Addebat etiam eâ usum esse *Junium* nostrum, in cujus *Batavia* pene eadem de Francis *cap.* IX. Illo igitur Catone contentus age quod agis. Nisi inspicere velis, quod ego omnino è re tua futurum existimo, quæ de Francis scripsit *Flaccius Illyricus*, & pro eo adversus Bellarminum Franciscus Junius. Sed hæc vidisti forsan, & communicavit, uti arbitror, clarissimus Thysius. Exstat & de origine & sedibus priscorum Francorum *Commentariolus* seu Epistola *Hermanni* Comitis *Neunarii*. Edita aliquoties in Germania, & ante annos plus minus XX. Antverpiæ apud *Christophorum Plantinum* inter Auctores descriptionis utriusque Germaniæ. Quam vidisse te puto. Hæc Epistola quum brevis sit, neque illepida, neque invenusta, non incommode tuis forte adjici connectique possit. Tu vide; ego hic importunitate amicorum cœptum orationis filum cogor abrumpere. Non possum tamen vel invitis iis quin hic paucula attexam. Si illam, de qua modo loquebar, Epistolam non videris, indica & mittam, & si quibus aliis libris tibi opus erit, perlibenter tecum communicabo. Erunt procul dubio alia ejus farinæ scripta, quorum nomina homini curis innumeris occupato, prensationibusque importunis detento nunc non occurrunt. Vellem hic si liberum esset aliquid de *Marcilio* dicere, & Martiale Parisino, sed ut modo dixi vetant amici. De his itaque alias. Nunc finiam, si prius te per Musarum omnia sacra rogavero atque obsecravero, ne cum quoquam mortalium *Martialem* hunc meum, quem *Brinckio* tibi reddendum tradidi, communices. Ostendere quidem potes, sed ostendere tantum. Commodato autem alicui dare, vel etiam in exteras regiones amandare etiam atque etiam veto. Sed quid ego hæc apud te, quasi inter bonos

bene agier oportere nescias? *Martiali* notas *Gruteri* addidi, ut indidem conjecturas aliquot aurigante ingenio tuo depromeres aut eliceres. Hoc age & siqua felix sub manu tibi conjectura nascatur eam ad marginem libri annotare velis. Jam decretissimum est mihi Auctorem illum emittere, & cis paucos dies aggrediar *Notas* meas describere. In his si *Isacium* aliquoties legi cupis, da operam, Vir Præstantissime, & vale. Scripsi summa cum festinatione xv. Mart. CIϽ. IϽC. v.

Baronium, quod pene oblitus eram scribere, sartum tectum accepi. Adscribo homini clarissimo, Thysio inquam, amicissimam salutem. Idem facit Nassanus, qui vobis nuper Harderwici adfuit, nunc itineri accinctus magnam Britanniam & inde Galliam Allobrogesque suos cogitat. Deus Opt. Max. juvenem ad recta natum servet, atque incolumen ad suos reducat.

EPIST. XXIII.

MARCO ZUERIO BOXHORNIO

S. D.

JOH. ISACIUS PONTANUS.

Tacitus locis aliquot correctus in vita Agricolæ.

SCribis inter cetera, cognate ornatissime, in eo te esse, ut vitam Julii Agricolæ commentariis tuis illustratam publico dones, à me amice petens, ut si quid habeam, quod institutum id tuum juvare possit, candidus impertirer. Facis tu quidem quod soles, id est, magna tibi de me polliceris. Sed ea sunt tempora nunc mea, ut vacare antiquis illis & amatis olim studiis vix detur. Subitaneum & tumultuarium sit, nec dignum fortasse purgatioribus auribus, quod modo possumus. Ne tamen deessem tuo voto, oram mei Taciti, qui ad manus est, obiter inspexi repperique notata excerptaque, ex veteri Codice, quæ emendanda jam pridem clariss. Ursinus subindicaverat; & ea sane, quod miratus sum, ejusmodi, quæ neque Lipsio, neque Pichenæ, licet uterque Fulvio posterior fuerit, vel

vel visa vel animadversa. Nam laborare haud leviter in plerisque hic, & hunc & illum, hærereque deprehendo. Etenim quod legitur sub initium in editione Lipsiana: *Nam classis Othoniana licenter vaga, dum in Templo (Liguriæ pars est) hostiliter populatur*, id vetus Ursini codex non quidem per omnia emendatum depromit, ad veritatem tamen proxime ducit, dum legit: *Temelium (Liguriæ urbs est) hostiliter populatur.* Ubi *Temelium* est, quod *Tempsam* appellat Plinius *lib. 3. cap. 5.* qui Græcis *Temesam* appellari addit; ut facile hinc appareat, unde Tacito corruptum illud *Templo* obrepserit. A *Temesa* autem *æra Temesea* apud authores, & in his Ovidium, *qui 15. Metamorph. Temesæa metalla* dixit. Vide item Stephanum de *Urbib.* qui more Græcorum *Temesam* agnoscit. *Liguriæ* autem *urbem* lato modo Tacitus dixisse videtur, cum oppidum sit Brutiorum, quamvis & Plinius Apuliæ quoque Ligures tribuat *lib. 3. cap. 11.* Hinc illis verbis, *alternis manus centuriones, alternis vim & contumelias miscere*, quid involutius aut corruptius? At codex Ursini modo solvit legitque, immissa voce; *alternis manus centurionum, alterni servos vim & contumelias miscere.* Et quis id esse verum, idque velle authorem neget magnopere? Et statim, *Voadita generis regii fæmina*, est *Boudicea*, de qua iterum & prolixe Tacitus *libro Annal.* 14. De Hibernia ista, *melius aditus portusque per commercia & negotiatores cogniti*, in integrum restituit, monente Fulvio, Danesius legendo, *ejus aditus.* Et mox illa, *Vix monitis coercitum militem adhuc ratus*, ex eodem Ursino rescribo: *vix munimentis coercitum militem accendendum adhuc ratus.* Nec longe inde: *aut mores belli, aut causas debellandi*, lege *rebellandi*, quod ex Veneta quoque sua Pichenas attulit. Et iterum paulo post, *sed in nullum rei post usum*, palmaria est lectio veteris ejusdem Codicis Ursiniani, *sed in nullum reipublicæ usum*; sicuti & ea, quæ proxime subsequitur, *crebrius quam more principis per nuncios visentis*, ubi vulgo etiam Lipsii editiones, *principatus* pro *principis.* Et illud ultimo, quod licet corruptissimum Lipsius agnoscat, melius tamen, quod reponat, habere se negat, illud inquam, *Nos Maurici Rusticique visus, nos innocenti sanguine Senecio profudit.* Quid enim ibi *visus* vox? Cogitaveram quidem ego ad sensum non incommode, quod libri nostri ora indicat, legendum, *virtus*, pro *visus.* At Codex Ursini egregie rem aperit,

aperit, expeditque, faciendo : *Nos Mauricum Rusticumque divisimus.* Non enim uterque Mauricus Rusticusque per Domitianum mori jussus, sed Rusticus tantum : Mauricus, quod indicat Epistola quinta *lib.* 1. *Epistolarum* Plinius, in exilium actus sub Nerva rediit. Hæc erant, quæ hoc tempore suggerere opis nostræ fuit. Quibus si addas, quæ Rhenanus, quæ Lipsius, Pichenas, Gruterus, aliique, & ipse etiam conferre poteris, non dubito, quin ea vita Agricolæ sit futura mansuraque vitalis. Hardervici x. Cal. April. cIↃ IↃc xxxv.

EPIST. XXIV.

Cl. Viro D. ÆGIDIO GELENIO Canonico Coloniensi

JO. ISACIUS PONTANUS.

De S. Irmgarde Comitis Zutphaniensis filia.

Clarissime Vir,

Literis tuis humanissimis mihique oppido (præsertim quia de literis veterique historia agebant) pergratis respondi superioribus septimanis per tabellionem, qui statis diebus Amsterodamo Coloniam commeat. Easque recte tibi redditas, quamvis necdum acceperim, sperare tamen me facit fides eorum brevigerulorum, quæ apud omnes certa habetur. Quod repetendum ista occasione tibique significandum putavi, ut saltem de nostro officio constaret. Sed illis superioribus meis, cum id præcipue egerim, ut tibi tuæque, quam tum proponebas, quæstioni satisfacerem, nunc ut mihi eandem vicem tribuas, oro. Nam ex literis tuis, cum patere tibi archiva S. Pantaleonis intelligam, gratissimum feceris, si me docueris, quis ille, & quo nomine, quove patre genitus fuerit, qui S. Pantaleonis Abbas dicitur, ac frater fuisse divæ Irmgardis, Comitis Zutphaniensis filiæ, quæ Coloniæ ante annos circiter sexcentos devote agens Resæ oppidum ecclesiæ Coloniensi assignavit? Etenim de ea ejusque fratre ita Merssæus in catalogo Coloniensium

nienſium Archiepiſcoporum, anni æra non addita, ubi de Syfrido:

S. Irmgardis Comitis Sutphaniæ filia, omnia terrena ac caduca reſpuit, ut Chriſtum ejuſque regnum lucrifaceret. Defunctis parentibus, ipſa omnium bonorum hæres facta eſt, quæ ad Dei honorem pauperumque ſuſtentationem expendere cogitavit. Contulit ſe Coloniam, & ibi propter loci ſanctitatem ſummi templi habitationem elegit, & Chriſto in magna abſtinentia & humilitate devotiſſime cultum ſedulum præſtitit. Profecta eſt tertio Romam & caput S. Silveſtri Pontificis tranſtulit Coloniam. Rees oppidum eccleſiæ Colonienſi aſſignavit, & Suichtelen cum omnibus ſuis attinentiis monaſterio divi Pantaleonis, eo, quod illius conventus Abbas huic eſſet frater, donavit. Defuncta eſt plena bonis operibus, & Coloniæ in ſummo templo ejus corpus viſitur. Non eſt canonizata.

Hæc Merſſæus. Quæ ſane ejuſmodi ſunt, ſive Abbatem videamus, adeo illuſtri proſapia, ſive ejus ſororem Irmgardem, ea morum non tantum ſanctimonia, ſed in eccleſiam quoque Colonienſem ipſamque Coloniam ea liberalitate eoque affectu inſignem, quæ merito, vos teque vel maxime, præſulum veſtratium res exequentem, excitent, ut de utroque clariora omnia, & ea præcipue, quæ dixi, ex archivis illis, quæ apud vos ſunt, divi Pantaleonis, quam primum nanciſcamur. Hocque ut agas, meque proxima occaſione certiorem horum reddas iterum te iterumque rogo, vel hiſtoriæ noſtræ Gelricæ nomine. Quæ, ut ſperamus, lucem propediem videbit. His, mi Geleni, quam feliciſſime vale ſalveque ab eo, qui te colit æſtimatque. Harderv. Gelrorum III. Cal. Julii 1635.

EPIST. XXV.

IDEM

V. Cl. Stephano Stephanio. Soram.

De Papiæ Lexico. De Otfrido. De Willeramo. Procinctus quid.

EXcitaſti poſtliminio me literis tuis, mi Stephani, quas attulit non ſartor, quem putabas, ſed Amſtelodamo ad me

missas accepi. Ex iis, præter cetera, intelligo tibi post colloquia, de quibus antehac ad te scripsi, novum nunc laborem injunctum concinnandi nomenclatoris, qui verba omnium conjugationum serie Alphabetica, additis construendi variis modis, exhibeat. Laboris quidem Herculei, sed utilissimi id opus fuerit, si nimirum juventus uno quasi intuitu unaque opera non verba modo, sed vim simul ac regimen eorum discat. Papiæ lexicon, quod expetis, bibliotheca mea non habet, nec unquam vidisse memini. Tamen sæpe ejus mentionem apud me fecisse scio Johannem Lydium, ac promisisse novam ejus editionem post eam, quæ prodiit Venetiis anno Christi 1491. Non deero per occasionem tuo nomine, quid hujus sit, propius inquirere vel ex Lydio ipso. Interim dum Papiam desideras, ejus vicem tibi esto index vocum, qui subjicitur editioni Apuleianæ Elmenhorstii. Nam ibi Papias non paginas tantum, sed verba fere singula facit. Quod Otfridum spectat, est quidem apud me ille, sed beneficio magis alterius, quam proprie meus. Ab eo proximus est Walramus Abbas, ætate haud multo inferior, qui Canticum Canticorum versu Latino & lingua Theutonica, qualem tunc loquebantur, nobis dedit. Sed eum, utpote Leidæ typis Raphelengii excusum, tibi ad manum esse non dubito. Dum hæc scribo, in manus meas literæ tuæ venerunt, ante triennium circiter scriptæ. In iis, præter cetera, de quibus me monebas, in historia nostra Danica à te observatis, phrasim notabas, *procinctum movere*, *facere procinctum*, quasi novum nec lectum tibi. At *procinctus*, *us*, ut habent lexica, προβολή est, item παρασκευή, & id denique quicquid paratum est, & ipsa provisio, facta antequam aliquid fiat. Unde recte, ut mihi videtur, *movere procinctum*, *facere procinctum*, &, ut Plinius, *tendere ad procinctum* dicetur is, qui agere aliquid & exsequi constituit, quod animo jam ante conceptum habuit. Nec aliter *habere*, *stare*, *esse in procinctu*, accipiendum, quod itidem reperies. Quomodo & Aul. Gellius *lib.* 1. *cap.* 11. *Halyattes Rex fidicinas in procinctu habuit*. Et idem Gellius ibidem & alibi *lib.* 10. *cap.* 15. *classem procinctam* dicere veritus non est de classe armata & parata ad prælium. Nam de historia nostra Danica, quod ultimo quæris, ita habe: alterum, qui reliquus est tomus, subque incude sudat, constitui cum priori, sed typo minori excusum utrumque junctim dare, ut ita hic novus,

ille

ille innovatus habeatur; si & ita videbitur typographo: nec modum excedat libri moles. De quo proxime, aut alias, volente Deo, uberius, ut & de Gelrica, cujus adhuc nihil lucem vidit. Ceterum quæ addis nova; quæque interseris de regione vestrate borealiori,

—— quam frigore pigrum
Sidus, & æternæ premit inclementia brumæ,

placuere singula, sæpiusque ut talibus nos interpelles, rogo. Quod autem de insperato funere soceri tui deinde subdis, quem modo tu tuaque Thalia lugetis, triste fuit intelligere, & tristius ad aures meas accidisset, nisi senem obiisse, & eam mortalibus legem esse positam constaret, semel moriendi. Illum vitæ ver, hunc æstas; alium autumnus, alium ætatis bruma rapit.

—— ibimus omnes,
Ibimus; immensis urnam quatit Æacus umbris.

Hardervici Gelrorum ipsis Cal. Julii 1635.

EPIST. XXVI.

V. Cl. Gerardo Joanni Vossio,

JO. ISACIUS PONTANUS.

De loco quodam Catulli Puber, impuber, inuber, exuber.

PRiusquam ad studia mea operasque intermissas me referrem, domum cum Deo jam reversus, Vossi amicissime, id agebam, ut inspecto propius, quo me liberali manu donasti, Opere tuo *de arte Grammatica*, non modo verbis, quod coram factum, sed per literas quoque, quæ mentis nostræ judiciique esse interpretes præsentiores solent, tibi gratias redderem: idque dum ego, & loca illa, mihi præsenti monstrata, quibus me semel iterumque (antique hoc dicam, nec aliter accipi velim)

laudasti, anxius quæro, & iterum iterumque folia verto invertoque, nuspiam tamen, veluti fascinatus, reperire potui. Ad te igitur redeo, rogans mihi librum & pagg. obiter perscribas, in quibus hæc, oculos meos adeo pertinaciter fugientia, deprehendam. Et ne perfunctorie inspecta mihi, Addenda præsertim tua, in quibus exstare memoriæ inhæret, existimes, refero ad te locum, qui habetur in Addendis ad librum de Analogia, illum: *quanquam* de *impuber* res non satis *est aperta. Nuspiam enim me hoc legisse memini, nisi apud Grammaticos: quos Josephus Scaliger secutus* ** *in Galliambico Catulli, pro* mulier *contra omnes libros*, puber *reponit. Sed cum Grammatici nullum laudent authorem, ut aliud non esset, incerta foret Scaligeri conjectura.* At *puber*, *impuber* recto casu dici, licet minus usitate quam *pubes* & *impubes*, ostendunt non tam classicorum testimonia, quam quod reliquis in casibus creberrime utrumque usurpatur. Sic Sallustius **, *puberes omnes interfici jussit*, & Virgilius **, *puberibus caulem foliis.* Interim Scaligeri conjecturam locum ibi non habere recte à te monitum, & erit manifestius, modo integra Catulli verba videamus: *Ego puber*, *ego adolescens*, *ego ephebus*, *ego puer.* Nam *puber* & adolescens quid magnopere differunt? Unde jam olim, vivente adhuc nec contradicente Scaligero, in Notis meis Macrobianis **, ex ea, quam citas, manuscripta lectione, legendum conjeci, vix ulla literula mutante, *inuber.* Est autem *inuber*, infans ablactatus; ut est uberius monstratum nobis in Notis jam dictis, quo etiam sensu *exuberes* infantes accipiendos ostendit ad Festum ipse Scaliger. Agellius ** non absimili tropo *ostreas* dixit *inuberes.* Sed hæc obiter. Idque eum, ut dixi, in finem, ut quod petii, continuo à te impetrem, hoc est, ut, quæ indicavi loca, suis pagellis assignata prima occasione, ne diutius hæream meque torqueam, transmittas. Atque ita feliciter vive ac vale, mi Vossi, charorum charissime. Hardervici Gelrorum ipsis Non. Octobr. 1635.

** Vide Catull. Carm. de Berecynthia & Aty. 64. vers. 63.
** In bello Jugurth. pag. 83. Edit. in usum Delph.
** Æneid. Lib. 12. vers. 43.
** Pag. 662. Edit. Leidens. 1597. in 8. ** Lib. 20. Cap. 8.

EPIST.

EPIST. XXVII.

GER. JO. VOSSIUS Viro Clariss. Jo. Isacio Pontano S.

De eodem rursum Catulli loco. Inuber an ablactatus, an uberibus incubans.

DE Catulliani loci emendatione, optime & doctissime Pontane, ampliandum censeo. Legis apud Poëtam illum hoc pacto:

Ego inuber, ego adolescens, ego ephebus, ego puer.

Sane metrum non refragatur, quod Galliambicum est. Prima enim sede fuerit anapæstus, hinc tribrachys, quod interdum fit, hinc jambus, tum dactyli duo, inde anapæstus. Quæres, quid ergo assensum moretur? Nimirum illud, quod non censeam *inuberem* poni pro ablactato, sed notare macilentum, ut quod veniat ab *uber* adjectivo. Quare *uber* & *macer* pugnantia sunt. *Inuber* igitur idem ac *macer*, sed *inuberis* vox insolens. More suo ideo Gellius interpretationem subjecit, *Cum ostreæ*, inquit, *inuberes macræque essent*. Est hoc ab *uber adjectivo*. Ab *uber* autem substantivo mamma, non videtur *inuber* dici, sed solum sububer, pro ἐπιμασθίῳ, quod apud Isidorum, & fortasse etiam *exuber*, ut hoc Scaligero demus, qui ita putavit, nec Auctorem laudare possit suæ opinionis. Adhuc si ab *uber* substantivo veniret *inuber* non significaret ablactatum, sed sububerem, & quasi uberibus incubantem. Quomodo *inuber* & *exuber* contraria forent, illud ὑπομάζιον signet, hoc ἀπογάλακτον. Denique ut *inuber* aliquis post ἀπογαλακτισμὸν diceretur, fortasse ne sic quidem Catulliano illi loco satis conveniret. Neque enim Atys erat recens ablactatus, sed puer, ephebus, adolescens dici poterat. Imo cum in illis *adolescens*, *ephebus*, *puer*, quæ ordine ponit Catullus, decrescat oratio, elegantia Catulliana ...... Non ausim igitur *mulier* damnare, quod est in antiquis Codd. Etiam in editione, quæ Regii Lepidi anno prodiit CIↃ. CCCC. LXXXI. Sed *mulier* διασυλλάβως efferendum, ne claudicet metrum.

 Sen-

Sententia fuerit, mene nunc mulierem & eviratum esse, qui ante adolescens, & ephebus, & puer fui? Nec hoc scribo, quasi vehementer tuæ sententiæ refrager. Velim enim omnes conjecturas tuas esse certas, quod nulli tamen mortalium evenit. Et facilius veniam dabis paulum dissentienti. Quanquam ne ista quidem scripsi, quasi multum abeam, sed ut videas ad staminandam opinionem eam firmiori tibicine opus esse. Locus, de quo scripseras, est in primo de *Arte pag.* 7. uti alter *libr. de Constructione pag.* 244. Uterque infra virtutes tuas, quod alibi felicius præstabitur. Salutem multam imperties Consuli Amplissimo Brinckio, collegæ item Theologo Thysio. Amstelodami CIƆ. IƆC. XXXV. VII. Kal. Novemb.

F I N I S.

TESTAMENTORUM & EPISTOLARUM PERIOCHE.

I. *Mutuum conjugum Testamentum Gisberti Domini de Noordelose & Meynæ van Heemskerck Ann.* CIƆ. CCCC. XXXII.

II. *Testamentum Dn. Joannis de Wit Decani ecclesiæ S. Mariæ Trajectensis Ann.* CIƆ. CCCC. XXXIII.

III. *Testamentum Frederici uten Hamme Domini de Baersel Ann.* CIƆ. CCCC. XXXVIII.

IV. *Testamentum Joannæ Dominæ de Schagen. Ann.* CIƆ. IƆ. XLIII.

V. *Testamentum Arnoldi Domini de Sevenbergen. Ann.* CIƆ. CCCC. XLIII.

VI. *Vicariæ seu Capellaniæ SS. Martini & Antonii fundatio continens simul Testamentum Walteri Grauwert ecclesiæ S. Salvatoris Trajectens. Decani Ann.* CIƆ. CCCC. LV.

VII. *Duorum conjugum Testamentum in judicio Leydensi factum Ann.* CIƆ. CCCC. LXV.

VIII. *Testamentum Adriani de Borsselen, Domini de Brugdamme & Duvelant Ann.* CIƆ. CCCC. LXV.

IX. *Testamentum Arnoldi Domini de Sevenbergen Ann.* CIƆ. CCCC. LXXXIII.

X. *Testamentum D. Judoci de Winsen Ann.* CIƆ. CCCC. XCI.

XI. *Mu-*

XI. *Mutuum conjugum Testamentum Joannis Domini de Montfoort, & Wilhelminæ de Naeldwyck Ann.* CIↃ. CCCC. XCI.

XII. *Testamentum Stephani de Beest civis Trajectensis Ann.* CIↃ. CCCC. XCVI.

XIII. *Trium hominum codicilli actis publicis insinuati Ann.* CIↃ. IↃ. II.

XIV. *Testamentum Wilhelmæ Dominæ de Montfoort Ann.* CIↃ. IↃ. VI.

XV. *Excerptum ex Testamento Joannis Storck de Arnhem Ann.* CIↃ. IↃ. X.

XVI. *Laudum seu Sententia dicta ab arbitris de controversiis inter Justum Dominum de Montfoort, & Decanum Capitulumque de Oudmunster Traject. quæ continet etiam Testamentum Wilhelmi de Montfoort Præpositi Traject. Ann* CIↃ. IↃ. XI.

XVII. *Testamentum Doctoris Adriani Ram Præpositi Leydensis Ann.* CIↃ. IↃ. XVIII.

XVIII. *Testamentum Domini Joannis de Montfoort Ann.* CIↃ.IↃ.XXI.

XIX. *Testamentum Wilhelmi Draeck civis Antwerpiensis Ann.* CIↃ. IↃ. XX.

XX. *Mutuum conjugum Testamentum Joannis vander Does & Wilhelminæ van Schagen Ann.* CIↃ. IↃ. XXXVI.

XXI. *Aliud conjugum Testamentum quo mutuum invicem usumfructum relinquunt Ann.* CIↃ. IↃ. XCIII.

XXII. *Conjugum Testamentum coram judice in judicio factum in diœcesi.*

EPIST. I. *Observationes aliquot ad Satyram Sulpiciæ. Semper continue. Quamvis licet.* Γαςέρες ἀργαί. Pontani.

II. *De cœli ac terræ motu. De Antagonista Tychonis Brahe.* Ejusdem.

III. *Aliquot locis Arnobius emendatus.* Ejusdem.

IV. *Matre mortua an sua sponte vivus infans possit nasci & absque ulla sectione.* Ejusdem.

V. *De loco Samuelis 2. cap. 2. vers. 5. Pingues quinam.* Ejusdem.

VI. *De morte Ducis Holsatiæ filii Regis Daniæ Christiani* IV. Ejusdem.

VII. *De eadem.* Ejusdem.

VIII. *De Heda & Beka, aliisque.* Ejusdem.

IX. *An quis Gelriæ Dux unquam vivus in hostium venerit potestatem.* Ejusdem.

X. *Goylandiæ originatio. Olim Comitum Zutphaniensium. Plinius explicatur, lib. 4. cap. 15.*

XI. *Goylandiæ nomen an à Goedela, seu ut alii Godelenda, Abbatissa Altinensi. Hadriani Junii opinio.* Ejusdem. XII.

Digitized by Google

XII. *Cyprianus emendatus.* Ejusdem.
XIII. *De libello quodam Pontani. De voce Gallica Coet.* Ejusdem.
XIV. *Judicium de Heda. De Junii Batavia. Divæi Austrasia. Anonymi Amstelodamum.* P. Scriverii.
XV. *De Itinerario Pontani. Alia quædam.* P. Scriverii.
XVI. *De Catalogo librorum Commelinianorum.* Ejusdem.
XVII. *Successor quæritur Hardervici in locum Hoeingii*, Constantini l'Empereur.
XVIII. *Ubi olim Mattiaci. De Goldasti Collectaneis de cultu imaginum.* Pontani.
XIX. *Tuceta. Casnar.* Pontani.
XX. *Martialis an Cocus.* Ejusdem.
XXI. *De Scioppii indole. Schonbovii dissertatio de origine Francorum.* Ejusdem.
XXII. *Schonbovii dissertatio de origine Francorum. De eadem dissertatio Hermanni Comitis Nuenarii. Martialis Scriverii.* P. Scriverii.
XXIII. *Tacitus locis aliquot correctus in vita Agricolæ.* Pontani.
XXIV. *De S. Irmingarde Comitis Zutphaniensis filia.* Pontani.
XXV. *De Papiæ Lexico. De Otfrido. De Willeramo. Procinctus quid.* Ejusdem.
XXVI. *De loco quodam Catulli. Puber, impuber, inuber, exuber.* Ejusdem.
XXVII. *De eodem rursum loco. Inuber an ablactatus, an uberibus incubans.* Ger. Jo. Vossii.

Finis Tomi III. Analectorum Editionis prioris in 8.



HIC

HIC INCIPIT

ANTONII MATTHÆI

ANALECTORUM

TOMUS QUARTUS

PRIORIS EDITIONIS.

Digitized by Google

ILLUSTRI

NOBILISSIMO, ET AMPLISSIMO VIRO

D. HUBERTO ROSENBOOM,

TOPARCHÆ IN SGREVELSRECHT, SUPREMÆ BATAVORUM CURIÆ PRÆSIDI, ACADEMIÆ LUGDUNO BATAVÆ CURATORI DIGNISSIMO, CONCILII ECCLESIASTICI AUSTRALIS HOLLANDIÆ MODERATORI GRAVISSIMO,

Fausta omnia & felicia, valetudinem, decus, gloriam, & felicitatem perpetuam.

ILLUSTRIS & NOBILLISSIME VIR.



Tua in Rempublicam, in Academiam, in literas, & in omnes, qui profitentur eas, studium, affectus, & præclara prorsus merita eo me perpulerunt, ut paucis ausus te alloqui, & reverentiam testarer, quam Amplitudini tuæ debeo, & simul specimen ad te mitterem eorum, quæ acta à me superioribus feriis, dum incumbo in id totus, & pro virili contendo, ne eximia eorum opera, qui patriæ antiquitates ejusque historiam illustrarunt, tenebris hactenus adhuc obruta, æternum intercidant. Haud dubie id evenisset Auctori, quem mitto, & cujus admodum dubito an præter hoc ullum aliud exemplar alibi adhuc extet. Chronicon est, cujus auctor Willelmus monachus Egmondanus. Diu desideratum, sed neglectum hactenus ignotumque. Tanti tamen jam olim,

ut nisi mors occupasset ob pondus rei & magnitudinem in lucem fuerit emissurus vir acerrimi judicii *Petrus Scriverius*, ut scribit vir doctissimus, qui & opus minime id pœnitendum ait, Ger. Jo. Vossius *lib. 2. de histor. Latin.* Nec est, quod quis dubitet, quin Willelmus ejus Auctor, qui & vulgo, ut vocat Vossius, *Willelmus Procurator*. Prodit nomen, & quis fuerit, verbis expressis ipse: *Ego* inquit ad Annum 1330. *Willelmus Procurator ecclesiæ Egmondensis satis affui, ea quoque experientia didici.* Frequens olim nomen *Willelmus* æque ac *Joannes*. Nec id quisquam miretur. In Normanniam cum venisset Henricus Junior Rex Angliæ, indictis Comitiis, quæ prima ibi habuit, interfuit frequens nobilitas. Et ex his frequentissimi, quibus nomen *Willelmus*. Centum & decem ex his prandium sumpserunt in eodem conclavi. Nec alius admissus quisquam, quam cui nomen *Willelmus*. Et ejusdem tamen nominis erant alii adhuc plures, qui in aula cum Rege. Testem habeo locupletem, nequis fabulam putet; quod dico, Robertum de Monte ad Ann. 1172. *Et ut appareat*, inquit, *multitudo eorum, qui interfuerunt, cum Willelmus de Sancto Joanne Normanniæ Procurator, & Willelmus filius Hamonis Seneschallus Britanniæ, qui venerat cum Gaufrido duce Britanniæ domino suo, comederent in eadem camera, prohibuerunt, nequis miles comederet in eadem camera, qui non vocaretur Willelmus, exceptis plurimis aliis ejusdem nominis, qui comederunt in aula cum Rege. Procurator* agnomen est, desumptum ab officio, quo functus apud fratres. Ad lites an ad negotia, utrum dicas, non refert. Nam etsi lites non egit, quod factum olim à monachis visum vix vel auditum, procuravit tamen haud dubie, si forsan lite contendendum, & personam, quæ ageret, & necessarios ad id sumptus. Monasterio,

nasterio, quod notandum; & Procurator & Advocatus. Monachus Procurator. Advocatus vir illustris, in cujus potestate facultates & prædia monasterii universa. Spiritualia curabat Abbas. Temporalia Advocatus. Jurisdictio Advocato, non tantum civilis, verum etiam criminalis. Transmissa etiam in heredes, ut transmissa ab Egmondanis, quos Comites primus fecit Maximilianus Imperator, ut dixi alibi latius. Willelmus rei domesticæ, rei & monasterio & personis necessariæ, & propius ipsum monasterium tangentis procurator. Olim, ut ipse ait ad Ann. 1324. Capellanus in Brederode. *Anno*, inquit, CIↃ. CCC. XXIV. *Egmondensis ut nunc monachus, quondam in Brederode Capellanus, præsentem Cronicam à tumultu Comitis de Lone Christi gratia persecutus, eandem ejusdem ad præsens gratia horribilissima mundo materia* * *persequitur. A tumultu*, inquit, *Comitis de Lone.* Ab anno nimirum CIↃ. CC. VI. Præcedentia enim omnia non ipsius, sed alterius, ut integram haberet lector rerum gestarum seriem, suis tantum attexuit. Res est in aperto. Nec ipse id diffitetur. Nec alia in præcedentibus occurrunt verba, quam Auctoris, quo usus, incerti, sed & probi, & vetustissimi. Quem nec truncatum, nec mutilum, sed integrum præmisit suis, ne recisis quidem verbis, quibus is Chronicon ab Ann. DC. XLVII. ad sua usque tempora, ad Annum scilicet CIↃ. CC. VI. perductum clausit hujusmodi: *Ecce longam gestorum seriem qualicunque stilo exaravimus: alia præter hæc si forte supervenerint, quæ ad præsens negotium spectant, alterius executioni committimus.* Citra ullam controversiam ex Hollandis hic vetustissimus. Nec vetustior quisquam prodiit. Nomen siquis quærat id jam dixi incertum. Membranaceo tamen Codici, qui *Nicolai* olim de *Nova terra* Episcopi Harlemensis, ut notatum ad marginem,

* Videri posset legendum *persequor*; sed Codex habet *persequitur.*

jam autem meus, meo mihi ære non infeliciter comparatus, ad oram reperi ſic adſcriptum, ad verba ſcilicet, quæ jam retuli: *Huc uſque ſe extendit Chronicon MS. membranaceum Meerhoutani, indidemque major & melior pars iſtorum de verbo ad verbum imo ſyllabatim tranſcripta.* Ego autem cum ſcirem verba hæc quæ jam poſui, *Ecce*, ſcilicet, *longam geſtorum ſeriem* &c. à me lecta etiam apud Sweertium, poſtquam Sweertium inſpexi, deprehendi Anonymum, quem Sweertius edidit, & ſubjunxit inter ſcriptores Belgas Joanni à Leydis, eſſe illum ipſum, qui *Meerhoutanus* Nicolao, & quem Willelmus præmiſit ſuis. Non neceſſe eſt, ut diſputemus hic, aut rem trahamus in controverſiam. Adeat Sweertium, ſi quis dubitet. Evolvat, inſpiciat. Prorſus rem deprehendet, quemadmodum jam dixi. Pauca vitio librariorum, dum tranſcribunt, ut vulgo fit, (nam & aliis id paſſim accidit) mutata, adjecta, detracta. Cuncta alioquin eadem. Nec ovum ovo ſimilius. Unde & Codici, quem nactus ſum, cum deeſſet principium, impia quadam manu reciſis aliquot foliis, & reciſis uſque ad Ann. 1168. & quæ ad eum occurrunt verba, *de latibulis egreſſi Friſones vias, quibus erant redituri, occupaverant &c.* defectum hunc ſic ſupplevi ex eo, qui apud Sweertium, ut deſiderari jam nihil poſſit. Reliqua inter ſe contuli à verbis illis, *latibulis* &c. uſque ad Ann. CIↃ. CC. VI. Nec ſiquid aliter deprehendi in Sweertii quam in meo id ſilentio ſuppreſſi. Willelmum quod attinet hiatus in eo nullus, niſi ubi de ſcelere agit, quo periit in Italia Henricus VII. Imperator, ubi verba aliquot reperi aqua forti deleta, ſed non multa, & hæc tantum, quæ nomen ordinis continebant, cujus proditor membrum, à quo inter fidei ſacroſancta myſteria, porrecto toxico pro Chriſti ſanguine, Imperator confoſſus. Non de-

desunt, scio, qui totum id, quicquid de eo dicitur, merum ajunt figmentum, in fratrum invidiam, in Prædicatorum ordinis sparsum passim infamiam: non eum properata sed naturali extinctum morte, non insidiis, sed morbo. Sed præterquam quod confutavit invictis eos argumentis Martinus Difenbach vir Clarissimus singulari de eo edito, de morte scilicet Henrici VII. perquam erudito, & insigni tractatu, qui Francofurti jam dudum prodiit Ann. 1685. confutat etiam apertissime, qui jam prodit Willelmus, æqualis eorum temporum, & qui nec ira nec odio imbutus quicquam habet, cur veritati vim faciat. Unde & fidem meretur summam, & si aliud non esset, vel idcirco, ni fallor, quod quæ totum hoc negotium tangunt tractat tam accurate, ne minimis quidem circumstantiis, quæ ad rem attinent, prætermissis. Nec puto, si mentitus, toleraturos mendacium, qui una cum ipso in conventu tum fratres. Apertis canit tibiis, nec quicquam dissimulat, ne nomen quidem proditoris, quem fratrem vocat Bernardum, & nec scelus Papæ, nec Regis Franciæ, aliorumve, qui conscii, silentio transmittit. Parricidam impulsum pecuniæ magna vi verbis ait expressis. *Fuit*, inquit †, *tam multiplex, tamque varia per Prædicatorum claustra aureorum ad usum traditoris collectio, & singulorum promittentium per sigilla promissio, quod ille, per quem sub numero ponitur, mendax cunctis auditoribus diceretur.* Modum etiam non omittit, quo proditor tandem captus, quo extorta confessio, quo extinctus interiit. Sed nec Prædicatorum ordini, à quo scelus profectum, parcit. Ea ordinem illustrabant, aut potius proscindebant tum, detestanda propudia, ut extiterint non pauci hinc, qui quod ausi in Henricum ausi rursum immane nefas in successorem Ludovicum. Et hic à portentis his, & non nomi-

† ad Ann. 1313.

nominandis Joannis Papæ mancipiis, appetitus veneno. Rem ab aliis prætermissam, qui æqualis eorum temporum, non omittit Willelmus. *Et nota*, inquit, ad Ann. 1327. *quod Ludovicus iste more quondam Joannis Euangelistæ jam venena suscepisse dicitur, sed omne periculum absque læsione corporis per Christi gratiam evasisse. Qui cum Cumis existeret, adventumque soceri Comitis, videlicet Willelmi, summa diligentia exspectaret, ejus traditio binis facienda fratribus eorum tertio proditur, quibus etiam Mediolanensis Episcopus socius perhibetur &c. Quapropter tam Italiæ quam Germaniæ Principes Ludovicum quasi sub custodia deducentes ejus curam magis hactenus nituntur gerere; & ab illius præsentia non solum Jacobitas, sibi utique conscios, verum quoslibet mendicantium populos, cujuscunque etiam professionis fuerint, amovere.* Nemo loqui me putet durius, quod sceleris arguam etiam Papam, quod traducam ut parricidam, qui vulgo audit Sanctissimus, qui Vicarius Jesu Christi, & ut Deus in terris est, *c. satis evidenter dist.* 96. Et de quo vulgo id usurpatur

Papa stupor mundi, peragit qui maxima rerum,
Nec Deus es, nec homo, sed neuter es inter utrumque.

Nemo male id interpretetur. Non ego sum, qui id ausus. Arguerunt rei ipsi. Nec Willelmus dissimulat. De Bavari confessore, qui veneno injecto ollis conjecerat se in pedes, & jussu Bavari retractus cum confiteri primum nollet, *tandem*, inquit, ad Ann. 1327. *præceptis urgentibus Papalem, ut dicitur, subornationem prodidit, statimque receptis ferculis, propriis videlicet confectionibus, exspiravit.* An clarius quicquam? an evidentius? Affinis sceleri etiam Papa, nec excusat Willelmus. Vesaniam ejus, stultitiam, animi inpotentiam, & religionis

gionis contemptum, ut qui fautor paganorum paganos etiam & barbaros ſpe illectos promiſſiſque in Chriſtianos concitarit, traducit paſſim arguitque. *Et nota*, inquit ad Ann. 1329. *quod Joannes Papa Regi Boemiæ hanc infeſtationem procuraſſe dicitur, turbas quoque gentilium invitaſſe. Cujus ſimile filio Bauri, de Brandenburch videlicet Marcioni, anno præterito idem feciſſe traditur, & ut hac via Bauro noceat infidelibus ſe junxiſſe.* Difenbach ſi vidiſſet hæc, magnum optime ſe à dictis, addidiſſet adhuc pondus. Ea autem Willelmi virtus, ut veritatem profeſſus nec cœco quodam impetu ſacrificulis aut monachis ut obnoxius ſe addicat, vel in verba ipſorum juret, nec tanquam fuſcus Paparum aſſecla palpum obtrudat ulli. Liberi oris Willelmus, & quod rarum in monacho, nec monachis ſatis æquus, ubi vitiis obſeſſi, nec in Papis diſſimulans, ſi quid perperam ab iis actum. Certe nec vis, nec terror Papalis fulminis, nec quicquam aliud cohibuit, quo minus Johannem Papam, quem vigeſimum ſecundum dicunt, compararet Herodi. Cum paganos & barbaros excitaſſet Papa in Ludovicum, quod Marchiam Brandeburgenſem à ſe diris devotus tradidiſſet nihilominus filio ſuo Ludovico, Willelmus multis id cum enarraſſet, *Sic itaque*, tandem inquit, *Joannes Apoſtolicus Herodi hac parte ſimilis infinitos quaſi pueros perdidit, qui tamen Bavari filium ſicut nec Herodes Dominum trucidavit.* Invectus etiam in indulgentias, quas in gratiam Roberti Siciliæ Regis propoſuerat contra Henricum VII. Quem jam hoſtem judicatum proſcripſerat piorum cœtu. *Quas etiam indulgentias*, inquit, *per truncum pauperes conſequuntur. Audeo dicere, non Chriſti, ſed Roberti truncus in eccleſia conſtruitur, ut fidelium elemo-*

ſinis ad Roberti manus de trunco venientibus, & multiplicatis per ipſum ſtipendio pugnatoribus pars ſua Ghelfus videlicet tollatur, & Ghibellinus omni jure melior deſtruatur. Ecce, inquit, *caſum mirabilem omni quaſi juſtitia diſſidentem. Quid eſt enim fidelium elemoſinis credentem deſtruere, & in crucis cultores crucis ignominiam vindicare?* Exclamare etiam mox auſus:

Huic ſua dans trunco Sathanæ detur, precor, unco.

Nec abſtinuit ſe, poſtquam dixit hoc, aut intactum deinceps reliquit ulcus, eadem mox libertate & licentia in eos uſus, quorum ſimili pene fraude, qua perierat Henricus, Ludovicus etiam Bavarus circumventus cecidiſſet, ſi non ſemel iterumque delatis doli architectis adverſus vim & injuriam obfirmaſſet ſe fortius. Gratia ſit Deo, quod hæc ſalva adhuc habet Codex, nec cancellatum ex iis quicquam. Deleta ordinis tantum, ut dixi, mentio, ſed fruſtra & nequicquam. Plura enim occurrunt loca, quæ abunde eum manifeſtant. Verum nequid diſſimulem, hiatus integræ dein paginæ occurrit adhuc infra ** ad Ann. 1323. p. 208. paulo poſt verba hæc, *Eodem anno &c. Nota quod à tempore, cujus non extat memoria in partibus Oeſtfriſiæ gens erat perverſiſſima &c. à qua ut nunc divinæ bonitatis intuitu tanta pietas tantaque pacis tranquillitas concipitur &c.* Ubi utrum Dithmarſos, à quibus multum negotii vicinis factum ſatis conſtat, an alios innuat, non ſcio. Certum tamen quod apud gentem illam alta tum quies, & ſumma apud eos, ut ait Auctor, tranquillitas. Ad pacem etiam firmandam leges aliquot ab iis latas tum recenſet alius, quem habeo, ineditus adhuc ſcriptor, cujus

** Prope finem Anni 1323.

cujus verba ſunt ad Ann. 1323. *Anno*, inquit, CIↃ. CCC. XXIII. *Friſii Orientales & Occidentales, cum pacem colerent per totam Friſiam, conventum indixerunt Auricæ apud Upſtalbom, ubi de rebus & negotiis graviſſimis tractarent, & conſtituerent aliquot articulos, qui communi Friſiorum reipubl. utiles ac ſalutares eſſe poſſent &c.* Willelmus autem quo reſpiciat, ſiquis roget, vix ſcio & vix eſt ut divinem. Totum id quod mox ſcripſerat, etſi nec cauſa nec ratio apparet ulla, aqua forti confoſſum. Commendat autem Willelmus ſe, non quod ſcribat tantum diligenter, ſed quod ſcribat, quæ ſuo tempore, & quod quæ ſingulis annis geſta, & non tantum quæ in Hollandia hic, ſed quæ toto terrarum orbe. Vixit autem temporibus Joannis Hannonii, & Willelmi ejus filii, protractis Chronicis uſque ad Annum CIↃ. CCC. XX·XIII. monachus jam Egmondanus Ann. CIↃ. CCC. XXIV. ut ait ipſe ad eum Annum. Presbyter priuſquam monachus & Capellanus in Brederode. Meminit loci honorifice ad Ann. CIↃ. CCC. XXI. *Et quia ſicut beatus Paulus*, inquit, *ſuum officium, ſic Capellaniæ meæ locum, Brederode videlicet, duxi attollere, & modis omnibus honorare.* Unde & qua ætate ad ſcribendum acceſſerit conjectura haud difficilis. Presbyter enim nemo niſi annos natus triginta. *c. ſiquis. c. nemo. diſt.* 38. *c. epiſcopus. diſt.* 77. *cap.* 7. *ext. de elect. & elect, pot. nov.* 137. *cap.* 2. *Cod. can. eccleſ. univ. can.* 56. Ipſe autem cum jam monachus anno quarto & viceſimo ſupra milleſimum trecenteſimum manum demum admovit operi, ut ex eo patet, quod ipſe ait ad eum Ann. *Egmondenſis ut nunc monachus quondam in Brederode Capellanus, præſentem Cronicam &c.* Et iterum ad eund. *Inſuper quodam venerabili Pariſius ſtudente, &*

præfatos Nuncios cum ministris Papalibus intuente nobis transcribitur, quod præsentibus annotatur. Ad Ann. CIↃ. CCC. XXV. *multa*, inquit, *nobilitas, quæ per eosdem adducta fuerat, mortis imperium sentiebat, quorum* XX. *privata loco tumuli fossa excipit, ut nobis casu superveniens, atque dictorum cadavera intuens, explicavit.* Cæsorum sua memoria meminit ad Ann. 1302. *Cadunt tamen nostri memoria Dominus Godefridus frater Ducis Brabantiæ, & Dominus Johannes filius ut nunc Comitis Hollandiæ &c.* Edidisset Scriverius, si diutius vixisset, & edidisset cum Anonymo, quem publicavit jam Sweertius. Unice autem id dolendum, quod inviderunt nobis fata viri summi industriam. Nam quod ad Anonymum, exemplar habuit manuscriptum, & ut fidem facit Vossius libro quem dixi, mendis plurimis repurgatum. Sed quod jam nuspiam, ut opinor. Me autem quod attinet, feci quod potui. Descripsi ex Sweertio usque ad verba illa, *de latibulis egressi.* Ab his porro usque ad verba, *Anno* CIↃ. CC. VI. *postquam Willelmus Florentii &c.* ubi capiunt initium Willelmi verba, quæ alioquin cum verbis Anonymi sine ullo interstitio in meo sic connexa, ut discerni vix possint, secutus Codicis mei ductum exscripsi, quæ reperi, ad oram interim non omissis, quæ in Sweertii aliter quam in meo. Nec mentiar, si dicam non pauca esse apud Sweertium, quæ emendatius in meo, ut exempli tantum causa, quis est, qui diffitebitur, ubi est apud Sweertium, cum de cæsis loquitur à Frisiis, statim post verba illa, *de latibulis egressi* &c. *Corpora vero occisorum diversis confossa vulneribus ad divinam laudem relata &c.* quin in meo legatur rectius, *Egmundam ad tumulandum relata*, & pro *anni spectaculo*, si ad annum

redeas

redeas præcedentem, *agni spectaculo?* De ceteris non dicam.' Alia id genus multa, quæ cuilibet conferenti passim occurrent ultro. Notis obscuriora illustravi, ut potui, & ut exsolverem tandem promissi fidem, quam dedi tomo secundo, ** Prælectiones parentis mei ad titulos Codicis, qui sequuntur titulum de Pignor. & hypoth. adjeci, à XV. usque ad XXXVI. Et sunt quas habuit post emissum jam tractatum de Auctionibus, quem & passim hic citat. Nec mutavi ex eis quicquam, sed reliqui ut reperi. Adjeci etiam, ut lectorem invitaret varietas, Conclave Ultrajectinum, ex quo disci possunt non pauca, quæ vulgo adhuc ignorantur; à quinque olim Collegiis non datum tantum Antistitem, sed & Principem diœcesi, à juratis electum, electum non prius, quam sepultus decessor, diem simulac sepultus electioni præfixum, citatos ad eum omnes, quibus vox in Capitulo, quibus jus eligendi, exclusis excommunicatis, proscriptis, suspensis, præsentes ad domum, Notario ad eos misso, absentes per libellum, & valvis affixum, & candelabro in choro stanti, factam mane electionem, in domo Capitulari majoris ecclesiæ, missa prius decantata de Spiritu Sancto, fuisse modos eligendi seu vias tantum tres, scrutinii, compromissi, & Spiritus Sancti, tres item scrutatores, qui sua invicem prius vota, mox aliorum scrutati, scrutinii certum fuisse locum, ubi quisque secreto & seorsim adjuratus nominaret, quem vellet, temporis servato ordine, quo quisque allectus in clerum, votum dictum ab unoquoque, publicatam electionem collectis votis à Deca-

** Nos hasce Prælectiones Matthæi Patris de pignoribus subjunximus ejus prioribus in fine Tomi I. Analect. nostræ Edit.

Decano, & primum quidem in Capitulo, in oxali dein, quod ad chorum, coram populo universo, decantato mox hymno, *Te deum laudamus*, missos deinde ad electum, qui instrumento electionis oblato hortarentur, ut honorem susciperet, nec susceptum tamen statim, sed spatio sumpto ad deliberandum an expediret necne, ut & multa dein alia, quæ ex ipso instrumento quivis rectius cognoscet. Te autem Illustris & Nobilissime Vir, qui harum rerum consultissimus summam juris peritiam, quam omnes in te agnoscunt, ingenio, judicio, studiis humanitatis, & prudentia exornasti, & consessus eorum Præses, qui supremum in Hollandia causarum tribunal occupant, tot annos jam, quid probandum, laudandum, rejiciendum didicisti, censorem totius operis & æquissimum optavi arbitrum. Nec quisquam rectius, opinor, statuet, bene utrum an male, & utrum fecerim quid his edendis, quod sit operæ pretium. Tibi quicquid id tandem est totum dedico, confecro, bona spe nixus haud difficulter impetraturum me, ut æqua fronte id accipias. Vale Perillustris & Nobilissime Vir. Deus Opt. Max. tibi perpetim benedicat, te potenti sua dextra assiduus tueatur, validum florentemque Academiæ & bonis literis in multos annos adhuc servet. Faxit utinam ita Deus! Et ita Deum veneror, qui & sum & mansurus sum

Lugd. Batav.
XII. Kal. Decemb.
Ann. M. D. CC.

Nobilit. & Ampl. tuæ
devotissimus

ANTON. MATTHÆUS.

BENE-



BENEVOLO LECTORI

SALUTEM.

P*Atere ut verbo compellem te Lector erudite. Sine vitiis nemo nascitur. Nec quisquam tam felix, ut dum in lucem quicquam edit nullum sphalma committat. Id & alias expertus & nuper sum* ** *tomo tertio, cum quod literis ad Emonem de Hollandiæ dictur Comite, ejusque itinere in Palæstinam Florentio* IV. *adscripsi, quod patri ejus Wilhelmo adscribendum dein reperi. Et habebam tamen causam de Florentio id opinandi, dum non credidi Wilhelmum eo iterum navigasse, præsertim sub finem vitæ; quem legeram jam olim juvenem & fratre adhuc vivente Theoderico* VII. *eo militatum se contulisse adversus barbaros. Prodierat vix editio, cum in locum mox incidi Godefridi Monachi ad Ann.* 1217. *ubi & succincta est totius rei historia, & nomen Comitis utriusque & Hollandiæ & de Weda verbis extat hujusmodi:* Anno Dominicæ incarnationis CIↃ. CC. XVII. Andreas Rex Ungariæ, Lupoldus Dux Austriæ cum Episcopis & Comitibus, & copiosa multitudine signatorum mare transierunt. Item Wilhelmus Comes Hollandiæ & Georgius Comes de Wede, cum aliis cruce signatis Teutoniæ, ad terram Sanctam navigio proficisci desiderantibus, super unum de nobilioribus terræ fluviis fluvium Mosam congregati sunt apud Vlerdin-

** Vide Tom. 2. pag. 62. nostræ. Edit.

Digitized by Google

Vlerdinge. Quarto igitur Kal. Iunii prædicti peregrini ſe & ſua illi commendantes, cui eſt in veſtimento & femore ſcriptum, Rex Regum & Dominus dominantium, oppanſis velis læti mare conſcendunt. Sicque in pulcro comitatu ſulcantes æquora IV. Kal. Julii applicant in Anglia apud Dertmudin &c. *Ibidem aliud adhuc mendum quod quemadmodum irrepſerit, fateor, non ſatis ſcio. Pag.* 158. non minor utroque, tanquam conſubalternus & coæternus utrique: *Legendum* conſubſtantialis. *Præſens opus quod attinet, attendi ad ad id quantum potui, nec quod nullum tamen in eo mendum ſponderi plane à me poteſt. Erit tamen, ni fallor, levius, & quod non magni momenti. Pag.* 52. *pro* Ann. CIↃ. C. XXIV. *ſcribendum* Ann. CIↃ. C. XCIV. *Pag.* 77. *pro* filiam genuit quam avi nomine decoravit, *legendum* filium genuit, quem avi nomine &c. *Pag.* 80. *pro* conta Fredericum, contra Fredericum. *Pag.* 85. *pro* forti manu poſſideret, forti manu obſideret. *Aliud non eſt quod dicam. Tu quiſquis es vale.*

** Nos errata, de quibus Matthæus hic monet, ſingula ſuis locis emendavimus.

WIL-

Digitized by Google

WILLELMI CHRONICON
MONACHI,
ET
PROCURATORIS
EGMONDANI,

ab Ann. DC. XLVII. usque ad Ann.
CIↃ. CCC. XXXIII.

Quo & quæ contigerunt toto terrarum orbe, & sui inprimis temporis historiam persequitur.



NNO (1) Domini DC. XLVII. obiit *Pipinus* filius Carolomanni filii Lotharii Regis relinquens filium nomine Grimoaldum, & duas filias, *Gertrudem* virginem sanctam, & *Beggam*, quam Anchisus Dux egregius, filius S. Arnulphi Metensis Episcopi, duxit in uxorem, ex qua genuit *Pipinum* seniorem & Ducem.

DC. L. Itta relicta Pipini Nivellæ monasterium ædificat.

(1) Tres olim Pipini, ut dixi *lib.* 1. *de Nobilit. cap.* 28. Pipinus primus, cujus meminit hic, est Pipinus de Landis. *De Landis* à prædio, quod habebat, Landino prope opidum ac monasterium S. Trudonis, in quo & dicitur sepultus, translatis postea reliquiis in monasterium, quod Nivellis, ubi colitur inter Sanctos XII. Kal. Mart. Willibrord. Bosschaerts de *prim. vet. Fris. Apost. cap.* 37. Mabillon. *secul.* 2. *SS. ord. S. Bened.* ad *vit. S. Gertrud. pr.* Major domus sub Clothario II. quem Lotharium vocat Auctor, filio ejus Dagoberto, & Sigeberto Dagoberti filio, Regibus Francorum. Ad dignitatem hanc evectus Ann. DCXV. ut Bosschaerts *ibid.* Vita functus, ut idem Ann. DC. XLII. quamvis non neget extendi vitam

Digitized by Google

(1) DC. LXIV. Obiit S. Gertrudis.

DC. LXXXV. Anchisus Dux perimitur, (2) *Pipinus* filius ejus successit.

DC. XC. Sanctus *Willebrordus* tunc presbyter fuit, miræque sanctitatis vir Adelbertus. Confessor cum aliis decem de Brittannia

ab aliis, inter quos & Divæus, usque ad Ann. DC. XLVII. De potentissimis Austrasiorum ortum ait Aimoinus *lib.* 7. *hist. cap.* 20. *Erat in Regno ejus Pipinus de potentissimis Austrasiorum, familiaritati ejus inhærens, qui oderat improbos, nec se miscebat flagitiosis.* Idem loquens de Dagoberto *ibid. cap.* 19. *Usque ad id temporis consilio beati Arnulfi Metensis urbis Pontificis, nec non Pipini, in Regno Austrasiorum Majoris domus officium gerentis usus est.* Patrem habuit Carolomannum, quem obiisse ait Jodoc. Coccius *in Dagobert.* Ann. DC. XIV. matrem Ermengardem, uxorem Ittam, sororem S. Modoaldi Archiepiscopi Trevirensis. Divæ. *rer. Brabant lib.* 1. *pr.* Ex Itta religiosissima fœmina suscepit Grimoaldum, Gertrudem, & Beggam, insignes omnes pietate. Ex Begga ducta ab Anchiso, seu ut alii Ansegiso, filio S. † Arnulfi Mediomatricum seu Metensium Episcopi Pipinus prodiit secundus, qui & vulgo *Herstallus.* Herstallus castrum * ad Mosam non procul à Leodio. Rodulphus de Rivo apud Chapeavill. *hist. Leodiens. cap.* 9. *in pago Herstallio, quod vix medio milliari à Leodio distat.* Add. Jo. à Leidis *lib.* 1. *cap.* 20. Ex eo Carolus Martellus. Auctor ad Ann. 714. Ex Carolo Pipinus tertius, primus autem ejus generis Francorum Rex. Ita Stephanus Abbas Moisiacensis in vita S. Modoaldi Archiepiscopi Trevirensis & ex eo Baronius ad Ann. DC. XXXI.

(1) Obiisse ait Mabillonius in notis ad ejus vitam anno DC. LVIII. XV. Kal. April.

(2) Hic ‡ Pipinus Herstallus. Annal. Francor. Metens. pr. *Erat ei gloriosa genitrix, cunctis laudibus digna, nomine Begga, filia Pippini præcellentissimi quondam Principis, qui populum inter Carbonariam silvam,*

† Clotharii Regis filia Arnulfum ait ortum Henricus IV. Imperator *apolog. apud Freher. p.* 178. eumque, cum primum esset Major domus, Episcopum dein factum, citato Auctore veteri, quo id probet, cujus verba hæc: *Fuit quo eo tempore Major domus in palatio Clotharii Regis Arnulfus, vir (ut postmodum claruit) Deo amabilis, qui post seculi gloriam Christi se servitio subdens mirabilis in Episcopatu extitit.*

* Aliud olim ad Visurgim. Sed de eo non est sermo hic. Vid. Auctor. vitæ Karoli Magni. Chr. Fr. Paulin. ad Chron. Haxoriens. *p.* 24.

‡ Chron. Reicherspergr. ad Ann. DCC. III. *Pipinus Ansgisi filius obtinuit Regnum Francorum cum Regibus illi subjectis.*

Digitized by Google

tannia gente Anglorum in Gallias transeuntes ad Pipinum Francorum ducem pervenerunt.

DC. XCIV. Pipinus Dux Francorum *Ratbodum* Regem Frisonum bellando vicit, & eum sibi subjugavit, & S. Willebrordum à beato *Sergio* Papa Archiepiscopum consecratum illuc ad prædicandum verbum Dei Frisonibus direxit, qui sedem episcopalem in Trajecto inferiori, Christianitate crescente, primus obtinuit.

Sanctus *Adelbertus* in loco qui dicitur Egmonda, usque ad obitum suum apud quendam *Eggonem*, usque ad tempus Caroli bellicosi Ducis mansit, & totam regionem ad Christianam fidem ex magna parte perduxit, in eademque villa sepultus est. Super cujus sepulchrum fideles ecclesiam construxerunt, quam à Danis sæpius constat esse destructam. Dei præordinante cum providenti gratia inibi semper aliquis remansit, qui corpus honesti viri honeste servavit, nec mirum, si humanis honorabatur * exsequiis, qui inumeris miraculorum signis coruscabat.

* obsequiis.

DC. XCVI. Beda presbyter & monachus claret in Anglia.

DCC. XIV. Apud Francorum gentem *Pipinus* Dux obiit, cui Carolus filius ejus Dux bellicosus successit.

DCC. XVII. S. Bonifacius ex Anglia ortus à B. Gregorio Archiepiscopus consecratur.

DCC. XXVII. Ratbodus Dux Frisonum prædicanti † S. Wulframmo Senonum Archiepiscopo ad hoc pervenit, ut baptizandus unum pedem in sacrum fontem intingeret, sed percunctatus sanctum Antistitem, ubi major esset numerus Regum seu nobilium gentis Frisonum, in cœlesti regno, an in tartarea damnatione, audivit ab eo, quod antecessores sui, qui sine baptismo obierunt, damnationis suscepissent sententiam. Qui statim pedem à fonte retraxit, dicens se non posse carere consortio prædecessorum suorum, & cum parvo numero pauperum sedere in cœlesti regno.

† Videatur Auctor vitæ S. Vulfranni apud Henschenium to. 3. *SS. Mart.*

DCC. XXXVI. Obiit S. Willebrordus.

DCC. XLI. Obiit Carolus Dux bellicosus, & duo filii ejus Pipinus & Carolomannus succedunt.

DCC.

silvam, & Mosam fluvium, & usque ad Frisionum fines vastis limitibus babitantem justis legibus gubernabat, &c. *Prædicta autem matrona Begga repleta omni prudentia filium suum Pippinum cotidie salutaribus alloquiis ammonebat. &c.* Primi hic ergo nepos, ut fuit tertius secundi.

DCC. L. Pipinus authoritate & præcepto Zachariæ Papæ in Regem Francorum electus est, cum usque ad illud tempus tam ipse, quam nobilissimi progenitores sui, administrationem Regni sine regio nomine habuissent, (1) inunctusque est in Regem à S. Bonifacio Maguntinensi Archiepiscopo, Hilderico Rege deposito, qui ultimus de stirpe * *Maronigorum*, de quo Franci Reges creari solebant, regnavit. Qui Reges usque ad illud tempus nihil in se clarum præter inane Regis vocabulum referebant, cum opes & potentia Regni penes Palatii præfectos nobilissimos & potentissimos, qui Majores domus dicebantur, imperii † pertinebat, tenerentur: quod officium Pipinus & sui prædecessores usque ad hoc tempus administraverunt.

* Lege *Merovingorum.*

† deest *cura.* Sweert. Forte *ad quos imperii cura.*

DCC. LII. S. Bonifacius substituto sibi in sede Moguntina viro venerabili ‡ *Tullo* nomine in Episcopatu Trajectensi beato *Willebrordo* succedens, ad instandum prædicationibus, à Frisonibus cum multis gladio peremtus coronam martyrii adeptus est.

‡ Lege *Lullo.*

DCC.

(1) † Imo Stephanus Papa unxit. Anastasius Bibliothecarius in ejus vita, *Quia*, inquit, *tempus imminebat hyemale, idem Pipinus Rex eundem Sanctissimum Papam cum suis omnibus Parisius ad venerabile monasterium beati Dionysii ad habitandum pergere rogavit. Quo pervento & in eodem venerabili monasterio cum jam præfato Christi amantissimo Pipino conjungente, Domino annuente, post aliquantos dies idem Christianissimus Pipinus Rex ab eodem Sanctissimo Papa, Christi gratia, cum duobus filiis suis Reges uncti sunt Francorum.* Et quæ probatio adhuc fortior, ipsius Pipini nepos Ludovicus Imperator idem ait quod Anastasius in Epistola ad Hilduinum, quam habet Baronius ad Ann. 754. Nec quicquam tamen falsi hic. Quod fecit Bonifacius à Stephano repetitum. Chronicon Laurishamense: *Pippinus ex sententia Zachariæ Papæ, deposito Hilderico per beatum Bonifacium Moguntinæ sedis Archiepiscopum & martyrem ex Præfecto palatii in regiam dignitatem est unctus, ac postea per Stephanum Papam Apostolica auctoritate confirmatus.* Magnum Chronic. Belgic. *Pipinus fuit de authoritate & mandato ipsius Papæ per beatum Bonifacium Moguntinensem in Regem Francorum unctus, & postea per Stephanum Papam secundum unctionem regalem consecratus.* Casp. Sagittar. *antiquit. gentilism. & Christian. Thuring. lib.* 3. *cap.* 24. Addam locum insignem ex Chronico Reichersporgensi ad Ann. DCC. LII. Auctor ejus postquam dixerat ad Ann. 750. Pipinum unctum à Bonifacio addit mox ad d. Ann. 752. *Stephanus Papa in Francia manens Christi roboratus virtute inter celebrationem consecrationis & oblationem sacrificii unxit in Regem & confirmavit secundo sancta unctione Regem Pipinum & duos filios ejus &c.*

† Chron. Reichersperg. ad Ann. DCC. L.

DCC. LXVIII. Pipinus Rex Parisiis (1) obiit. Carolus filius ejus, qui cognominatus est (2) Pius, successit.

DCCC. XL. (3) Obiit Ludovicus Imperator.

DCCC. XLII. Lotharius, Ludovicus, & Carolus, qui dictus est Calvus, post dissensiones & bella, pace composita, Regnum patris sui æqua sorte inter se diviserunt. *Lotharius*, qui major natu erat, Regnum Romanorum, & totam Italiam, & partem Frisiæ Orientalis, totamque Franconiam obtinuit. *Ludovicus* Alemanniam, Thuringiam, Saxoniam, & (4) Maurorum, id est, Amnonum Regnum, atque Noritam possedit. *Carolus* vero medietatem Franciæ ab Occidente & totam Neustriam.

DCCC. LV. (5) Lotharius Imperator, filius Ludovici Pii, in

(1) VIII. Kal. Octobr. Annal. Bertinian. ad h. Ann.

(2) *Magnus* vulgo, non *Pius*.

(3) Annal. Bertiniani ad h. Ann. *Imperator vero à persequendo filio rediens correptus morbo in insula Rheni infra Maguntiam ad conspectum Ingelenheim Palatii sita* XII. *Kalendas Julii defunctus est.*

(4) An legendum *Baurorum*? Iidem Bauri qui Bavari. Passim enim Willelmus *Bavarum* vocat *Baurum*. Amnos hactenus quæsivi frustra. An *Amni* eorum pars? Certe occurrit interdum regio, quæ notior olim, quam hodie. Sic *Aman* quæ & ubi? Bajoariæ tamen juncta in Regni divisione, quæ facta est inter fratres & extat apud Pithæum, *Annal. Franc. in fin. Ad Bajuvariam, totam Toringiam, Ribuarias, Atoarias, Saxoniæ, Frisiæ, Ardennæ, Asbaniæ, Bragmenti, Franderes, Mempiscon, Medenenti, Aman &c.* An *Alemannorum*, quod & vero videtur propius, non *Amnorum* legendum?

(5) Mox postquam monachus etiam vita concessit, tribus filiis relictis, Ludovico, Lothario, Karolo. Imperium detulit Ludovico. Unde is passim Imperator. Annal. Metens. ad Ann. 855. *Anno Dominicæ incarnationis* DCCC. LV. *Lotharius convocatis primoribus Regni Imperium filiis suis divisit. Et Ludovico Italiam tradidit, eumque Imperatorem appellari fecit. Æquivoco vero suo, id est, Lothario, Regnum, quod ex suo nomine vocatur, concessit, Karolo autem, qui junior natu erat, Provinciæ Regnum largitus est. Dispositis itaque atque ordinatis Regni negotiis valedicens suis seculum reliquit, atque in Prumia monasterium veniens comam capitis deposuit, habituque sanctæ conversationis suscepto, in religionis professione diem clausit extremum* III. *Kal. Octobr.* Add. eosd. ad Ann. 867. *in fin.* Obiit Carolus Ann. 858. Lotharius Ann. 868. Ludovicus Ann. 874. ut Annal. Metens. Australes, aliique. Ut Fuldenses, aliique, Chron. Reichersperg. & ut sequetur mox Auctor noster Ann. 876.

in Prumia monachus efficitur. Ludovicus filius ejus imperio successit.

DCCC. LXIII. Carolus Rex Francorum, qui dictus est Calvus, filius Ludovici Pii, (1) contulit *Theodorico* primo Comiti Egmondam cum pratis, silvis, & aliis omnibus, quæ inter Suichardes Hagen, & (2) *Fortispat*, & *Kemnues* nunc posteri ejus possident.

DCCC. LXVII. Ludovicus Rex Alemanniæ filius (3) Lotharii Pii largitus est præfato Comiti Theodorico forestum *Walda* cum aliis rebus interveniente (4) *Hetimanna* Regina.

(5) DCCC. LXVI. Obiit Ludovicus Pius Imperator filius * Lotharii Imperatoris, cui successit *Carolus Calvus* ejus filius Rex Francorum, qui † *Friderico* Comiti primo Hollandiæ Egmondam cum pratis, silvis, & aliis omnibus, quæ inter *Sybichardeshage*, & *Fortispat*, & *Kummenum* posteri ejus possident.

(6) DCCC. LXXVII. Obiit Ludovicus Rex Alemannorum filius Lotharii ‡ Pii.

(7) DCCC. LXXVIII. Obiit Imperator: cujus temporibus monasterium Egmondense fundatum est à Theodorico prædicto

* Non *Lotharii* sed *Caroli*.

† Theoderico.

‡ Scribendum *Ludovici*.

(1) Quam vera hæc jam dixi ad *Annal. Egmondan. cap. 6.* & *lib. 1. de Nobilit. cap. 11.*

(2) In charta ipsa est, *Fortrapa & Kennem.*

(3) *Ludovici* scribendum, ut & *Wasda* non *Walda*. Sic enim diploma habes, quod est apud Miræum *Cod. piar. don. cap. 106. Wasda* Wasia est ut Miræus *ibid.* Diploma est Ann. DCCC. LXVIII.

(4) Diploma habet *Hemma*. Unde & emendandus Jo. à Leidis *lib. 6. hist. cap. 2.*

(5) Scribendum DCCC. LXXVI. & delendum illud *Pius*. Nam id avi cognomen.

(6) Videtur hic Ludovicus cum Ludovico confundi. Nam duo tum Ludovici. Lotharii filius Ludovicus Imperator Italiæ obiit anno quem dixi. Ludovicus Ludovici Pii filius Rex Alemannorum Ann. 876. Sic Annal. Fuldens. Bertiniani, Metenses. Sed sunt qui Lotharii filium Ludovicum eodem anno obiisse ajunt. Et hinc ea confusio.

(7) Carolus Calvus nimirum. Annal. Bertinian. obitum ejus ponunt ad Ann. præcedent. Ad quem de eo ita: *Carolus vero febre correptus pulverem bibit, quem sibi nimium dilectus ac credulus medicus suus Judæus nomine Sedecbias transmisit, ut ea potione à febre liberaretur, insanabili veneno hausto inter manus portantium transito monte perveniens*

dicto Comite sub præsule Trajectensis sedis Odilbaldo (1) sanctimonialibus ibidem ad serviendum Deo institutis. Iste *Theodericus* frater Walgeri vir erat valde gloriosus, Deoque per omnia carus, qui dignitatem Præfecturæ suscepit à Carolo Francorum Rege, & reliquias corporis beati *Adelberti*, ipso cuidam (2) sanctimoniali se revelante, in locum, ubi nunc à fidelibus venerantur, transtulit, in quo idem Comes cum uxore sua *Gena* nomine ligneam construxit ecclesiam, instituens ibi sanctimonialium vitam, offerensque Deo primitiva dona ad eundem locum, in *Foroula* (3) mansus 8. in *Alcmaer* mansus 2. in (4) *Caligem* medietatem totius possessionis persolventem singulis annis XIV. libras. Hic genuit filium *Theodoricum* nomine, & felici fine defunctus, sepultus cum conjuge in eodem monasterio.

(5) DCCC. LXXXII. Carolus † filius Ludovici in Imperatorem benedicitur.

(6) DCCC. LXXXIV. Carolus Imperator III. hujus nominis & dignitatis obiit. *Tocroltus* Comes Frisonum ab Arnulpho Rege Francorum quasdam res regiæ potestatis & juris in proprietatem suscepit.

DCCC. LXXXV. Theodoricus secundus Comes filius Theodorici primi Comitis interventu *Egberti* Archiepiscopi Trevirensis

† Carolus Calvus decessit Ann. 877. Carolus Crassus hic ergo.

veniens ad locum, qui Brios dicitur, misit pro Richilde, quæ erat apud Moriennam, ut ad eum veniret, sicut & fecit, & undecimo die post venenum haustum in vilissimo tugurio mortuus est II. *Nonas Octobris.*

(1) Ordinis S. Benedicti. Jo. à Leidis *Annal. Egmund. c.* 7.

(2) *Wilsit* seu *Wulsit*. Auctor vitæ S. Adalbert. *cap.* 13. Jo. à Leid. *dd. Annal. c.* 8.

(3) Mansus viro Teutonico dicitur *een Hoeff*. Jo. à Leid. *ibid. c.* 7.

(4) *Callinge* Jo. à Leid. *Ibid.*

(5) Imo anno DCCC. LXXXI. Annal. Metenses. *Anno Dominicæ incarnationis* DCCC. LXXXI. *Carolus de Alemannia egressus Longobardorum fines occupavit, ac in paucis diebus totam Italiam in deditionem accepit. Et Romam perveniens à Præsule Apostolicæ sedis Joanne & Senatu Romanorum favorabiliter exceptus cum magna gloria Imperator creatus est.* Et hic Carolus Crassus est.

(6) Imo Ann. 888. Annales Metenses: *Anno Dominicæ incarnationis* DCCC. LXXXVIII. *Carolus Imperator tertius hujus nominis & dignitatis obiit pridie Idus Januar. sepultusque est in Augea monasterio.*

Digitized by Google

fis & Theophanæ Imperatricis, matris Othonis Regis fuscepit in propriam hereditatem ab eodem Othone, quæcunque antecesfores fui habuerunt in beneficio. Idem *Theodoricus* fanctimoniales, quas pater ejus in Egmonda inftituerat, removens, monachorum vitam, quæ ufque hodie ibidem obfervatur, inftituit.

DCCC. XCIV. (1) Bruno ex Comite Abbas Cluniacum cœnobium conftruxit.

(2) DCCC. XCV. Guido, qui Italiam regebat, & Imperatoris nomine tenebat, moritur. Lambertus filius ejus Regnum obtinuit, & Romam veniens diadema Imperii à Præfule fedis Apoftolicæ fibi imponi fecit.

DCCC. XCVIII. Arnolphus Rex Francorum Romam veniens urbem cepit, & à Formofo Papa Imperator coronatur.

DCCCC. Obiit S. Odilbaldus Epifcopus Trajectenfis, cui fucceffit (3) Radbodus.

DCCCCI. Obiit Arnulphus Imperator, Ludovicus filius ejus in Regnum fucceffit.

(1)

(1) Scribendum *Benno* non *Bruno*. Vid. ej. vit. *in Bibliotb. Cluniacenf. pr.* Cœnobium habent Burgundi.

(2) Filius hic Lamberti Ducis Spoletani. Pulfo Italia Berengario, qui & ipfe Imperium ambiebat, ab Italis dictus Imperator, ut Ann. Metenfes, Ann. 888. Obiit non ut Auctor Ann. 895. fed anno qui præceffit, ut iidem Annales. Quo & ftatim poftquam obiit fucceffit filius Lambertus. Lambertum expulit Arnulfus creatus Romæ Imperator Ann. 896. ut Annal. Metenf. Contra ut Auctor, quem fequitur Hepidannus monachus S.Galli, Ann. 897. Filius hic Carolomanni, nepos autem Ludovici, fato functus Ann. 899. ut Annal. Metenf. ut Auctor Ann. 901. relicto filio Ludovico. Guilielm. de Nangis ad Ann. 887. & Annal. Metenf. ad d. Ann. 899. De Ludovico autem Hatto Archiepifcopus Moguntinus in charta, quæ adjecta eft Chronico Reicherfpergenf. *& quia timor magnus aderat, ne folidum Regnum in partes fe fcinderet, divino, ut credimus, inftinctu factum eft, ut filius fenioris noftri quamvis parviffimus communi confilio Principum & totius populi confenfu in Regem elevaretur.*

(3) Radoldum vocat perperam Regino ad Ann. 899. *Ea tempeftate Odilbaldus Sanctus vir Trajectenfis ecclefiæ Præful, rebus humanis fublatus, ad cœlefte Regnum tranfivit, in cujus loco fubrogatus eft Radoldus venerabilis antiftes.*

(1) DCCCC. XIV. Walgerus Comes, nepos Imperatoris, his diebus magnus habebatur.

DCCCC. XVI. Obiit Ratbodus Episcopus.

DCCCC. XVII. Obiit Conradus Rex. Henricus Dux Saxonum & Thuringorum successit.

DCCCC. XXXV. Henricus Rex migravit ad Dominum; filius ejus Otho successit.

DCCCC. XXXVII. Obiit Odo primus Abbas Cluniacensium.

DCCCC. LXVI. Corpus S. Pontiani perlatum est Trajectum.

DCCCC. LXVIII. Otho minor (2) à Papa patre evocatus Romam benedictionem imperialem suscepit.

DCCCC. LXXII. Otho Imp. Othoni filio suo (3) *Theophanam* filiam *Theophanii* Regis Græciæ in matrimonium sociavit.

DCCCC. LXXIV. Otho senior Imperator imperat (4) annis x.

DCCCC. LXXXVII. Obiit Baldricus Episcopus. Anfridus successit. His temporibus fuit *Theodericus* Comes Hollandiæ secundus filius prænominati Theoderici primi Comitis, qui paternæ devotionis erga Deum & Sanctum *Adelbertum* frequentissimus exstitit æmulator. Nam pater ejus ligneam, hic lapideam, in honore ejusdem Sancti magno sumptu ædificavit basilicam, sanctas

(1) Haud dubie latet error hic. Ludovicus filius Arnulfi sine prole decessit. Ann. DCCCC. XI. Regino ad d. Ann. & Annal. Metens. *in fin.* Successit Conradus qui & ipse obiit sine prole. Ann. DCCCC. XVIII. ut Regino *ibid.* ut Sigebert. Gemblacensis Ann. DCCCC. XIX. Fuit scio Waltgarius Comes, Oddonis nepos Regis Galliarum, sed hic Regi rebellis plexus capite & extinctus jam Ann. 892. ut Regino ad eum Ann. & Annal. Metens.

(2) Leg. *à Papa & patre.* Sigebert. Gemblacens. ad h. Ann. *Otho minor à patre evocatus Romam à Joanne Papa in Imperatorem benedicitur.* Regino id refert ad Ann. 96. *Interim Papa Joannes*, inquit, *& Imperator Regi Ottoni literas invitatorias miserunt, & ut cum ipsis ad natalem Domini Romæ celebrandum festinaret, jusserunt.* Add. Lamb. Schafnaburg. ad dict. *Ann.* Idem autem Otho junior Rex dictus jam Aquisgrani Ann. 961. Idem ad d. Ann.

(3) Romani Junioris, ut dixi ad Joan. à Leydis ** *to* 2. *Analect. p.* 298. *Theophanus* aut *Theophanius* Imperator non fuit. Lambertus Schafnaburgensis simpliciter tantum ita: *Anno.* 972. *Ottboni juniori Imperatori missa est Theophana ab Imperatore de Græcia.* ** Tom. I. p. 607. nostræ Edit.

(4) Obitum ponit Lamb. Schafnaburg. ad Ann. 973. imperii initium ad Ann. 962.

sanctas reliquias venustissime fabricato sarcophago recondidit, removens ab eodem loco sanctimoniales, quæ ob asperitatem & molestiam diræ gentis Frisonum monasticam non potuerunt religionem ducere, instituensque monachorum vitam, quæ adhuc ibi, Deo protegente, servatur, ad quorum victum obtulit in (1) *Stagnum* 6. mansus, in *Harengam* 11. mansus, & quartam partem mansus, in *Runingen* 8. mansus, juxta claustrum 11. mansus, intra villam *Elibentem Emerke*, quæ nominatur, & *Sutberhem* mansus IV. & dimidium, in *Wimmia* mansum & dimidium, ab eodem mansu usque in *Arnem* omnem terram cultam & incultam in agris & in pascuis, ecclesiam in (2) *Helgolo*, in *Saxonem* ecclesiam cum (3) determinatione, in *Wallebam* 3. mansus, in *Osoem* mansus 2. & dimidium, in *Limben* mansus 7. & dimidium, in *Sincban* mansus duos, in *Bacben* mansus tres, in *Ordebolla* mansus XIII. & dimidium, in eodem loco mansus IX. in *Chose* mansum, in *Obingen* mansum, juxta flumen *Kemestra* mansum, juxta rivulum (4) *Schalingbeke* & *Heresteden* mansum 1. una cum piscatione, in (5) *Belsan* mansus VI. & altare ejusdem ecclesiæ à (6) nova usque ad novam in festivitatem S. Agathæ, in *Borchbete* ecclesiam cum decimatione, in *Alcmaer* omne teloneum.

Hujus Theodorici legitima conjux, *Hildegarda* nomine, omni bonitate præfulgens obtulit S. Adelberto inter cætera dona, thuribulum auro gemmisque pretiosissimis mirifice decoratum, textum etiam Euangeliorum auro lapidibusque pretiosis exornatum. Hic *Theodoricus* piæ memoriæ Comes ex eadem *Hildegarda* genuit duos filios, parentes suos dignitate præcellentes, Arnulphum & Egbertum, & unam filiam (7) Egghindam nomine,

(1) Ex Theodorici V. charta, quæ est apud Miræum *Cod. piar. don. cap.* 62. & qua donatio hæc continetur, pro *Stagnum* legendum *Scagen*.
(2) *Heilgelo*. Miræ. *d. loc.*
(3) Fort. *decimatione*, ut mox.
(4) *Schulingbeke* & *Hureslede*. Miræ *d. loc.*
(5) *Velsen*. Miræ *d. loc.*
(6) *A nona usque ad nonam in festivitate*. Miræ *d. loc.*
(7) *Erlindam*. Vita S. Adelberti apud Mabillon. *secul.* 3. *SS. ord. S. Bened. cap.* 20.

Digitized by Google

mine, quæ diu visum unius oculi amisit, sed tandem meritis Adelberti recepit. *Egbertum* autem in clericatus ordinem conscitum, quodam (1) tempore insequenti, die Palmarum ardor febrium invadens usque ad festivitatem Sancti Confessoris, quæ VII. Kal. Julii celebratur, graviter vexavit, sed eodem die meritis ejusdem ita convaluit, quasi nunquam fuisset hac infirmitate pulsatus, lætusque de tantæ pestis evasione ad missarum solemnia legit epistolam: quem postea gratia divina Treverensi ecclesiæ Archiepiscopum fecit. Hic per omnia imitatus religiosos patres suos honoravit eundem locum Egmondensem, offerens Deo & S. *Adelberto* crucem auream, casulam pretiosam, stolam pulcherrimam, cingulum auro contextum, Dalmaticam, (2) subtile, missale, capitulare, passionalem tripartitum, Psalterium, majorem Donatum, Glossarium, Historiam vetus & novum testamentum continentem, scrinium argenteum plenum reliquiis Sanctorum.

DCCCC. LXXX. Arnulphus filius ejus Theoderici secundi Comitis Hollandiæ (3) *Lutgardam* sororem Theophaniæ Imperatricis, matris Othonis Imperatoris nostri coram Otthone Rege † eandem *Theophanam*, Theophani Regis Græciæ filiam, uxorem habebat, legaliter desponsavit, testamentumque dotale conscribi fecit. † Quæ eandem Sweert.

DCCCC. LXXXIII. Otho II. Imperator (4) Romæ obiit. Otho III. filius successit, & XVIII. annis imperavit.

DCCCC. LXXXV. Theodericus II. Comes pater Arnulphi Comitis, interventu *Egberti*, Archiepiscopi Treverensis ecclesiæ, filii sui, atque *Theophanæ* Imperatricis, matris Othonis Regis, suscepit in propriam hereditatem (5) ab eodem Othone Rege, quæcunque habuerunt antecessores sui in beneficio. Iste Theodericus reliquias S. *Gereonis* martyris ipso revelante, de *Nortga*, ubi ipse monuit, collocavit.

(1)

(1) Hæc ex vita S. Adelbert. *cap.* 19.

(2) *Subtile* est vestis Subdiaconi, quæ & alibi *stricta tunica*. Vid. *ad Annal. Egmundan. cap.* 13.

(3) Soror ejus Theodora. Lutgarda ejusmodi olim nulla. Sed non repetam quæ jam dixi ad Joannem à Leidis *d. loc.*

(4) Lambert. Schafnaburgens. *Ann.* 983. *Otho secundus Imperator Romam post male gestas res regressus obiit, ibidemque sepultus est.*

(5) Vid. ipsum diploma *lib.* 1. *de Nobilit. cap.* 13.

(1) DCCCC. LXXXVI. Lotharius Rex Francorum obiit, Ludovicus successit.

DCCCC. LXXXVII. Ludovicus Rex obiit, successit Hugo.

DCCCC. LXXXVIII. Obiit Theodoricus Comes II. Sepultus est cum uxore sua in Egmondensi monasterio. Arnulphus filius ejus successit. Qui, ut prædiximus, secundum suam voluntatem habuit uxorem sibi condignam, *Lutgardam*, sororem Theophanæ Imperatricis, matris Othonis Imperatoris, offerens & ipse ad prædictum locum Egmondensem, in *Thosam* mansus 2. in [1] *Kasterhem* mansus 2. & quartam partem mansus, in [2] *Ulsen* III. mansus, & unum agrum, [3] *Saxonem* dimidium mansum, in [4] *Vorhaloen* III. mansus, in *Nortga* mansus V. in *Lopson* mansus IX. juxta flumen [5] *Merube* mansum, & quartam partem mansus, in villa *Leiden* mansum, & sextam partem mansus, in villa [6] *Berghem* ab occidente Rheni tres mansus, ecclesiam [7] *Flaudiga* cum decimatione terræ juxta fluvium *Machlinga*, & rivulum *Thurlada*, qui vocatur [8] *Haga*. Is Arnulphus & Lutgardis genuerunt duos filios, *Theodoricum* & *Sifridum*, qui *Sicco* cognominatus est.

In eodem anno factum est bellum lamentabile inter Arnulphum Comitem egregium, & bestiales Frisones, in quo ipse cum multis suorum occubuit, sepultusque est cum dilecta conjuge in ecclesia Egmondensi, cui successit *Theodoricus* III. hujus nominis, Comes quartus, una cum *Sifrido* fratre suo. (2) Iste est *Theodoricus* Jerosolymita, qui accepit uxorem *Othelhildim* nomine, genuit ex ea duos filios, Theodericum & Florentium

[1] *Kasterhem* apud Miræum *Cod. piar. don. cap.* 61.
[2] *Velsen* ibid.
[3] *Saxnem* ibid.
[4] *Forenbolt* ibid.
[5] *Maerne* ibid.
[6] *Bergan* ibid.
[7] *Flardinga* ibid.
[8] *Harga* ibid.

(1) Caroli Simplicis nepos hic, Ludovici filius Transmarini. Guilielm. de Nangis: *Anno* DCCCC. LXXXVI. *Lotharius Rex Franciæ plenus dierum obiit & Remis in ecclesia S. Remigii sepultus est, Hugoni Capet cognato suo commendans filium Ludovicum juvenem, qui post eum regnavit.*

(2) Ita & eum vocat Jo. de Beka in vita *Bernulphi.* Ex voto enim profectus ad sepulchrum Dominicum visendum in Palæstinam. Jo. à Leidis *lib.* 9. *hist. in fin. Anno Domini* CIↃ. XXXIX. *Theodricus magnanimus Comes Hollandiæ, postquam Jerosolymis sepulchrum Domini cum Joanne Domino de Arkel ibidem defuncto, & pluribus aliis nobilibus visitasset, & Hollandiam revenisset obiit* VI. *Kalend. Januar.* Infaustum Adelboldi *satellitem* Ditmarus vocat *lib.* 7. *Chron.* Vid. ad Annal. Egmondan. *cap.* 14.

rentium: offerens & ipſe S. Adelberto in ¹ *Kadenberghe* IV. manſus; x. libras ſingulis annis ſolventes, in ² *Kadenberghe Grolle* terram XVI. uncias ſolventem, in * *Waldinantia* terram XVI. uncias ſolventem, in *Suetan* terram XIII. uncias ſolventem, in Comitis † Frugeſa terram XVI. uncias ſolventem. Præterea obtulit duo pallia pretioſa, quæ adhuc pendent in eccleſia ſummis feſtivitatibus. *Sifridus* frater ejus, qui Sicco cognominatus eſt, obtulit ad eundem locum, terram ‡ ſupra *Gheſt*, nominatam (1) *Noorthope*, *Suiben*, *Aldgeringelant*, *Hildebrandeslant*, *Sirbiedingelant*, v. *fiertelen* (2) *Lantloſemade*, in *Akerſlote* i[illegible] libras, in (3) *Banezzen* duas libras. Sepultus eſt & ipſe in eodem monaſterio.

¹ *Radenburch* apud Miræum ibid.
² *Rademburgerbroecke* ibid.
* *Waldmanno vena.*
† *Fungerſa.*
‡ *ſupra Gheeſt* ibid.

DCCCC. XCIII. Obiit Egbertus Treverenſis Archiepiſcopus frater Arnulphi Comitis.

DCCCC. XCVI. Hugo Rex Francorum obiit. Succeſſit Robertus, & regnavit annis XV.

CIↃ. III. Otho Imperator (4) obiit. Henricus (5) filius ejus ſucceſſit.

(6) CIↃ. VIII. Anfridus Trajectenſis Epiſcopus obiit, cujus converſatio qualis fuit miraculum ad ejus ſepulchrum oſtenſum

(1) *Noortborpe*, *Smithem*, *at Giringelant*, *Hildebranslant*, *Smirdingelant*, ibid.

(2) Sic & apud Joann. à Leidis Annal. Egmond. *cap.* 14. Apud Miræum eſt *Lantſomade.*

(3) *Banes* apud Jo. à Leid. Apud Miræum lectio eſt nullius pretii.

(4) Ad Ann. referunt præced. Sigebert. Gemblacenſ. & Lamb. Schafnaburg.

(5) Non filius Othonis, ſed nepos Henrici, qui fuit frater Othonis I. Sigeb. Gemblac. *ibid.*

(6) Ita & Joann. de Beka, ut & Heda in ejus vita. Jo. à Leidis *lib.* 9. *biſt. cap.* 7. Contra Lambert. Schafnaburgenſ. *Anno* 1010. *Anfridus Trajectenſis Epiſcopus obiit. Cui Adelboldus ſucceſſit.* Auctor vitæ B. Meinwerci apud Brouwerum *cap.* 20. *Anno Dominicæ incarnationis* CIↃ. X. *indictione* VIII. *Ansfridus venerabilis Trajectenſis Epiſcopus, cujus mira laudum præconia in geſtis ejus inveniuntur, ad cœleſtem vitam ſuſtollitur, eique Adelboldus ſurrogatur.* Laudat etiam Sigebertus ad Ann. 997.

ostensum declaravit. Adelboldus vir sapientissimus successit.

CIↃ. X. Normanni (1) multis interfectis Trajectum incenderunt.

CIↃ. XVIII. Theodorico Comite filio Arnulphi (2) debellante Frisones in vindictam patris sui ab eis occisi, Godefridus Dux ab Imperatore ad eum debellandum mittitur, & repente vox, unde emissa, nescitur, Fugite, Fugite, & à paucis Frisonibus multi peremti sunt. Dux vero captus est.

CIↃ. XCIII. (3) *Otona* ecclesia S. Martini ab (4) Adelberto Episcopo constructa dedicata est à XII. Episcopis VI. Kal. Jul.

CIↃ. XXVII. Adelbertus Episcopus obiit, Bernoldus successit.

CIↃ. XXXIX. Obiit (5) Conradus Imperator. Filius ejus successit. Eodem anno obiit Theodericus III. filius Arnulphi, Comes Hollandiæ IV. Sepultus est in Egmonda, cui successit Theodericus IV. filius ejus, Comes V.

CIↃ.

(1) Sigebert. Gemblac. ad h. Ann. *Northmanni Frisiam repetunt, & multis interfectis Ultrajectum opidum incensum est.*

(2) Extat hæc historia etiam alibi passim. Sigeb. Gemblac. ad *h. Ann. In Fresonia Theoderico Comite debellante Frisones in vindictam patris sui occisi Godefridus Dux ad eum debellandum ab Imperatore mittitur, & confecto prælio, repente voce, nescitur unde, emissa, Fugite, fugite, cunctis fugientibus, multi à paucis Fresonibus perimuntur. Dux vero capitur.* Meminit etiam Anselmus *hist. Leodiens. cap.* 63. *Ea*, inquit, *tempestate Deodericus Comes Fresoniæ bellis & seditionibus Regnum exagitabat Galliæ, & ob sui firmitatem loci, vel difficultatem, vel opum potentiam, quietem perturbabat serenitatis Imperatoriæ, cujus audaciam cum publicis detrimentis Regni non est passus Imperator Henricus diutius impune bacchari &c.* Add. Auctor vitæ S. Wolbodonis apud Henschen. *tom.* 2. *SS. April. cap.* 2. Chron. Goud. in *Theoder.* III. Jo. à Leid. *lib.* 9. *hist. cap.* 7. Beka in *Adelbold:*

(3) Legend. *Ultrajectina.* Beka in Adelboldo. Anno Domini 1023. *Trajectensis ecclesia per Adelboldum magnopere superextructa fuit, ad cujus dedicationem Henricus Imperator cum XII. Episcopis Trajectum advenit.*

(4) Leg. ut supra *Adelboldo.*

(5) Sigeb. Gemblacens. ad h. Ann. *Imperator Italia decessit. Pridie Idus Maji eclipsis solis fuit, & pridie Nonas Junii Imperator obiit.*

Digitized by Google

CIↃ. XLIV. Obiit (1) Othelhildis Comitissa, quæ sepulta est in Saxonia.

CIↃ. XLVIII. Theodericus Comes filius *Theoderici* & *Othelhildis* minus caute se custodiens ab inimicis suis apud Dordrecht occisus est. Hic quia legitimos filios non habebat, Florentius frater ejus primus hujus nominis successit. Hic accepit in uxorem dignæ memoriæ Gertrudem nomine, ex qua genuit duos filios *Theodericum* & *Florentium* puerum, sepultum in choro præfati cœnobii, & duas filias, quarum una Dei præordinante gratia facta est Francorum (2) Regina; obtuleruntque ipsi *B. Adelberto* terram in *Elcmondelf* v. libras & unciam solventem, in *Buschusa* mansum XXXII. uncias solventem, juxta *Delf* XVI. mansus, ex altera parte *Delf* IX. mansus.

CIↃ. LIV. Obiit *Bernulphus* Trajectensis Episcopus, & in ecclesia S. Petri Apostoli, quam ipse construxit, & dicavit, honorifice sepultus est.

CIↃ. LVI. Obiit *Henricus* Imperator. Filius ejus *Henricus* IV. successit.

CIↃ. LVII. *Balduinus* Comes Flandrensis ab Imperatore Valentienas & Walachriam in beneficio suscepit.

CIↃ. LVIII. Captis ab Imper. Henrico aliquibus castellis Frisones rebellione frenantur.

CIↃ. LX. Obiit (3) Henricus Rex Francorum. Philippus filius ejus successit.

CIↃ LXI. Florentius Comes VI. filius Theoderici & Othelhildis, vir bellicosus & religiosus, postquam pedibus suis subegit hostes sibi resistentes, nimium confidens in fortitudine sua & suorum, post victoriam minus caute se custodiens suis dispersis, dum quadam die reverteretur ad propria, contigit, ut fessus

(1) *Vitilhildim* eam vocat Jo. à Leidis & obiisse ait Ann. 1040. *lib.* 9. *hist. c. ult.*

(2) Conjux facta Philippi, cujus Auctor mox meminit. Ægid. Aureæ vallis Religios. *hist. Leodiens. cap.* 3. Nomen virgini fuit *Berta*. And. Sylvius Marcianensis ad Ann. 1060. *Rex vero postquam ad juveniles annos pervenit Regnum suum integrum recepit, & defuncto tutore suo Balduino consilio Roberti Frisonis filiam Florentii Ducis Frisonum Bertham in uxorem duxit.* Bertrandam vocat Ordericus Vitalis *lib.* 7. *hist. ad Ann.* 1031.

(3) Sigeb. Gemblac. ad h. Ann.

sus ex itinere sub umbra cujusdam arboris, in loco, qui dicitur * *Kamerthe*, dormiret jam secure. Et ecce ex improviso inimici supervenerunt, & priusquam cum suis equos ascendere potuit & effugere, in eum irruentes cum multis suorum eum occiderunt, delatusque in *Egmondam* ibidem cum fratre suo *Theoderico* sepultus est. *Gertrudis* autem Comitissa pro anima sua & viri sui obtulit S. *Adelberto* duas casulas optimas & unum tapetum.

* *Hammert* est apud Bekam. *Hamert* apud Jo. à Leidis *lib.* II. *hist. cap. ult.* Hemert vocat Scriverius & locum ait inter Mosam & Vahalim.

CIↃ. LXIII. Robertus junior filius Balduini III. (1) Gertrudem Comitissam relictam Florentii Comitis Hollandiæ VI. in matrimonio sociavit, & sic Comitatum etiam Frisiæ acquisivit.

CIↃ. LXX. Godefridus Dux Mosellanorum obiit, & Godefridus Gibbosus successit.

CIↃ. LXXI. *Godefridus* Dux *Gibbosus* cum Wilhelmo Episcopo Trajectensi & regali exercitu Robertum de Hollant expulit, & sibi potenter subjugavit. Quo facto Robertus Comes cum paucis

(1) Hæc Saxonum ducis filia, quem Hermannum vocant Heda, & Beka, & Joan. à Leidis, Bernardum Ægidius Aureæ vallis Religiosus *hist. Leodiens. cap.* 3. Rebellem Imperatori ait Chronographus Saxo apud Leibnitium ad Ann. 1123. *Gertrudis*, inquit, *Comitissa de regione, quæ Hollant vocatur, soror Lotharii Saxonici Ducis Imperatori rebellat.* Atqui fato jam functa hæc Ann. 1113. Meyer. *lib.* II. *Ann.* 1113. *obiit sepeliturque Furnis Gertrudis Vice-Comes Furnensis, Balduini Securis avia, Roberti Frisii vidua.* Sed Gertrudem Chronographus eum Petronella haud dubie, quæ Florentii II. conjux, prosapia etiam Saxo, & Lotharii Ducis soror, dum aliud agit, confundit. Et Gertrudem quod attinet, res ita se habet: Comes Flandriæ Balduinus III. duos reliquit filios Balduinum & Robertum. Balduinus patri successit. Robertus vir ferox, cum Flandria eum non ferret, foris armis inclaruit. Bello Frisiam aggressus virtute tandem pertinaci & terram & Gertrudem, quamvis duobus præliis primum pulsus, obtinuit. Robert. de Monte in *Accessionib. ad Sigebert. ad Ann.* 1074. *Robertus autem accepit conjugem relictam Florentii Comitis Frisiæ, quæ unicam ex prædicto Florentio habebat filiam. Quam Robertus longe facere volens à paterna hereditate dedit eam Philippo Regi Francorum, & ita Comitatus Frisiæ remansit ei cum matre prædictæ puellæ, unde cognominatus est Frisio.* Ægidius Aureæ vallis Religiosus *hist. Leodiens. cap.* 3. *Et hoc facto Robertus secessit in Frisiam ibique accepit filiam Bernardi Ducis Saxonum viduam Comitis Frisonum Florentii, Gertrudem nomine, quæ habebat filiam ex marito*

paucis Gandavum venit, & convocatis Principibus Flandriæ, alios pecuniis & promiſſionibus ad ſe attraxit, deinde congregato

marito ſuo Florentio, quam Philippus Rex Francorum accepit uxorem. Genuitque Robertus Friſo de prædicta uxore Gertrude duos filios Philippum & Robertum, poſtea Comitem nobiliſſimum Flandriæ. Abeunt porro hinc Auctores in diverſas ſententias. Alii ajunt Balduinum, cum ſuſpectum haberet fratrem, nec tam potentem vicinum ferret, armis eum de provincia conatum depellere, ſed victum à Roberto & cæſum prælio occubuiſſe. Alii contra Balduinum in pace ajunt fato functum, Robertum autem eo mortuo juramenti immemorem, quo ſpoponderat ſe nec fratri nec fratris filiis de Flandria moturum unquam controverſiam, fratris filium Arnulfum vi Flandria pepuliſſe, Arnulfum ad Cæſarem, qui Leodii tum, profugum ita Cæſarem commoviſſe, ut ulturum injurias Godfridum Ducem Lotharingiæ cum exercitu mitteret, qui quamvis Flandriam tentarit fruſtra Robertum tamen Hollandia cum privignis rurſum ejeciſſe. Alii cæſum Arnulfum, Richildim Cæſarem adiiſſe. Lamb. Schafnaburgenſ. ad Ann. 1071. *Exacta ſolennitate Paſchali Leodium abiit. Ibi ad eum vidua Balduini Comitis venit, Regiæ majeſtatis patrocinium expetens contra violentiam improbitatemque Rutbberti fratris Balduini, qui & fratrem prælio victum vita privaſſet, & Comitatum ejus expulſa uxore & liberis tyrannica crudelitate occupaſſet.* Et mox poſtquam dixit Robertum multa tentaſſe fruſtra, *Tandem*, inquit, *advertens ſic infeliciter ſibi cedere, quamcunque viam tentaſſet amplificandæ gloriæ ſuæ, deinceps in perpetuum ab oppugnatione exterarum gentium, animum revocavit, Atque in Freſiam quæ confinis Flandriæ, cui Theodericus quondam Comes & Florentius frater ejus imperaverat, irruptionem fecit. Bis ibi commiſſo prælio victus ac fugatus eſt. Tandem incolæ loci multis certaminibus exhauſti, quum animum ejus vel ad mortem vel ad victoriam obſtinatum cernerent, ultro ſe ei dediderunt. Quod ubi frater Balduwinus comperit, armata multitudine bis eum ſedibus proturbare magna vi magno molimine parabat. Cui cum exercitu adventanti Robertus legatos obviam miſit obteſtans per Deum, ut ſe fratrem ſuum reminiſceretur, nec jura germanitatis apud Barbaros quoque ſemper ſacroſancta ac inviolata pollueret. Miſereretur potius peregrinationis, laborum, & calamitatum, in quibus totam vitam ſuam detriviſſet &c. Nihil ille his verbis motus exercitum haud ſegniter ad Freſiam admovebat. Tum Robertus neceſſitate compulſus armata juventute, quam ſecum lectiſſimam habebat, obviam ei proceſſit. Commiſſoque prælio ex parte Balduwini multi occiſi, plures vulnerati, omnes in fugam verſi ſunt. Quos dum ipſe loco pulſos ſiſtere, pugnamque reſtituere ſummo conamine molīretur, in confertiſſimos hoſtium cuneos temere invectus occiditur. Cujus morte comperta*

gato non modico exercitu obviam *Arnoldo* Comiti filio fratris sui *Balduini* apud *Cassele* civitatem processit, confectoque prælio *Arnoldus* ipse perimitur, mater ejus *Ricelda* capitur, Rex Francorum *Philippus* fugatur, post etiam *Robertus* capitur, & tunc laxatis ex ambabus partibus utrisque captivatis idem Robertus Comes in Regnum paternum honorifice suscipitur, & XXIII. annis dominatur.

CIƆ. LXXII. Godefridus Dux Gibbosus secessum petens latrinarum, ut ventrem purget, graviter & turpiter (1) à quodam Gilleberto Theoderici filii Florentii Comitis famulo proprio

perta Robertus ilico in Flandriam irruptionem fecit, eamque sibi tanquam ex jure debitæ successionis totam mancipavit &c. Ægid. Aur. vall. Religiosus *d. loc. Sed & idem Robertus frater suus publice juraverat, quod nec ipsi Balduino nec heredibus suis de terra Flandriæ in aliquo noceret.* & mox: *Præfato autem Balduino cognomento Bono diu ea patria gubernari felix non meruit, defunctus siquidem & apud Hannonios sepultus in pace quiescit. Venerabilis autem Comitissa Richildis tanto marito viduata cum filiis suis Arnulpho & Balduino Comitatum tenuit. Robertus vero in Frisia degens cognita morte fratris sui Balduini Boni cum magno exercitu usque ad Gandavum venit. Richildis autem cum filio suo Arnulpho innumerabilem collegit exercitum & Robertum à Flandria exire compulerunt. Post non multum temporis instinctu Bernardi soceri sui iterum Flandrias repetens majorem trahens secum copiam armatorum, exercitu Richildis devicto & filio ejus Arnulpho occiso, ipsa carceri mancipatur.* Ita fere & Auctor mox ad Ann. 1071. excepto tantum quod addat usum etiam Arnulfum Francorum Regis Philippi ope. Quod & ait Sigebertus ad Ann. 1072. *Balduino Juniore Flandrensium Comite defuncto Rotbertus frater ejus consensu Flandrensium contra Arnulfum fratruelem suum Flandriam occupat. Arnulphus cum Philippo Francorum Rege occurrit patruo suo Rotberto, & pugna conserta Arnulfus perimitur, Philippus Rex fuga liberatur, & multis occisis hinc Richildis Arnulfi mater, illinc Rotbertus capitur, & altero pro altero relaxato, bellum inter eos vario eventu protrahitur.*

(1) Coquum cum ait Bertold. Constantiensis ad Ann. 1076. *Godefridus Dux filius Godefridi Ducis turpiter à quodam coquo per posteriora, cum ad necessaria sederet, vulneratus ante medium noctis exspiravit.* Bruno *de bell. Saxon. p.* 131. *Godefridus Dux, qui fuit maximus hostis Saxoniæ, periit in secretiori corporis parte perfossus sævo mucrone, nec purgatus ultima confessione, nec munitus sacra communione.* Factum autem Antverpiæ id testatur Sigebertus ad d. Ann. 1076. *Godefridus Gibbosus Dux Lotharingiæ Antverpiæ à sicario per insidias graviter læsus*

prio vulneratus est, & navi impositus jussu suo Trajectum usque translatus post paululum v. Kal. Maji obiit, (1) cui successit Conradus.

CIƆ. LXXVI. Theodericus filius *Florentii* & *Gertrudis*, adhuc juvenilis ætatis flore pollens, non diutius passus paterno Regno & hereditate privari, congregatis quibuscunque potuit, cum vitrici sui Roberti Comitis præsidio (2) *Selmunde* castrum firmissimum, ubi *Conradum* Episcopum esse sciebat, adiit, illudque favilla tenus concremavit. In quo prælio occisi sunt Lambertus Daventriensis Præpositus, Walmarus presbyter S. Bonifacii, & *Gerlochus* Comes, multique alii, eodemque Episcopo capto iterumque dimisso cum triumpho in provincia sua recipitur, & postmodum VI. annis cum pace vitam duxit. Hic accepit uxorem nomine *Othelhildim*, ex qua genuit filium, quem nomine patris sui *Florentium* nominavit.

CIƆ. LXXXIII. Theodericus Comes V. rogante *Stephano* Abbate Egmondensis monasterii omnes donationes & largitiones antecessorum suorum eidem ecclesiæ concesso * privilegio confirmavit, ut omnia libere postmodum tenerent & possiderent, & à terra Wimmersnech usque ad aream, quæ tota est ejusdem ecclesiæ, nullus mortalium auderet placitum habere, sine Abbatis

* Diploma apud Miræum est *Cod. piar. don. cap.* 61.

læsus moritur. Eodem mortis genere in Anglia olim periit Edmundus Occidentalium Saxonum Rex circa Ann. 1016. Thomas Rudborne *hist. Wintoniens. cap.* 15. *Angl. sacr. tom.* 1. *Tandem Rege apud Oxoniam pernoctante, dum ad domum secretiorem ad exquisita naturæ diverteret, filius dicti Edrici* (Merciorum Ducis) *patris instinctu in fovea delitescens secretaria, in nocte S. Andreæ Apostoli, eundem Regem cultello bis acuto inter celanda percussit, & eo lethaliter vulnerato fugiens ferrum reliquit.*

(1) Sigebert. *d. loc. Heinricus Imp. Conrado filio suo Ducatum Lotharingiæ, Marcham vero Andoverpensem Godefrido, Eustatbii Comitis Boloniæ filio, Godefridi Gibbosi ex Ida sorore nepoti, acri adolescenti, tradidit.*

(2) Idem quod *Iselmunde*. Beka in Conrado: *Inimicitias Conradus à Wilbelmo decessore cum Hollandis susceptas satis acriter persecutus.* Idem in Wilhelmo: *Wilbelmus Episcopus contra domicellum Hollandiæ frequenter observans excubias in Iselmonda castrum munitissimum fabricavit.* Conradus olim Camerarius Archiepiscopi Moguntini. Lamb. Schafnaburgens. ad Ann. 1076. Gravissimum & potentissimum hominem vocat Auctor Chronici Abbatiæ S. Thrudonis apud d. Achery *tom.* 7. *Spicil. lib.* 4. *pr.*

Digitized by Google

batis permiſſione . vel injuſte aliqua inde diripere, homines etiam ipſius eccleſiæ in toto Comitatu ſine telonio eſſe, nulluſque eos opprimeret, ſed ſub Abbatis poteſtate eſſent, & cum cauſidico ſuo placitum cum eis haberet, & ſi aliquis i lorum, qui ex præſentibus ſuis juſte ad eundem pertineret locum, negare & contradicere vellet, liceret eidem Abbati ſive ſucceſſoribus illum cum Advocato ſuo tenere, & ad juſtitiam trahere, in cujuſcunque miniſterio eſſet. Similiter faceret de reditibus ſuis, & quicunque ſederet ſuper terram prædictæ eccleſiæ, & quod ei juſte deberet, nollet ſolvere, Advocatus Abbatis intrans domum illius tantum de rebus tolleret, quantum ipſe deberet, ſine alicujus judicis contradictione. Præterea conceſſit eidem Abbati *Stephano* ſuiſque ſucceſſoribus judiciariam poteſtatem in *Alcmaer*, quod *Ambacht* Teutonice dicitur, interveniente Comitiſſa *Othelhilde*.

CIↃ. XCI. Obiit *Theodericus* piæ memoriæ Hollandiæ Comes VII. *Florentius* filius ejus ſucceſſit. Ille Florentius florens virtutibus & præcellens omnes patres ſuos divitiis & honoribus accepit nobiliſſimam conjugem, nomine Petronillam filiam Theoderici Ducis, ſororem Lotharii Ducis, poſtea Regis, ex qua genuit tres filios *Theodericum*, *Florentium*, *Simonem*, & unam filiam. Hic pius *Florentius* cum eadem uxore ſua auxit præbendam & veſtimenta fratrum Egmondenſium in omnibus, obtulitque Deo cappas IV. Dalmaticam pretioſiſſimam, calicem argenteum deauratum ad . . . . . . S. Adelberti auri & unum monile. *Petronilla* vero obtulit ad eundem locum unum ex ſervis cum domo, terra, & tota familia in Scotan.

CIↃ. XCIII. Robertus (1.) Comes Flandriæ obiit. Robertus filius ejus ſucceſſit.

CIↃ. XCIX. *Conradus* Epiſcopus Trajectenſis in propria domo poſt celebrationem miſſæ, in quarta feria Paſchalis hebdomadæ cultello perimitur, & in eccleſia S. Mariæ, quam ipſe magno ſumptu exſtruxerat, humatur.

CIↃ. C. VI. Obiit *Stephanus* Abbas Egmondenſis, Alardus ſucceſſit.

CIↃ.

(1) Sigebert. ad h. Ann. *Eodem anno* III. *Idus Octobris obiit Robertus, primus hujus nominis Flandriæ Marchiſus : ſuccedit filius hujus Robertus.*

** CIↃ. VII. Obiit Henricus IV. Imperator apud Leodium. Henricus filius ejus successit. ** Leg. CIↃ. C. VII.

CIↃ. C. IX. Obiit (1) Robertus Comes Flandriæ. Balduinus filius ejus successit. Philippus Rex Francorum obiit. Ludovicus filius ejus successit.

CIↃ. C. XII. Obiit Burchardus Episcopus Trajectensis. Godeboldus successit.

CIↃ. C. XIII. in Egmonda dedicatæ sunt basilicæ duæ, Sanctæ Dei genitricis, quam (2) *Adelbertus* Abbas construxerat, & S. Adelberti, ubi sepultus est, à quodam Episcopo (3) Geraldo nomine.

(4) CIↃ. C. XX. Balduinus Comes Flandriæ, filius Roberti junioris & Clementiæ filius, monachus effectus moritur, (5) cui successit Carolus consobrinus ejus, filius ejus scilicet

(1) Refert Meyerus obitum ad Ann. CIↃ. C. XI. & addit: *Hic Robertus Comes hunc scripsit titulum: Ego Robertus Dei misericordia Flandrensis Marchio, Comitis Roberti agnomine Frisonis filius.* & mox: *Balduinus cognomento Securis, acerrimi ingenii juvenis, in opes successit paternas &c.*

(2) Legend. *Atbalardus.* Joann. à Leidis Annal. Egmond. *cap.* 18.

(3) Vicarius hic Trajectensis. Jo. à Leidis. *d. loc. Idem Pontifex consecravit basilicam beatæ Mariæ, quæ dicebatur Marienmunster, nec non & basilicam, ubi S. Adelbertus requiescere consuevit* III. *Nonar. Novemb.*

(4) Vestem sumpsit moribundus, cum Francis militans contra Anglos accepisset lethale vulnus in oppugnatione urbium Aquarum Nicasii Andalnique in Normannia, ut scribit Meyerus ad Ann. 1119. Cæterum emendandus hinc Anonymus de vita Caroli, quem Meursius edidit Hafniæ Ann. 1631. Apud Meursium sic legitur *cap.* 2. *magnificati sunt divitiis & potentia in tantum, ut Balduinum Comitem juniorem filium Roberti Comitis senioris & dementiæ deriderent.* Legend. *Roberti Comitis junioris & Clementiæ deriderent.* Nam Clementia ipsius uxor. Meyer. ad dict. Ann. *Cum primum Carolus inauguraretur acerrimam habuit adversariam Clementiam Burgundam Balduini defuncti matrem &c.* & mox ad Ann. CIↃ. C. XX. *Vidua Roberti Comitis Clementia nupsit Godefrido Duci Lovaniensi &c.*

(5) Scriptus à Balduino heres ex asse. Meyer. ad Ann. 1120. *Rosilariæ obiit XV. Cal. Julias, postquam Carolum suum amitinum Danorum Regis filium ex asse instituisset heredem.* Nepos uterque erat Roberti senioris, Balduinus filio ejus natus Roberto juniore, Carolus autem sorore ejus Adela seu Ethela. Gualterus Tarvanensis in

scilicet (1) amicæ Athelæ, quam suscepit de Kanuto Rege Daniæ. Eodem anno obiit Alardus Abbas Egmondensis.

CIↃ. C. XXII. Florentius Crassus Comes octavus adhuc in flore juventutis positus migravit ab hac vita: sepultusque est in Egmonda. *Petronilla* uxor ejus obtulit pro salute animæ ejus dorsale unum & casulam, terram etiam duas libras singulis annis persolventem, insuper ad ædificium templi XIII. libras. Hic quia tres pusillos filios adhuc, quos prædiximus, habebat, loco eorum Comitatum Hollandiæ strenue regebat: sed quia muliebris sexus facilis est ad circumveniendum, circumventa à quibusdam potentibus & familiaribus suis est, ut Capellanum suum, *Ascellinum* nomine, à fratribus Egmondensibus monachum recipi impetraret, ut illo statim Abbate constituto, ipsa de substantia ecclesiæ suo commodo & voluntati liberius consuleret. Effectum igitur habuit suggestio perversorum, & homo simplicis naturæ, & ignarus penitus monastici ordinis, nomine tantum est Abbas constitutus. Cæterum res ecclesiæ in potestatem devenerunt manus alienæ, (2) & erat videre miserrimum, filiis penuriam patientibus, extraneis de nostra possessione gloriantibus. Præterea respectu magis avaritiæ, quam

in vita Caroli *cap.* 1. *Carolus Comes Flandriæ filius Canuti martyris, Regis quondam Daciæ, & Adelæ Reginæ.* Saxo Grammaticus *lib.* 11. *Nuptias circumspiciens* (Canutus) *finitimaque conjugia obscura, ac dignitate sua minora reputans, præfecti Flandriæ Roberti filiam Ethelam in matrimonium advocavit, ex qua filius ei Carolus obvenit.* Adeliam vocat, seu Aleydim Jo. à Leydis *lib.* 12. *cap.* 5. *Gertrudis Comitissa genuit Roberto Frisoni, marito suo, tres filias, quarum prima dicta Adelia, Regina & uxor S. Canuti martyris, Regis Daniæ & Norwegiæ, ex qua idem Canutus genuit beatum Carolum Comitem Flandriæ. Hic S. Canutus est à suis martyrizatus in quadam capella Regni sui. Adelia, seu Aleydis, Regina Daciæ, post martyrium Regis, mariti sui, rediit in Flandriam cum infante suo Carolo.* Vid. & infr. ad Ann. 1125.

(1) Ex superioribus patet legendum *amitæ* non *amicæ*, & *Adelæ* non *Achelæ*.

(2) Tradit hæc sic similiter, & iisdem fere verbis, Jo. à Leydis *Annal. Egmond. cap.* 19. Verum Petronilla, & inquieti ingenii, & quærendis pecuniis, quibus bellum paret, intenta, ne monasterio quidem parcit. Tangit rem Peucerus in Chronico Carionis in vita Henrici V. *Sed ne ita quidem Henricus placatis uti Saxonibus potuit*

quam timoris Domini suggesserunt Comitissæ, ut destruerent vetus templum, quasi indecens & nimis angustum. Factum est; & tres constituti sunt laici Prælati ecclesiæ, lupi magis quam pastores, Folpertus albus, Cilgerus, & Stephanus, qui occasionem nacti clandestinæ proditionis, sub specie consulendi prædas de nostro peculio exercebant, domumque Domini paulatim exaurientes, hominesque ecclesiæ suæ ditioni subjicientes domos suas pecuniis impleverunt, filii eorum & filiæ, agnati & affines per dotem nostræ possessionis nubebant, & nubebantur, & sic plus paulo res magnæ ad magnam exiguitatem devenerunt. Et quia non conveniebant, fecerunt convenientia malitiæ eorum, propterea sunt puniti à Domino pro sua ecclesia dimicante. Qui ait: *qui tangit vos, tangit pupillam oculi mei.* Omnes siquidem inopinata morte in dimidio dierum suorum, in uno anno, non in domibus vel in villis suis mortui sunt, & posteris terrorum exemplum reliquerunt, quia qui *destruit templum Dei, dissipabitur*, ait Deus. Non enim erat semen electum Domini, quod manus Domini ab initio præparavit ad destruendum, ædificandum, & plantandum in nomine Domini, ut per hoc non solum templi & claustri, & omnium officinarum ejus rumor innovaretur, sed magis morum, ordinis, religionis, & fratrum, & ministrorum magnus defectus, favente Domino, & S. Petro, S. Adelberto consurgeret & melioraretur.

CIↃ. C. XXV. Henricus Imperator in Trajecto † & Lotharius Dux egregius frater Petronillæ Comitissæ Hollandiensis in Regem eligitur, & elevatur, & coronatur. † decest *obiit.* Sweert.

CIↃ. C. XXVI. *Carolus* VII. *Justus*, Comes Flandriæ filius *Canuti* Regis Daciæ martyris & *Achelæ* sororis *Roberti* Comitis, martyr, & sanctus, (1) & pater ejus, à suis domesticis propter justitias, quas exercuit ut judex justus, in oratione ante al-

tuit. Nam & per se Lotharius novis studuit rebus, & sororem viduam Hollandicam impulit ad res in Belgio novandas, quas cum sedasset Henricus &c. Et eo ni fallor respicit Conradus à Lichtenaw Abbas Urspergensis ad Ann. 1124. *Non multo post*, inquit, *Imperator Henricus movit expeditionem contra eos, qui sibi in regione Hollant contrarii existebant. Hisque licet tarde subactis ad superiores se partes contulit.*

(1) Legend. *ut pater ejus.* Anselmus Gemblacensis ad Ann. 1127. *Quidam Flandrensium proceres Dominum suum Carolum Comitem Morinorum*

Digitized by Google

altare procumbens trucidatur, cum duobus filiis suis. Cui *Ludovicus* Rex Francorum (1) successorem posuit Wilhelmum filium Roberti Comitis Nortmannorum.

CIƆ. C. XXVI. Godeboldus Episcopus Trajectensis morbo corripitur, & monachus devote factus apud S. Laurentium in *Oestbroeck* moritur, & ibidem sepelitur. Cui * successit Theodoricus filius Theodorici de Elsaten, quem genuit ex Gertrude filia Roberti Comitis Frisonis, relicta Comitissa Henrici Brusolensis.

* Necesse est aliquid hic deest. Successor enim Godebaldi Andreas Cuikensis, Willelmi autem Normanni Theodoricus, cujus mentio hic.

CIƆ. C. XXIX. Cum placuisset gratiæ divinæ visitare locum Egmondensem inspirat Episcopo *Andreæ*, & *Petronillæ* Comitissæ Hollandiæ mittere legatos cum litteris ad Abbatem Gandensem *Arnoldum* pro monacho, qui idoneus esset animas regere, & exteriora disponere, & lapsa promovere. Qui consilio cum suis habito Præpositum curtis eorum, quæ dicitur Lens, Walterum, quem frequenter probum & utilem probaverat, misit. Quem Episcopus Andreas in vigilia nativitatis S. Mariæ Abbatem ordinavit, qui veniens Egmondam, & defectum in omnibus reperiens, quid ageret, aut quo se verteret, nisi ad Deum & S. Adelberti patrocinium ignoravit: sed processu temporis Dei gratia, in qua multum sperabat, prosperum in omnibus successum habuit, & omnia bene & ordinate, & tam exteriora quam interiora componi cœperunt, cujus studium quale fuerit, præter cætera testis est templum, & omnes ejus officinæ,

CIƆ. C. XXXII. Cum esset hyems valida, *Theodericus* Comes & filius Florentii, injuriarum, quas illi Frisones Occidentales fre-

norum Brugis in templo Sancti Donatiani Psalmos canentem jugulant. Vid. Anonymum de ejus vita à Meursio editum Hafniæ Ann. 1631. Galbertum Notarium aliosque Auctores coævos *tom.* 1. *Sanctor. Mart.*

(1) Avia ei paterna soror Roberti Frisii Mathildis, conjux Guillelmi Nothi Normanni, cujus filius Robertus, Roberti filius Willelmus. Meyerus *lib.* 3. *hist. ad Ann.* 1042. *Balduinus vero Comes Guillelmo notho genero suo futuro impense favebat, eumque tandem ope Henrici Francorum Regis in Normanniæ deduxit possessionem.* Add. eund. *lib.* 4. *hist.* Anselm. Gemblac. ad d. Ann. *Comitatus Morinorum à Ludovico Rege Francorum datus Guilielmo filio Rotberti Comitis Northmanniæ, fratris Guilielmi Regis Anglorum.*

frequenter fecerant, memor, congregata multa manu militum, se ulcisci oportunum judicabat. Cum in *Alcmariam* venisset, Frisones impetum ejus exercitus non sustinentes fuerunt in interiore Frisia conglobati, & pro posse restiterunt. Et quia tota Frisia glaciali rigore pervia erat, milites Comitis plures villas incenderunt, armenta, equos, vestes, & cetera mobilia deprædati sunt, & multos Frisones secum captivos apportantes ad Comitem quasi victores reversi sunt. Sed hæc victoria multis & pene toti Hollandiæ in perniciem aut in occisionem reversa est. Habebat enim Comes fratrem, qui *Florentius* Comes dicebatur, qui erat vir naturaliter acris ingenii, secularis gloriæ cupidus, dulcis eloquio, facetus ad omnes, juvenes, senes, clericos, monachos, & vehementer adversans omnibus inimicis suis, quæ omnia invidiam illi non parvam conflaverant, & pravis agentibus consiliariis matris gratiam, quæ toti adhuc imperabat Comitatui, & fratris Theoderici amiserat. Sed quo magis displicebat suis, tanto amplius placere studuit & placuit alienis: nam & nonnulli nobilium jungebantur illi, & vulgus novæ potestatis naturaliter cupidum etiam cum periculo salutis & rerum suarum sequebatur eum. Frisones vero discordiam fratrum audientes gavisi sunt, & legatos Florentio mittentes, illi, si ad partes suas transire vellet, dominatum totius Occidentalis Frisiæ promiserunt. Nec dubius adolescens ad eos successit, & paratos ad omne, quod imperaret, & aggredi vellet, negotium invenit, per annum scilicet ab Augusto in Augustum manens in Frisia, quas poterat patriæ insidias & damna cum Frisonibus machinatus est. Qui memores injuriarum suarum ecclesiam in *Alcmaria* & totum locum incenderunt, & præda non modica ditati sunt. Interea plurimi & maxime de Comitatu rustici, qui se nimis opprimi dolebant, spe libertatis inaniter accensi consilium inierunt, ut *Theodoricum* Comitem desererent, & *Florentio* adhærerent, & cum Frisonibus sub uno duce unus populus fierent. Missis ergo legatis fidelitatem promiserunt, & venientem cum suis devote suscipientes armata manu & valida prosecuti sunt conspiratione, nulloque resistere valente, nec ipso *Theodorico* Comite, licet cum multis occurreret, usque ad Haerlem perduxerunt, & una cum Frisonibus antiquorum Comitum domus, & cuncta circumcirca ædificia, vidente Comite, combusserunt. His pertina-

tinaciter gestis, quia Frisonum mos est nunquam vel rarissime extra suos terminos pernoctare, festinanter cum duce suo redierunt, & socios conspirationis in magno periculo reliquerunt, nam domibus, & eorum omnibus, quæ habebant, igni traditis vel ablatis, de iis Comes, ut voluit, triumphavit. Dum hæc geruntur, fama discordiæ fraternæ ad aures *Lotharii* Regis avunculi eorum defertur, qui unum Principum suorum ad eos direxit, si ejus amicitiam & gratiam habere vellent. Facta est igitur inter Comitem & fratrem ejus, licet magna cum difficultate, pax integra, omnibus ex utraque parte, qui discordiæ principes fuerant, in eadem pacis pactione inclusis. Sed modico tempore *Florentius* hac pace fruitus est, qui non multo post gladio occisus est. Cujus necis hæc causa: (1) *Godefridus Delryck* & *Hermannus* de *Aernesbergh*, nobiles viri, & † famuli, neptem ex sorore Aleydi habuerunt, (2) aliam Arnoldi de Rotem, nomine (3) Heilobinam, quam post occisionem patris & obitum matris ejus *Hermannus* avunculus ejus in sua tutela susceperat, ut urbes & ejus possessiones latissimas gubernaret, donec eam viro competenti traderet. Ministeriales juvenculæ Florentii probitatem audientes, hoc consilium inierunt, ut eum Dominum eligerent, & puellam ejus conjugio copularent. Advocatum igitur ad se benigne susceperunt homines ipsius factionis, urbes puellæ, & omnia, quæ poterant, illi assignaverunt. Præterea instanter cum puella ab avunculo Hermanno, ut conjugio ejus sociaretur, requisierunt, quod ipse penitus abnuit, nec ad hoc ulla prece vel munere flecti potuit. *Florentius* autem cum suis omnia illius incendiis & gladio devastavit, multisque eum adjuvantibus, quod erat cognatus Regis, insidiabatur omnibus modis & rebus & vitæ ipsius. Ille non ferens *Godefridi*, & maxime Trajectensis Episcopi potentiam fruitus auxilio militum non parvam multitudinem collegerat. Sed eadem quæ sibi parabat *Florentio* machinari non minus sollicitus erat. Trajectenses autem pro ref-

† *Knapen, Knechten*, ministeriales. Sic nobiles vulgo dicti, cum opponuntur equitibus. Vid. *lib.* 4. *de Nobilit. cap.* 18.

(1) Leg. *Hermannus de Cuyck & Godefridus de Aernesbercb.* Jo. à Leidis *lib.* 17. *cap.* 2. Beka in Andrea Episcopo.
(2) Leg. *filiam Arnoldi de Rotbem.* Huic enim Aleydis nupta. Jo. à Leydis & Beka *ibid.*
(3) Heilwigim. Jo. à Leydis *lib.* 17. *cap.* 9. Beka *in Andrea Episcopo.*

respectu *Theoderici* Comitis, tum pro timore Regis *Lotharii* *Florentii* partibus favebant, & auxilium pro posse conferentes ingressum civitatis & egressum, domosque ad manendum, quotiescunque vellet, offerebant, qui (1) urbem Episcopi *Leckesmonde* incendio devastavit, & ipsum, ne ingredi posset civitatem, quia sibi contrarius erat, potenter cohibuit. Cum vero die quodam Florentius civitatem cum x. tantum militibus nihil insidiarum vel adversitatis suspicatus exisset, subito visus & circumseptus à duobus prædictis fratribus est, qui cum multa manu militum eo nesciente ad urbem venerant, & dum effugere & redire in urbem conaretur, & posset, pes equi in loco, qui dicitur † *Abbeschade*, lapsus est, & ipse corruit, & ab illis occisus est. Cujus corpus in *Rynsburgh* perlatum est, & confestim legatus, qui hoc Regi *Lothario* denuntiaret, missus est, qui nimis ægre mortem ejus accipiens, *Hermannum* & *Godefridum*, adjuvante Comite Hollandiæ, domo & patria expulit, fugatosque exsules fecit, mortemque nepotis competenter ultus fuisset, si non mors eum ad magnam felicitatem istorum rapuisset. Statim enim ad sua reversi & homines Comitis *Theodorici* in amicitiam & pacem ejus reversi sunt.

CIƆ. C. XXXIV. Sanctimoniales de Saxonia de claustro * Stichterlingeburch ‡ favente Comitissa *Petronilla* Rynsburch adductæ sunt, in quibus religionis gravitas & claustralis officii non parva cognitio fuit, quarum industria hodieque in iis, quæ per earum magisterium † reformatæ sunt, apparet. † reformata.

Eodem anno XVII. Kal. Octobr. dedicata est eadem ecclesia in Rynsburch, quam prædicta Comitissa construxerat in honore S. Mariæ virginis, ab Andrea Episcopo Trajectensi.

* CIƆ,

(1) *Villam* vocant Beka & Jo. à Leydis *d. loc.* Nec mirum, quod urbs hic. *Rynsburch* alibi etiam *urbs*. Lamb. Schafnaburg. ad Ann. 1047. *Deinde exercitum navalem per Rhenum duxit in Frisiam contra Gotefridum, ejusque adjutorem Diodericum. Ibique duas urbes munitissimas cepit Rinesburg & Flardingen.*

† Leg. *Abbestede.* Auctor Chronici Rhytmici *Abstade* habet ad Ann. 1137. Beka *Abstede d. loc.* & Jo. à Leydis.

* *Stulerlingeburch.* Jo. à Leydis Annal. Egmond. *c.* 21.

‡ *faciente.* Jo. à Leydis *ibid.*

*Anſelm. Gembla cenſ. ad Ann. 1136. & ſeqq.

*CIↃ. C. XXXVII. Lotharius Rex Roma ſecundo reverſus obiit, & Conradus filius ſororis Henrici Imperatoris ſucceſſit.

CIↃ. C. XXXVIII. Andreas Epiſcopus Trajectenſis obiit. Heribertus ſucceſſit eidem. Eodem anno Comes Theodericus Ieroſolyma perrexit, & in eodem itinere Romam veniens tam vice ſua quam matris ſuæ Petronillæ monaſterium Rynsburgenſe atque Egmondenſe B. Petro Apoſtolorum Principi proprietario jure obtulit, atque tradidit, privilegiumque † exceptionis ſuper hoc confectum Abbati Waltero conceſſit.

† Extat Jo. a Leydis Annal. Egmond. cap. 24. & lib. 17. hiſt. cap. 16. Exceptionis an exemptionis utrum legas nihil refert.

CIↃ. C. XXXIX. Perfectum eſt templum in Egmonda à Waltero Abbate.

CIↃ. C. XLIV. Nonis Octobr. dedicatum eſt templum in Egmonda à domino Heriberto Epiſcopo, præſente *Theodorico* Comite, & uxore ſua *Sophia*, & congregato populo infinitæ multitudinis tanta præparatio neceſſariorum à domino Waltero Abbate proviſa, ut viri, qui præſentes fuerunt, nunquam tali dedicationi affuiſſe ſe hodieque teſtentur. Ecce derepente ſuperveniens jocunda ſerenitas feſtivitati arriſit, cum per ſex hebdomadas, ut dicunt, qui præſentes fuerunt, pluvialis aura fuerit. Hujus eventus, imo miraculi, Heribertus Epiſcopus in ſermone, quem locutus eſt ad populum, mentionem fecit, & dicebat ſe mirari, quod tantæ & tot reliquiæ maximorum Sanctorum Apoſtolorum, martyrum, confeſſorum, & virginum, continentur in extremo margine mundi. Cum autem reliquiæ Sanctorum reconderentur à domino Epiſcopo in altaribus, *Fredericus* pius, religioſus monachus in quærendis, videndis, tractandis, dividendis, & exportandis reliquiis ſtudioſiſſimus fuit. Quem Dominus eveſtigio completa dedicatione caſtigans caſtigavit tam in corpore quam in mente, & cito utrumque ſanaturus flagellavit. Aſcendente enim ad cerebrum infirmitate humana à ſemetipſo in mente alienatus eſt, ut nec vita ejus nec geſtus convenirent conſuetudini & perſonæ ipſius. Poſt aliquot dies cum frater ipſe immenſitate infirmitatis, & congregatio tota orando & vigilando ſuper eo laboraret, ſignatus eſt cruce, quam † *Elibertus* Treverenſis Archiepiſcopus Egmondenſi contulit eccleſiæ, cujus virtutis effectum monachi plures ſunt experti, & narrare ſolent fratres ejuſdem eccleſiæ, & laici quoque plures ad eum pertinentes. Huic igitur cruce ſignato confeſtim Dominus reddidit lætitiam ſalvationis ſuæ, &

* Vid. Annal. Egmond. cap. 25.

† Leg. *Egbertus*. Elibertus non fuit.

& ſpiritu integro devotus incolumis eam ſalutavit, nec multo poſt ab ægritudine mentis & corporis convaluit. Creditum eſt à multis hanc eum plagam ex hoc incurriſſe, quod tam audacter, & minus caute Sanctorum reliquias tractavit, ut diſcat homo, putredo & vermis, talibus non ſe præcipitanter ingerere, ſed cum timore & reverentia tractare divina. Prædicta in die dedicationis, idem Epiſcopus conceſſit fratribus ejuſdem eccleſiæ, quod tam in civitate Trajectenſi, quam in omnibus locis ditioni ſubjectis, in omnibus, qui vel emerent, vel veherent ædificiis monaſterii vel ſuis uſibus neceſſaria, eſſent à telonaria exactione omnino liberi & immunes. Idem Dominus *Heribertus*, ut veritati teſtimonium demus, ventilabat hoſtes eccleſiæ S. Martini fronte duriſſima, auctoritate liberrima, verbiſque & oculis minacibus, & manuum extenſione ferebatur in homines, & ut malum compeſceret, furorem oſtendebat. Connivebant enim Duces & Comites, quos & gladio materiali per ſuos & ſpirituali per ſemetipſum coercebat, cujus utriuſque rei exempla breviter perſtringemus. Comites Hollandenſes' Trajectenſis civitatis eccleſiæ ab antiquo quaſi ſudes in oculis, lanceæ in lateribus fuerunt, quorum non infimus fuit *Theodoricus* filius *Florentii Craſſi* Comitis, quem poſt multas hoſtiles incurſiones, & utriuſque partis damna & pericula ad hoc Pontificali authoritate per † bannum perduxit, ut diſcalceatus ad genua ejus procideret, & indulgentiam petens emendationem promitteret. Palatinus item Comes *Otho* de * *Kinecke*, filius Othonis & Gertrudis Comitiſſæ, frater Comitiſſæ *Sophiæ* Hollandenſis, fines Trajectenſis eccleſiæ invadere & devaſtare ſolitus erat, nec ei quiſquam reſiſtere poterat. Pro quodam tempore pro more inſidiis intra ſilvarum latibula poſitis Epiſcopi homines armati ſuis militibus nec ipſis bene armatis occurrerant, contra quos *Hugo Buterus* fortiſſimus Teutonicorum militum dimicabat, & impetu facto in hoſtes alios occiderunt, hos in fugam & latibula in ſilvis compulerunt; quibus etiam ventus & nix, quæ eo die maxima defluxit, in oculis veniens plurimum nocuit, occiſis ibi plurimis nobilibus partium Palatini, *Otho* Comes de Beke cum aliis gladio corruit. Palatinus etiam captus & à ſuis derelictus. Quidam cum vellent eum occidere, ab ipſo defenſus & incolumis ſervatus

† Beka in Herebert. Jo. à Leydis. lib. 17. cap. 14.

* Leg. Rinecke. *Caſtellanum* in Benthem, & *ſororium* Comitis Theodorici vocat Beka in Hereberto.

* *jucundiſſima* ait Beka ibid. ubi Buchel.

vatus ductuſque Trajectum, in captivitate * leviſſima per tempus detentus liber exivit, cum promiſiſſet eccleſiæ S. Martini ſe ulterius non nociturum.

CIↃ. C. XLIV. *Petronilla* Comitiſſa uxor Florentii Craſſi Comitis defuncta eſt, & in monaſterio Rynsburgenſi, quod ipſa conſtruxit, honorifice ſepulta eſt.

** Leg. CIↃ. C. XLVII.

† Leg. *Nutia*, ſeu *Nuſſia*, ut apud J. à Leidis *Annal. Egmond. cap.* 25.

** CIↃ. XLVII. Arnoldus Colonienſis Archiepiſcopus Egmondenſis monaſterii omne teloneum ſuum de rebus ſuis transferendis in *Andrynacha* † *Nitria* & *Colonia* conceſſo privilegio liberaliter condonavit.

CIↃ. C. XLVIII. Incendio maximo civitas Trajectenſis flagravit, & templum venuſtiſſimum S. Martini, ab Adelboldo Epiſcopo conſtructum, combuſtum eſt cum aliis tribus congregationibus, ſcilicet S. Pauli, S. Joannis Baptiſtæ, & S. Petri. Templum autem S. Salvatoris, quod & templum S. Bonifacii, ſicut veraciter dicitur, miraculi eventu, gratia Salvatoris conſervatum eſt. Eſt autem Capella contigua templo eidem in honorem S. Crucis conſecrata, quam incendium cum omnibus, quæ intus continebantur, conſumpſit, excepta imagine S. Salvatoris, in qua hoc miraculum contigit, quod patibulum conſumtum eſt, & clavi & imago tota ſine læſione permanſit: quam clerici cum populo magna ſuſcipientes devotionis reverentia ad templum de Capella detulerunt, & ex hoc eam in ſumma veneratione habuerunt.

CIↃ. C. LV. Heribertus Epiſcopus Trajectenſis obiit, poſt cujus obitum eligendo Epiſcopum grandis diſcordia tam inter clericos quam inter laicos facta eſt, aliis Fredericum filium Adolphi Comitis de (1) *Honcle*, aliis Hermannum Præpoſitum S. Gereonis de Colonia eligentibus, Comites ſiquidem eccleſiæ omnes, Gelrenſis Henricus, Hollandenſis Theodoricus, Hermannum inveſtire inſtantiſſime laboraverunt. Omnes autem miniſteriales & cives Trajectenſis civitatis, & Daven-

(1) *De Hamel* habet Beka, Heda *de Havel*, Jo. à Leydis *Annal. lib.* 17. *cap.* 19. Chron. Magn. Belgic. *de Heuvel.* Interpres Bekæ Belgicus habet *Frederic mit ſyn bovel*, id eſt, *Fredericus Gibboſus.* Otto Friſingenſis, qui æqualis eorum temporum, ſimpliciter vocat Fridericum Adolfi Comitis filium, *lib.* 1. *de geſt. Frid. Barbaroſſ. cap.* 62.

Digitized by Google

ventriæ, & omnes agri cultores, cujusque officii homines Frederico devotissime favebant, adeo ut & rerum suarum dispendium, imo vitæ periculum, pro eo subire non dubitaverunt. Sed pars nobilium, ut solet, alteram depressit, & Comes Hollandiæ bellica manu Hermannum in Episcopatum introduxit. Demum uterque Episcopus cum suis fautoribus Leodium ad Cardinalis judicium pervenit: cujus judicio Fredericus reprobatus & Hermannus investitus est, (1) Conrado etiam Rege parti ipsius consentiente: sub cujus temporibus, quia lenis &

(1) Quantum tamen negotii facesserint Cæsari Trajectenses, quantam item irarum molem, reos censens majestatis, in eos Cæsar effuderit, cum spreto ipso & neglecto persistentes in contumacia Papam hac in re appellassent, non omittit, nec reticet Otto Frisingensis *lib. 1. de gest. Frider. Barbaross. cap. 62.* Locum ipsum exscribam hic, quo res magis sit in aperto: *Trajectenses*, inquit, *Fridericum in civitate non sine fastu habebant, Hermanno ejecto. Itaque conductum primo de personarum incolumitate petentes, cum magna multitudine navium à Rheno per Wal fluvium, qui ab eo scissus ipsius brachium esse noscitur, veniunt. Quos Rex in causa ponens, ad pacemque cum adversariis suis sine litis contestatione revocare volens, cum hoc modo procedere non posset, tandem eis juris districtionem obtulit. Illi viaticum redeundi postulaverunt, dicentes: Se eo quod causa ipsa tanquam ecclesiastica ad ecclesiasticum judicem, id est, ad aures summi Pontificis translata esset, respondere coram cincto judice non posse. Contra quos, utpote adversus Romanum Principem agentes majestatis reos, quia in continenti propter præstitum commeatum ulcisci non valuit, acerba Rex usus conquestione, mox etiam pro hujus temeritatis debita vindicta sumenda, ad civitatem ipsorum processisset, nisi quod propter quorundam Noricorum Comitum insolentiam in eandem revocabatur provinciam.* Acta hæc Noviomagi, ut idem paulo ante. Cujus fides hic eo fortior, quod disceptationi etiam præsens interfuit: *Igitur*, inquit, *Conradus Rex tam de subrogatione Coloniensis, quam super determinatione illius controversiæ, quæ in Trajectensi ecclesia agitabatur, examen laturus, inferiores Rheni partes adiit, habens secum ex Bajoaria Ottonem Frisingensem, ex Saxonia Albertum Misnensem Episcopos &c.* & mox: *sicque ad Noviomagense palatium Trajectensium causam judicaturus venit.* Vicit tamen Cæsar. Nec inultam reliquit insolentiam illam nimiam successor Fredericus. Idem *d. lib. cap. ult. Inde in Gallias rediens Trajectensium negotium, revocatis omnibus ad subjectionem Hermanni, cum Imperii honore terminavit: ac ne aliquis in posterum ejus facti scrupulus haberetur, à Romana sede ratihabitionem obtinuit.* Idem. lib.

Digitized by Google

& nimium simplicis animi erat, cædes mutuæ, homicidia etiam in præsentia ejus fiebant, nec curavit judicium facere, nec Trajectenses, qui duris nunquam constringi poterant, vel possunt Prælatis, coercere potuit.

CIↃ. C. L. Obiit Theodoricus (1) duodenus filius Theodorici Comitis & Sophiæ.

CIↃ. C. LII. Conradus Rex (2) obiit. Fredericus successit.

CIↃ. C. LIV. Fredericus Rex cum pauca militum manu sed strenua & nobili Romam profectus, ab Adriano Papa, sicut condecens erat, benigne susceptus est, & missa celebrata nescientibus Romanis in Imperatorem consecratus. Quo cognito, Romani obsederunt eum, ** & vicissim eum, ni Germani bellicosi naturaliter gladio sibi viam per medios hostes fecissent, quorum alii gladiis prostrati, alii calcibus equorum contriti, alii in Tiberim submersi sunt. Imperator autem sine grandi vulnere & damno suo viriliter ** invasit.

** Sensus hic non constat.

** An *evasit?*

CIↃ. C. LV. Frisones (3) de Drecherne fines Comitatus Hollandensis invadentes villas quasdam exusserunt, inde procedentes ad villam, quæ (4) *Schaden* dicitur, pervenerunt. Quibus occurrentes milites de *Haerlem* & villa (5) *Okerthorpe* in fugam eos compulerunt, & festinantes ad sua infinitam multitudinem scilicet circiter nongentos homines sine defensore peremerunt.

CIↃ. C. LVI. Dum divina mysteria Trajecti in ecclesia civium, quæ in honorem B. Mariæ virginis consecrata est, celebrarentur

lib. 2. de gest. Freder. Barbaross. cap. 4. Dehinc Trajectensium contumaciam, qua in patruum suum Conradum usi fuerant, ulturus inferiores Rheni partes adiit, ipsisque pecuniaria pœna multatis, ac Herimanno Episcopo confirmato, ad superiora remeando Sanctum Pascha Coloniæ Agrippinæ celebravit.

(1) Plin. *partus duodeni, quibus numerosissimi*

(2) Auctarium Affligemense apud Miræum ad h. Ann. *Conradus Imper. diem ultimum claudit, cui successit Fredericus consobrinus ejus.*

(3) Legend. de *Drechtere*. Beka in Herbert. *At Frisii, quos Drechteros appellant, loca aliquot exurentes rebellarunt.* Regio eorum *Drechterambacht* in charta Ann. 1299.

(4) An *Schagen?*

(5) *Exdorp.* Jo. à Leydis *lib.* 17. *cap.* 21. *Opdorp* Beka in Hermanno. Alii aliter. Vid. Buchel. ad Bek. *ibid.*

tur & pauperes in offerendo presbyterum nimis inquietarent, custosque pauperes virga depelleret, eadem virga pyxidem, quæ super altare cum corpore dominico pendebat, percussit, & inter populum dispersit. Sequitur è vestigio mors subitanea Episcopi Trajectensis Hermanni, & impletum illud Apostoli: *Inter vos multi sunt infirmi & imbecilles, & dormiunt multi.* Cui successit Godefridus; qui sine discordia aliqua investitus est, quia in Imperatoris Friderici Trajecti † consistentis præsentia guerram fieri non permisit.

CIↃ. C. LVII. Theodoricus Comes Hollandiæ IX. filius Florentii Crassi Comitis & Petronillæ obiit, cui successit Florentius filius ejus.

CIↃ. C. LX. Ministeriales Trajectenses firmissima conjuratione invicem ad servandum jus suum conjuraverunt, & multi ex optimis eorum homines *Henrici* Comitis Gelrensis, ut eis auxilio fieret, facti sunt. Cujus auxilio freti * Episcopum *Godefridum* in terrâ episcopali obsederunt, & cepissent, nisi adjutorio & consilio *Theodorici* de *Clivo* evasisset. Egressus autem adversus omnes cives Trajectenses & ecclesiæ ministeriales in iram exarsit, & turrim suis militibus munivit, ex qua plurimi civium balistis, sagittis, & etiam lapidibus vulnerati & occisi sunt. E contra Comes Gelrensis cum ministerialibus, civibus, & militibus suis instantissime consurrexit, & multis incursionibus eos, qui turrim tuebantur, & parti Episcopali favebant, inquietavit, adeo ut utramque domum Episcopi, scilicet hiemalem & æstivalem combureret, & mangenas ad turris destructionem præpararet. Episcopus vero imploravit auxilium Comitis Hollandiæ *Florentii*, monens eum, ut fidelium & hominum sincerorum adjutor in oportunitatibus existeret, & gloriam ejus vitamque servaret. Comes vero videns eum angustiis circumdatum, & omnibus auxiliis destitutum, collecta militum & manuum multitudine copiosa, & adjuncto maritimo * aggressi, & in Dominico populo plus quam oportuit, auxiliator Episcopo fuit.

* Forte, *aggere.* Sweert.

† Jo. à Leydis *lib.* 17. *cap.* 22. *Post obitum Hermanni Antistitis Fredericus Imperator Romanorum Trajectum descendit, & discordem electionem Capituli intercepit.*

* Beka hac de re nihil. Nec Joan. à Leydis quicquam. Heda paucis rem attigit.

fuit. Castrum enim *Woerden* firmavit, & impositis militibus suis, & sagittariis, & Flandrensibus totam circumcirca regionem incendio vel rapinis depopulatus est. Cum autem tum à Comite tum ab Episcopo civitas Trajectensis plurimum arctaretur, à Comite Gelrensi defensa est. *Theodoricus* de *Batenborch* ibi cum suis electis & audacissimis militibus affuit, & cum eo multi milites & armigeri solidorum pactione convocati, qui multotiens urbem egressi assultus frequentes & incursus adversus milites Episcopi & Comitis *Florentii* habuerunt. Interea Trajectenses auxilio Comitis Gelrensis † mangenas constituentes turri applicuerunt, eamque quotidie lapidibus impetentes destruxerunt, instantissime annuentibus ad hoc * mangenibus, & cujusque officii hominibus. Perduravit autem hæc discordia à festivitate Sancti Mauritii usque ad festivitatem Sancti Joannis Baptistæ, & tunc demum mediante Episcopo Coloniensi *Reynaldo* ex jussu Imperatoris *Frederici* sedata est.

† Frequens medio ævo vox. *Mangenæ* sunt machinæ. Unde & vox est detorta.

* *Magistratibus.* Sweert.

CIↃ. C. LXI. Dominus *Walterus* Abbas, bonorum memoria dignus, post renovationem ordinis, & status Egmondensis cœnobii, post constructionem & ornatum templi, post claustri & omnium officinarum ædificationem, post fratrum de parvo numero in magnam congregationem, obiit x. Kal. Decemb. cum præsedisset ecclesiæ annis triginta & uno, mensibus duobus, diebus xx. uno, cui successit *Wiboldus* Abbas. Eodem anno Frisones de (1) *Drethem* cum Comite Hollandiæ pactum pacis inierunt post xxx. annorum & amplius discordiam. Homines Frisones sub una pace fuerunt.

CIↃ. C. LXII. *Florentius* Comes Hollandiæ x. sororem Regis Scotorum nomine *Adam* cum magno apparatu advectam duxit in uxorem. Eodem anno idem Comes inspiratione divina compunctus recognovit patrem suum in hoc errasse, quod Capellano suo *Schidboldo* (2) Flondirghen ecclesiam suam violenter abstulerat, quam ei post juste tradiderat, & obtulit eam cum fratre suo *Roberto* ecclesiæ Egmondensi, quam quondam *Arnulphus*

(1) Leg. *Drechtere.*
(2) Leg. *Flardinghe*, ut in charta Theodorici Comitis Ann. 1083. apud Miræum *Cod. piar. don. cap.* 62.

nulphus Comes cum filiabus suis eidem ecclesiæ Egmondensi contulerat.

CIↃ. C. LXV. Imperator Fridericus Trajectum veniens Episcopum Trajectensem Godefridum, & Florentium Comitem Hollandiæ, post grandes inimicitias reconciliavit.

CIↃ. C. LXVI. Frisones (1) Occidentales, qui habitant trans vadum, transeuntes in multitudine gravi, armati ut solent galeis clavatis, clypeis, mucronibus, & venabulis, in agros oppiduli, quod *Alcmaer* dicitur, conscenderunt, quarum enormi multitudine visa, omnes, qui Alcmariensibus ad auxilium venerant, se subtraxerunt, & solos cives vici illius ab hostibus conclusos in extremo vitæ periculo reliquerunt. Frisones autem omnes domos eorum omni supellectile jam dudum evacuatas combusserunt, nihil ædificii relinquentes, excepta ecclesia, cui ex (2) omni consilio pepercerunt. Ipsi autem Alcmarienses videntes se alieno destitutos auxilio accensi sunt viriliter & constanter pugnare pro patria, & fere (3) octingenti viri electissimi omnes adversa fronte occisi felici, ut speramus, compendio pro morte vitam mercati sunt. Si enim pugnare pro patria virtutis est; pro patria mori (4) felicitatis. Hoc autem extravisivum cædis vel incendii Frisones fecerunt in vindictam injuriæ, quam consortes & concives eorum Frisones de *Schagen* (5) eodem anno post natalem Christi passi sunt à militibus de Haerlem, & sociis eorum, qui domos illorum combusserunt, jumenta abduxerunt, & ipsos homines quasi pecora inermes & improvisos lanceis & gladiis per-

(1) Orientales. Jo. à Leydis *lib.* 18. *cap. ult. cum infinitis præliatoribus vadum transeuntes*, ibid. *vadum Ockenvord transeuntes*. Beka ad h. Ann. Memoriam loci, ut Buchelius ibi putat, servat locus *den Ottendyk*, haud ita longe ab Alcmaria.

(2) Leg. communi.

(3) Octuaginta. Jo. à Leydis *d. loc.* Beka *ibid.*

(4) Felicitas est. Jo. à Leydis *d. loc. felicitatis est*. Beka *ibid.*

(5) Beka ait *pridem*, non autem *eodem anno*. Verba ejus hæc sunt: *solam quidem ecclesiam incombustam de communi beneplacito reliquerunt, ita quod nongenti Frisones sufficienter essent ulti, qui pridem à militibus de Haerlem, ut prædicitur, sunt occisi.* Respicit ergo ad id, quod & ipse & quod Auctor habet supra ad Ann. 1155.

Digitized by Google

perfoderunt, vel captos minus quam decebat, misericorditer tractaverunt.

CIƆ. C. LXVII. Mulier, quæ cœca de Aquisgrano veniens ad S. Adelberti cœnobium, in itinere meritis ipsius sanata est. Eodem anno in villa Egmonda natus est agnus unum caput habens & duas partes posteriores, sex pedes, & duas caudas, qui visus à multis cunctis intuentibus spectaculo fuit, & cum portentum aliquod soleat portendere vel significare, creditum est quibusdam per duas agni partes significari Comitatum Hollandiæ scilicet & Frisonicum, quia cum uterque ad eundem pertineat Comitem, dividitur tamen plerumque inter se per hostilem discordiam. Utriusque populi confinium & & quasi divisio est villa Egmondensis, ubi apparuit monstrum discordiæ & divisionis, quæ ipso tempore tanta fuit, ut alter populus alteri vicissim & vitam & omnia sua, si posset, auferre non dubitaret.

CIƆ. C. LXVIII. Florentius X. Hollandiæ Comes brumali tempore cum maxima manu militum & peditum veniens in villam, quæ *Schoerle* dicitur, Frisonibus contiguam deliberavit, & consilium iniit, qualiter eosdem Frisones exeuntes bello aggrederetur. In ea mora deliberationis quidam electissimi milites, vel privati homines constantes & audacissimi, impetum animi sui non ferentes inermes in aquis Comite dissuadente prosilierunt, & villam Frisonum, quæ *Schagen* dicitur, incenderunt, Frisones autem in insidiis positi domorum suarum jacturam facilem habuerunt, dummodo inimicos suos concluderent, & reditum illorum interciperent. Cumque hostes insidiis pridem intenti ea, quæ retro fuerant, obliviscentes in anteriora conscenderent, & quasi fugientes persequerentur * de latibulis egressi Frisones, vias quibus erant redituri, occupaverunt, & redire parantibus maxima multitudine constipati in faciem restiterunt. Sed quidam militum denso agmine facto animam suam ponentes in manibus suis in confertissimos hostes irruperunt, & illæsi ad Comitem redierunt. Alii omnes exceptis paucissimis captivatis occisi sunt, & facta est (1) magna strages electissimorum

* Locus hic, unde incipit manuscriptum, quo usus sum.

(1) al. *maxima*.

rum virorum. Ex his nobiles & probi corruerunt milites, Simon de Antwerpia juvenis incomparabilis pulchritudinis, Wilhelmus de Vorholte, (1) Baldranus de Haerlem, Gerardus Dapifer, Florentius (2) Rust, Alardus de Egmonda, Bruno de Kasterkem, Gerardus (3) juvenis de Monstre, (4) Everardus de Norteke. Corpora vero occisorum diversis confossa vulneribus Egmondam ad tumulandum relata & laicis & monachis maxime Comiti lamentabile præbuerunt spectaculum. Nec elapsus est integer annus ab agni spectaculo ad spectaculum defunctorum. Contigit autem hæc cædes XI. Kal. Febr. die S. Vincentii martyris, quæ erat feria secunda.

Anno CIↃ. C. LXIX. videlicet Alexandri III. Papæ XIII. Fresones occidentales in magna multitudine vadum (5) *Rekere* transeuntes (6) *Alcmare* iterato in die Sancti Ypoliti, quæ solempnis apud ipsos est, combusserunt, sed non talem, qualem prius, suæ voluntatis successum habuerunt. Obviatum eis est fortiter à vulgo circumcirca commoranti, & à paucissimis militibus viriliter illos conterentibus. Duæ præterea naves ex latere de villa, quæ dicitur * Bukle, cum grandi impetu properantes timorem eis & suspicionem magnarum insidiarum incusserunt, & occisis ferme XXX. fortissimis ex eis, omnes à maximo usque ad minimum in fugam inclinatis & dejectis insequi potuissent, major copia fuisset, vel sagittarii Flandrenses, qui ipso die advenerunt, aliquantulum maturius affuissent, dies illa Fresonum procul dubio facta fuisset exterminium, ut posteritas de hoc potuisset narrare filiis filiorum suorum. Eodem

* Al. *Buble*, Al. *Bokle*, prope Alcmare.

(1) In margine erat, *al. Brandanus.* Verbo autem *dapifer* superscriptum erat *Drossart.* Alii *Schenker.*
(2) *Roescher* est apud Bekam. *Ruych* apud Joann. à Leidis. *lib.* 18. *cap.* 7.
(3) de Jonghe.
(4) al. *Evert van Norteke. Noortwyck* est apud Jo. à Leydis *d. loc. Noortighem* apud Sweertium. *Nortich* apud Bekam.
(5) unde *Rekerlanden* by Alcmare.
(6) Vetustissima urbs. Hæsit nomen ab *Almari* lacu ei vicino, ut quidem putat Brouwerus ad verba hæc vitæ S. Bonifacii, *Cum ipse electus Dei Bonifacius martyr post tredecim annos peractæ in Fresonia prædicationis, quibus in Australi parte laci Almari &c. sessionem suam peregisset &c.*

Eodem anno obiit Cuniza piæ memoriæ Abbatissa prima in Rinsburgh, literarum scientia & facundiæ gratia mirabilis, religione gravis, carnis nobilitate insignis, (1) soror Fretherici Comitis de * *Bichle*, matertera Christiani Archiepiscopi Moguntiacensis. Cui Bonifacia successit. Eodem anno *Philippus* Archiepiscopus Coloniensis ordinatus est.

* al. *Bilke*.

(2) Hujus Papæ Alexandri tempore maximum scisma fuit Romæ, & ejectus est Conventus Sancti Anastasii, & Abbas Sancti Pauli eundem locum sibi usurpat per Regem scismaticum, qui locus per Alexandrum est restitutus. Hic Papa Fredericum Imperatorem ad concordiam revocavit, qui tunc illos scismaticos Papæ contrarios manu tenebat. Hic Papa duo Concilia ordinavit, unum Turonis, & aliud Romæ, quo Fredericum Imperatorem, & Emanuel Constantinopolitanum, & Wilhelmum Ciclum & Lombardos ad concordiam convocavit. Hujus tempore per xv. annos magni terræ motus fuerunt per loca, ita quod civitas Antiochena, Tripolis, & aliæ civitates quamplurimæ sunt eversæ, & plus quam xx. millia hominum suffocavit (3) Hic Papa vicit quatuor scismaticos, qui se falso Apostolicorum nominibus appellabant, quorum tres pres-

(1) Perperam apud Sweertium *Comitis de Weke*, ut & perperam, quod sequitur, *amita carissimi Episcopi*. Longe illud rectius *Christiani* Episcopi. Godefrid. Monach. ad Ann. 1271. *Imperator Christianum Moguntinum Archiepiscopum in Italiam misit.* Meminit Comitis de Bichle Canonici Coloniensis electi contra Henricum Bavarum Episcopum Trajectensem Hortensius *lib. 5. hist.* Meminit etiam Pontanus *hist. Gelr. lib.* 11.

(2) Apud Sweertium hac de re nihil. Nec sequentium etiam quicquam usque ad Ann. 1172. *verb. Eodem anno Dux Saxoniæ Henricus multis comitatus militibus, &c.*

(3) Platina in vita ejus in *fin. Romæ moritur sublatis prius è medio quatuor scismaticis Pontificibus: quorum seditionibus ecclesia Romana fere subversa est.* Sed trium apud Platinam nomen tantum invenitur, Octaviani, qui & Victor dein dictus, Guidonis ** Cremensis, & Joannis Sarniensis. Quarti meminit in Chronico Martinus Polonus; *Hic vicit*, ait, *quatuor schismaticos*, *Octavianum*, *Guidonem Cremonensem*, *Joannem Strumensem*, *& Landonem*. *Primus fecit se vocari Victorem secundum*, *Secundus Paschalem tertium*, *Tertius Calixtum quartum*, *Quartus Innocentium.*

** Leg. *Cremonensis*.

presbyteri Cardinales (1) morte perierunt. Hic papa Papiensem Episcopum crucis & pallii dignitate privavit, quià Frederico Imperatori in ecclesiæ persecutionibus adhæsisset. Hic Papa cum omne patrimonium beati Petri per Imperium & scismaticos occupatum fuisset, in Franciam transivit, ibique celebrato Turonis solempni Concilio per mare ad urbem rediens, cum Messanæ applicuisset, Rex Cyciliæ Willelmus non solum quia Papa, sed ipsum etiam Dominum, à quo Regnum tenebat, recognoscens eum debito honore prosecutus est.

Imperat hoc tempore *Fredericus* primus. Hic * primo suæ promotionis anno octies jam transacto Romam veniens civitatem Tyburtinam reædificari præcipit. A quo sequenti anno Spoletum destruitur. Cujus tempore sol obscuratus est parum ante nonam, qui diu post horam nonam in eodem statu legitur permansisse. Quo anno fames fuit tam valida, quod rubum grani pro xx. sol. Parmensibus vendebatur. Iste Fredericus largus, & strenuus, facundus & nobilis, in omnibus scribitur gloriosus. (2) Cujus tempore Edissam civitatem Rex Alapiæ cepit, Francosque ibi captos aut morte aut servitute dampnavit. Archiepiscopum quoque civitatis, ducem gregis cum omni clero, quia fidem abnegare noluerunt, in media urbe coram se decollari fecit. Sic ergo *Edissa* civitas Christo dedicata, Thoma Apostolo prædicata, modo est à gentibus novorum martyrum sanguine purpurata. Hujus tempore floruit in Francia magister *Petrus Comestor*, qui utriusque testamenti paginam, historiamque, quæ dicitur Scholastica, compilavit.

* al. *porro.*

Anno

(1) Legendum est *morte pessima*. Omissum est per incuriam illud *pessima* à typotheta. Martin. Polonus *ibid. Eorum tres fuerunt presbyteri Cardinales, qui omnes per Papam excommunicati mala morte perierunt.* Pessimam vocant, & malam mortem eorum, qui exclusi piorum cœtu, qui traditi Sathanæ, indigni ultimo & quovis alio humanitatis officio.

(2) Alapiæ non tantum, (quæ vulgo jam *Aleppo*, Syriæ urbs Comagenæ, ut scribit Cotovicus *itiner. lib.* 3. *cap.* 23. olim Berœa, seu ut alii Hierapolis, ut ibid. Cotovicus, & du Cange ad Nicephor. Bryennium p. 315.) verum etiam Rex Musulæ. Musula olim Ninive, & metropolis Regni Assur, ut scribit Willelmus Tyrius *lib.* 16. *hist*. Edessa olim Rages, civitas trans Euphratem, *ab eodem flumine distans itinere unius diei*, ut idem *ibid.* Nec capta hæc tempore Frederici; sed ut idem Willelmus Tyrius Ann. 1142. quo sceptris potiebatur Imperator Conradus.

Anno CIↃ. C. LXX. æſtas ferventiſſima fuit. Eodem anno circa feſtum omnium Sanctorum ventus maximus erat, quem inundatio maxima ſecuta eſt, adeo ut uſque ad muros civitatis Trajectenſis fluxerit mare, & refluxerit, & piſcis ille tum marinus, quem *Bollek* vocant, circa muros ejuſdem civitatis captus ſit. In Kenemaria etiam tum inundatio illa ex improviſo deſæviit, ut ſubmerſis jumentis vix mulieres & viri in trabibus domorum ſuarum vitam ſuam & parvulorum ſuorum conſervarent, & niſi quidam benigna compaſſione navibus Dimenſibus ſubveniſſent periclitantibus, multi naufragio periiſſent. (1) Eodem anno *Thomas* Cantuarienſis Archiepiſcopus pro Chriſto martyrizatus eſt IV. Kal. Januarii, de quo magna & omni admiratione ſtupenda referuntur miracula, de reſuſcitatione mortuorum, de cœcorum, ſurdorum, claudorum, paralyticorum, & leproſorum frequentiſſima ſanatione; ut antiquis Sanctis in nullo videatur diſſimilis. Propter cujus necis excuſationem Rex Angliæ ſolempnes nuntios miſit ad Alexandrum Papam, qui pro ipſo in animam ſuam jurarent, & ſic de prædicto facto Regem excuſarent. Sed Alexander in Tuſculana civitate receptis nuntiis & auditis duos Cardinales ad * partes Galliæ miſit, ut Regis innocentiam comprobarent. Coram quibus Rex juravit, quod nunquam de ſuo juſſu vel conſilio fuerit inter-

* al. *Regem Angliæ in Normanniam.* Albertus D. Laurentii, & Theodoricus D. Vitalis presbyteri Cardinales, Ampliſſimi ordinis Legati.

(1) Thomas hic, cognomento Becquetus, quod cleri immunitatem edictis Regiis nequaquam territus tueretur vehementius, in odium Regis Angliæ Henrici II. & offenſam incurrit, quam cum faſtu, audacia, & animi impotentia Regi ſemper rebellis in immenſum auxiſſet, ab aucupantibus Regis gratiam tandem cæſus occubuit. Nec propterea tamen martyr. Non pro Chriſto cæſus, ſed pro clero, cujus potiſſimum amplificandæ potentiæ, quantum poſſet, intentus. Martyrem non facit pœna, ſed cauſa, ut recte Auguſtin. ad Pſal. 34. *Nam ſi pœna*, inquit, *martyres faceret, omnia metalla martyribus plena eſſent, omnes catenæ martyres traherent, omnes, qui gladio feriuntur, coronarentur. Ergo diſcernatur cauſa &c.* Diſenb. *de mort. Henr.* VII. *ſect.* I. §. 48. *in not.* Nec aliter cenſuit Rex Angliæ Henricus VIII. cum thecæ, quæ ſupra modum auro & gemmis exornata, reliquias ejus juſſit eximi, & omnes flammis incendi. Sleydan. *lib.* 12. *hiſt. ad Ann.* 1538. De miraculis quod adjectum hic, credat qui vult. Exempla habet Godefrid. Monach. ad Ann. 1172.

Digitized by Google

interfectus. Sed quia occaſione turbationis, quam erga eum habuerat, interficitur, Rex pro illo mox obtulit cc. milites ultra mare ibidem per annum moraturos, ſe ipſum cruce ſignans, infra triennium transfretaturus.

Anno cIↃ. c. LXXI. nocte natalis Domini crebra fulgura micuerunt.

(1) Anno cIↃ. c. LXXII. hyemps molliſſima fuit, in tantum, ut vix duobus continuis diebus glacies aliqua duraret, & omnia ante ſolitum veris tempus in germen prorumperent, & volucres, ut dicitur, circa purificationem Sanctæ Mariæ ova & pullos in multis locis foverent. Eodem anno Dux Saxoniæ *Henricus* multis comitatus militibus & miniſtris cum multarum apparatu divitiarum Iheruſalem profectus ſepulchrum Domini & loca Sanctorum ſua munificentia honoravit, & magnifice ſuſceptus à Rege & Patriarcha cum honore rediit ad propria. Eodem anno *Henricus* Comes de Arnesberch generum ſuum (2) *Ottonem* fratrem Florentii Comitis captum in vinculis & carcere detinuit, nec ulla ratione relaxare voluit, donec vel fide ſua promitteret, vel fidejuſſores daret ſe non invaſurum res ſuas, nec quicquam ablaturum, exceptis his, quæ in dotem filiæ ſuæ accepiſſet. Eodem anno obiit Theodoricus Comes de Cleve, ſtatura & facie venuſtiſſimus, divitiis & neceſſariorum habundantia ſuperaffluens, dulcis alloquio, omnium ad ſe pertinentium, quod rarum eſt in divitibus, defenſor magis quam oppreſſor. Eodem anno Epiſcopus * Ypporienſis Remundus eccleſias multas in Orientali & Occidentali Friſia dedicavit, venienſque Egmundam Capellam Sancti Michaëlis & Sancti Nicholai conſecravit.

* Forſan aut *Hipponenſis aut Hipporegienſis.* Apud Sweertium eſt *Hipponenſis.*

Anno cIↃ. c. LXXIII. hyemps validiſſima & pene nivis expers

(1) De his, quæ ſequuntur uſque ad Ann. 1276. apud Sweertium nihil.

(2) Otto hic ſecundogenitus Theoderici VI. avunculo ſuo cæſo Ottone Palatino, de cujus genere Buchelius ad Bekam in vita Hereberti, factus Comes de Benthem. Jo. à Leydis *lib.* 17. *hiſt. cap.* 15. *Otto Palatinus vir nimiæ venuſtatis ab Hermanno Comite de Staelwyck indigna morte peremtus eſt. Quo ſepulto Otto de Hollandia, filius Sophiæ Comitiſſæ Hollandiæ ſecundogenitus Comitatum de Benthem jure hereditario ſuſcipiens, Comes de Benthem effectus eſt.*

expers fuit. Eodem anno (1) Sophia Comitissa Hollandiæ cum filio suo Ottone & Ysbrando de Haerlem Iherusalem petiit, & eodem anno rediit. Eodem anno dominicum corpus in duabus ecclesiis civitatis Trajectensis furto ablatum est, (2) scilicet in ecclesia vulgi, quæ dicitur Sanctæ Mariæ, & in ecclesia S. Jacobi. Nec ulla ratione, multa & diligenti inquisitione facta, & precibus ad Dominum fusis, quis hoc egerit, potuit reperiri.

Eodem anno repente VI. Idus Maji feria quinta secuta est plaga maxima diluvii cum tanto impetu decurrentis, qualem nunquam Trajectensium aliquis viderit, & omnibus, quæ in agris reperit, depopulatis plurimum civibus horrorem incussit, omnibus contra nitentibus, & frustra aggeres opponentibus, eventumque novi exitii cum stupore & timore exspectantibus.

(1) Theoderici VI. vidua, Florentii III. mater, & Ottonis Comitis de Benthem. Princeps admodum religiosa, ter devotionis causa profecta Hierosolyma, ibi &, ut sequetur mox, tandem mortua & sepulta. Chronic. Hirsaugiense apud Trithemium ad Ann. 1157. *Claruit his temporibus in Hollandia Sophia Theoderici Hollandiæ Comitis uxor, mulier sancta, & in Christi amore devotissima, orationibus, jejuniis, vigiliis, & eleemosynis continue intenta, quæ miraculis tam in vita quam post mortem claruisse perhibetur.* & mox: *Tandem vero post multa opera pietatis, cum jam tertio ad visitandum sanctum Christi sepulchrum Hierosolymam esset profecta, sacris locis devotissime perlustratis 6. Cal. Octobr. feliciter in Domino quievit, & in hospitali Teutonicorum in Hierusalem sepulta est.*

(2) Ecclesiam intelligit, quæ jam vulgo *de Buerkerck.* Olim vulgi, popularis, S. Mariæ, civilis, S. Mariæ minoris, ut habet Beka ad *h. Ann.* S. Jacobi minoris, ut Jo. à Leydis *lib.* 18. *cap.* 8. *Anno*, inquit, 1173. *vivificum corpus Domini nostri Jesu Christi de duabus ecclesiis in Trajecto, videlicet beati Jacobi minoris, & Sancti Jacobi majoris furto sublatum fuerat &c.* Sed rectius S. Mariæ aut Mariæ minoris, ut in charta Ann. 1345. *Universis & singulis præsentes visuris seu audituris Isebrandus filius Sifridi de Texalia presbyter, perpetuus Vicarius, & pro nunc Capellanus, seu Vicegerens in ecclesia Sanctæ Mariæ minoris vulgariter dictæ Buerkerck &c. Onser liever Vrouwen kercke te Buerkerck* in charta Ann. 1465. *den Eersamen ende beschcheydenen Cureyten, Capellanen, Kerckmeysteren, ende gemeene Parochianen der Parochie van onser liever Vrouwen kercke te Buyrkerck binnen Utrecht &c.* Ecclesiam *civium* vocat supra Willelmus ad Ann. 1156.

tantibus. Quod si tam diutinum quam impetuosum periculum fuisset, civitas Trajectensis procul dubio non substitisset. Post triduum vero misericordia Domini manum suspendente aquæ diminutæ sunt, & paulum * deficientes in alveum suum redierunt. Porro in die Ascensionis Domini, quæ proxime secuta est, Abbas ecclesiæ Sancti Pauli *Hildebrandus* nomine verbum Dei prædicans populo hortatus est, & instanter ammonuit, ut generaliter tota civitas jejuniis, vigiliis, processionibus, elemosynarum largitatibus, & orationum humilitate, misericordiam Domini super negligentia Dominici corporis placaret, prædixitque plagam majorem diluvio, nisi id fieret † certissime affuturam. Nec veritate prophetia ejus fraudata est. Eodem enim die circa vesperam incendium exurgens prædictam ecclesiam Sanctæ Mariæ, & totam plateam ejus acerrime invasit, domosque * electissimas penitus consumpsit.

Sic geminato malo devastationis causa latere non potuit, pluribus clamantibus impletum fuisse, quod Abbas Sancti Pauli in verbo prædicationis ipsa die prædixit. Episcopus etiam *Godefridus* in Synodo generali jejunium generale toti civitati & omnibus parrochiis suæ civitatis indixit, ut omnes humili satisfactione, cum clericis laici, senes cum junioribus, divinam placaret indignationem. Ipse etiam Episcopus feria IV. post Pentecosten nudis incedens pedibus cum omni populo à templo beati Martini usque ad ecclesiam beati Jacobi processit, & Sanctorum † divisa loca, clericis letanias, laicis laudes divinas elata voce cum gemitu succinentibus visitavit, bonum relinquens exemplum pœnitentiæ & satisfactionis, siquid talis negligentiæ uspiam contigerit.

* Eodem anno XI. Kal. Augusti (1) dedicatum est templum Sancti Martini in Trajecto à quatuor Episcopis, scilicet Philippo Colo-

* al. *defluentes.* Beka habet *refluentes.*

† al. *citissima.*

* *partem civitatis maximam.* Beka. Rogo; non potes ipse videri incendisse tuam Pontiliane, domum.

† al. *diversa.*

* Non habet hæc Beka.

(1) Atqui ab Adelboldo & constructum & dedicatum. Supra ad Ann. CIↃ. XXIII. Verum est, sed combustum, Ann. 1148. ut supra Auctor ad eum Ann. Et rursum hinc dedicandum. Unus non dedicabat. Opus pluribus, ut apud ethnicos, §. 8. *Inst. de rer. divis.* Ovid. I. *Fast.*

Templa sacerdotum rite dicata manu.

Duodecim intererant dedicante Adelboldo. Supra ad Ann. 1025. Sex & triginta Patriacha Aquilejense. Chronographus Saxo apud Leib-

Colonienſi, Godefrido Trajectenſi, Remundo Ypporienſi, & à quodum Epiſcopo nomine Martino. Ab eiſdem (1) dedicata eſt eccleſia Sanctæ Mariæ & Sancti Stephani in *Olthwic* VIII. Kal. Auguſti.

* Henricus Henrici filius Rex Angliæ ſalutatus. Mejer. ad Ann. CI⊃. C.LXXIV.

* Eodem anno filius Henrici nomine H. adverſus patrem ſuum conſurrexit, multis & fortibus animatus adjutoribus ſcilicet Franciæ Ludovico, (2) Franciæ Willelmo, Comite Roberto, Comite Flandrenſi Philippo, & fratre ejus Comite Bononiæ Matheo,

Leibnitium ad Ann. 1012. *Eccleſia Bavenbergenſis à Patriarcha Aquilejenſi & XXXVI. Epiſcoporum miniſterio conſecrata.* Vix occurrent aut nunquam pauciores quam tres. Ab uno nec eccleſia nec Epiſcopus conſecrandus. Vitio dat Lanfrancus Hiberniæ Regi Terdelvaco quod id fieri pateretur. *Inter multa*, inquit, *epiſt.* 38. *quæ placent, relata nobis ſunt quædam, quæ diſplicent, videlicet, quod Epiſcopi ab uno Epiſcopo conſecrentur.* Add. Annal. Fulden. ad Ann. 870. Nec ſi unius tantum occurrat mentio, ut fateor interdum fit, excludi plures exiſtimandum. Unus ſæpe eſt qui rem agit præſentibus tantum ceteris. Godefrid. Monach. ad Ann. 1168. *A Godefrido Trajectenſi Epiſcopo Coloniæ ordinatur in Archiepiſcopum præſentibus octo Epiſcopis.* Vicini vulgo aderant. Et hi inprimis, & inter ceteros potiſſimum ſuffraganei, eum Archiepiſcopus conſecrandus. Idem ad Ann. 1209. *Theodericus ergo Colonienſis electus ſabbato poſt Pentecoſten à Theoderico Trajectenſi Epiſcopo in presbyterum ordinatur, & ſequenti Dominica, id eſt, octava Pentecoſtes à Goardo Leodicenſi Antiſtite præſentibus ſuffraganeis ſuis in Archiepiſcopum conſecratur.*

(1) Vulgo jam *Outwyck.* Apud Sweertium eſt, *Aldwyck.* Clauſtri jacta jam fundamenta Ann. 1131. à Mechtilde Burggravia Trajectenſi, Arnoldi conjuge van den Goye. Pontificiis autem non inſolens dedicare eandem ædem pluribus ſimul Sanctis. Ægid. Aur. Vall. monachus *hiſt. Leodienſ. lib.* 1. *cap.* 1. *eandem eccleſiam dedicavit in honorem beatæ Mariæ ſemper virginis & Domitiani confeſſoris atque Pontificis.* Geſta Aldrici Epiſcopi apud Mabillon. *cap.* 2. *Fecit quoque atque ſacravit jam dictus Pontifex in ſuperiori & in dextra parte ipſius eccleſiæ aliud altare in honore Sancti Stephani, & S. Vincentii, & Sancti Gervaſii, Sanctique Privati, ſive Sancti Quirici, atque Sancti Naboris, nec non & Sancti Nazarii martyrum Chriſti &c.* Contra olim ethnici uni tantum dedicabant. Liv. *lib.* 27. *negabant unam cellam amplius quam uni Deo recte dedicari, quia ſi de cælo tacta, aut prodigii aliquid in ea factum eſſet, difficilis procuratio foret.*

(2) Legendum *Scotiæ Willelmo.* Chronica de Mailros ad Ann. 1113. *Rex etiam Scotorum Willelmus vetera damna novo conflictu reſarcire*

theo, qui in congressu bellico obiit. Ad quem vindicandum Comes Philippus cum plurimos armatos trans mare misisset, milites electos (1) . . . . Anno Domini CIↃ. C. LXXVI. obiit Sophia Comitissa Hollandiæ. Hæc relicta omni frequentia (2) cognatæ nobilitatis pro Christo exulans tertio postquam Iherosolymis est profecta ibidem moritur, & ad hospitale, quod est Teuthonicorum, sepelitur. Hujus nobilissimæ matronæ, qualis apud Deum & homines conversatio fuit, præter illam in Dei laudibus vigiliarum mirabilem instantiam & indeficientem elemosynarum manum, vere pauperum altera Dorcas, quæ faciebat illis tunicas & vestes, testis est templum Rinsburgense, quod à fundamentis jecit, & feliciter consummavit. Nec etiam claustrum Egmondanum beneficiorum ejus immune fuit, quod devote dilexit & honoravit, ne prædecessoribus suis inferior haberetur, Sancti Adelberti. Cujus meritum quale fuit apud Deum vel in hoc miraculo perpendi potest, quia cum in reditu esset viæ Sancti Jacobi incidit in latrones, qui viæ ejus comites seorsim ductos extractis longis cultellis, sicut ejusmodi hominibus consuetudo est, lateri suo appendentibus, cum occidere temptassent, minime potuerunt, licet cultellos vi tota in ipsos

cire sperans bella immania per consilia iniqua contra cognatum & Dominum suum Henricum Regem Angliæ instaurat. Comes Robertus frater fuit Regis Franciæ. J. Brompton ad d. Ann. *Rex Franciæ convocatis Comite Roberto fratre suo, Philippo Comite Flandriæ, Matheo fratre ejusdem, Comite Boloniæ.* Matheus in obsidio castri de Driencurt sagitta ictus occubuit. Idem Brompton ad dict. Ann. *Matheo Comite Boloniæ fratre Comitis Flandriæ prius ibidem ictu sagittæ ad mortem vulnerato, qui postquam castellum redditum fuerat in Flandriam delatus obiit.* Add. Auctar. Aquicinct. apud Miræum ad d. Ann.

(1) Supplet quod hic deest dictum Auctarium ad Ann. 1174. *Ludovicus Rex Francorum, Heinricus & Richardus, filii Regis Angliæ, cum Philippo Comite Flandriæ contra præfatum Regem iterum insurgunt. Pars vero quædam exercitus Flandriæ instinctu Roberti Cameracensis electi, Angliam deprædatura, trans mare mittitur: quorum alii marina tempestate quassati, alii vero ab Anglis militibus viriliter suscepti, & ignominiose repulsi, cum dedecore ad propria sunt reversi.*

(2) Emendandum hinc quod minus recte apud Sweertium *signatæ nobilitatis.*

ipsos impegissent. Unde latrones in admirationem conversi tanti reatus veniam pedibus ejus prostrati rogaverunt, & ipsa rei eventum admirata, quod petebatur, clementer indulsit. Et hoc rumore longius diffuso ab omnibus ammirabilis habebatur. Hoc ex ejus relatione dictum & certificatum sit, qui ejus peregrinationi interfuit, & ideo mortis periculum timuit, postea monachus noster. Eodem anno obiit Dominus *Witoldus* Abbas, & tanta tempestas fuit, ut vix aliquis majorem meminerit.

Anno CIↃ. C. LXXVII. Trajectum ex magna parte incendio periit, & plurimi utriusque sexus, qui spe salutis in Domum (1) Gerardi Sculteti confugerant, miserabili combustione perierunt. Eodem anno Comes Flandriæ *Philippus* cum magno apparatu rerum & militum profectus Iherusalem revertitur. Eodem anno *Alexander* Papa moritur, cujus ordine Lucius III. exaltatur.

(2) Anno CIↃ. C. LXXVIII. obiit *Godefridus* Trajectensis Episcopus. Balduinus successit frater Florentii Comitis Hollan-

(1) Prætoris Ultrajectini vetustissima institutio. Primus quis incertum. Nec constat satis ad vitam an ad tempus quis olim Prætor. Et si ad tempus, quamdiu. *Anfridus* invenitur Ann. 1080. Nec invenitur vetustior. Occurrit *Jalo* seu *Galo* Ann. 1116. ut & Ann. 1118. apud Hedam *hist. Ultraj. p.* 146. & *p.* 152. Idem Ann. 1119. Ann. 1121. *& seq.* in horum annorum chartis. *Alfard* seu *Alfero* Ann. 1125. 1127. 1131. 1132. & 1145. *Wernerus* Ann. 1147. 1155. *Gerardus* Ann. 1165. apud Hedam *hist. Ultraj. p.* 183. & hic Ann. 1176. Item alius *Gerardus*, *Gerardus* scilicet de *Merlo*, in charta Ann. 1230. ex qua & obiter licet discere vetustissimum eum morem, usitatum adhuc Ultrajecti, subscribendi nimirum nomina traditionibus prædiorum in judicio faciendis, Prætoris & judicum, & quod hi decem|tum temporis, ut in charta jam dicta: *Datum anno gratiæ* CIↃ. CC. XXX. *me Gerardo tunc Sculteto, & nobis Petro Saldenbalg, Heinrico Aureo, Hermanno Oude Ridder, Wernero Rufo, Giselberto Borchgrave, Bertboldo Bonsnavel, Hermanno Poscb, Cantero, Huberto, Theoderico Capellano, tunc Scabinis.* In chartis tamen mentio & Eliæ Sculteti eodem anno 1176.

(2) Godefrid. Monach. ad h. Ann. *Godefridus Episcopus Trajectensis obiit: cui Baldewinus frater Comitis de Hollant substitutus est.* De cognatione ejus dixi ad Anonymum à me editum Ann. 1690. p. 99. & p. 112.

landiæ. Eodem anno Christiani Iherosolymis infinitam multitudinem paganorum (3) in civitate Sancti Georgii occiderunt. Eodem anno Philippus Coloniensis Archiepiscopus terram Ducis Saxoniæ Henrici scilicet magno exercitu aggressus, rapinis & incendiis plurima loca circa Wiseram diripuit, quem Fredericus Imperator valido exercitu subsecutus Brunswik biennio circumdedit, & captis pene omnium urbium & castellorum fortissimis eundem Ducem ad deditionem coegit, & Ducatu penitus exuit, & Bernardo filio Alberti Marchionis tradidit.

Anno CIↃ. C. LXXV. Lambertus Gandensis monachus in Egmonda Abbas efficitur. Eodem anno Comes Hollandiæ *Florentius* Frisiam infinito exercitu ingressus Nethdorp & Winkel incendit.

Anno Domini CIↃ. C. LXXXI. Rex Franciæ instinctu Regis Angliæ Philippum Comitem Flandriæ bello aggreditur, sed eodem Comite fortiter repugnante minime prævaluit. Comes Gelrensis filiam Comitis Boloniæ Mathei fratris Philippi uxorem duxit, sed eodem anno moritur. Uxor rebus, quas idem Comes Gerardus illi concesserat, violenter ablatis repatriat. Eodem anno Lucius Papa moritur, cui Urbanus III. * subjugatur. Cujus tempore Iherusalem à Sarracenis capitur, quo audito Urbanus Papa moritur præ dolore.

* *Subrogatur.*

Anno CIↃ. C. LXXXII. obiit Lambertus Abbas. Franco succedit. Theodoricus Comes de Cleve filiam Comitis Florentii & Comitissæ Adæ Margaretam nomine uxorem duxit, nuptiis magnifice † *Lis* celebratis. Fresones in villa Akersloet occiduntur, & hyemps mollissima fuit. Hic Gregorius VIII. ad Papam extollitur, qui pro recuperatione terræ Sanctæ laborans, & Pisis Januam reconsilians apud Pisas mortuus sepelitur. Post quem eodem anno Clemens III. procreatur.

† Nota nuptias Lis celebratas. Infra ad Ann. LXXXVI. nuptiæ celebrantur in villa Losdun.

Anno CIↃ. C. LXXXIII. dedicatum est templum in Rinsburgh VI. Nonas Maji à Domino Balduino Trajectensi Episcopo, quod XIII. consecrationis suæ die cum ipso claustro miserabili incendio consumitur, & maxima pars sanctimonialium ad exteras regiones deducta verum testimonium miseriæ suæ fuit.

(3) An ubi jam fanum est Sancti Georgii, cujus meminit Cotovic. *itiner. lib.* 3. *cap.* 4?

Digitized by Google

fuit. Eruptio fluminum in plerisque locis fuit, & tanta inundatio pluviæ, ut sata omnia interirent, maxime in Episcopatu Trajectensi & Comitatu Hollandiæ, ut innumera multitudo famis angustia impellere propria colonia relicta alias migraverit.

Anno CIↃ. C. LXXXIV. Comes Hollandiæ Florentius Iherusalem pergit, Frisonibus de Wiring & Texele prius subjugatis, datis ab eisdem Frisonibus quatuor millibus marcarum argenti conditione pacis. Castrum Bruggis cum ecclesia beati Donatiani & quibusdam aliis ecclesiis & domo Comitis totum pene * concrematur, & quod omni tormento acerbius est, multi utriusque sexus flammis circumventi cum rerum suarum perditione in ipsis ignibus vitam ponunt. Duacum similiter cum maximo rerum detrimento violento incendio consumitur.

* Hujus incendii obiter meminit ad hunc Ann. 1184. Mejerus.

Anno CIↃ. C. LXXXV. puella quædam in villa, quæ vocatur Rinsburgh, triennio cæca meritis Dei genitricis illuminatur.

Anno CIↃ. C. LXXXVI. Theodoricus filius Florentii Comitis & Adæ Comitissæ sororem Theodorici junioris Comitis de Cleve nomine Aleydam uxorem duxit. Nuptiæ vero factæ sunt in villa Losdun. *Sophiæ* Abbatissa soror Comitis Florentii Abbatiam in Rinsburgh ultro deposuit. Agnes successit. Eodem anno Clemens III. moritur, cujus loco Cœlestinus III. consecratur, à quo secundo die sui Pontificatus Henricus ad Imperium consecratur.

Anno CIↃ. C. LXXXVII. Saladinus consilio & traditione Comitis Hugonis (1) de Tripla Christianos expugnat, Iherusalem capit, ejectis Christianis possidet, crucem Dominicam asportat, & in exteras regiones collocat. Accaron, quæ & ** Tholomaydis à Turcis capitur, & possidetur, Ascalon similiter, & multæ civitates & castella ad Iherusalem pertinentia cæsis Christianis plus quam LX. mill. & multis captivatis, qui violenter optinentur.

Anno

(1) De *Templo* est apud Sweertium. Utrumque autem mendosum. Scribendum *de Tripoli*, ut apud Bekam ad Ann. 1178. Vid. Auctar. Aquicinctin. ad Ann. 1178.

** Intelligit Ptolemaiden. Vide Analect. Tom. 1. Nostræ Edit. pag. 48, & ibi Matth. in Notis Num. 2.

Digitized by Google

Anno CIↃ. C. LXXXVIII. decreto Romani Pontificis & præcepto Frederici Imperatoris Duces, Comites, Episcopi, Abbates, potentes, nobiles, & maxima multitudo ceterorum fidelium Maguntiam conveniunt, ubi in vindictam Sanctæ civitatis, & injuriam Sanctæ crucis ulciscendam Imperator Fredericus cum filio suo Duce Suevorum, & Comite Hollandiæ *Florentio*, & Comite Gelrensi *Ottone*, & aliis summæ nobilitatis Principibus à Cardinali & Episcopo Henrico * Apostolici legato crucis vexillum signum profectionis in Iherusalem suscipit. Et sic multi alii potentes & nobiles viri, militari laude digni, viam insistunt Iherusalem. *Willelmus* etiam Florentii Hollandiæ Comitis junior filius patrem summe prohibentem prædicta via sequitur, qui ad terram Sanctam veniens per Imperatorem vix patri reconsiliatur.

* *Apostolicæ Sedis.* Sweert.

Anno CIↃ. C. LXXXVIII. Fredericus Imperator cum filio suo Duce Suevorum Frederico per Regnum Ungariæ ingressus fines Græciæ negato sibi transitu maris (1) brachii S. Georgii cum innumerabili & valida suorum sequentium manu, Græcis non audentibus repugnare, castella & civitates occupat, & potenter hyemat. Eodem anno innumerabilis multitudo fidelium magno apparatu navium arma & escas subvehentium viam insistit Iherusalem, & prospero itinere (2) *Sur* usque advehitur. *Otto* Comes Gelrensis navali itinere Iherusalem vadit.

Anno

(1) Chronicon Reicherspergense simpliciter vocat *brachium* ad Ann. 1190. XV. *Kal. April. &c. venerunt Callipolim ad transitum brachii.* X. *Kal. April. in Parasceve transivit brachium Dux Suevia.* Mare *Proponticum*, *Hellesponticum* Otto Frisingens. lib. 1. *de reb. gest. Frid. Barbaross. cap.* 43. *Propontidem* Otto de S. Blasio, *append. ad Otton. Frisingens. cap.* 33.

(2) Perperam apud Sweertium est *huc usque* pro *Sur usque*. *Sur* autem non *Syria* est, ut putat Freherus, qui ubi vox hæc occurrit apud Godefrid. Monachum ad oram adscripsit *Syriam*, & quod mirum ad locum etiam, ex quo constat, quod urbs, ut ad Ann. 1149. *Solam Sur, & Tripolin, & Antiochiam, & castella in montanis posita Christiani obtinent. Marchio Conradus quietus in Sur esse, nec confligere cum paganis statuit: ne si exercitus suus permeretur, civitas à Christianis perditum iret.* Urbs est non provincia. Et aut *Tyrus* aut *Sidon*. Infra ad Ann. 1192. *Conradus Marchio & defensor civitatis Sur.* Guibert. Abbas *lib.* VII. *de gest. Dei per Franc. cap.* 1. *ad* civi-

Digitized by Google

Anno CIↃ. C. XC. Rex Constantinopolis suorum longa oppressione coactus Frederico Imperatori & cuncto exercitui transitum maris concedit, naves præparat, obsides dat, & tota legio fidelium sic transvehitur. Eodem anno *Fredericus* Imperator obiit. Cui à quodam incluso prædictum fuit, quod aquis suffocatus interiret. Itaque cum ad quendam decursum aquarum cum exercitu peregrino devenisset, delectatus limpiditate ejus, ut sudorem ex labore contractum ablueret, peritia nandi confisus aquis se commisit, qui valido impetu repente abstractus, & lapidi inter aquas latenti allisus, Romani Imperii Augustus, tam præsentis exercitus luctu & confusione, quam totius Christianitatis summo dolore, tam misero mortis genere obiit. Et quia fama nihil velocius ad gentiles obsessos Accaron mors ejus velocius pervolavit, ut hunc fere prius quam Christiani scierint, quorum cotidiana fuit † insultatio mortem tanti Imperatoris confusis plausibus Catholicis improperantium. Corpus ejusdem Imperatoris exenteratum ob longitudinem itineris sale diligenter confricatum & gestatorio impositum luctuoso agmine Antiochiam delatum est, & in basilica beati Petri in introitu chori dignissimo honore tumulatum. (1) In eadem Antiochia *Florentius* Comes Hollandiæ non multo post languore cor-

† al. *exultatio.*

civitatem applicant maritimam, quæ appellatur Baruth &c. & dehinc ad aliam, quæ dicitur Sur. Quod *Sidon*, Chronic. Augustens. quod est apud Freherum ad Ann. 1193. *Conradus Marchio Montisferrati, qui Rex Jerusalem fuerat creatus, ut fertur de consilio Regis Angliæ à duobus insidiatoribus occiditur apud Sidonem.* Contra autem quod Tyrus Chrônic. Reichersp. ad Ann. CIↃ. C. LXXXVII. *Istæ vero civitates adhuc sunt salvatæ, & bene munitæ, Hierusalem, Tyrus, quæ & Sur, & Ascalona &c.* Cur autem tam varie? Haud dubie urbium propinquitas, nec quicquam aliud in causa est. Robert. de Monte ad Ann. 1124. *Tyrus capitur, quam moderni vocant Sagittam. Sydon vero contermina ejus ab incolis modo Sur vocatur, & est metropolis.*

(1) Jo. de Beka in Balduino II. *Eodem etiam anno Florentius Comes Hollandiæ Kalendis Augusti mensis obiit in Antiochia sepultus ibidem apud tumbam Imperatoris in eadem ecclesia.* Frequens hic in aula Friderici Barbarossæ, frequens in comitatu. Bello interfuit in Longobardia & Comitiis apud Roncalias, variisque, quæ extant, chartis Friderici subscripsit, ut chartæ Ann. 1176. & Ann. 1177. Una deinde cum eo adversus Turcas & Sarracenos profectus in Syriam una cum eo etiam expugnavit Iconium. Godefrid. Monach. ad

correptus obiit, vir in quo totius honestatis & probitatis forma se aptaverat. Cujus filium *Willelmum* Dux Sueviæ in obsequium suum assumpsit, tum propter patris ipsius ad invicem habitam dilectionem, tum propter ejusdem juvenis acceptabilem sibi strenuitatem. Similiter Episcopus Werceburgensis miræ facundiæ & scientiæ, in quo totius exercitus consilium in comministrandis negotiis dependebat ibidem mortuus Catholicis expensis sepultus est. Aliique multi potentes & nobiles Antiochiæ sunt sepulti.

Elogium Florentii Comitis Hollandiæ.

Anno CIↃ. C. XCII. Dux Sueviæ *Fridericus* filius Frederici Imperatoris, qui cum patre Iherosolyma profectus erat & *Philippus* potens Marchio Flandriæ apud Accaron moriuntur, & infinita multitudo fidelium. Accaron à Christianis recuperatur cæsis in ea multis millibus Turcorum. *Philippus* Rex Franciæ hoc anno, quo cum Rege Angliæ *Richardo* profectus erat, repatriat. Eodem anno Celestinus III. de medio tollitur, post quem Innocentius III. Pontificali infula decoratur. Hic quam magnus fuerit, quantus quoque in scientia gloriosus, opera ejus testimonium perhibent veritati. Fecit enim inter cetera hospitale Sancti Spiritus, & Sancti Sixti ecclesiam renovavit, decretales quoque Epistolas composuit & sermones, librum etiam de misera conditione humani generis, & multa alia gloriosa. Iste universis ecclesiis infra urbem calices argenteos non habentibus libram argenti dedit pro calicibus, eo pacto, quod eos vendere non liceret. Hic Ottonem quartum coronavit, & quia fidelitatem non tenuit eum postea degradavit. Hujus tempore Constantinopolis à Venetis & à Francis capitur, & per æquivocationem (1) picti angeli declinatur. Hujus tempore pro subsidio terræ Sanctæ Lateranis Concilium celebratur. In

ad Ann. 1190. *Decrevit Ducem Sueviæ filium videlicet suum, & Comitem Hollandiæ Florentium nomine ad expugnationem civitatis mittere &c.* Add. Goldast. *to.* 3. *const. Imp.* 235.

(1) Tres Græcis fuerunt Angeli Imperatores Orientis. Isacius Angelus, fratris fraude Alexii Angeli circumventus, & de imperio dejectus, & qui patruum dejecit throno Alexius Angelus Isacii filius, ab Alexio rursum Duca ob ignaviam captus, & in carcere eliso gutture ab eodem strangulatus. Quod nec ipsi impune, qui postquam cum Venetis Alexii sociis conflixit,

In quo CIↃ. CCC. XV. Prælatorum numerus recitatur. Hujus anno ſecundo incepit ſolempnis ordo fratrum Prædicatorum per beatum Dominicum de Tholoſa, ubi verbis & exemplis contra hæreticos prædicabat. Ordinem vero Minorum Sanctus *Franciſcus* apud Aſſiſium incepit anno XIV. Domini Innocentii prædicti. Hic Papa (1) Abbatis Joachimi libellum, quem contra Magiſtrum Petrum Lombardum ediderat, condempnavit. Dampnavit etiam Amelricum Cornotenſem cum ſua doctrina, ſicut habetur in decretali *Dampnamus.* Hic Amelricus aſſeruit ideas, quæ fiunt in mente divina, & creare & creari, cum nihil niſi æternum & incommutabile ſit in mente divina. Dixit etiam, quod ideo finis omnium dicitur Deus, quia omnia reverſura ſunt in eum, quæ in Deo immutabiliter quieſ-

flixit, à Venetis fuſus, victuſque, & intra urbem compulſus brevi urbem, imperium, & effoſſis dein oculis ſimul vitam amiſit. Vid. Chron. Carion. & Nicet. Choniat. Iſacio autem Angelo cum immineret exitium, Græcus quidam Baſilacius, vates vulgo habitus, & præſcius futurorum, vidente Iſacio, ſed negligente, ut Nicetas ſcribit in ejus vita *lib.* 3. τὴν χεῖρα ἐκτείνας ἀχρειοῖ διὰ τȣ̃, σκίμπωνος, ὃν ἔφερε ταῖν χεροῖν, τὴν εἰκόνα τȣ̃ βασιλέως, ἥτις κατὰ τὸ εἰς εὐχὴν αὐτῷ ἀποτετάγμενον οἰκίδιον χρώμασιν ἐπὶ τοίχȣ ἐςήλωτο, τȣ̃ς ὀφθαλμȣ̀ς διαλωβησάμενος· ὥρμηκε δὲ καὶ τῆς κεφαλῆς τȣ̃ αὐτοκράτορος πῖλον ἁρπάσαι, καὶ χαμαὶ κατενέγκεῖν, *ſcipione, quem habebat in manu, imaginis, quæ in ejus oratoriæ cellæ pariete depicta erat, oculis eraſis, etiam pileum ejus rapere, & terræ allidere properabat.* Et hoc eſt haud dubie, quod hic Auctor reſpexit. Nec immerito ſuſpicetur quis Iſacium, qui inſtar angeli φλογερὸς ἦν τὴν ὄψιν, *flammanti erat facie*, ut Nicetas ſcribit in ejus vita, inſtar angeli etiam pictum.

(1) Jac. Philippus Bergomas *ſupplem. Chron. ad Ann.* 1159. *Joachim magnus Abbas natione Calaber, vir magnæ doctrinæ & excellentiſſimæ vitæ, ac ingenii prope divini, hac ipſa tempeſtate apud Guilielmum magnum Regem & Calabros omnes clarus & inclytus habitus eſt. Qui prophetiæ ſpiritu, ut ajunt, repletus &c. Hic cum plurimum eruditus eſſet nonnullos in ſacris Codicibus edidit commentarios &c. Alia quoque multa edidit, & maxime contra Judæos, & alios fidei Catholicæ adverſarios. Scripſit etiam tractatum contra Petrum Lombardum ſupradictum Theologum eminentiſſimum, qui in Concilio generali damnatus eſt, ut principio decretalium c. damnamus.* Cap. eſt 2. *ext. de Summ. Trinit.* quo damnatus & Amelricus.

Digitized by Google

quiescunt, & unum & individuum atque incommutabile in eo manebunt. Dixit & Deum esse essentiam omnium creaturarum, & esse omnium. Dixit etiam quod in caritate constitutis nullum peccatum imputabitur. Unde sub tali specie pietatis sequaces sui omnem turpitudinem libere committebant. Qui Amelricus Perusii cum suis sequacibus est combustus.

Anno CIↃ. C. XCII. (1) Albertus frater Ducis de * Louvon eodem anno, quo Episcopus consecratus erat, occiditur. (2) Conradus Marchio & defensor civitatis Sur, & qui multa pro

* al. *Loven.*

(1) Henrici Ducis Lovaniensium. *Louvon* idem quod *Loven.* Erat autem Albertus electus Leodiensis. Cæsus, ut putabatur, Augusto non invito. Alium is malebat, & mox etiam alium in ejus locum substituit. Godefrid. Monach. ad Ann. 1192. *Alberto Leodiense electo ex sententia Episcoporum & Principum amoto, eo quod non canonice intrasset, Lotharium Brunnensem Præpositum substituit, quem ad audientiam Apostolici Albertus statim vocavit.* & mox: *Albertus quoque Leodiensis Episcopus apud Remis obtruncatur: quod voluntate Imperatoris esse actum ferebatur.* Chronic. Aquicinctin. ad d. Ann. *Heinricus Dux Lovaniensis, & Heinricus patruus ejus Dux Ardennensis insurgunt contra Comitem de Ostada & Lotharium fratrem ejus, quem Henricus Imp. in sedem intruserat Leodicensem, pro interfectione Autberti Episcopi nominatæ urbis.* Duces Brabantiæ à primaria in ea urbe Lovaniensium etiam dicti. Infra Willelmus ad Ann. 1202. *Idem Comes munitionem Ducis de Loven, quæ dicitur Busch, expugnatam capit.* Modo dicitur Dux *Brabantiæ*, modo Dux *de Lovanio* apud Godefrid. Monach. ad Ann. 1203.

(2) Vid. supr. ad Ann. 1188. Godefrid. Monach. ad Ann. 1192. *Marchio Conradus, qui in brachio virtutis suæ terram promissionis jamdiu solus defenderat, consilio Richardi Regis Angliæ dolo interficitur.* Textus hic admodum apud Sweertium est corruptus. Nam & *Albertum* cum *Conrado* confundit, & *Albertum* fratrem vocat Ducis de Leenrech, & pro *Sur* habet *suæ*. *Albertus*, inquit, *frater Ducis de Leenrech eodem anno defensor civitatis suæ, qui multa pro Christianis strenue egerat, dolose cultello perfossus moritur, & in eadem civitate, & in ecclesia Sanctæ crucis honorifice sepelitur. Hujus tam famosi Principis lamentabilis & dolosa mors Regem Angliæ apud omnes peregrinos graviter adnotavit &c. Richardus Rex post captionem Accaron, Brundisium, quæ nunc Baerlich dicitur, revertitur, & habitu regali dimisso, quia de Conradi Marchionis morte jam ubique fama erat* &c.

Digitized by Google

pro Christianis strenue egerat, dolose cultello perfossus moritur, & in eadem civitate in ecclesia Sanctæ Crucis honorifice sepelitur. Hujus tam famosi Principis lamentabilis & dolosa mors Regem Angliæ apud omnes peregrinos graviter annotavit, erat enim idem Rex erga Teuthonicos arrogans, & in multis injuriosus. Iste *Richardus* Rex post captionem *Accaron* Brundisium, quæ nunc ** Bareit dicitur, revertitur, & habitu regali mutato, quod de Conradi Marchionis morte jam ubique infamis erat, & privatum quendam se simulans, à quodam Teuthonico milite, quem in obsidione Accaron injuriaverat, proditus, à Duce Austrasiæ captus, *Henrico* Imperatori Augusto traditus est, & in captivitate aliquamdiu detentus tandem pro redemptione sui datis centum & quinquaginta millibus librarum Anglicæ monetæ absolvitur, & de provincia in provinciam transiens Coloniam venit, & à Comitatu Hollandiæ apparatu navium sibi occursantium per mare in sua recipitur.

** Sic edidit Matthæus, sed vitio operarum. Ipse legit *Barlit.* Vide Notas infra.

Anno CIↃ. C. XCIV. (1) Henricus V. sub Cælestino & Domino Innocentio annis VII. imperat. Qui imperii sui anno IV. (2) sibi Regnum Apuliæ subjugavit, plurimos ibi rebelles poenis variis affligendo, Tancretum filium *Tancreti* Regis Cyculorum

In meo est *jam ubique infamis erat*, & pro *Baerlieb* est *Barlit.* Haud dubie etiam rectius. Vulgo hodie *Barlette.* Baletum vocat Otto de Blasio ad Ann. 1193. Verum nomina propria non semper eodem modo, alibi aliter enunciantur. Apud ipsos etiam Romanos, ut verbi gratia Brundusium cum dicitur *Brentesium l. qui Romæ.* 122. §. *Callimachus. ff. de verb. obl.*

(1) Legendum VI. non V. Celestino, cum nondum Papa, nomen erat Hiacynthus. Factus Papa è Cardinali, cum jam admodum senex. Chron. Reicherspergʼ. ad Ann. 1191.

(2) Apuliæ non tantum sed utriusque Siciliæ. Godefrid. Monach. ad Ann. 1195. *Heinricus Imp. vir expertæ felicitatis tam inopinata quam expectabili victoria potitus, totam Apuliam, Siciliam, & Calabriam sibi subjugavit.* Chronic. Augustens. ad d. Ann. *Heinricus Imperator manens in Apulia secundam expeditionem terrestri & navali fortissimo apparatu fecit: totam Apuliam & Siciliam, cum palatio Panormitano, & thesauris Regum antiquorum infinitis obtinuit.* Add. Otto de S. Blasio *ad Ann.* 1193. & *seqq.*

Digitized by Google

culorum (1) cum matre sua Margareta & Regem Empyretarum secum versus Alemanniam deducendo. Henrico Imperatore mortuo orta est dissensio inter Principes Alemanniæ, quorum una pars eligit *Ottonem*, alia *Philippum*. Sed *Otto* coronatus est mandato Domini Papæ. Et tandem optinente Philippo sub pace formata inter eos dolose (2) sub altigno Philippus interfectus est, & sic Otto optinuit Regnum. Fuerat autem Dominus Innocentius Philippo contrarius propter Henricum Imperatorem fratrem suum, qui contra Christianam religionem (3) in Cyciliæ Regno Episcopos & Archiepiscopos trucidaverat, & contra Romanam ecclesiam semper tyrannidem exercuerat, (1) propter

(1) Quærat Regem hunc, cui otium, in Utopia Mori. Non memini uspiam me legisse. Haud dubie textus mendosus est. Nec Tancredi mater Margareta, sed Sibylla, ut eam vocant Pandulphus Collenutius *lib.* 3. *hist.* & Otto de S. Blasio *ad Ann.* 1195. Nec ullus Rex Empyretarum. Legendum est *pyratarum*. Redundat enim illud *em* ex ultimis literis iteratis vocis *regem*, quæ præcessit, quemadmodum in *l. post contractum* 15. *ff. de donat.* ubi pro *nisi condemnatio* legendum *si condemnatio*. Dubium enim nullum, quin adhæserit illud *ni* ex præcedenti voce *Antonini*. Rad. Forner. 2. *rer. quot.* 3. Sed quis Rex hic piratarum? Margarita Archipirata; quem *Margretam* vocat Chronica Augustensis ad Ann. 1195. Otto de S. Blasio ad Ann. 1193. *Margaritam Archipiratam, potentissimum illius terræ Baronem, cum quodam Comite Richardo literis apprime erudito, oculis privavit*, & ad Ann. 1195. *Margaritam vero Archipiratam & Richardum Comitem Imperatricis consanguineum luminibus, ut dictum est, privatos æternis vinculis apud Trivels deputavit.*

(2) Locus rursum mendosus. Legendum haud dubie *ab Ottone Palatino*. Duæ enim hic voces, ut virgula ostendit superducta, quæ, ni fallor, coierunt. Chronica Augustensis ad Ann. 1197. *Promiserat* (Philippus Rex) *ducere matrimonialiter filiam Ottonis Palatini Comitis de Witeleinspach, quam postmodum repudiavit. Unde idem Comes commotus accessit in Bamberch ad cameram ipsius Regis, tanquam ei solus pacifice locuturus, & gladio, quem occulte gestabat, ipsum Regem subito interfecit.* Add. Otto de S. Blasio ad Ann. 1208.

(3) De sævitia in subactos plures sunt, qui testantur. De trucidatis Episcopis, Archiepiscopis, nihil legi. Salernitanum Archiepiscopum, quod restitisset diu contumax, perpetuo addixit carceri, fratrum ejus effossis oculis, ut Pandulphus Collenutius ait *lib.* 3. & 4. *hist.* Sed ad cædem id nihil.

Digitized by Google

(1) propter quam ipsum & omnes fautores suos excommunicavit. (2) Ottoni vero Duci Sueviæ viriliter adhæsit, & Aquisgrani in Regem Alemanniæ coronari fecit. Ut autem causa dissensionis in hac electione sciatur, notandum, quod Henrico Imperatore mortuo, facto conventu Principum Philippo unanimiter adhæserunt, ita ut filius Henrici Imperatoris puer quinquennis patri succederet, pro quo Philippus omnia imperialia disponeret. Et ut hæc firmius haberentur factus est secundus conventus, ubi quia non vocatus *Adolfus* Coloniensis Episcopus defuit, seminarium hoc discordiæ Romano Imperio immiscuit, siquidem ad partes suas illexit Comitem Flandriæ Balduinum, *Theodoricum* Comitem Hollandiæ, & alios Principes quos potuit, & contra fidem & jus (3) Comitem Pictaviæ Ottonem Aquisgrani intronizat, cum prius partibus Ducis Sueviæ favisset, cui multi Principes & nobiles Romani

(1) De Henrico id falsum. Verum de Philippo. Godefrid. Monach. ad Ann. 1201. *Venit etiam Coloniam circa festum Apostolorum Petri & Pauli Guido Cardinalis, Prænestinus Episcopus, à sede missus Apostolica, Philippum & quoslibet ejus fautores excommunicatos pronuntians.* Henricus Papa annuente subjecit sibi Normannis pulsis Siciliam, & quo Regni possessionem firmaret sibi fortius, instinctu ejusdem Papæ uxorem duxit Constantiam Rogerii IV. filiam. Pandulph. Collenut. *d. lib.* 3.

(2) An legendum Saxoniæ? Otto de S. Blasio ad Ann. 1148. *Vocaverunt Ottonem, Henrici quondam Ducis Bavariæ & Saxoniæ filium, quem venientem Regem creaverunt.* An nihil mutandum? Nam & Otto Dux Sueviæ oriundus. Arnoldus Lubecensis de patre ipsius loquens *lib.* 2. *cap.* 23. *Dux autem injuste de se judicatum esse affirmabat, dicens se de Suevia oriundum, & nullum proscriptione damnari posse, non convictum in terra nativitatis suæ.*

(3) Pater ei Dux Saxoniæ Henricus Leo, mater Mechtildis Richardi soror Regis Angliæ. Pater ab contumaciam cum excidisset Dominiis tradito Ducatu alii à Frederico Barbarossa, nec benignius habuisset, qui successit, Henricus VI. Ottonem filium suscepit, & Pictaviæ creavit Comitem, quem avunculum habebat Otto, Richardus Rex Angliæ. Unde & idem dicitur postea *de terra peregrinationis suæ* ad Imperium vocatus in literis electorum, quæ sunt apud Baronium, & ex eo apud Meibomium in apolog. pro Otton. IV. p. 274.

Digitized by Google

Romani Imperii adhæſerunt. Rex vero Anglorum Richardus partes Ottonis, cujus erat avunculus per omnia fovebat. Hoc tempore Tartarorum Dominium, ſicut à pleriſque traditur, initium habuit. Hi enim ſub montibus Indiæ in regione dicta Tartara conſtituti (1) Dominum ſuum Regem Indiæ *David*, filium Johannis presbyteri, occidentes ad aliarum terrarum depopulationem proceſſerunt.

Anno CIↃ. C. XCV. Willelmus frater Theoderici Comitis poſt obitum patris à Iheruſalem reverſus à fratre benigne receptus eſt, & fraterne habitus. Sed cum paulatim ſeverius circa ſe agi intenderet, & à fratre penitus deſpici, fratris potentiam declinavit, & collocatus cum quibuſdam militibus, quos ſibi conjunxerat, ad Friſios de *Drechter* gratia & permiſſione eorum refugit, quorum auxilio fines Comitatus Freſiæ adjacentes frequenti incurſu impugnabat. Ad cujus impetum reprimendum *Aleydis* Comitiſſa cum exercitu Egmondam venit magno clauſtri detrimento, & totius ordinis incommodo, quia & res eccleſiæ tam in victualibus quam etiam in aliis multis militibus & ceteris expendebantur, & cotidianus erat diſcurſus per clauſtrum pediſſequarum Comitiſſæ & ceterarum mulierum ſupervenientium, quod clauſtrali diſciplinæ omnimodis contrarium erat. Hæc incommoditas & indiſciplinatio duravit à feſto Sancti Laurentii uſque ad octavam Sancti Martini, & non tunc ſolum ſed toto dominatus ſui tempore clauſtrum Egmondenſe ſæpe & graviter oppreſſit. Et ut à cœpto paululum progrediamur interminata eſt, quod Sanctum Adelbertum viſitaret, & elato corde poſuit in cœlum os ſuum minus opere perſecuta. Cum enim nichil agendum ei foret, venit ad ipſum locum, ſcilicet Egmundam, copioſa ſatis multitudine militum, dominarum, ſervorum, & per XI. dies nimio ſumptu demolita eſt. Et ut nihil propoſiti & minarum illi deeſſet ipſum Comitem ſecum attraxit. Hoc judicio Dei commiſſum ſit, quomodo injuriam Sancti ſui proſpicere de cœlo ſibi placuerit. Nunc noſtrum propoſitum perſequamur.

Igitur Comite Theoderico in Zelandia remorante propter bellum, quod adverſus Comitem Flandriæ Balduinum promovebat,

(1) Tartaros per inſcitiam cum Abyſſinis confundit.

vebat, *Aleydis* Comitiſſa in Egmunda contra Freſones belli negotia diſponebat, miro ingenio ſingula adminiſtrans, in omnibus indefeſſa, (1) Freſonum etiam de *Nedorp* ſaniorum & Principum, quos invitabat, amicitias ſibi conciliavit. Cujus colloquium Balduinus Epiſcopus expetens Egmundam venit, temptans, ſiquos aditus inveniret reconciliationis inter diſcordes fratres, quod quia voto ſuo non ſucceſſit ad propria ſe recepit. Hoc circa feſtum Sancti Michaelis actum eſt. Cum ergo tumultus cotidiani utrarumque partium eſſent (2) prædæ & inſidiarum tandem Wilhelmus aperta congreſſione decertare proponens cum infinita multitudine Freſonum *Alcmaar* venit, cui milites Comitiſſæ & Kinemari occurrentes ad reſiſtendum in acie ſua conſtiterunt. Freſones vero timentes ſe à tergo circumveniri, & quia ductores & ſeniores Freſonum de Winckel & Nedorp, quorum fuga pretio comparata fuit, in ulteriore parte † fluminis turmas ſuas continebant, paulatim ad vadum (3) fluminis progrediebantur fugæ intenti, interdum quaſi ad pugnam properantes ſubſiſtebant. Hoc à Kenemaris deprehenſo militibus jam non exſpectatis fortiter eos aſſilientes in ulteriorem ripam fluminis impulerunt. Willelmus vero in ipſo vado ſubſtitit, aliquantulum reniſus, & fere circumventus foret, niſi maturius fuga ſibi conſuluiſſet. Et hoc ſui detrimentum Freſones non ipſi Willelmo ſed ſuæ incuriæ aſſcribentes de cetero familiariter habuerunt. Nuncius vero hujus victoriæ Comiti directus eſt, qui duplici gaudio jocundatus eſt, tum victoriæ (4) contra Comitem, tum contra Freſones, Deo in omnibus ei proſperante. Igitur cum de Flandris

† Quod illud flumen? An foſſa proprie non flumen?

(1) Legend. *ſeniorum*, ut recte eſt apud Sweertium. Peſſime autem apud eum, *Friſonum etiam & Denocborum*. Legendum contra, ut hic eſt, *Friſonum etiam de Nedorp. Niedorp* eſt apud Jo. à Leydis 18. *hiſt.* 2.

(2) Pro *prædæ* apud Sweertium eſt *pridem*.

(3) Quodnam iſtud flumen? Alcmariam verſus ducit, haud procul ab ipſo opido, confini pago adhuc Oudorp, ut videre eſt in mappis.

(4) Balduinum nimirum Flandriæ. Jo. à Leydis *lib.* 19. *hiſt. cap.* 2. *Theodoricus Hollandiæ Comes utrobique perplexus, tum contra Friſones, tum contra Flandros, populoſum congregavit exercitum, quem de primatum ſuorum conſilio ſubdiviſit in bipartitum cuneum,*

Digitized by Google

dris victor rediisset iterato Balduinus Episcopus Egmondam venit Dominica præcedente Quadragesimam, simul & *Ada* Comitissa, (1) Præpositus Theodoricus, Otto de Benthem, de commoditate pacis tractaturi. De rebus ecclesiæ sumptus erant graves, qui tantis Principibus impendebantur. Agebantur ergo diversa consilia, & ad omnes Adæ Comitissæ votiva fuit supplicatio cœptis insistere, materno affectu consulens. Episcopus nullum voluntatis suæ desiderium consecutus Haerlem rediit, ubi Comes tunc morabatur. Præpositus vero per noctem remoratus ad singulare colloquium à Willelmo invitatus est, ubi mutuo consilio actum est, ut pax daretur & pacis terminus. Hoc per Episcopum & ipso Præposito tandem elaborato Willelmus Haerlem venit, Episcopo adhuc ibi constituto, & diei cujusdam diluculo ad lectum fratris, dubium an invitatus aut sponte per se venerit, accessit, ubi amica & mutua locutione inter utrosque pax confirmata est, hoc modo, ut de theloneo Geervliet pro patrimonio suo Wilhelmo ccc. libras annuatim solverentur. Homo fratris factus pro Comitatu Orientalis Fresiæ, ut Comes de reliquo quietus esset & Willelmus ad sibi concessa migraret. Qui prædictam Fresiam ingressus post longam disceptationem inter se & *Heinricum Grus* habitam munitionem ejusdem Henrici in vindictam Fresonum ab eodem occisorum expugnatam terræ complanavit, Fresones ditioni ejus subjectos, & omnes reditus in jus suum voluntate eorundem Fresonum transposuit. Post hæc *Willelmus* ad matrem veniens ab eadem & ceteris fidelibus suis inhibitus est, ne ad fratrem accederet, qui tunc in castro, quod *Hurst* dicitur, morabatur,

neum, quatenus unum versus Flandriam secum adduceret, & alterum cuneum Adelheydi Comitissæ pro Frisonibus debellandis in Egmonda dimitteret. Quibus ita gestis idem Comes versus Zelandiam renavigavit, adversus Balduinum Comitem Flandriæ grave prælium commisit, quem potenter à Zelandiæ finibus cum victoria profugavit.

(1) Præpositi vox cum simpliciter occurrit, *major* designatur, seu *majoris ecclesiæ*. Jo. à Leydis 19. *hist.* 3. *Theodoricus Archidiaconus & major Præpositus. Trajectensis* nimirum. Apud Sweertium vox corrupta est. Ter occurrit *Propositus*. Male. Ut & male, quod paulo ante, *propter bellum quod adversus Comitem Flandriæ habebat Baldewinum promovebat? Habebat* abundat, ideoque id delendum.

tur, procul dubio capiendus, si iret, sed retardari non potuit. Venit ergo, & à fratre ingratis oculis conspectus, cum die quadam lotis jam manibus ad mensam accessurus esset, fratre vidente & consentiente captus incarceratur. Sed Domino miserante (1) elapsus ad Comitem *Ottonem* venit. Ibi aliquantulum remoratus, quod tibiæ ejus asperitate glaciei graviter exasperatæ erant, & præ rigore intumuerant. Deinde in Fresiam Orientalem à fratre sibi concessam regressus officiocissime receptus est, de fuga vel salute ejus omnibus mire congaudentibus.

Anno CIƆ. C. XCVI. Balduinus Episcopus Trajectensis obiit, & duo à diversis partibus electi, *Theodoricus* videlicet, frater ejusdem Episcopi, tunc Præpositus majoris ecclesiæ Sancti Martini, & *Arnoldus* Præpositus Daventriæ. Episcopatus vero Theodorico Comiti Hollandiæ ab Henrico Imperatore committitur, & eodem Comite Trajectum & circumjacentia occupante vel regente Otto Comes Gelriæ omnia ulteriora fluminis, quod dicitur Isle, suæ potestati vendicavit. Factum est tandem post longam controversiam inter eosdem Comites bellum apud montem, qui dicitur *Heymenbergh*, ubi multis à parte Comitis captis & ceteris omnibus fugatis insperata victoria Theodorico cessit.

Anno CIƆ. C. XCVII. Theodoricus & Arnoldus, qui Romam profecti fuerant, longam disceptationem coram Apostolico, scilicet Domino Innocentio III. de sua substitutione habuerunt, cum tamen Theodoricus anulo & virga imperiali episcopalia suscepisset. Sed cum more diutino disceptationis protrahuntur, Arnoldus mense Junio moritur, & Theodoricus consecratur, qui repatrians apud Papiam moritur. Eodem anno *Otto* Comes Gelriæ & *Theodoricus* Hollandiæ reconsiliantur, quæ reconsiliationis sive pacis concordia usque adeo inter eos coaluit, ut Theodoricus Comes filiam suam nomine *Aleydem* filio Comitis Ottonis, cujus nomen *Henricus*, desponderet. Sed idem puer non multo post languore correptus moritur & Rinsbugh tumulatur.

Anno

(1) Apud Sweertium est: *ad Comitem Gelrensem Othonem venit.* Alius Otto, Wilhelmi patruus, Comes de Benthem.

Anno CIↃ. C. XCVIII. Theodoricus Præpositus (1) de Masdrecht cleri electione, favore communi Theoderici & Ottonis, & consensu civium Theoderico in Episcopatu successit. Eodem anno Theodoricus Comes Fresiam ingressus hyemali tempore (2) multos Fresonum de Drechter occidit.

Anno CIↃ. C. XCIX. Richardus Rex Angliæ in obsidione cujusdam castri jaculo percussus moritur, & Rotomagi sepelitur, cui successit frater ejus Johannes cognomento *Sonderlant*.

Anno CIↃ. CC. II. Theodoricus Comes Hollandiæ Theodoricum Episcopum Trajectensem bello aggreditur: & post rapinas, &

(1) Trajecti ad Molam. Beka in ejus vit. Apud Sweertium est *Maeldrecht*. Sed & illud mendosum. Refert id quod dicitur hic ad Ann. 1197. Godefrid. Monach. *Conrado*, inquit, *Præposito Deventre, & Theoderico fratre Comitis de Hollant, electis Trajectensis ecclesiæ mortuis, succedit Theodericus de Nurberg*. Sed perperam, ut puto. Ex Necrologiis enim constat Theodericum I. defunctum Ann. 1298. Et qui *Cunradus* Godefrido, is est aliis *Arnoldus*, & ut Beka eum vocat, Arnoldus de Isenburch Præpositus Daventriensis. Theodericus, qui * Godefrido *Theodericus de Nurebercb*, Cæsario *de Nurebercb lib.* 12. *de Mirac. cap.* 23. aliis est *de Are*. Vid. & Beka & Heda in ejus vit. Cur autem tam varie? Legendum *Aerburch* non *Nurberch*, ut conjectat Buchelius ad Hed. *in ejus vit.* Et conjectat non male. *Aar* flumen est ad cujus ripam in diœcesi Coloniensi etiam castrum est *Aerburch*. Ahriorum habet insignia, & plenius gentem illustrat Ægid. Gelenius *de Colon. Agripp. magnit. lib.* 2. *syntagm.* 4. epigrammate etiam hoc subjecto:

Abria gens fulget nullis obscura tenebris,
Ceu rosa nativis lucet amicta comis.

(2) Vitiose est apud Sweertium *multos Frisones de Drenochis occidit*. Si contulisset cum nostro, quem videndi tamen non fuit copia, & emendatius edidisset, & mox ad Ann. 1199. *pr. Joconigum sepelitur* scripsisset *Rotomagi*, & pro *ecclesia Nortsen*, ad Ann. 1202. *ecclesia de Wurden*. Quædam tamen apud Sweertium, quæ rectius quam in meo ut ibid. *in loco, qui villa, & castro Husden dicitur*, rectius longe est apud Sweertium, *in loco, villaque, & castro, quod Heusden dicitur*.

* Godefrid. Monach. ad Ann. 1197. *Conrado Præposito Deventre, & Theoderico fratre Comitis de Hollant, electis Trajectensis ecclesiæ mortuis, succedit Theodericus de Nurberg.*

& incendia, inter quæ ecclesia de *Wurden* est concremata, pax reformatur, datis Comiti obsidibus ab eodem Episcopo. Idem Comes munitionem Ducis de *Loven*, quæ dicitur *Busch*, expugnatam capit, & infinitam prædam diripit, capto fratre Ducis Willelmo, & Henrico de Kuc, & multis aliis tam militibus quam peditibus. Dux vero in ultionem injuriæ suæ valida manu tam suorum, quam aliorum Principum, potentum, nobilium, quos de diverso contraxerat, Episcopi videlicet Coloniæ, Episcopi Leodii, Ducis de Limburgh, Comitis Flandriæ, & aliorum quorundam Comitum, eundem Comitem *Theodoricum* in loco, qui *Husden* dicitur, bello aggreditur, & capit. Nec mirum: testati sunt enim, qui in præsenti certamine fuerunt, mirabile fuisse, quod tam valido exercitui, tot Principibus, occurrere potuit vel præsumpsit, præsertim cum exercitus ejus in unum adhuc minime convenisset. Sed hoc discrimen provenit ei ex pertinacis animi minus circumspecta prudentia, tum animosa priorum victoriarum fiducia, & in se profecto didicit, quod idem Deus est, qui exaltat & qui humiliat. Acta sunt hæc ante nativitatem Dei genitricis. Propterea Episcopus Trajectensis Theodoricus sperans Comitatum sine defensore desertum quædam loca Comitatus incendio consumit, prædas contrahit, sed usquequaque res ei in prosperum non cessit, captis de parte ejus pluribus militibus & peditibus, & multis vicis combustis. Dux & Comes Theodoricus reconsiliantur, datis à Comite duabus milibus marcarum. Comes Sutfaniæ Otto † à Duce dolose capitur, cum ad eum in pace descendisset ducatu Regis Ottonis, & Episcopi Coloniæ Adolfi.

† Idem & Comes Gelriæ.

Anno CIↃ. CC. III. (1) Obiit Theodoricus Comes Hollandiæ XI. Cujus morte quis tumultus, quantæ dissensiones, quanta rerum discrimina totam Hollandiam occupaverint, non facile potest exprimi. Sed ne penitus tanquam emortua posterorum notitiæ subtrahantur ratum duximus aliquanta stilo committere, quæ memoria digna sunt explanare, superflua resecantes,

(1) Godefrid. Monach. ad Ann. 1203. *Item ipso anno Theodericus Comes Hollandiæ moritur, & traditur Comiti de Los provincia cum filia sua. Quod graviter ferens Willelmus frater ejus, congregatis militibus eundem Comitem de Hollandia expulit, & filiam fratris abstulit.*

cantes, faſtidium lectoris removere, multa paucis includentes. Cum ergo prædictus Comes valida ægritudine gravaretur in villa, quæ *Durdrecht* dicitur; ut dubium non foret ei de hac ſtatione migrandum fratris præſentiam debito germanitatis requiſivit, ut vel ejus curæ filiam ſuam nomine Adam commendaret, aut de proviſione Comitatus cum reliquis Principibus ageret. Quod ne fieret *Aleydis* Comitiſſæ ſolertia diligenter intercepit, magis, ut poſt patuit, intendens ſuæ diſpoſitioni omnia ſubigi, quæ jam animo conceperat filiam Comiti de Lone deſpondere. Et ut ejus intentioni nichil ſubduceretur ſuæ voluntatis fautores ſibi conquiſivit omnes fere Principes terræ, præcipue Ottonem * avunculum ejuſdem Comitis, Rotgerum de Merlhem, Hugonem de Voern, & ceteros, quorum nomina ſcribere ſuperſedimus, excepto *Philippo* de *Waſner*, & quibuſdam miniſterialibus. Etiam infelici ſeminario diſcordiæ totum corpus Hollandiæ aſpergebatur. Et hæc omnia agebantur, ut & *Aleydis* Comitiſſa voti ſui proſperum ſucceſſum haberet, & Wilhelmus hereditarii fundi alienus ſolo nativo pelleretur. Itaque cum jam prædictus Comes circa mortis confinia laboraret, quaſi jam ſpiritum exalaturus, ſecreta legatione *Lothewicus* invitatur Comitatum Hollandiæ ſuſcepturus ſuper ſponſalibus filiæ Comitis morituri, certius ipſi reſeratis & à primoribus terræ diſpoſitis & confirmatis. Qui † tam inſperatæ legationi votivæ acquieſcens venit vicinam mortem Comitis ‡ Holtena præſtolans. Cujus obitu nuntiato feſtinato Durdrecht ⟊ occurrit, & corpore Comitis locello ligneo jam incluſo, & in exequiis poſito, nobilis puellæ ſponſalibus jocundatus eſt. Et erat miſerum videre nobiliſſimi Comitis reverentiam tam ſubito diſparuiſſe, ut pro fletu & planctu, qui tanti Principis exequiis debebatur, lætitia ſponſalium ſonuerit. Et nichil huic ſimile vel inter viles perſonas uſpiam factum vel compertum fuiſſe nemo meminerit. Igitur corpus navi impoſitum & Egmundam delatum eſt juxta prædeceſſores ſuos tumulandum. Cui ſepulturæ funebria, quod ſine ammiratione dici non poteſt, non de propria rerum ſubſtantia, quamvis erat ditiſſimus, ſed de rebus eccleſiæ tam in miſſarum oblatione, quam elemoſinarum diſtributione, celebrata ſunt. *Wilhelmus*, qui in Orientali Freſia morabatur, ſibi à fratre conceſſa, obitu fratris cognito feſtinanter occurrit ad locum, qui dicitur *Sipe*, &

* Comitem de Benthem.

† Sweert *Qui tam inſperate legatorum votis acquieſcens.*

‡ *Altena.*

⟊ al. *accurrit.*

Digitized by Google

& licentia non impetrata, ut vel ad tumulum fratris accederet, & rediret, in ulteriorem ripam Fresiæ tristis & dolens se recepit. Sed in hac angustia, quæ nimis eum invenerat, aliquantulum retardatus est quorundam Principum solatio, qui ad ejus compassionem totum animum inflexerunt, vita & rebus se illi annectentes, inter suos tum parentum copiosa familia, tum rerum satis habundante affluentia, viri potentes & nobiles. Quorum vel primus *Philippus* de *Wasnar*, Johannes de Riswick fuerunt, annitentibus in id ipsum Symone de Harlem, licet postmodum ad Lothewicum se contulerit, Willelmo de Teylinc, Waltero Egmond, Alberto Banjard, Jacobo * Castellano, quos novi Principis jam pœniteret nova jura, novas institutiones animo sibi proponere, ab omni negotio vel consilio facile se removeri, alterius gentis quoscunque sibi præponi, præsertim cum Aleydis Comitissæ nutu, voluntate disponente, omnia agenda forent, animum fœmineum mobilem, illum nichil omittere, quod ipsa vellet, nec negligendum, quin sibi maturius consulerent. Igitur secreta legatione Willelmus accitus intempestæ noctis silentio ad Philippum venit, à quo votive susceptus est, sed adeo latenter, ut etiam domesticos ejus latuerit, & quia idem Willelmus tutum sibi non credidit, si publicis aspectibus se præsentaret. Adhuc enim novi Principis potestas & Aleydis timor universos occupaverat, cum duobus tamen rei consciis naviculam ingressus Flardinc venit, vili satis indumento omnium cognitioni se subtraxit, pilleus quoque ejus vultum obtexerat. Sed à Zelandensibus, qui eo advecti adventum ejus præstolabantur, gratanter recognitus & officiosissime receptus est. Confestim ad naves alacri festinatione cum ipso regressi celeri impulsu remigum removerunt à littore puppim, & aliquantulum remoti in gaudium & exultationem altis clamoribus perstrepentes lætabantur se Dominum & Principem recepisse, qui filius esset Florentii Comitis, nativus & dignus heres, Principatum Lothewici penitus abrogantes. Cum igitur ad proprium portum scilicet *Syriczee* venissent, & civium aspectui Willelmum insperate præsentassent, omnium tunc præsentium & postea accurrentium pari studio & eadem unanimitate in Principem & Dominum confirmatur. Mira sexus utriusque exultatio salutem illi ex inimicis, pacem in longitudinem dierum imprecantium.

* *Castellano de Leyden.*

Cum

Cum hæc apud gentem maritimam agerentur, Walterus & Albertus summo studio Kinemar ad partes Willelmi continuerunt. Quod Walterus de Raven, qui forte Egmondam venerat, ingrato oculo deprehendens, totus enim Lothewico favebat, Walteri conductu accepto Harlem festine se proripuit, ubi *Lothewicus* & *Aleydis* triduo quam dies tricenarius defuncti Comitis occurreret, venerant, quid præsenserit, seriatim retulit, & ut fugæ præsidio saluti suæ consulant, constanter ammonuit. Tam gravi nuntio consternati festino navigio cum *Giselberto* de *Amestel* recesserunt. Quorum fuga si beneficium noctis non intercessisset, à pagis circumjacentibus Okstorp & Alsmaer procul dubio intercepta fuisset. Sed elapsi Trajectum venerunt fugæ suæ testimonium protinus circumferentes. Filia vero *Aleydis* Comitissæ materno destituta solatio ad urbis * præsidium, quod est in Leydis, una cum *Rotgero* de *Merhem*, & *Ost* de *Burn*, & aliis quibusdam militibus, & armigeris, & balistariis Comitis *Lothewici* anxia confugit. Sed velociter tota Kinemaria ad eandem munitionem affuit ducatu Walteri & Alberti. Nec minus segnis Philippus. Johannem † mors præripuerat. Omnes etiam pagi circumjacentes Rheno pari conspiratione venerunt. Quid ergo manus pauca contra tantos ageret? Nam & victualium in brevi defectus audaciam resistendi minuerat. Transierunt ergo in potestatem obsidentium obsessi vita cum salute membrorum impetrata, omnibus tamen armis & spoliis ceteris exuti. Rotgerus & Ost in vinculis conjecti. Quis hoc nisi qui vidisset crederet? Sic vario statu humanos eludit fortuna casus. Alii incarcerati usque ad adventum Willelmi. Filia vero Comitissæ Willelmo de Teyling cognato suo tradita liberaliter ab eo est habita in omni, quo potuit, & debuit, honore vel obsequio. Et hæc omnia facta sunt Willelmo Comite adhuc in maritimis. Qui rebus suis circumspecte dispositis Hollandiam rediit summo gaudio omnium, deinde Egmondam veniens, ubi à Kinemarensibus quam sollempni lætitia receptus sit cum matre & sorore sua, *Aleydis* & ipsa nomine, difficile credet, nisi qui interfuit. De his satis dictum sit. Nunc ad congressionem inter ipsum & Lothewicum articulum transponamus summam breviter colligentes.

* Burgum intelligit.

† Johannem de Riswic.

Anno CIↃ. CC. IV. Comes *Lothewicus* suæ non immemor in-

juriæ totus ad vindictam toto animo surrexit, cognatos, amicos, quorum * erat numerosus, appellare, multam solidorum conventionem polliceri, ea quæ ad manum habebat large expendere, dum immensum valido & magno exercitu in brevi adauctus est, concurrentibus in adjutorium ejus summis Principibus, Episcopo videlicet Leodicense, Duce de Limburgh, Comite de Flandria, Comite Adolfo, (1) Comite de Hare, Otto † vero Gelriæ nullus fuit adjutorio Willelmi, sed in omnibus quietum se habebat. Præterea Theodoricum Trajectensem Episcopum in amicitias & opus belli secum attraxit, promissis eidem Episcopo duobus millibus & eo amplius talentorum. Et ut præmissorum certior fides haberetur, fratrem ejusdem Comitis obsidem accepit. Plures etiam militum Hollandiæ Ysbrandus scilicet de Harlem, & frater ejus Gerardus, Johannes Persin, Arnoldus de Riswic, & frater ejus Henricus, & alii multi, tum favore Comitissæ tum odio Willelmi. Sic ergo diversarum nationum populi tumultuati sunt contra Comitatum Hollandiæ. Quid ergo Willelmus ageret? pauci erant sibi milites, & nusquam tuta fides, nec tanta popularibus suis belli exercitatio, aut armorum copia, ut tanto exercitui & bellis exercitato resisteret. Accepto tamen consilio ad Zelandenses se contulit, Walterum & Albertum Kinemarensibus præfecit, quorum consilio & diligentia, quæ agenda forent, amministrarentur (2) fratri suo Florentio & Ottoni Præpositis, Willelmo de Teylinc, Philippo de Wasner, & ceteris fidelibus suis pagos Rheno circumjacentes vicinos Episcopatui delegavit. Qui idonee injuncta sibi persequentes loca defensionis constituerunt, unum in loco, qui dicitur (3) *Busch*, alterum circa Rhenum *Suatenburch*, grandi & lato fossato aditum hosti-

* Sweert. *quorum non erat numerus.*

† Sweert. *Otto vero Gelriæ Comes nullius fuit adjutorio filiæ, in omnibus &c.* Pro *filiæ* puto legendum, *sed.* Et sic optima est constructio.

(1) De *Hake* est apud Swoertium perperam. Gerardus Comes de Are est frater Theodorici Episcopi Trajectensis. Meminit ejus Beka in vita Theodorici.

(2) Florentius frater Comitis Præpositus Trajectensis duabus chartis subscripsit donationem continentibus cœnobio factam Rynsburgensi. Servo adhuc ineditas. Altera est Ann. 1199. Altera Ann. 1201.

(3) *Busch* est jam *Buschkoop*, *Suatenburch*, Swammerdam. Beka in Theodorico: *quarum unam Florentio Trajectensi Præposito sitam in Busch, reliquam autem Ottoni Comiti de Benthem sitam in Zuadenburchdam ad tuendum fidelissime commendarunt.*

Digitized by Google

hostibus obstruentes. Walterus vero & Albertus non segnes executores commissæ sibi procurationis escas & arma comportare, ad naves convolare, Kinemarensibus indixere die condicto, ut communi impetu aggerem Amestel interrumperent, ut impetus aquarum interclusus libero meatu defluens agros occuparet, & loca circumjacentia devastaret. Quod & factum est, licet quidam milites Trajectenses cum popularibus renisi sint. Hoc prospero successu Kinemarii animati terram cespitosam, quæ dicitur *Vene*, ditioni Giselberti subjectam totam fere incendiis absumpserunt, & infinitas prædas tum pecudum, tum vestium, & ceterarum rerum contrahentes. Inter quæ domum *Giselberti* honorificæ structuræ favilla tenus exusserunt. Arbores pomiferæ domui vicinæ exustulatæ sine spe germinis relictæ sunt. Deinde villam, quæ *Muthen*, dicitur assilientes, & in congressione superiores cum proxima *Wispe* favilla tenus combusserunt, licet prius obsides dedissent, & tunc fiducia militum suorum rebellassent. Et sic omnia usque *Brukleth* subjugantes datis obsidibus sub pollicitatione pecuniæ ad stationem portus navium suarum reversi sunt. In his omnibus Simon remissius agebat, & notabilem se fecit, quippe qui totus Lothewico favebat, quod rei exitus aperuit. Episcopus Trajectensis tantæ calamitatis majore occasione adductus omnimodis hæc ulcisci statuit, & valido exercitu contracto ad munitionem, quam *Florentius* tuebatur, multo militum suorum labore pervenit. Procul dubio suo & omnium suorum dampno vel periculo, si Kinemarii doloso consilio aversi non fuissent, & milites Hollandiæ, qui cum Florentio falsa fide in munitione morabantur, ad Episcopum non transfugissent. Facta ergo irruptione Florentius captus est, & in castro *Hurst* invinculatus. Ceteris vero fuga elapsis Episcopus munitionem potenter optinuit, rapinis & incendiis omnia proterens & consumens *Leythen* venit, primus omnium prædecessorum, qui hoc attemptaverit, vel præsumpserit. Sed poterat, quia regnum in se divisum facile desolatur. Interea Lothewicus in multitudine gravi suorum sequentium tam militaris quam pedestris exercitus Hollandiam intravit, clementior in hoc Episcopo, quod * partium incendiis pepercit, qui datis obsidibus & in custodia receptis Dordrecht venit. Cujus exercitum *Willelmus* declinans, quia viribus inferior esset, in Zelandiam recessit, duabus tamen navi-

* *eo quod parcius incendiis pepercit.* Sweert.

navibus Lothewici cum multa præparatione ciborum captis & abductis. Itaque Hollandia subjugata, quia non erat qui resisteret, cor enim populi adinstar nivis defluxerat, (1) Lothewicus cum omni manu suorum sequentium Episcopo se conjunxit in Leythen, ubi Symon de Harlem veniens in gratiam receptus est. Episcopus vero & Comes pro libitu suo omnia agentes & disponentes *Herlem* pervenerunt. Ubi Kinemarenses navali exercitu applicantes, irruptionem in Episcopum meditati, cum nichil profecissent, nihil melius quam deditionem æstimantes, sub conditione quingentorum talentorum accepta pace recesserunt. Morabatur interea mater Willelmi & soror Altdorp, & multitudo utriusque sexus in diversis locis Fresiæ, ad quæ confugerant. Lothewicus autem alias suæ victoriæ usque ad Egmondam extendens possessionem Alberti Banjart., & villam, quæ dicitur S. Agathæ, ditioni ejus subjectam in cineres redegit, similiter domum *Walteri* Egmondæ, benignum vero & pacificum claustro & villæ Egmondensi se præbuit. Episcopus, cujus exercitum defectus necessariorum jam occupaverat, gavisus de pecuniæ promissione, sed sollicitus, ne quovis modo reditu interciperetur, festinus ad propria rediit. In augmentum vero calamitatis & miseriæ Comes de Namen, procurator Flandriæ à fratre Iherusalem profecto relictus, & jam Imperatore Constantinopolitano facto, Walacriam suæ ditioni subjecit. Hugo de Voorn fere totam Zelandiam acceptis obsidibus ad partes Lothewici reflexit, & idem illuc venerat. Willelmus undique fugatus & requisitus piscatoria nave retibus obtectus mirabili eventu evasit, quippe cum inquisitores ejus naviculæ ipsius applicuissent, quem apprehendere poterant, * illum reliquerunt. Sed cum *Hugo* modum potestatis insolenter excederet, Zelandenses majorem sui depressionem timentes, habito consilio, & mutuo data fide eundem Hugonem pro-

* *illusi reliquerunt.* Swert.

(1) Godefrid. Monach. ad Ann. 1204. *Circa ipsum tempus Theodericus Episcopus Trajectensis cum exercitu & pluribus nobilibus Hollandiam intravit, & provinciam † Comitis de Los rursus subjugavit. Sed ipso recedente cum idem Comes cum suis in quodam oppido nomine Leidni degeret, præfatus Wilhelmus de maritimis partibus, contracta multitudine tam pedestris quam navalis exercitus, plurimos eorum captivavit, cæteris in palude mersis, & vix paucis evadentibus cum ipso Comite.*

† Comiti.

probrose expulerunt, Willelmum requisitum & inventum in Principem & Dominum exaltaverunt. Quorum benevolentia in se confirmata litteris *Waltero* denuntiavit, ut quanto posset apparatu navium † Leythen cum Kinemar occurreret, per nuntium die quo veniret designato, nullam belli commotionem se absente promoveri, confidere se in domino, quod hostem paternis sedibus depelleret. Walterus id strenue exequi, omnibus voluntariis inventis, Willelmo non minori studio & voluntate concordantibus in hoc. Morabatur autem Lothewicus in villa *Vorscot*, tentoriis potenter extensis. Mercatum ibi plenum omnium rerrum sufficientia, mira exultatio omnium in exercitu, novo Principi congaudentium. Solius *Isbrandi* de *Harlem* absentiam ægre ferentes, qui cum avunculo Allino captus & Althorp Comitissæ missus in * vinculis conjectus est. Fama ergo ad aures exercitus delata est defecisse à Lothewico Zelandenses, venisse *Kinemar*, viam illis interclusam, bellum ex adverso instare: quo non modicum Lothewicus conturbatus, quid agendum sit, cum suis collocutus, nichil sanius repperit, quam hostibus obviam † iri, viam ferro aperiendam, quam hostes munitione apposita negaverunt. Hoc igitur decreto consilio viri belli peritia exercitati dispositis ordinibus *Leythen* venerunt, fossas rudenbus aut segete præcisa complentes, & quia res erat eis pro anima hostes forti impetu assiliunt. Quibus Kinemar & cetera societas è munitione prosilientes inconsulte occurrerunt, omnia sine cautela & sine disciplina belli agentes. Unde à viris bello exercitatis facile circumventi & oppressi sunt, in se materiam relinquentes, quod magis in bello disciplina quam inconsulta temeritas valeat. Plures quibus ad naves redeundi facultas non fuit, præcipiti fuga ad pontem se proripuerunt, & quia tantæ multitudini angustus & infirmus erat, & à persequentibus graviter impingebantur, ab ipso ponte confracto proruentes, misero mortis genere, aquarum violentia perierunt. Philippus & alii multi per diversa fugientes hostibus & morti se subtraxerunt. Plures capti, vulnerati & occisi sunt. Walterus & Albertus cum quibusdam sibi adhærentibus celeri fuga evaserunt. *Willelmus* vero de Teilinc & quidam milites spe defensionis in unum conglobati aliquantulum hostibus reluctati sunt, dum tandem viribus exhausti, deditione impetrata capti & invinculati sunt, Kinemarenses navibus & omnibus spoliis exuti miseri-

† *Leydis cum Kenemariis.* Sweert.

* in vincula conjectus erat. Sweert.

† *ire.* Sweert.

feri & nudi ad fua redierunt. Hunc exitum habuit indifciplinata temeritas. Lothewicus vero cum captivis & fpoliis in lætitia cordis & gloria victoriæ *Vorfcot* rediit, & de cetero fecurum fe credidit. Hoc gravi infortunio ad aures Willelmi delato graviter ingemuit, fed omnia diffimulans cœptam profectionem acceleravit, & in multitudine fui exercitus tam Zelandenfium quam Hollandenfium fuperveniens ad locum, qui dicitur *Tol*, copias fine alicujus prohibitione expofuit. Ad quod explorandum Dux de Limborch miffus eft vir gnarus belli, qui ammiratus multitudinem exercitus, diverfitatem armorum, acierum difpofitionem, verbum pro pace fecit. Quod omnimodis Willelmus refugit, fui expulfionem, patriæ deprædationem, fuorum mortes, vincere aut mori fe veniffe. Itaque Dux fine effectu pacis regreffus vifa retulit, timorem pro audacia, fugam pro defenfione incuffit, & cum fuis fequentibus receffit, Comite Lothewico in periculis relicto. Cujus difceffu *Lothewicus* cognito, * & pretiofa rerum fuppellectili multa & diverfa, à facie Willelmi, qui jam fupervenire dicebatur, feftinus abiit, ne via intercluderetur, milites & pedites ut expeditiores ad fugam effent, loricas & galeas, & diverfa armorum genera, in manus perfequentium reliquerunt. Quorum plurimi præcipiti curfu & cœco impetu (1) in lacum vicinum Reno, quem incolæ dicunt *Sile*, proruentes fpiritum aquis fuffocati fuppofuerunt. Alii verfus Trajectum feftinantes paffim cædebantur. Et fic infirmata eft præ timore virtus eorum, ut etiam à mulieribus fugarentur. Alii qui evaferunt nudi & confufi in civitate recepti miferabile fpectaculum fe videntibus præbuerunt, veram paginam oftendentes in * fe ipfos legendi, ne glorietur fortis in fortitudine fua. Willelmus vero feftino remigum impulfu Lothewicum fubfecutus eft, fed minime fucceffit, illo velociter cum captivis militibus elapfo, quos Epifcopo pro debito pecuniæ traditos idem Epifcopus vinculis & diligenti cuftodiæ ** mancipavit, militum tamen ejus fatis copiofum numerum apprehendit. Omnis præterea copiofus ille apparatus navium & infinita præparatio cibariorum retenta eft. Zelandenfes multa

* *relictis tentoriis, & pretiofa rerum fupellectile, multa & diverfa.* Sweert.

* *in fcripturis legenti.* Sweert.

(1) Zile eft flumen, quod ad Leydam è Rheno ad lacum ducit Harlemenfem.

** Sic lege...... *mancipavit. Militum tamen ejus* (fcil. Lothewici) *fatis copiofum numerum apprehendit*, fcil. Willelmus.

multa & nobili præda tam militum captivorum quam diversis armorum instrumentis ad propria sunt reversi. Evoluto autem non longo tempore Willelmus Comes *Aspren* munitionem Folperti & Florentii adversariorum suorum exercitu tam Zelandensium quam Hollandensium expugnatam dejecit. Trajectenses vero non longo intervallo Durdrecht navigio applicantes totam incendio consumpserunt, vino, frumento, ordeo infinito † distracto, rebus diversæ suppellectilis tam incendio absumptis, quam rapina sine numero direptis. Processu temporis verbum pacis & reconciliationis factum est inter Episcopum & Comitem, & ad effectum usque deductum, sub hac conditione, ut Comes quæ * *Henrico Grus* extorserat eidem restitueret, ministeriales ad Comitatum pertinentes, & in Episcopatu commorantes in jus Episcopi cederent, & qui Episcopi & in Comitatu degentes in potestatem Comitis reservarentur, datis præterea ab eodem Comite mille talentis. Nec tamen captivos suos obtinuit, qui postea infinita pecunia se ipsos redemerunt. Isbrandus etiam de Harlem, & avunculus ejus Allinus, Arnoldus & frater ejus Henricus, de incommodo vinculorum absoluti, & bonis suis restituti in gratiam & reconsiliationem Comitis admissi sunt. Ceterorum autem possessiones & reditus, qui se ad Comitem de Lone contulerunt, Comes in jus suum redactos partim fratri suo Florentio, partim his, qui sibi fideliter adhæserant, distribuit. Præterea *Florentius* Præpositus autumpnali tempore Zelandiam ingressus munitionem Hugonis Scarpenes collectis fidelibus Comitis expugnatam incendio consumpsit, tanto facilius, quanto commodius obsideri potuit, hyemis asperrimo rigore aditum præbente undique.

† *disjecto* Sweert.

* Henrik Craen.

Anno sequente qui erat annus Domini CIↃ. CC. V. Comes Flandriæ Philippus collecta exercitus sui multitudine, & infinito navium apparatu terram maritimam Scalden expugnare statuit, & Dominio Comitis de *Lone* subjugare, Willelmum expugnatum omni honore & Comitatu exuere, qui tamen eorundem Scaldensium hortatu & confidentia animatus resistere decrevit, competentius arbitratus in bello mori, quam paternis sedibus exulem & profugum se haberi. Et cum jam esset in progressu, ut manus consererent, nuntiis intercurrentibus instans negotium ad bonum reconciliationis processit, Comitissa

Flan-

† Nomen vetus *Griete van Vlaenderlant.*

Flandriæ, *Philippi* Comitis relicta, cui nomen † Reginæ indultum est, & Præposito Bruggensi summo studio hoc elaborantibus: Pacis vero conditio x. mill. quingentarum marcarum fuit. Tanti Comitis potentia Lothewicus & *Aleydis* Comitissa confisi contracto exercitu quasi jam Hollandiam certo habituri Trajectum pervenerunt, sed literis & nuntio de pace & reconsiliatione accepto, & auxilio penitus negato spe sua frustrati & illusi ad propria redeunt. † Ecce longam gestorum seriem qualicunque stilo exaravimus, alia præter hæc, si forte supervenerint, quæ ad præsens negotium spectant, alterius executioni committimus.

† Finit Auctor hic, qui apud Sweertium, & cujus nomen putatur Meerhout. In margine inveni ita: *Præsens iste Codex fuit Nicolai Episcopi Harlemensis, & deinde Hedæ vii. viri.*

* non Wilhelmi scilicet, sed ejus fratris Theodorici.

Anno CIↃ. CC. VI. postquam Willelmus Florentii & Adæ filius frater Theoderici ulterioris Comitem de Lone generum * suum videlicet bellis variis profugavit, ipse Comitatum Hollandiæ optinens causa confirmationis ad Ottonem quartum tunc Imperatoria majestate sublimatum proposuit tendere, qui processu itineris percipit Ottonem Comitem Gelriæ sibi insidias nec non insidiarum muscipulas tetendisse. Quapropter vir prudens & nobilis suorum consilio, qui directe absque timoris aculeo viam currunt mandatorum, unico sibi famulo Campis jungitur, tanquam servorum minimus spinas & tribulos nudis pedibus inclinando. Cum itaque divinæ pietatis ordinatione vir pulcherrimus in viis applicatur casu contigit Dominam sui videlicet hostis uxorem fenestra prospicere, (1) juvenemque notissimum intueri. Quæ statim mentis sagacitate nec non supernæ ordinationis felicitate dictum inspicit, inspiciendoque crurium ceterorumque membrorum dispositionem discutit, & discutiendo reperit ipsum *Willelmum* jam Hollandia prædicatum. Nuntius itaque mittitur nomine Dominæ præcipiens, ut quasi vagus transiens castro quod cernitur præsentetur, Willelmus vero, cum nuntii verba audisset, sustinuit patienter, & ait piæ famulæ; *Licet majora mihi incumbant negotia, quibus mora potest esse periculo, tamen finaliter præcepto Dominæ meæ licet incognitæ comparebo.* Sic itaque juvenis iste nobilis, pulcer, & habilis, licet nudus, Comitissæ Gelriæ præsentatur, de cujus tamen

(1) Unde autem notitia hæc? An quod ejus maritus Otho & Gulielmus Hollandus simul cruce signati, familiari usi convictu, in Asiatica expeditione Frederici Barbarossæ?

Digitized by Google

tamen viro maxima sibi pericula disputat proventura. Postquam autem præfatus Comes in hujus nobilissimæ Dominæ præsentia comparuit, præmissa salutatione benigne suscipitur, camera suscipitur, intro ducitur, ac vestibus viri sui, qui nunc aberat, melioribus indutus, & secreto à præfata Domina tenore sui nominis salutatur. Qui licet audax & strenuus, in præsenti tamen more captivorum humilis nomen suum inficit se esse Comitem denegando, mulier vero pertinax à præposito non desistit, ipsum ad veritatis confessionem verbis subtilibus inclinando. Interea die inclinante & nocte suis obscuritatibus appropinquante Otto Comes Gelriæ proprio hospitio jungitur, in cujus occursum nobilis Domina, prout consueverat, præsentatur. Cum itaque conjunctis manibus, prout decet, domo regia regalique aula recipiuntur, prudens Domina à viro suo unius petitionis placitum postulat, quod ab eodem promittitur, & facta potestate juramenti tramite confirmatur. Quæ adhuc eadem postulat, & circumstantes, ut ipsam rogare subveniant, humiliter & prece varia deprecatur. Cujus more minus consueto Comes miratur affirmative promittens, ut quicquid proponeret modis omnibus impleretur, & illa tunc, dilectissime obsecro, ut filiam nostram Aleydem *Willelmo* Comiti Hollandiæ velis matrimonio copulare. Comes miratur tali sermone uxorem stultam asserens & dementem. O † prudens, unde tibi hæc sompnia? quare ponatur, quod ego paratus sim in omnibus tuam exaudire petitionem, quis pro ipso ratificet, ut quod hic discutitur suorum consiliis approbetur? At illa, tuum tantum præbe assensum. Et ille; utrum à Deo vel ab alio hic casus progreditur ignoro, sed quicquid in ipsa ordinatione vestra actum fuerit à nobis inviolabiliter observabitur. Quo dicto Domina cameram ingreditur, Willemo nomine generi salutato casus discutitur. Qui consentiens amplectitur, cameraque productus Comitis præsentiæ demonstratur. Mirantur singuli assistentes. Quorum quibusdam dicitur, *non est sapientia, non est consilium contra Dominum.* Præfato itaque ordine puella producitur, Willelmo adducitur, & sibi nuptiali tramite lectulo præsentatur. Non est hic, quod quidam dicunt, hanc desponsationem fuisse factam tempore, quo Willelmus supra à ministerialibus Trajectensibus Episcopi captus, & in castro dicto *Hurst* vinculatus ad *Ottonem* Gelrum profugus perhibetur. Quod

† al. O *impudens*.

non est verisimile. Nam si ita fuisset dictus Comes eum in tantis miseriis non deseruisset, sed fideliter prono affectu in necessitatis articulo, quo amicitia vera perpenditur affuisset. Sed quo tempore factum sit, dummodo veraciter factum fuerit, plurimum non curamus. Post prædicta *Willelmus* Comes Hollandiæ adjutorio Comitis Gelriæ sibi prius contrarii progreditur, & confirmationem à Rege consequitur, viginti annis Comitatum Hollandiæ possidendo. Qui licet cognata vivente possessor injustus videretur, ipsa tamen absque partu mortua, ejus possessio regulatur, & quod prius jure non potuit, consequitur ex post facto. Willelmus ex uxore sua filium genuit, quem Florentium appellavit, (1) & post hoc brevi tempore in Domino obdormivit.

Anno

(1) Imo anno demum 1222. ut Meyerus scribit ad eum Ann. Quod si verum, quid ergo est, quod chartæ Imperat. Friderici II. Ann. adhuc 1236. inter ceteros subscripsit etiam *G. de Hollandia* apud Schilterum *Instit. jur. publ. lib. 2. tit. 16?* Nullus dubito, quin is filius sit Wilhelmi, Florentii IV. frater, qui Florentio defuncto se Hollandiæ Tutorem ait in charta Ann. 1236. Eximet prorsus scrupulum, si charta ponatur ipsa, cujus hoc est initium: *In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Ego Wilhelmus Tutor Hollandiæ notum facio tam præsentibus quam futuris, quod contuli Abbatissæ & Conventui ecclesiæ Sanctæ Mariæ in Rinsburg omnia bona sive hereditatem, quam post mortem pueri Immæ & Egidii ad Wilhelmum puerum, filium dilecti fratris mei Florentii quondam Comitis Hollandiæ sunt devoluta, decimam scilicet majorem & minorem &c. Hæc autem omnia quæ promisimus cum manu Willelmi pueri, filii Florentii quondam Comitis, ac fratris mei, nec non & cum consensu nobilium & discretorum virorum, hominum Hollandiæ Comitatus facta existunt &c. Datum anno gratiæ* CIↃ. CC. XXXVI. *sexto Idus Januarii apud Leyden.* Willelmum primum quod attinet, certum quod vixit adhuc anno CIↃ. CC. XV. quo Valencenis in Hannonia chartæ Ottonis IV. Imperatoris subscripsit apud Goldastum *to. 1. const. Imper. p. 289.* Imo adhuc anno CIↃ. CC. XX. quo subscripsit, quod ineditum adhuc habeo, diplomati Friderici Imper. II. de teloneo in Gheyne. Unde & constat, quod ex Syria jam reversus, in quam cum exercitu adversus Saracenos ut Dux classis profectus Ann. 1217. Edidi jam iter id superiori anno à socio scriptum ejusdem classis ** *to. 3. Analect.*

** Nostræ Edit. Tom. 2. pag. 25. & seqq.

Anno CIↃ. CC. VII. à Domino Innocentio Papa cum Legato septem Abbates Cisterciensis ordinis ad terram Albigensium ad prædicandam fidem hæreticis mittuntur, quibus de Hispania Didacus Exoniensis Episcopus habens secum fratrem Dominicum sociatur. Eodem tempore Otto quartus contra *Philippum* electum ad Imperium tollitur, sed quia fidem non tenuit subito degradatur. Nam accepta corona statim bellum habuit cum Romanis, & contra voluntatem Domini Papæ intravit Regnum Apuliæ auferens illud *Frederico* Regi Ceciliæ, propter quod Papa ipsum excommunicavit. Et post quarto Imperii sui anno Fredericum Imperatorem Principes elegerunt, qui veniens navigio usque Romam à Domino Papa & omni Romano populo honorifice est receptus, intransque Alemanniam contra Ottonem mirifice triumphavit.

Anno CIↃ. CC. X. Honorins III. Papa basilicam, quæ dicitur *Sancta Sanctorum*, renovavit, & ecclesiam, quæ dicitur Sancti Laurentii extra muros reparavit, (2) in qua Petrum Altissiodorensem Comitem in Imperatorem Constantinopolitanum decoravit. Iste etiam Honorius in basilica Sancti Petri Fredericum Regem Ciciliæ in Imperatorem Romanorum coronavit. Hujus tempore Christiani Damiatam ceperunt, sed Sarraceni

(2) Balduinus Comes Flandriæ & capta Constantinopoli Imperator Orientis fratrem habuit Henricum, sororem autem Jolantam, quam alii ajunt Henrici filiam, ut Peucer. in Chronic. Henricus cæso à Bulgaris Balduino successit. Jolantam duxit Petrus Comes Altissiodorensis. Henricus cum sine prole concessisset in fata Imperium reliquit Petro, qui quo firmius id obtineret ad Papam profectus Romam à Papa voluit coronari. Georg. Logotheta: Ε῎νθα καὶ Πέτρον μετὰ μεγίςης ςρατιᾶς ἐξ Ἰταλίας ὁρμώμενον. καὶ πρὸς τὴν Κωνςαντινέπολιν ἀνατρέχοντα, ἀνηγορευμένον πρὸς τȣ῀ Παπᾶ Βασιλέα, καὶ προχειρωσάμενον τὸ δυῤῥάχιον, ἐκ τȣ῀ Λατίνων μέρȣς Βαλδȣίνȣ, ἐπ' ἀδελφῇ Ἰωλέντῃ, ἐξ ἧς αὐτῷ παῖδες, Φίλιππος, Ρόμπερτος, καὶ Βαλδȣίνος. *Eodem tempore Petrus à Papa Imperator renuntiatus cum numerosissimo exercitu Dyrrachio jam occupato ex Italia adventabat* &c. *Conjux ei Balduini soror Jolenta. Ex ea ei hæc soboles, Philippus, Robertus, & Balduinus.* Platina in vita Honorii III. *Honorius* III. *patria Romanus patre Americo omnium suffragiis Pontifex creatur, ad quem Petrus Imperator Constantinopolitanus cum sola uxore veniens in basilica Sancti Laurentii extra muros coronatur.*

raceni fortuito casu contingente eam postea recuperaverunt. Honorius Papa *Fredericum* Imperatorem sibi & Romanæ ecclesiæ rebellem comperiens eum anathematizavit, & Barones ab ejus fidelitate absolvit. Honorius Papa moritur, & Dominus Hugolinus Hostiensis Episcopus in Papam electus Gregorius nominatur.

Anno CIↃ. CC. XVIII. Fredericus Imperator ab infantia per ecclesiam tanquam per matrem educatus, & ad Imperii fastigium *Ottone* dampnato promotus ecclesiam Dei non fovit tanquam matrem, sed tanquam novercam quantum potuit laniavit, propter quod, ut supra dicitur, *Honorius* Papa, qui ipsum coronaverat, eum sibi rebellem & ecclesiæ Romanæ adversarium comperiens, ipsum anathematizavit ab ejus fidelitate singulos absolvendo.

Anno CIↃ. CC. XXII. Gregorius IX. Papatum suscipit, per quem Sancta *Elisabeth*, filia Regis Ungariæ, relicta Lantgravii Thuringiæ, canoni sociatur. Hic sententiam, quam Honorius prædecessor suus contra *Fredericum* fulminaverat, roboravit. Hic Papa per fratrem Raymundum ordinis prædicatorum pœnitentiarium suum volumen unum decretalium ex pluribus compilavit, mandans ubique illo uti. Hic Papa cum Concilium Romæ celebrare nititur, ab Imperatore viæ tam per mare quam per terram coartantur. Duo Cardinales & duo Prælati Abbates, & alii clerici maxime per mare ad Concilium venientes capiuntur. Hic Papa cum ab Imperatore, qui tunc ex magna parte patrimonium ecclesiæ occupaverat, in urbe obsideretur, videns quasi omes Romanos per pecuniam corruptos, ipse accipiens capita Apostolorum, Petri scilicet & Pauli, & processionem à Laterano usque ad Sanctum Petrum faciens animos Romanorum sic revocavit, ut pene omnes contra Imperatorem cruce signarentur, quod Imperator, qui jam urbem intrare sperabat, audiens multum timuit, & ab urbe longius recessit. Denique Gregorius Papa tantis tribulationibus concussus Romæ anno Pontificatus sui XVII. migravit ad Christum. Hic Papa beatum Dominicum Bononiæ sepultum canonizavit. Post beatæ memoriæ *Gregorium* Papam *Cœlestinus* IV. tollitur, qui licet scientia & vita laudabilis, nulla tamen facere potuit, quia senex eligitur, & cito declinatur.

Anno Domini CIↃ. CC. XXIII. Willelmo Comite Hollandiæ mor-

mortuo Florentius filius ejus terræ præficitur, quæ ab ipso annis XI. pacifice possidetur. Hic nobilem Dominam *Henrici* Ducis Brabantiæ filiam *Machteldem* nomine duxit uxorem, de qua filium genuit, quem avi nomine decoravit. Hic filius *Willelmus* dicitur, cujus pater causa hastiludii Corbiæ proficiscitur, quo probitatis suæ meritis, quibus in hoc ludo nomen vanæ gloriæ acquiritur, invidorum animus provocatur. Auctoritate enim nunquam melius torquebis invidos quam virtutum gloriæ serviendo. Hic itaque Comes turba Claremontensium cingitur, equo prosternitur, ungulis teritur, & sic vir nobilis absque ulla recuperatione campo hastiludii suffocatur anno Domini CIƆ. CC. XXXIV. V. Kal. August.

Anno Domini CIƆ. CC. XXVII. inter Trajectenses & Westfalos apud locum, qui dicitur *Coevoerde*, bellum durum oritur, in quo pater venerabilis *Otto* Trajectensis Episcopus cum multis sibi adhærentibus inclinatur.

Anno CIƆ. CC. XXXIV. inter *Henricum* Ducem Brabantiæ & *Florentium* supradictum Comitem Hollandiæ ex una parte, nec non homines, qui Stedingi dicuntur, ex altera, belli* certamen concipitur, in quo post longam concertationem præfatæ gentis plurima turba dictis Principibus suffocatur. Sed quum prudentis auctoritate ignoratis principiis necesse est silere & artem ignorare, (1) hinc est, quod præsentis belli causam & occasionem breviter præponimus tangere, & quare prædicti Principes hanc terram invaserint explicare. Noveritis itaque mulierem quandam nobilem, & in dicta patria cujusdam militis uxorem in die sancto Pascæ oblationem denarii ad manum sacerdotis facere, qui contra eam propter denarii insufficientiam stulte non timuit murmurare. Completo autem ex more officio dicta mulier cum ceteris ad communicandum progreditur, cui à sacerdote stultissimo non (2) oblata dominici corporis, verum oblatus

* Vid. omnino Ubbon. Emmium hic *init.* *lib.* 10.

(1) Locus notabilis, ex quo patet quam tetros, quam altos, & detestandos, ubi semel est admissa, radices agat calumnia. Miseri enim hi homines tam indignum in modum habiti & tractati à sacrificulis, nec læsæ religionis, nec proculcatæ convicti, traducti tamen passim, vera causa suppressa, ut execrandi hæretici.

(2) Oblata est sacra hostia. Unde & voces, quibus utimur, *ouwelije*, *oblie.* Iso *de mirac. S. Othmari lib.* 1. *cap.* 3. *Quædam panis*

Digitized by Google

latus per ipſam denarius præſentatur. Qui clauſis ab ipſa oculis ſumma devotione ſuſcipitur, quum vera ſuſcipi euchariſtia credebatur. Illa vero maſticare incipiens, & in maſticando duritiam ſentiens dolore tangitur, mente confunditur, metuens culpis propriis exiſtere cauſam, quare ſuſceptam à ſacerdote ſubſtantiam non poterat deglutire. Hæc itaque clauſo ore ab eccleſia ſubito recedens, nec non cum feſtinatione ad hoſpitium veniens linteum mundiſſimum ſtudet promere, & in illud quod ſuſceperat apertis labiis reclinare, quæ mox viſo denario magis timuit, quum in Paſchali gratia proficere deſperavit. Hujus inſuper triſtitia pullulante & coloris facie ſe mutante, difficile enim quod corde geritur vultu non cernitur, ecce vir nobilis dictæ videlicet conjugatus prope domum aderat, qui faciem conjugis mutatam ſolito percunctabat, unde ipſam ſeverius ſtudet inſpicere, & cauſam triſtitiæ poſtulare. Cujus petitionem variis negationibus nititur flectere, & vultus imaginem excuſare. Porro præfata militis matrona contra virum excuſationibus declinante, ipſo quoque quæſtionem quæſtionibus cumulante ipſa ad confeſſionem compellitur, dictuſque tenor coram viro per ſingula denudatur. Qui audito negotio ſæpedictam jubet refici, & doloris materiam à mentis ſuæ terminis elongari, & quum ſæpedictus presbyter in ejus eccleſia erat Vicarius, ſibique extitit Prælatus, dictus miles majorem ſuum ſtudet allicere, & in ejus præſentia dicti negligentiam accuſare. Quorum uterque non ad emendationem humiliter flectitur, ſed verbis minus decentibus contumaciter elevatur. Quapropter dicti militis iracundia magis accenditur, ad amicos proceditur. Quorum conſilio dictus presbyter ſuffocatur. Quo facto dictus miles ab eccleſia ad emendationem impetitus excommunicationi ſubditur, cujus ab ipſo ſententia amicorum etiam conſiliis irridetur. Fato itaque milite anno & amplius in dampnationis ſententia perdurante, totaque illius patria ipſum in ſtultitia confortante dicta transgreſſio Apoſtolico ſcribitur. A quo ad Bremenſis Epiſcopi inſtantiam, qui etiam perſonaliter aderat, omnibus dicti militis patriam

nis rotulæ, quæ vulgo oblatæ dicuntur. Obligæ etiam in libello, ſeu charta, à Bignonio edita ad Marculf. *lib.* 2. *in villa, quæ vocatur Nandulia, de eccleſiis, de vineis, de pratis, de cenſu, de frixingis, de obligis &c.* Dominicy *de prærog. allod. cap.* 16. § 3.

patriam infestantibus transmarina indulgentia tribuitur, crucisque ignominia contra illum publice prædicatur. Sic itaque dictis Principibus ad sæpedictam terram manu armata tenditur. Quæ per ipsos licet non gratis in majori parte destrui perhibetur.

Anno milleno centeno bis duodeno
Bis jungat denum, qui carmen vult fore plenum.

Anno Domini CIↃ. CC. XXXV. Willelmus Florentii Comitis filius erigitur, atque in Dominum & in Hollandiæ Comitem sublimatur. Cui nobilis Domina *Elisabet* filia Ducis de Brunswic in conjugem ducitur, & cursu ecclesiæ legeque Euangelii matrimonio sociatur, de quo filius nomine Florentius gignitur, per quem post mortem patris Hollandia decoratur.

Anno CIↃ. CC. XXXVI. obiit frater Jordanus magister ordinis Prædicatorum. Eodem tempore olim discordia inter Imperatorem & Honorium orta per Gregorium anathemate renovatur. Duo quoque Cardinales, Jacobus videlicet Penestrinus & Otto pro subsidio ecclesiæ contra Fredericum legati & ultra montes missi cum redirent ad Curiam cum pluribus Prælatis per naves Pisanorum capiuntur. Hic Fredericus proprium filium Henricum Alemanniæ Regem sibi de rebellione accusatum cepit, missumque in Apuliam squallore carceris suffocavit. Hic Imperator dudum cruce signatus durante excommunicationis sententia mare transivit majorem desolationem quam consolationem terræ relinquens.

Anno CIↃ. CC. XL. Cœlestinus Papa moritur, cujus loco Innocentius IV. sublimatnr. Hic sedes Cardinalium à multo tempore vacuas de personis ex diversis mundi partibus electis restauravit. Hic post magnum tractatum de pace cum Imperatore, dum ipsius adversus ecclesiam contumaciam perpendisset, clam Ianuensium auxilio devenit. in Gallias, & celebrans consilium in Lugduno ipsum velut hostem ecclesiæ condempnavit, Imperioque privavit. Cujus processum causasque qui scire voluerit, quærat *ext. de sentent. & re jud, cap. ad Apostolicæ dignitatis lib.* VI. Hic Papa (1) Sanctum Emundum Cantuariensem Episcopum

(1) *Edmundum* vocant alii. Obiit anno 1240. 16. Kal. Decemb. Matth.

pum in Lugduno canonizavit. Hic (1) ordinem fratrum de pœnitentia Christi, qui vulgariter *Fratres de sacco* nominantur, confirmavit. (2) Ipse etiam canonizavit beatum Petrum ordinis Prædicatorum, & Sanctum *Stanislaum* Assisii Cracoviensem Episcopum ab iniquo Principe trucidatum. Hujus tempore floruit (3) *Hugo* Cardinalis, frater ordinis Prædicatorum, qui sua lauda-

Matth. Paris ad *d. Ann.* Author vitæ ejus apud Surium. Divorum ordini sociatus anno 1240. Steph. Birchingtonus *Angl. sacr. to.* 1. *Hic post multas persecutiones & injurias, insurgentibus contra eum monachis ecclesiæ suæ Cantuariensis, sibi lites magis voluntate quam necessitate inferentibus, & magnatibus terræ sibi undique injuriantibus, ipse ascendens ex adverso de Concilio suffraganeorum suorum in pacis ecclesiæ perturbatores sententiam excommunicationis tulit. Et ob hoc & alia exilium passus ad Pontiniacum per Papam commendatus ibidem quievit in Domino.*

(1) Tertii ordinis Franciscani. De quo ita Antoninus *tit.* 24. *cap.* 2. *Tertii ordinis viri & fœminæ non dicuntur Religiosi, sed habent quendam modum vivendi religiosum, qui tamen non est completa religio, obligans ad essentialia religionis, & propterea non est verus ordo. Nam & proprium habent, & possunt habere, & uxorati manere, &c.* Et mares, ut videmus, & fœminæ in eo ordine. Mares vulgo *fratres de pœnitentia Jesu Christi.* Fœminæ autem vicissim *sorores de pœnitentia.* Mares etiam & hic & alibi *fratres de sacco*, à sacco, quo induti. Etiam *continentes*, quod quamvis conjuges admittantur, singulis tamen septimanis certis aliquot diebus à congressu se abstinent. Gloss. *ad cap. cum ex eo. clem. de sent. excomm.* Hospinian. *de orig. monach. lib.* 6. *cap.* 10. *animadv.* 11.

(2) Jacob. Philipp. Bergomas *lib.* 13. *hist. ad Ann* 1242. *Petrus Martyr patria Veronensis, egregius ordinis Prædicatorum declamator, & Catholicæ fidei acerrimus defensor, hoc anno pridie Cal. Maji ob ipsius Catholicæ fidei defensionem, cum à Lario lacu sive Cumano cum solo socio Mediolanum rediret, apud Barlasinum oppidum ab Arrianis hæreticis interceptus martyrii coronam adeptus est. Ob cujus sanctitatem & frequentia miracula Innocentius Pontifex ipsum sequenti anno in Sanctorum martyrum numero aggregavit.*

(3) Idem Jac. Phil. Bergomas ad Ann. 1240. *Hugo Barchinonensis ordinis Prædicatorum, & S. Sabinæ Cardinalis presbyter, vir morum ac doctrinæ & vitæ sanctitate perspicuus, per hoc ipsum tempus, cum esset vir doctissimus, & rerum divinarum ac humanarum scientissimus, & ob hoc Gregorio huic Pontifici acceptissimus, scripsit in toto veteri ac Novo Testamento libros* 37. Idem de Stanislao non aliud habet, quam quod Auctor hic, sed lectio est corrupta: *Straslaum* enim vocat Craconensem Episcopum, eumque & vivum & mortuum miraculis claruisse ait.

Digitized by Google

laudabili scientia totam Bibliam perlustravit. Postquam autem Fredericus ab Innocentio Papa depositus esset ab Imperio, Principes elegerunt contra eum Lantgravium Thuringiæ. Quo post parvum tempus mortuo Willelmus Comes Hollandiæ contra eum eligitur, sed in brevi à Fresonibus occiditur, & sic uterque benedictione caruit imperandi. Iste Willelmus Comes Hollandiæ, cum adhuc juvenis esset, eligitur in Regem, à quo, quod annorum numerositate negligitur, honestate morum probisque actibus adimpletur. Et quia secundum quot sunt gaudia felicium tot sunt suspiria invidorum, & ubi multæ sunt divitiæ multi sunt qui eas satagunt devorare, Rex piissimus circumquaque inimicorum odiis infestatur. Unde ad partes Hannoniæ maximo tendens exercitu Valentiam vallat, quæ vallata capitur, captaque ejus voluntati per omnia subjugatur. Post hæc nobilissimus Romanorum Rex percipiens castrum in Regni sui umbilico situm, scilicet in loco, qui dicitur *Keyserswart*, se nolens suis judiciis inclinare, ipse paratissimus convocata multitudine Hollandorum, nec non aliorum suis mandatis semper astantium ad præfatum castri locum tendit, illud per annum obsidens. Cujus tandem Castellanus Regis se obtulit voluntati. Cui & Rex propter fidelitatis confirmationem neptem suam, filiam videlicet nobilis viri, Theodorici † dicti Drossaet, tunc Domini de Brederoede, dedit in conjugem, renovatoque homagio sibi suisque heredibus castrum contulit à Romanorum Regibus feodali jure perpetuo possidendum. Interea *Guido* Comes Flandriæ jam diu Willelmo Regi invidens, & ob ejus dispendium amicos * annuens, ut nunc arma proponit induere, & prædicti Regis incommodo laborare. Cujus dissensionis causam altercationisque materiam breviori quo possum studio propalabo. Noveritis itaque, quod quædam apud Flandriam (1) Margareta, Balduini videlicet Comitis filia, patre defuncto terræ præficitur, & in Comitatus Do-

† Vid. Jo. à Leydis *de orig. & reb. gest. Domin. de Brederode cap.* 21. & quæ *ibid.* notav.
* *ambiens.*

(1) Comes hic Balduinus, & expugnata Constantinopoli Imperator Orientis, duas reliquit filias Joannam & Margaretam. Patri defuncto successit Joanna, Joannæ Margareta. Nec Margareta Joanni sed Bochardo nupsit de Avennis, ex quo duos suscepit filios Joannem & Balduinum. Bochardo mortuo nupsit iterum Guilielmo de Dampetra, ex quo suscepit tres, Guillelmum, Guidonem, & Joannem, ex quibus Guido Margaretæ, prædefuncto jam Guillelmo,

Digitized by Google

Dominam elevatur, quæ mox ad amicorum instantiam pro successoris persona vario modo discutit, & discutiendo reperit melius esse heredem licet in dolore parere, quam hereditatem nobilissimam ad extraneos devenire. A qua cum deliberatione pro viro discernitur, cui preces pro variis offeruntur. Erat autem hoc tempore apud Avennis juvenis quidam elegans & strenuus, nomine scilicet Johannes, qui à dicta Flandriæ Comitissa vocari dicitur, & conjugio copulari, per quos puer virilis sexus gignitur, qui *Balduinus* appellatur. Post hæc dictus *Johannes* reperiens se Subdiaconum, quibus inhibetur matrimonium, conscientiæ suæ volens satisfacere, ad Curiam omni mora postposita studet tendere, & dispensationis beneficium procurare. Qua consecuta redire nititur, sed antequam ad patriam pervenit supplantatur. Uxor enim ipsius inique procedens, & absentem negligens, Deum nec homines inspicit, quando sibi alium sociavit. Iste (1) *Johannes* de *Dampier* dicitur, per quem *Guido* ut nunc Comes Flandriæ generatur. Dictis itaque *Margaretæ* filiis crescentibus, & pro Dominatus successione matris etiam præsentia diffidentibus mater in Consistorio Regis Franciæ (2) Balduinum vere primogenitum tanquam spurium abjicit, & Guidonem licet contra justitiam heredem fieri procuravit. Ad quam Balduinus; *ego igitur mater cum instantia possum dicere, unam de ditioribus mundi meretricibus me creasse*. Dictus itaque *Balduinus* post dissensiones varias Hannoniam, Flandriæ videlicet partem, consequitur, (3) cui soror *Willelmi* Regis videlicet supradicti in conjugem procuratur. Ecce causam, quare Guido Comes Flandriæ

Wil-

mo, in Principatu successit, Joanne & Balduino, quod patre crederentur subdiacono procreati, rejectis ut spuriis, ut latius dixi ad Menconis Chronicon *to.* 3. *Analect. p.* 213. ** *Tom.* 2. *p.* 146. *Nostræ Edit.*

(1) Non Johannes, sed Guilielmus, ut Meyerus aliique.

(2) Non Balduinum, sed Joannem. Balduinus secundo genitus. Meyer. ad *Ann.* 1246. & 1254.

(3) Non Balduino data hæc sed Joanni. Vid. quæ dixi ad Chron. Mencon. *d. loc.* Meyer. ad Ann. 1252. *Guilelmus Cæsar magnus inimicus domus Flandriæ Margaretam Comitem terris Imperialibus privavit, illasque Joanni Avennio attribuit. Terram*, inquit, *de Namurco cum suis appendicibus, terram juxta Scaldem, terram Alostensem, terram de Wasia, terram quatuor Officiorum, cum omnibus appendicibus*

sororio

Willelmo Regi objicitur, quia contra ipsum fratris sui adjutoior combinatur. Ecce insuper radicem; quare, sicut infra scribitur, Johannes hujus Balduini filius post mortem Johannis hujus *Willelmi* nepotis in Dominum & in Comitem Hollandiæ suscipitur, ut in *Willelmo* ejus filio declaratur. (1) Dictus itaque Comes Flandriæ, qui ad matris instantiam jam diu ad Zelandiæ occupationem anhelavit, cernens Willelmum Regem nunc perplexum, variisque negotiis occupatum, innumerabilem multitudinem tam suorum quam aliorum Comitum, qui sibi etiam corporaliter astiterunt, congregat, volens Zelandiam intrare, & terram in Regis absentia quasi sine defensore capere, eandemque perpetuo possidere. Nec mora; navis aptatur, certatim ingreditur, & ex occidentali parte de Middelburgh ad villam *Westcappel* nomine applicatur. Cujusmodi processus jam dudum turbæ Hollandiæ innotuit, quæ ultro absque monitore se præparat, noctu dieque laborat, donec ad locum, qui Flamingis petitur, est perventum. Quo more nobilium Hollandensibus cum incolis fit certatio, quis eorum præcederet, & ab hostibus ictuum primitias sustineret. Absit. Sed quis ipsorum bravium victoriæ optineret. Judicatumque scribitur illos bello præcedere, qui hostibus viciniores ab ipsis cotidie infestantur. Ecce quam bonus, & quam fidelis sibi invicem quondam Hollandiæ & Zelandiæ populus, qui sicut Pilades & Orestes zelo bonæ fidei mortis bravio infestantur. Hoc tempore floruit magister *Albertus* Prædicatorum ordinis & Coloniensis Archiepiscopi suffraganeus,

sororio nostro nobili viro Joanni Avennio, ut eadem Comitissa in feodum tenuit, concessimus à nobis & Imperio perpetuo possidendas, quarum terrarum homines & habitatores eidem Joanni obedire volumus & præcipimus. Datum v. *Idus Julii anno* CIↃ. CC. LII. *Regni nostri anno quarto.*

(1) Ad ejusdem instantiam fratrum uterque Guido & Joannes in Walachriam trajecerunt, non solus Guido, ut vult Auctor. Atroci prælio commisso uterque etiam captus. Meyer. ad Ann. 1253. *Acerrime ab Hollandis in insidiis locatis excepti atroci prælio victi sunt, ac fœda occidione ad magnum numerum cæsi. Capti Principis filii Guido Joannesque cum Comitibus Theobaldo Barrensi ac Godofredo Gisnensi cum aliis ducentis* XXX. (*ut Guisianus tradit,*) *equestris ordinis viris, tota classe cum omni instrumento bellico amissa.*

ganeus, cujus ingenium mirabilisque scientia scriptis laudabilibus ostentatur.

Anno CIↃ. CC. XLVIII. circa festum beati Martini Episcopi maximæ fuere tempestates ventorum, & tanta fuit inundatio maris, quantam nullus mortalium eo tempore viventium meminit factam in omnibus terminis maris, præcipue in Comitatu Hollandiæ, Flandriæ, & Fresiæ Orientalis & Occidentalis. Aggeribus vero maris oppositis in omnibus locis ruptis & collisis maximam fuit videre miseriam in suffocatione jumentorum & pecudum, viris vix cum liberis & uxoribus evadentibus, & in trabibus domorum suarum residentibus, donec à vicinis misericordia motis vix vivi inde navibus abstraherentur. Eo tempore pisces marini, qui vulgo *Bollik* & *Truitskh* dicuntur, circa *Delf* ex flumine retibus abstrahebantur. Eodem anno à festo Lucæ Euangelistæ usque ad diem beati Valentini per totam hyemem nix non est visa, & glacies non fuerunt, nisi unius noctis, aut duarum noctium ad majus. Ventus vero ex plaga occidentali ita continue flabat, ut vix aut raro per unius diei & noctis, aut ad majus, quod mirum dictu est, duarum seu trium noctium horas ad loca orientalis plagæ transmigraverit, quod hominibus maxima spe cum nimia admiratione & sæpe cum cachinno pro jocunditate mirantibus statim ad locum pristinum quasi sibi destinatum resiliit. Eodem anno Ludovicus Rex Franciæ mare transfretavit habens lætum principium sed tristem finem. Intrando enim terram sanctam cepit *Damiatam*, sed post paululum omnibus suis amissis fuit captus, licet voluntate Dei restitutus.

Anno CIↃ. CC. L. Fredericus post suam ab Imperio destitutionem, cum inter civitates Lombardiæ Parmam tanquam magis exosam forti manu obsideret, à Legato Domini Papæ & à Parmensibus est devictus, & amissis thesauris & aliis rebus suis in Apuliam rediens, ibi (1) gravi infirmitate correptus sine pœnitentia & sacris in anathemate est defunctus. Quem infirmantem

(1) Contra testatur de insigni ejus pietate & cordis maxima contritione Pandulphus Collenutius *lib.* 4. *hist. Tanta*, inquit, *fuit ea, quam in delictorum confessione Christianorum more edidit, pœnitentiæ significatio, ut Meinardinus Imolensis Episcopus, qui multas res à Federico*

tem Manfredus filius ejus naturalis, ambiens Regni Ceciliæ dominium & thesaurum, uno Secretario Regis conscio, timens ne convalesceret, (1) cussino super faciem ejus posito, suffocavit.

Anno milleno bis centum pentaque deno
Dives mendicus decessit Rex Fredericus.
Si probitas, sensus, virtus, sapientia, census,
Nobilitas orti possent resistere morti,
Non foret extinctus Fredericus qui jacet intus.
Tali nempe die celebrantur festa Luciæ.

Manfredus tandem per nephas Regnum optinuit, quousque Dominus *Karolus* frater Regis Franciæ, tunc Comes Provinciæ, per Urbanum Papam vocatus, sub Clemente IV. veniens ipsum *Manfredum* & Regno & vita privavit. Eodem anno Innocentius Papa, mortuo Frederico Imperatore Apuliam cum magno exercitu ingreditur, sed post paululum Neapolim mortuus sepelitur. Eodem anno Rex Dacorum inclitus ab *Abel* fratre suo juniore,

derico gestas literarum monumentis commendavit, asserere ausit, quod vel ex sola ea conjici possit, illum singulare electionis vas fuisse. Quod mortuus non absolutus Papali impotentiæ adscribendum non ipsi. Testantur omnes pœnitentem. Et ipse id testatus, publice satisfacturum se, salva imperii dignitate, siquid peccasset. Sed sprevit Papa id, non attendit, ob pertinax illud odium, quo Fredericum persecutus, nequicquam contra obtestantibus, quibus pax bello potior. Et ea Papæ vecordia in unum id incumbentis, ut se Monarcham ostenderet, & Monarcham ejusmodi, qui potentissimos Principes & crearet cum vellet, & cum vellet abjiceret, sic ut dici de eo posset, quod à Caligula olim dictum, *εἷς κοίρανος ἔςω, εἷς βασιλεύς.* Virtus interim Friderici clara æternaque. Pandulphus ubi supra. *Atque hoc quidem modo*, inquit, *postquam hominibus atque etiam Deo satisfecisset, & quæ Cæsaris essent Cæsari, Deoque illa dedisset, quæ Dei sunt, animam quoque illi commendavit, annos quinquaginta quatuor natus.*

(1) Negat verisimile id Pandulphus *ibid. Minime autem credibile est, quod quidam scribunt, rumorem de Manfredo sparsum fuisse, ac si pulvino ori admoto obitum illi accelerarit: id enim nec verisimile est, neque ab eo fieri potuisset: & longe aliter scripsere, qui eo tempore vivebant ecclesiastici Auctores.*

juniore, ut pro ipſo regnaret, in mari ſuffocatur. Qui *Abel* parum honoris & commodi ex hoc ſcribitur aſſecutus. Nam ſequenti anno Regni ſui, cum Freſones ſubjugare voluiſſet, à Freſonibus eſt peremptus. Eodem anno VI. Idus Decembris venerabilis pater felicis recordationis Dominus Theodoricus Vironenſis Epiſcopus, vir per omnia diſcretus, manſuetudinis & benignitatis prædicandæ, de ordine fratrum minorum, multis à Domino Papa ſpiritualium auctoritatum privilegiis honoratus, cum procurator eſſet eccleſiæ Trajectenſis, monaſterium noſtrum & eccleſiam beatæ virginis cum cimiteriis ſuis, ambitum clauſtri cum domibus & officiis ſuis aquæ Epiſcopalis aſperſione manu propia reconſiliavit. Indictis quoque ordinibus, undique advenientibus clericis, in Sabbato *Veni & oſtende* ſacros apud nos ordines celebravit. Ipſo etiam die in conventu, ſolutis quocunque caſu excommunicatis ſuper irregularitatibus, uſque ad illud tempus undecunque contractis, auctoritate functus Apoſtolica miſericorditer diſpenſavit. Sequenti proxima Dominica duos Abbates benedixit. In octavis Sancti Stéphani duo altaria, unum eccleſiæ, aliud Capellæ beatæ virginis in monaſterio dedicavit, poſt octavas ſingulis diebus menſurnales memorias primi anni & omnibus anniverſariis dedicationis eorundem altarium, ſed & altaris Capellæ Sancti Adelberti XXX. dierum indulgentias cunctis devotione ſeu elemoſinis eadem oratoria viſitantibus largiendo. Quo etiam die ad perhennem & felicem ſui memoriam in honore glorioſæ Dei genitricis virginis Mariæ antiphonam, cujus eſt initium *Salve Regina*, ad hanc ſubſequentem *Nos docens* collectam, in perpetuum apud nos in conventu cotidie conſtituit decantari, devotionis intuitu & decantationi intereſſe ſtatuentibus felici remuneratione dierum X. indulgentiam recompenſans. Ut ſuum quoque favorem nobis plenius commendaret, & nos ſibi in caritate perpetua tenacius obligaret omnibus elemoſinarum largitione reſtaurationi monaſterii noſtri manum porrigentibus adjutricem, omnibuſque in feſto Sancti Adalberti patroni noſtri, ſeu dedicationis templi noſtri, ſive altaris beatæ virginis ad nos devote convenientibus C. dies (1) & unam Karenam de injunctis ſibi pœnitentiis relaxando larga nobis indulgentiarum pri-

(1) *Karena* eſt vox barbara, detorta à *quadragena*. Quadraginta eſt dierum jejunium continuum, quibus non ſumebant niſi panem & aquam. Dixi ad *Annal. Egmundan. cap.* 37.

privilegia condonavit, & literarum suarum testimoniis evidentibus in perpetuum confirmavit. Hic reverendus pater recessurus à nobis, quæ in suo gerebantur Episcopatu, nosque illi vice reciproca, quæ apud nos fiunt, seu fient, sicut bonorum perpetuam communionem, & plenam in omnibus sicut uni ex nostris concessimus fraternitatem. Sic etiam fratri suo viro religioso & honestis moribus adornato, fratri Johanni, atque suo Capellano, & ipsi viro honesto, fratri Henrico, qui uterque de ordine erat fratrum minorum, duximus concedendum.

Anno CIↃ. CC. LI. Conradus Rex filius Frederici, ut mortuo patre Regnum Cyciliæ susciperet per mare in Apuliam devenit, & capta Neapoli muros illius funditus destruxit. Sed cum sequenti anno introitus in Apuliam infirmari cœpisset, clistere, quod à Medicis judicabatur fieri ad salutem, veneno mixto intulit sibi mortem.

Anno CIↃ. CC. LIII. Comes Flandriæ, sicut supra dictum est, multis Principibus innumerabilique populi multitudine naves suas quodam maris littore applicat, quod incolarum vocabulo Westcappel dicitur, & versus Occidentem finis Zelandiæ appellatur. Hic itaque nobilis ille Flamingorum populus salutationis loco turbine horribilissimo recipitur, & sicut oves à lupis ictu frequentissimo laceratur. Unde Flandrensis, qui jam unius Regis absentia gavisus fuerat, mox mille sibi similibus contristatur. Lingua deficit, pennaque non sufficit, quibus illam innumerabilem imo inenarrabilem virorum honorabilium stragem potero denudare. Sicut enim messores inter stipulas, sic quasi furibunda gens Hollandica gente pulcherrima debacchatur. Prima cohors dejicitur, secundæ tertia jungitur. Interimque victores quasi victi laboribus deficere sunt reperti. Cum itaque populus Hollandiæ nimium lassus, quasi deficeret, nec hostes ultro sternere posset, ecce rumor de Regis adventu percipitur, unde gaudio sibi populus reficitur, & timor hostium augmentatur. Nam robustum novumque recentemque exercitum unus gaudio sperabat adducere, quod alter tædio formidabat. Interea cum cohors Flandrensium adhuc restans ceteris pulchrior, & in omnibus perfectior, navibus descenderet, quorum adventus adversariis non modicum timoris incussit, miles quidam Hollandiæ se præficit dicens dampnum esse tam re-

regalem turbam tamque gloriosum exercitum sic debere conteri, nec non absque defensione hostium viribus declinari, cujus verbis sibi astantes mirantur, & non modicum confortantur. Idem insuper petita habitaque licentia Flamingis jungitur, & si se captivos velint reddere sciscitatur. Qui super adventu Regis de proximo dubitantes, nec non victoriam hactenus habitam considerantes ultro se offerunt, dictisque Regalibus inclinantur. Quo facto laboreque * victoriæ consummato Rex, de cujus magno exercitu sperabatur, (1) se tertio affuit, sed Deum † minus laudans, à quo omnis victoria scribitur & certissime præstabatur. Legitur quod hoc bello, licet modicum reputato, plus quam * xxx. millia hominum deficiunt, præter captivos, & mortis gremio continentur. Plures tamen profugi, armis & vestibus spoliati, sicut primi parentes nuditatem suam erubescentes pisis virentibus virilia sunt tegentes. Unde miror quare stultus ille Flamingorum populus adhuc non intelligit, quod Deus flagello Hollandensium coram patribus eorum fecit mirabilia in terra prædicta, & quod patres eorum eodem loco comederunt uvam acerbam, de qua dentes filiorum jure deberent obstupescere, & sibi vias similes cohibere. Eodem tempore gens Tartarorum occupatis Orientalibus partibus

** victoria consummata.*

† Vid. infr. de ejus morte.

* Meyer. ad Ann. 1253. *Retulere quidam in literas ad* xxx. *vel hoc amplius hominum millia hic ex nostris occubuisse.*

(1) Id est, una cum duobus, duobus tantum comitatus. Sic infra ad Ann. 1325. ** p. 106. *maximo utique fortunio equis se tertio deportatur.* ** & mox: *Quidam interea se quarto Præpositus ad Comitis solatium per Tornacensem Episcopum destinatus &c. quolibet sibi* (id est, cum quolibet, nam familiare id Wilhelmo, præpositiones omittere, ut jam monui) *licet sacri ordinis socio suffocatur.* Alibi est *mettertius*, ut apud veterem interpretem feudalis juris Alemannici, quem publicavit Schilterus, *cap.* 23. *simul violentiam coram ipso mettertius probaverit*, & *cap.* 80. *vasallus vero mettertius jurato adserit, se nuncium misisse*, & mox: *tunc vasallus absolvendus à Domini actione, sive nuncius venerit nec ne, aut nuncius mettertius juret, quod in die termini vasallo præfixi &c.* Nec est quod quis dubitet, quin *mettertius* sit, quod jam dixi. Ibid. *cap.* 86. *Ex tribus bis causis poterit Dominus vasallum convincere mettertius, hoc est, ipse cum duobus Paribus suis.* Metseptimus est *ibid. cap.* 107. §. 6. *nisi Dominus factum id fuisse probare velit metseptimus.* Nec idem est, siquis probet *metseptimus*, & si *septima sua manu.* Septem adhibet, qui probat septima sua manu, *met synre sevender hant.* Sex tantum, qui *metseptimus.* Quapropter & distinguunntur hæc *ibid. cap.* 153. §. 5. *& seq.*

** Imo pag. 224. Nobis pag. 635. ** Ead. pag. 224. Nobis pag. 636.

tibus crudeliterque subactis in duo se dividunt, nec non Ungariam & Poloniam incurrerunt, ubi campestri bello cum ipsis habito frater Regis Ungariæ Dux *Colimannus* in Pannonia, & in Polonia nobilis Dux Cohaviæ *Henricus* occiduntur, reliquum vero vulgus tam in viris quam in mulieribus, quos invenire poterant, in ore gladii extinxerunt. Sicque terras illas & maxime Ungariam redegerunt in solitudinem, ut ** fama prævalida matres filiorum carnibus vescerentur, plerique cujusdam montis pulvere pro farina uterentur. Hujus etiam tempore in (1) Burgundia Imperiali per terram solidam à montibus circa quinque millia hominum suffocantur. Nam unus maximus mons ab

** Leg. Fame.

(1) Alia enim Regia. Regia Gallia Lugdunensis. Chron. Reicherspperg. ad Ann. 1027. *Ea tempestate Rudolfus prædictus Burgundiæ seu Galliæ Lugdunensis Rex moriens Heinrico filio Imperatoris nepoti suo Regnum cum diademate aliisque insignibus sub Testamento reliquit.* Æduorum hæc continebat & Sequanorum provincias. Grot. *lib.* 4. *hist.* Æduorum evasit lapsu temporis Ducatus, Sequanorum Comitatus. Idem *ibid.* Nec hæc Regia tamen tota. Pars olim libera, vulgo *t'Franche Comté*, ubi & Vesontio civitas Imperialis. Regia inprimis ea pars, quæ *Provincia* vulgo dicta. Burgundia Imperialis Alemanniæ contermina. Annal. *rer. gestar. à Ludovico Pio ad Ann.* 823. *Conventus habitus est, in quo non universæ Franciæ primores, sed de orientali Francia, Saxonia, Bajoaria, Alemannia, atque Alemanniæ contermina Burgundia, & regionibus Rheno adjacentibus adesse jussi sunt.* Sabaudia ejus pars, Geneva, Tullum in Leucis. Etiam Arelate. Radevic. *lib.* 2. *de gest. Frid. Barbaroff. cap.* 11. *nisi alia in Regno disponenda inevitabiliter Imperatorem retraxissent, familiariter & cum paucis usque Arelatum sedem Regni Burgundiæ procedere potuisset.* Sui olim Burgundis Reges. Quorum ultimus moriens Henricum Imperatorem, qui II. ejus nominis, heredem Regni instituit. Chronicon S. Benigni Divionensis apud d'Achery *to.* I. *Spicileg. Henricus tertius Imperator Burgundiæ Regnum gubernabat. Rodulphus enim Burgundiæ Rex sine liberis existens Henricum secundum Cæsarem heredem Regni fecit. In cujus Regni termino sita est Lugdunum civitas.* Pars Imperii ab eo tempore usque ad Carolum IV. qui uno solenni prandio contentus Duci Andegavensi universum transcripsit. Theodoric. de Niem *nemor. union. tr.* 6. *Ludovico Duci Andegavensi, Francorum Regis germano, suisque heredibus, pro uno solemni prandio sibi apud Villam novam prope Avenionem per eundem Ducem præparato, prædictum Regnum Arelatense ab Imperio demembrando seu separando concessit.* Vid. Conring. *de finib. Imp. cap.* 24.

ab aliis montibus ſe dividens per plura miliaria cujuſdam vallis tranſiens ad alios montes acceſſit in valle omnes villas terra & lapidibus opprimendo. Eodem etiam tempore Regis *Ferrandi* in *Toleto* Hiſpaniæ quidam Judæus comminuendo unam rupem pro vinea amplianda in medio lapidum invenit concavitatem unam, nullam penitus dimenſionem habentem, quæ tribus linguis ſcripta fuerat, ſcilicet Hebraice, Græce, & Latine, & tantum de litera habebat, quantum unum Pſalterium, & loquebatur de triplici mundo ab Adam uſque ad Antichriſtum cujuſque mundi proprietates exprimendo. Principium vero tertii mundi poſuit in Chriſto ſic: *In tertio mundo filius Dei naſcetur de virgine Maria, & pro ſalute hominum patietur.* Quod legens Judæus ſtatim eſt baptiſatus. Erat etiam in libro ſcriptum, quod tempore Ferrandi Regis Caſtellæ debebat inveniri. Simile invenies in Conſtantino VI.

Anno CIↃ. CC. LV. Willelmus Rex Alemanniæ pro imperiali benedictione proponens tendere, nec non beatorum Petri & Pauli limina viſitare more prudentum ſtudioſe diſcutit, nullam poſt tergum cauſam relinquere, quæ ſibi ſuiſque nobilibus poſſet reſpiciendi materiam generare. Ipſe itaque cogitans, quod ſi in confinio contra humiles minimoſque victoria deficeret, digno à majoribus ipſique incognitis belli certamine deſpici poſſet. Unde Friſones ſibi ſuiſque parentibus rebelles manu armata proponit infringere, nec non ipſius regali dominio ſubjugare. (1) Hyemali itaque tempore exercitum pulcherrimum contrahens verſus Alemanniam procedit, ibique propter ſuorum congregationem moram faciens ipſe Rex præ aliis equum aſcendit, & paucis ſibi adjunctis ſpiculatoris ordine terram Friſonum intrans glaciem examinat, revertitur, &

(2) Refert id ad ſequentem annum & ad menſem Februarium Stero Altahenſis, qui & *σύγχρονος*, & non diu poſt ſcripſit. Nec ulla hic tamen pugna. ** Alii enim Januarium ponebant anni initium. Alii feſtum demum Paſchatis, inter quos & Hollandi, ut dicam alibi latius.

** De hac re luculenter egit Vir eruditiſſimus Franciſcus Limburgius in Libello quem edidit Ann. 1711. hoc Titulo, *Brief behelzende twee preuven, dat het Hof van Holland voor den jare 1429. is opgeregt.* in Folio & 8.

Digitized by Google

& ostentat terram bene meabilem & paucissimis occupandam, quod ore Prophetico ejus funeri applicatur. Interea litis tempore propinquante exercitus ad loca varia transiturus in duas turmas dividitur. Quarum una Rex præ ceteris loco certaminis nititur studiosius advenire, ignorans quod ab infantia ipsum illico mortis pernicies exspectavit. Cum itaque dampnatorum turba de prope cujusdam campi planicie, qua se receperat, immobilis conspicitur, Rex ut semper paratus animam pro suis omnibus ponere equo velociori insidens contra hostes dirigitur, & solus fracta glacie lutosa fossa cum equo recipitur, quo proch dolor mox nephandorum manibus suffocatur. Alterius vero partis nobiles persecuto ad plenum negotio canticorum gaudio redeuntes, dum Regis infortunium percipiunt, cythara lætitiæ in mœroris fistulam convertitur, & omnium hilaritas lacrimarum pluviis irrigatur. Nec mirum; nam

Dum caput ægrotat, turbari membra necesse est.

O quantus planctus, quantus luctus omnium, quanta præcipue lamenta Præfectorum, qui jam nobilissimi Domini lateribus assistentes, & secum ad bellum cum gaudio procedentes, nunc sine ipso redeunt, nec etiam mortuum deferunt, qui à nephandis loco vilissimo reconditur, in quo annis pluribus detinetur! O maledicta Frisia! unde tibi hæc insania, quod Comitem Hollandiæ, Alemanniæ Regem, nec non totius Christianitatis propugnatorem interimeres, & quod magis est Ducem proprium suffocares? sed scio quod per ignorantiam es decepta, quia utique si ipsum cognovisses, nunquam Dominum tantæ gloriæ occidisses. Causa autem, quare Rex non capitur, quædam probabilis ostenditur pro armorum ignorantia. Secundo, quia, quanquam perlucide, per armatos decepti sunt, dum quilibet eorum ut caperetur, nec ab eis subito occideretur, se esse Regem asseruit. Quæ illusio jam Frisones ad hoc compulit, ut nullus à modo quantumcumque honeste armatus capiatur, sed mora postposita trucidatur. O Rex inclite, ubi nunc tua nobilitas? ubi gloria Principatus? qui jam universo mundo præsidens minutissimi populi manibus inclinaris, & qui jam contra nobiles

& pulcherrimos Flandriæ victor exiteras ** gente infima nec non turpissima in nichilum es redactus. Unde illud Poëticum:

Ludit in humanis divina potentia rebus

& iterum

Omnia sunt hominum tenui pendentia filo

tibi, Rex piissime, possunt ad literam comparari. Nam unde contra decentes Flamingos victoria, & unde per degentes hæc mortis scoria, nisi à Deo? Quod tamen pauci victores volunt attendere, nec etiam Willelmus Rex, dum Westcappel victoria profuit, attendebat, quia qui supra contra Flandriam triumpho gaudens virtuti propriæ honorem tribuit, nec Dominum cœli in facie benedixit, per Frisones casu repperit, quod ibi stultitia non concessit, quum si homines semper pro sibi impensis Deo gratias agendo devote responderent, raro vel nunquam ipsis divina pietas deficeret, sed in cunctis saluti & gloriæ congauderent. Sic itaque totus Hollandiæ & Zelandiæ exercitus integer & illæsus revertitur. Sed heu solus Rex inter Barbaros loco turpissimo sepelitur, cujus anima bonorum precibus angelorum Domino sit accepta.

Carmina dulcoris optans his transeat horis
Namque mei moris sunt tristitiæve doloris,
Quæ mens mortali recitato carmine tali
Quo mundo primus subito fieri datur imus.
Prævius aurora nona datur ultimus hora.
Patrem cunctorum Lachesis capit una sororum.
Qua palmes crescit, vitis tibi vita recessit.
Fons exsiccatur ovibus pastorque negatur,
Dum declinatur Willelmus Romula fatur:
Adventu dicti gaudere velut benedicti,
Cujus frustratur spes, namque neci sociatur.

Eodem anno Innocentio Papa mortuo *Alexander* IV. eligitur, & more consueto populi infula decoratur. Hujus tempore *Man-*

** Id est à gente. Hic iterum auctor omittit præpositionem. Vide Notas Matthæi supra. pag. 512.

Manfredus gerens se pro pædagogo Conradini nepotis prædicti Frederici, ipso *Conradino* mendaciter (1) pupplicato mortuo sibi Regnum assumpsit. Quod factum quia in præjudicium Papæ fuit excommunicatus est. Post contra ipsum magnus exercitus sed nihil proficiens destinatur. (2) Hic Papa Sanctam Claram intronizavit. Hujus tempore Principes Alemanniæ electores in duo se dividunt. Quidam enim Regem Castellæ *Alfonsum*, alii Comitem Cornubiæ *Richardum* ad Imperium elegerunt. Quod scisma multis temporibus protrahitur, nec finaliter aliquis ipsorum Imperio præsentatur. Hic Papa duos pestiferos libellos reprobat, quorum unus asseruit, quod omnes religiosi etiam verbum Dei prædicantes elemosynis viventes minime salvarentur. Alter dixit, quod Ewangelium Christi, doctrina scilicet novi Testamenti neminem ad perfectum perduxit, & quod evacuaretur post CIↃ. CC. XL. annos, (3) & in XL. anno deberet inchoari doctrina Joachimi, quem libri

(1) *Pupplicato*, id est, confiscato, proscripto. Certe & homines confiscati. Sueton. *in Tiber. cap.* 49. *Syriæque & Græciæ principes confiscatos.* An autem & Conradinus? Non memini, non legi. Minatus fulmen quidem Papa, si Italiam invaderet, sed minas non executus. Falsum autem, quod ait Auctor, quod mortuo Conradino Manfredus suscepit Regnum. Suscepit jam diu ante, imo fato jam functus, priusquam Conradinus ad idem illud invadendum exercitum comparasset. Vid. Pandulph. Collenutium *lib.* 4. *hist.* Annal. Monachi Paduani apud Urstisium *ad Ann.* 1266. & *Ann.* 1268. Nec quicquam certius ut puto. Nec Auctor sibi contrarius infra ipse id diffitetur cædem referens Manfredi ad Ann. 1265. Conradini autem iter & introitum in Italiam ad Ann. 1268. ubi & rursum innuit à Papa eum proscriptum, & ejectum piorum cœtu de quo alii tamen nihil. Mera hæc incuria, dum mens alio avocatur, dum diversa excerpendo ex diversis divagatur huc illuc distracta.

(2) A sanctitate & miraculis eam multum commendat Jac. Philippus Bergomas *lib.* 13. *hist.* Montisfalconi, unde & oriunda, defunctam Ann. 1298.

(3) Idem *lib.* 12. *Joachim magnus Abbas natione Calaber, vir magnæ doctrinæ & excellentissimæ vitæ, ac ingenii prope divini hac ipsa tempestate apud Gulielmum magnum Regem & Calabros omnes clarus & inclytus habitus est. Qui prophetiæ spiritu, ut ajunt, repletus futura quasi præsentia differebat &c.*

libri conditor novum Ewangelistam appellavit, illi totam hominum perfectionem tribuendo. Idem etiam asseruit de ecclesiæ sacramentis.

Anno CIↃ. CC. LVI. Florentius Willelmi Regis filius per Principes Hollandiæ quanquam juvenis in Dominum suscipitur, & fideli auctoritate ab omni ejus populo amplexatur. Crescens iste *Florentius* & ad discretionis annos perveniens viri nobilis (1) filiam Guidonis Comitis Flandriæ *Beatricem* nomine ducit uxorem, de qua filium nomine Johannem genuit, (2) cui filiam nobilissimi Principis *Edwardi* scilicet Regis Angliæ in conjugem affidavit. Quodam vero tempore Comes iste præ

(1) Verum quod duxit, sed falsum, quod hac ducta primus Comes Zelandiæ, ut Meyerus scribit ad Ann. 1256. *Duxit*, inquit, *secundum formulam hujus fœderis Florentius filius Guilelmi Regis postea Beatricem in matrimonium, primus Comes appellatus Zelandiæ, quam cum insulis ipsius omnibus possedit.* Non necesse est, ut disputemus hic. Res est in confesso. Idem, qui Hollandiæ, Zelandiæ etiam Comes. Agnoverant jam Zelandi ut legitimum suum Dominum Florentii proavum Guillelmum primum, dum restituunt eum pulsum à Ludovico van Loon. De Zelandia quidem quæstio à Flandris mota, sed nequicquam, crebro fusis, cæsisque, & pulsis insulæ possessione. Sublata dein quæstio, sublatum bellum, quod hinc ortum, fœdere inito inter partes, & ducta ex fœdere Beatrice. *Pactum*, inquit Meyerus, *ut Florentius tutor, aut eo deficiente Florentius ejus pupillus duceret uxorem Beatricem, Guidonis Comitis filiam, cui dos esset Zelandia tota in fide ac clientela Comitum Flandriæ.* Sed nequaquam hinc sequitur, quod idcirco Florentius primus Comes Zelandiæ. Et quod ad clientelam, Flandrorum quidem ea mens, nequaquam autem Hollandorum, ut Meyerus ibidem innuit: *Approbata per Hollandos pax anni* CIↃ. C. LXVII. *quantum attinet ad vectigalia Zelandica, ac libertatem Flandricorum mercatorum.*

(2) Si *affidavit* despondit est, nulla hic difficultas. Patre enim cæso uxor demum ducta. Nicolaus Trivettus apud d'Achery *to.* 8. *Spicileg. ad Ann.* 1296. *Florentius Comes Hollandiæ, qui filium suum Regi Angliæ nutriendum tradidit, cui etiam Rex filiam suam Elisabeth connubio jungere disponebat, quendam spurium sibi volens heredem substituere, à propria gente necatur.* Idem ad Ann. seq. *Elisabet filia Regis Angliæ post festum Epiphaniæ connubio jungitur Johanni Comitis Hollandiæ filio & heredi, quem pro hereditate patris nuper occisi assequenda una cum uxore, conducente eos Umfrido de Boun Herefordiæ & Essexiæ Comite, remisit Rex Angliæ ad propria cum honore.*

præ morte nobilissimi patris sui suspirare incipiens, & pro vicinitate ipsum interimentium cogitare, auxilium invocat, exercitum præparat, & potenti manu Frisonum annis quasi singulis applicatur, & sic deinceps dicta Frisia præfato Comite bellis continuis infestatur, quibus hinc & inde strages plurima procuratur. Interea Comes infinitos Frisones die quadam multis nobilibus aggreditur, & in confinio villæ, quæ dicitur *Alcmaer*, campo scilicet, ubi ad præsens castrum novum constitutum est, congreditur, quo post aliquam concertationem turba Comitis inclinatur. Et istud bellum à Waltero Frisone nomen habuit, cujus consilio † Comes bellum aggreditur, pugna læditur, & læsione quam plurimum aggravatur. Cadunt enim hoc tempore multi nobiles, villani, & milites, quorum memoria sit in pace. Scilicet Werenboldus ex Haga miles, & Albertus filius ejus, Walterus de Ekmunda miles, & Wilhelmus filius ejus, Theodoricus de Raephorst miles, & Gerardus frater ejus, Jacobus de Wasnaer miles, Bernhardus ex Henghe miles, Gerardus de Hermelen miles, Gerardus Ever, & Walterus Friso tunc Ballivus de Kuyndere, & alii quamplures armigeri præelecti.

† Scil. anno Domini CIↃ. CC.LXXII. XIII. Kal. Sept.

Anno CIↃ. CC. LIX. Constantinopolis, quæ olim per Venetos & Gallicos capta fuerat, per *Palilogum* Græcorum Imperatorem recuperata fuit. Eodem anno in Tuscia Florentini & Lucani miserabilem eventum habuerunt; nam in eorum multitudine & fortitudine confidentes, cum contra Comitatum Senonum (1) freti auxilio *Manfreti* tunc Regis Siciliæ ipsis ad bellum obviam exivissent, Florentini & Lucani fraude suorum circumventi sunt. Nam in inchoatione conflictus, qui primi & præcipui inter Florentinos fuerant, ad hostes accedunt, & in suos cum Senensibus quam plurimum debacchantur. Dicitur autem

(1) Manfredum cæcidit prælio Carolus Dux Andium frater Divi Ludovici Ann. 1265. Sic infra ad eum annum, ubi Auctor videtur usus verbis Chronicæ Augustensis. Nam similiter hæc, ut habet Auctor: *Prædictus Karolus, qui pro recuperatione Regni Siciliæ per Urbanum Papam vocatus, Romam (ubi tunc in senatorem electus fuerat) navigio venit, demum in Apuliam intrans, bello campestri habito, prædictum Manfredum & vita privavit & Regno.*

Digitized by Google

autem de Florentinis & Lucanis tunc plus quam VI. hominum millia inter captivos & mortuos corruisse.

Anno CIↃ. CC. LIX. Rex Ungariæ pro terris Regem Boemiæ bello aggreditur, habens in exercitu suo diversarum Orientalium nationum & paganorum circa XL. millia equitum. Cui Rex Boemiæ cum centum millibus equitum, inter quos dicitur habuisse VII. millia equitum ferro coopertorum, ad resistendum occurrit. Cumque in confiniis Regnorum bellum inchoatum fuisset, ex collisione equorum & armorum tantus pulvis de terra surrexit, ut media & clara die vix homo hominem cognoscere potuisset. Tandem Ungari Rege eorum graviter vulnerato terga vertentes, cum festinarent recedendo fugere, in quodam fluvio, quem transire debuerant, præter alios occisos circa XIV. millia submerguntur. Sed Rege Boemiæ habita victoria intrante Ungariam Rex Ungariæ per legatos pacem quærit, terras quoque quæ discordiæ causa fuerant restituit, & in futuro amicitiam mediante matrimonio procuravit.

* Vid. Chronic. Augustens. ad hunc ann.

Anno CIↃ. CC. LXII. Alexandro Papa mortuo, & Viterbii apud Sanctum Laurentium sepulto, *Urbanus* Papa IV. ad sedem Apostolicam præsentatur. Hic duas ordinationes fecit: exercitum paganorum, quem Manfredus in patrimonium ecclesiæ adduxerat, per cruce signatos fugavit. Comiti Provinciæ *Karolo* Andegavensi fratri Regis Franciæ Regnum Cyciliæ contulit, ut à Manfredo detentore ipsius hoc auferret.

Anno CIↃ. CC. LXIV. Cometes tam nobilis, qualis unquam visa fuerat, ab Oriente cum magno fulgure surgens usque ad medium emisphærium versus meridiem comam perlucidam præferebat, & licet in diversis mundi partibus forte multa innuerit, hoc tamen unum pro certo compertum est, ut cum plus quam per tres menses duraverit, ipsa primo apparente Papa Urbanus cœpit infirmari, & eadem nocte, qua disparuit, Apostolicus exspiravit.

Anno CIↃ. CC. LXV. Clemens IV. post Urbani mortem erigitur, & Papali infula decoratur. Hic uxorem & liberos habens primo fuit famosus Advocatus, & Regis Franciæ consiliarius. Demum uxore mortua propter vitam & laudabilem scientiam primo Podiensis Episcopus, & post Narbonensis Archiepiscopus, tandem efficitur Sabinensis. Sed cum post in Angliam

Angliam propter pacis reformationem missus ab Urbano Papa fuisset, absens in Papam à Cardinalibus Perusii electus, sic jejuniis, vigiliis, & orationibus intentus fuit, quod multas, quas tunc ecclesia sustinuit turbationes, dictis suis meritis creditur extinxisse. Eodem anno Karolus Comes Andegavensis pro recuperatione terræ Cyciliæ per Urbanum Papam vocatus Romam navigio venit, ubi in Senatorem electus Apuliam intravit, ubi campestri bello habito *Manfredum* Regno & vita privavit.

Anno CIↃ. CC. LXVI. quam plurima multitudo Sarracenorum ex Africa transiens per angustum mare in Hispaniam magnam in Christianos exercuit plagam, intendens, quam olim perdiderat, recuperare Hispaniam. Sed illarum partium Christiani, & cruce signati adunati, licet cum multo Christianorum sanguine, de Sarracenis triumpharunt.

Anno CIↃ. CC. LXVII. Soldanus Babiloniæ Armenia vastata *Antiochiam* unam de famosioribus civitatibus orbis cepit, & tam viris quam mulieribus occisis ipsam in solitudinem redegit.

Anno CIↃ. CC. LXVIII. † Conradus nepos Frederici quondam Imperatoris, parvi pendens Domini Papæ excommunicationem, contra Dominum Karolum, quem ecclesia Regem Cyciliæ fecerat, insurgens, ad Teutonicos, quos habuit, quam plurimis Lumbardis ac Tuscis adjunctis usque Romam pervenit, ubi cum Imperiali more fuisset receptus, associato sibi Senatore urbis Domino Henrico fratre Regis Castellæ, & quam pluribus Romanis, contra Dominum *Karolum* Apuliam intravit. Quo tempore dum plerique factum Domini Karoli pro desperato haberent, tum propter Conradini exercitus multitudinem tum propter Regni Cyciliæ pene totius rebellionem, Clemens Papa prædixit publice in communi sermone factum Conradini tanquam fumum transiturum, & ipsum tanquam victimam Apuliam intraturum. Quod & postmodum rei probabit eventus. Nam post durum campestre bellum Conradinus suis terga vertentibus capitur, & cum multis nobilibus decollatur. Et sic factum suum subito exaruit tanquam fumus.

† Scrib. *Conradinus*, ut mox.

Anno CIↃ. CC. LXX. Ludovicus Rex Francorum Christianissimus, non territus præteritis laboribus & expensis, quas olim fecerat ultra mare, iterato cum duobus filiis, adjuncto sibi Rege Navarræ, & quam pluribus ecclesiarum Prælatis & Ba-

ronibus pro recuperatione terræ sanctæ iter assumit. Verum ut hæc facilius caperetur incidit ipsis consilium, ut Regnum *Thunicum*, quod in medio consistit, & non parvum dabat transfretantibus impedimentum, primitus Christianorum subjicerent potestati. Cum itaque portum & Carthaginem, quæ est prope *Thunicum*, potenti manu cepissent, infirmitas, quæ in illo anno, maxime in maris confinio viguit, in Christianorum exercitu nimis invaluit, & primo de Regis Franciæ filiis unum, post Legatum Domini Papæ, Dominum Albanensem Cardinalem, & demum ipsum Regem Christianissimum *Ludovicum* cum pluribus Comitibus, Baronibus, nec non aliis simplicibus mundi spatio sublimavit. Quam feliciter prædictus Rex vitam terminaverit, Rex Navarræ Domino Tusculano Cardinali per literas intimavit. Nam in infirmitate sua Dominum laudare non cessans illam orationem quandoque interseruit, (1) *Fac nos quoque Domine prospera mundi despicere &c.* Orabat tamen pro populo, quem adduxerat secum, dicens: *Esto Domine plebi tuæ sanctificator & custos.* Et cum appropinquaret ad finem suspexit in cœlum, & dixit: *Introibo in domum tuam, adorabo ad templum sanctum tuum, & confitebor nomen tuum Domine.* Eo hoc dicto feliciter obdormivit. Sanctissimo Ludovico de hac valle miseriæ carnisque ergastulo, & ultra quam nostræ humanitatis est natura veniente, *Philippus* ejus filius Regno Franciæ suscipitur, à quo sicut per patrem turba infidelium provocatur. Iste duos habens filios *Philippum* & *Karolum* quodam tempore versus Arra-

(1) Idem habet de Ludovico Stero Altahensis ad Ann. 1273. *Infirmitas*, inquit, *quæ illo anno maxime circa confinia maris viguit, in eodem Christianorum exercitu nimis invaluit. Et post quidem de Regis Franciæ filiis unum, prius legatum Domini Papæ, Dominum Albanensem Cardinalem, & demum ipsum Christianissimum Regem Ludovicum, cum pluribus Comitibus & Baronibus, nec non & aliis simplicibus de medio sustulit. Quam feliciter autem prædictus Rex certavit Dux Bavariæ Domino Tusculano per literas intimavit. Nam in infirmitate sua laudare nomen Dei non cessans illam orationem interserebat; Fac nos Domine prospera mundi despicere, & nulla ejus adversa formidare. Orabat & pro populo, quem secum adduxerat, dicens. Esto Domine plebi tuæ sanctificator & custos. Et cum appropinquaret ad finem suspexit in cœlum dicens: Introibo in domum tuam, adorabo ad templum sanctum, & confitebor nomini tuo.*

Arragoniam dirigit exercitum. Quo labore tangitur febribus, angitur, & mortis venabulo declinatur. Post quem ejus filius *Philippus* à Principibus erigitur, Francorumque regalibus applicatur. Cum autem de morte Sancti Ludovici Regis piissimi Christianorum exercitus quam plurimum tristaretur, Sarracenorum vero lætaretur, Dominus Karolus Rex Cyciliæ bellator egregius, pro quo vivens adhuc frater suus Rex Franciæ mandaverat, navigio cum magna militia advenit. De cujus adventu Christianis gaudium, Sarracenis autem tristitia pullulavit. Et licet multo plures viderentur Sarraceni, quam Christiani, nullatenus tamen cum Christianis bello aggredi audebant generali, sed per quasdam astutias multa eis incommoda inferebant. De quibus hoc unum fuit, scilicet, quod cum regio illa multum sit sabulosa, & siccitatis tempore pulverosa, Sarraceni super quendam montium multa millia hominum statuunt vicinio Christianis, ut cum ventus ad Christianos flaret zabulum moventes pulverem suscitarent, per quod multa molestia pullulata Christianis. Sed pulvere per pluviam sedato Christiani paratis machinis & variis instrumentis *Thunicum* per terram & aquam infringere moliuntur, quod Sarraceni videntes, timore compulsi, pacta cum Christianis inierunt. Inter quæ hæc præcipue dicuntur fuisse, ut omnes Christiani in Regno illo captivi libere dimitterentur, & quod monasteriis in omnibus civitatibus Regni illius constructis fides Christi liber prædicaretur, & qui vellent baptismum susciperent, & solutis expensis, quas ibi fecerant, Rex Thunicius tributarius fieret Regi Cyciliæ, & insuper multa alia, quæ obmittimus causa brevitatis. Et cum de adventu nobilissimi Principis *Edwardi* videlicet Reges Angliæ, & multitudine Frisonum & peregrinorum, in tantum creverat exercitus Christianorum, quod circa cc. millia pugnatorum crederentur, & speraretur, quod non solum terram sanctam, sed & totum Sarracenismum subjugare debuisset, peccatis exigentibus absque ulteriori itinere est dispersus. Nam Legatus Domini Papæ, à quo dirigi debuerant, moritur. Terra etiam sancta, ad quam ire decreverant, gubernatore privatur, quia Patriarcha, qui in terra sancta legatus erat, est defunctus. Sedes etiam Apostolica, quæ utrobique providere debuerat, jam vacabat. Rex etiam Navarræ, qui

Digitized by Google

qui infirmus de Africa recesserat, veniens in Cyciliam est defunctus.

Anno CIↃ. CC. LXXII. Clemente Papa mortuo & Viterbii apud Sanctum Laurentium sepulto Gregorius X. Papatus ordine sublimatur. Iste cum Archidiaconus Leodiensis esset, & causa devotionis ultra mare tendere voluisset, veniens Viterbii tempore, quo ibidem Clemens Papa moritur, papali infula decoratur. Hic fecit ordinationem unam quinque Cardinalium Episcoporum valde laudabilem, quia honestas & laudabiles personas assumpsit. Hic tertio Pontificatus sui anno pro utilitate terræ sanctæ, quam personaliter visitare intendebat, *Lugduni* sollempne Concilium celebravit, in quo Græcorum & Tartarorum sollempnes nuncii intererant, Græcos ad unitatem fidei redire profitentes. In cujus signum professi sunt Spiritum Sanctum à Patre Filioque procedere symbolum in Concilio sollempniter decantando. Nuncii vero Tartarorum intra Concilium baptizati ad propria redierunt. Numerus vero Prælatorum in Concilio existentium fuit CCCC. Episcopi, LXX. Abbates, & alii Prælati circa mille. Hic Papa in Concilio multa bona constituit pro subsidio terræ sanctæ, pro electione summi Pontificis, & pro statu ecclesiæ universalis. Hic miræ experientiæ in secularibus non pecuniarum lucris sed pauperum elemosinis intendebat. Erat hoc tempore apud Leodium quidam Episcopus, *Henricus* † nomine, frater Comitis Gelriæ, homo plurimum dissolutus, à quo prædictus Papa Gregorius adhuc in præbenda sua residens multum persequitur; & quadam vice orationi procumbens pede turpiter infestatur, cujus præcipue causa idem Gregorius præbendam suam apud Leodium resignans peregre proficiscitur, veniensque Viterbium, Papa ibidem mortuo, Cardinalibus exaltatur. A quo mox Henricus Episcopus supra recitatus sibi in persona propria comparere præcipitur, (1) qui veniens subtractione annuli sedis beneficio

† Admotus ad Episcopatum Ann. 1246. Hocsem. in ejus vit. *cap.* 2.

(1) Per annulum investitus & missus in possessionem ablato rursum annulo de possessione depellitur, *l.* 35. *l.* 153. *ff. de reg. jur.* Vid. *man. ad jus Can. lib.* 3. *tit.* 10. Infra ad Ann. 1330. *Ad inimicorum instantiam magis vi quam juris ordine per eundem Pontificem abjicitur, anuloque privatur.* Nec ab Episcopo tantum Abbas, sed à Papa

cio propellitur. Cujus loco quidam Johannes de Flandria genitus summo Pontifice præsentatur. Quem idem *Henricus* in brevi tamen persequitur, & impetu cujusdam itineris fracta ejus pinguedine suffocatur. *Henricus* vero quamdiu vixit, Leodiensibus licet invitis, fomentum suscipit, cujus finis nobis incognitus omnipotentis misericordiæ præsentatur.

Anno CIↃ. CC. LXXVI. Gregorius Papa Aretii moritur, post quem Innocentius elevatur. Hic à pueritia in Prædicatorum ordine existens doctor egregius efficitur, & Lugduni in Archiepiscopum sublimatur. Qui licet ad Papatum veniens multa facere proposuerit, morte tamen præventus nichil fecit. Romæ moritur, & in Lateranensi ecclesia sepelitur. Eodem anno Adrianus V. ad Papatum veniens *Viterbii* moritur & sepelitur. Hic nepos Innocentii IV. existens, & ab ipso in Cardinalem promotus à Clemente V. pro guerra inter Regem & nobiles sedanda in Angliam destinatur. Hic Papa factus statim constitutionem, quam Gregorius Papa X. Lugduni de restitutione Cardinalium ediderat, suspendit, proponens eam aliter ordinare, sed morte preventus sic suspensam reliquit. Eodem anno Johannes XXI. ad Papatus ordinem honore debito sublimatur. Hic Pontifex in scientiis famosus, primo Tusculanensis Epispus Cardinalis, tandem Romanus Pontifex efficitur. Qui scientiarum

Papa etiam Episcopus missus annulo in possessionem. Nam & annulus erat Papæ. Transactum sic inter Papam & Henricum V. Imperatorem. Verba hæc Henrici V. apud Goldastum *to.* I. *const. imper. p.* 258. Ego *Henricus Dei gratia Romanorum Imperator Augustus, pro amore Dei, & Sanctæ Romanæ ecclesiæ & Domini Papæ Calixti, & pro remedio animæ meæ, dimitto Deo & Sanctis ejus Apostolis Petro & Paulo, sanctæque Catholicæ ecclesiæ, omnem investituram per annulum & baculum, & concedo in omnibus ecclesiis, quæ in Regno vel Imperio meo sunt, canonicam fieri electionem & liberam consecrationem.* Henricum autem quod attinet motus Episcopatu anno 1274. Vixit postquam motus adhuc annos XII. Unde & siquis miretur, quod qui historiam perduxit usque ad Ann. 1333. Auctor noster loquatur sic: *Henricus vero, quamdiu vixit, Leodiensibus licet invitis fomentum suscipit, cujus finis nobis incognitus omnipotentis misericordiæ præsentatur*; non aliud habeo quod dicam, quam quod alterius forsan verbis usus, ex quo nimirum hæc desumpsit, & iis usus, quæ reperit.

tiarum florem & Pontificalem dignitatem ſtoliditate quadam diffamabat, ſive deformabat, adeo ut naturali induſtria carere videretur. In hoc tamen plurimum laudabilis, quod ſe tam pauperibus quam divitibus communem exhibens, multos egenos litterarum ſtudium amplectentes fovit, beneficiis eccleſiæ promovendo. Hic cum ſibi vitæ ſpatium & annos extendi crederet, & hoc coram aliis aſſereret, Viterbii ſubito camera nova pro ipſo conſtructa corruit, qua inter ligna & lapides colliſus die VII. exſpiravit.

Anno CIↃ. CC. LXXVII. Nicolaus III. natione Romanus ad Papatum eligitur, & in die Katerinæ virginis conſecratur.

Anno CIↃ. CC. LXXXII. VII. Idus Julii Florentius Comes Hollandiæ ſuorum apud Friſones proditione, prout facie oſtendit, quaſi non læditur, ſed contra prædictos majori animoſitate commovetur. Unde collecta ſuorum tam Hollandiæ quam Zelandiæ copia ad locum, qui dicitur *Nuwewic*, navigio ſe dirigit, ubi perverſos Friſones, prout hactenus conſueverant, oppoſitos deprehendit. Qui facto in quodam aggere propugnaculo quaſi invinctibiles ſe recipiunt, & Comitis exercitui robore valido opponuntur. Quod cernens turba Hollandiæ, ſicut ad eſcam famelicus, nec non ad requiem laſſus, ſic contra hoſtes dirigitur, fractoque ipſorum munimine in fugam verſos ſequitur, donec negotii propoſitum laudabili plenitudine procuravit. Tranſit itaque Hollandiæ & Zelandiæ exercitus armis plurimum oneratus à loco navium pugnando, & hoſtes inſequendo, prout veritate perpenditur circa duo miliaria procedendo, tumque ſimiliter redeundo. Quo itinere quid actum fuerit, prout brevius potero, declarabo. Fuit itaque hæc via gravis & præcipue ſuſpicione traditionis. Nam de quodam milite, *Nicolaus* de *Kaets* nomine, reliqui nobiles minus bene præſumebant, qui Comiti ut nunc præerat, & cujus ordinatione ſingula procedebant. Fit inſuper proceſſus nobilium, quorum ductor ſit Rex fidelium, qui de vico in vicum procedentes ſemper hoſtes minus feſſos inveniunt, quibus nova lis & gravior præparatur. Hujus viæ labor, hujuſque laboris via uſque ad villam, quæ dicitur *Hoeghout-woude*, protenditur, quo prima ſtatio & major Friſonum inclinatio procuratur. Cæduntur plurimi, capiuntur ** ut pauci, quaſi in vindictam Regis Alemanniæ principis decorati. Interea quidam vetulus, nec mundo

** Forte. *haud.*

mundo nec sibi multum utilis, hostibus expositus, mortis timore dicere comprimitur, quod si gladius astantium corpori suo parceret, ipse corpus Regis nobilissimi demonstraret. Quo senex iste melioribus cingitur, vita promittitur, & cum hoc merces plurima, dummodo locus regalis thesauri suo juvamine poterit inveniri. Nec mora dictus senex (1) ad domum quandam, qua Rex sepultus fuerat, procedere nititur. Cujus præcepto in loco, quo ignis jacere consueverat, fossoribus laboratur, qui diu fodientes nec aliquid invenientes desperare incipiunt, & senem illum seductorem appellantes à loco illo volunt recedere, ipsique mortis semitam indicare. Quo senex: *adhuc modicum fodere dignemini, & si tunc nichil inveneritis, nolo amplius vitæ meæ inducias protelari.* Qui eadem fossa, prout & prius, & vehementissime laborantes quasdam trabes sibi invicem in modum crucis colligatas inveniunt, quibus subtractis invenerunt tumbam parvi muneris, & promunt, in qua corpus nobilissimi Principis continetur. Qua hora in toto Comitis exercitu gaudium fit de Regis inventione, dolorque admiscetur de mortis renovatione. Est itaque ut ita dicam inter cunctos tristis lætitia, gaudensque tristitia. Nam labiis ridentibus oculis lachrymatur. Sed causa victoriæ gaudium præponderat, quo tristitia excluditur, & omnium conscientia roboratur. Hujus itinere de novo invento Regis corpore, pro cujus vindicta bellum principaliter aggreditur, ira fervet, animus offenditur, in tantum, quod quicunque saluti hostium cedere poterat, vel igne vel gladio devastatur. Potest autem fieri, quod quæratur, quare paucis scientibus corpus Regis tam secrete absconditur, tan-

(1) Hæc narratio si vera, fabula est haud dubie, falsis vero mixtis, quam habet Chronica Augustensis ad Ann. 1256. *Wilhelmus Rex eodem mense in Frisia cum exercitu existens à Fresonibus est occisus. Qui cum ad quandam civitatem ejusdem provinciæ venisset, fertur ibidem invenisse sepulchrum opere mirifico constructum; & dum à civibus quæreret, cujus esset hoc sepulchrum opere tam sumptuoso decoratum, dicebant quod nondum quisquam ibi sepultus esset, sed antiqui patres eorum construxerint illud præfatum, cognoscentes, quod in eodem loco deberet Romanorum Regum aliquis tumulari. Devicta itaque & subjugata tota Fresia, cum jam victor ipsa terra exiret, à quibusdam fugitivis in arundineto latitantibus cuspidibus occiditur, & in prædicto tumulo ab indigenis sepelitur, anno Regni sui nono.*

Digitized by Google

tantoque munimine obcœcatur. Ad quod breviter respondere poterit, Frisones licet multum simplices percunctasse, quod postquam Regem Romanorum propriumque Dominum occiderant, quod super læsæ majestatis crimine poterant argui, & sic in perpetuum condempnari. Sed ut super tali negotio major excusatio, nec non aliqualis palliatio haberetur, si corpus ostendi non posset, facta est inter Frisones compromissio, & affirmata conjuratio, quod nunquam aliquis eorum corpus proderet, nec per eos ad solis præsentiam deveniret. Quæ tamen protestatio mortis timore per dictum Frisonem divinæ pietatis gratia violatur. Sic itaque *Florentius* Comes habita victoria de Frisonibus cum corpore nobilissimi patris revertitur, quod in *Middelburg* more Regio sepelitur. Hujus Florentii Comitis tempore inter Johannem Ducem Brabantiæ & Reynoldum Comitem Gelriæ apud locum, qui dicitur *Woeringe*, bellum durum oritur, ubi dictus Comes Gelriæ capitur, & quam plurimi nobiles ipsi adhærentes, sed præcipue Luceburgenses occiduntur, Johannes vero Dux gaudens victoria Ducatu Limburgensi, qui belli erat materia, suscipitur, in quo ejusdem successor heresque proximior hactenus sublimatur. Hujus Florentii tempore *Nicolaus* Papa moritur, post quem sequitur *Martinus* IV. Post Martinum *Honorius* IV. Post Honorium *Nicolaus* IV. Qui omnes infra annos XI. Papali regimine mortis voragine declinantur. Eodem anno scilicet CIƆ. CC. LXXXII. (1) per Florentium Abbatem Egmondanum tres monachi sibi rebelles capiuntur, & apud Alcmariam in castro Comitis dicto *Thorenburg* usque ad recognitionis nec non humilitatis tempora reponuntur. Quorum nomina propter majorem fidem aliorumque correctionem videlicet Gerardus de Alcmade, Simon Gale, nec non Ludo-

Anno Domini CIƆ. CC. LXXXVIII.

(1) Altum de eo silentium apud Jo. à Leydis in *Annalib. Egmondan.* Nec Florentium is ea laude, qua Auctor, ornat, sed contra, ut rixosum, ut prodigum, & plus quam expediens animosum traducit; *Postquam*, inquit, *Henricus resignasset*, *Florentius satis juvenis consilio Henrici Abbatis electus est &c. Hic tum ex juvenili ætate tum ex ingenuitate plus animosus fuit, quam monasterio expediens fuit, quia bona monasterii juxta Schagen neglexit, & multos vasallos de novo infeodavit, & cum conventu suo, ut patet in Registris, discordiam sæpe habuit.*

Ludovicus præsenti ordine describuntur. Et nota in Abbate Florentio jam præfato, Domino videlicet perfectissimo, auctoritatem verificari, qua dicitur, quod omnes pie vivere volentes persecutionem patiuntur. Ipse enim forma & sanguine præcipuus, jocundus, & largissimus, sapientia, qua habundat, vix defenditur, nec tam perfecte vel proprie, quin multis sæpe & variis occasionum articulis provocetur, è quarum numero aliis obmissis unam propono tangere, & ob honestissimi Abbatis commendationem scripti testimonio confirmare. Nondum itaque quondam Florentio Comite in minoribus existente, (1) & Domina quadam de Heynenbergh, amita sua videlicet, suis negotiis præsidente, dictus Abbas quodam sibi adversario sicut & Christus traditore suo impetitur, cujus simpliciter accusatione apud Florentium Comitem dictamque sibi pedissequam infamatur. Quorum consensu & informatione, Domino Abbate veraciter ignorante, ad hoc perventum, & quasi prophetatum traditur, vel Egmondensis Capituli statum in brevi destrui, vel nigrum illius habitum in griseum permutari. Cujus propositionis tramite, adhuc utique Abbate dignissimo ignorante, proceditur, & horum articulus Bernardi fratribus præsentatur, qui in istis sicut & in omnibus avaritiæ se præbentes, &

(1) Scribendum *de Heynouwen*. Aleydim enim intelligit Comitissam Hannoniæ. Cujus chartam habeo nondum editam Ann. 1258. qua Mathildem agnoscit matrem, Richardam Domicellam Hollandiæ, Elisabetham Romanorum Reginam. Charta ita incipit: *In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Aleydis de Hannonia Tutrix Hollandiæ universis Christi fidelibus &c.* & mox: *sub testimonio E. quondam Romanorum Reginæ, M. Comitissæ Hollandiæ matris nostræ, & R. Domicellæ Hollandiæ amitæ nostræ.* Richardis fuit monialis, ut ait Chronicon Goudanum, & forsan Losdunensis. Nam extat ejus charta data apud Losdunen Ann. 1250. feria tertia post Lucæ Evangelistæ, qua donat monasterio certam summam pecuniæ. *Ego Rikardis Domicella Hollandiæ notum facio omnibus præsentia visuris, quod pro remedio animæ meæ, & animarum patris & meæ, nec non & fratrum meorum contuli ecclesiæ beatæ Mariæ in Losdunen, & assignavi centum librarum, & centum solidorum Hollandensium redditus.* Habuit, scio, Florentius Mathildem etiam amitam, quæ aliis est Margareta, Comitissam de Hennenbergh, ut notat Petr. Scriverius ad. d. *Chron. Goudan.* sed nuspiam dicitur præsedisse hæc negotiis Florentii, nuspiam tutrix Hollandiæ.

& ad dicta non modicum anhelantes duos ipsorum ordinis una cum Comite præfato, & quodam Apostolicæ sedis legato ad beatissimi *Adelberti* limina destinarunt. Adest itaque Egmondæ Comes præfatis, totaque sibi Curia, qui summa ibidem Abbate dignissimo nec non ejus fratribus deductione recipitur, quorum tamen adventus quæ causa fuerit, Domino Abbate & cunctis quoque fratribus ignoratur. Quæ tandem Domino Abbate perscrutante, & sagaciter percunctante discutitur; & feliciter indagatur. Qua inventa ad Capitulum, ubi Comes aderat, proceditur, Cujus ibidem propositionis petitio denudatur, quæ breviter dicendo talis extitit, ut *Egmondenses Divum Benedictum re & habitu desererent, & Bernardi moribus adhærerent.*

Quo audito habita deliberationis licentia & petita ad locum Consilii tenditur, ubi per Dominum Abbatem singulis sui Conventus obedientia proponitur, & per eam, quis dictorum materiam (1) brixaverit, dici apertius imperatur, ubi tandem per singulos reus confunditur, dum coram Abbate & fratribus ejus confessio publicatur. A quo dum per piissimum Abbatem causa requiritur, in qua defectus præbendæ solummodo tangitur, Dominus Abbas sermonem suum ordinans prolixius hæc & his similia loquebatur: *Ecce Karissimi quid facitis & ad proposita quid narratis? Volo licet invitus vobiscum si placet hactenus habita dimittere, & aliorum moribus insudare, est enim mihi levissimum vestis colorem vertere, & salva per omnia dignitate nigrum griseo permutare. Nam quicquid à vobis eligitur, induitur, vel deponitur, Abbas Florentius vobis etiam invitissimis suo statu remanens nullius arte vel viribus deponetur. Potestis vos ipsos confundere, sed me nullatenus inclinare. Sed si mecum pie vultis procedere, dictis meis assistere, volo vobis utique præbendam vestram integerrimam permittere, & hanc promissionem sigilli mei testimonio confirmare.* Quo facto

(1) *Brixare* hic nihil aliud quam molestiam concitare. A *briga* seu *brica*, rixa, discordia. Infra ad Ann. 1322. *Unde fere inter ipsos briga oritur, quæ tamen prudentum studio subtiliter declinatur.* Ad Ann. 1324. *sicut olim inter summos quosdam Pontifices & Fredericum Imperatorem briga quædam cernitur, sic ad præsens &c. Imbrigare*, involvere aliquem lite, & quæ ex lite est molestia. *Disbrigare*, eadem rursum liberare. Charta Ann. 1275. in metropoli Salisburgensi: *Briga seu quæstio mota fuerit &c. & pro lis &c. ut disbrigare prædia sibi vendita debeat.*

Digitized by Google

facto idem Abbas & vere dignissimus non solum suis simplicibus sed etiam traditoribus præficitur, & relato consilio in Comitis præsentia per quemlibet monachum & specialiter per dicti proditorem negotii decoratur. A quo ibidem, sicut & prius apud Capitulum, Bernardus non despicitur, sed Benedictus re & nomine & ipsius regula summopere commendatur. Quo facto per Abbatis nuntium sedis Apostolicæ privilegium ostenditur, cujus tenore tam clerus quam laicus, quos Comes adduxerat, disturbatur. Comitis enim clericus ibidem legerat, quod ei Dominum Abbas viva voce confirmat, quod omnis, per quem beatissimus Adelbertus in bonis vel in personis offenditur, quod idem offensor tam subito Papæ sententiis implicatur. Quo audito turba Comitis per singulos, qui hujus causa advenerant, confunditur, à qua apud Abbatem piissimum vix summa humilitate venia procuratur. Ecce Karissimi quid fato casu proponitur, dum Benedicti despectio & Bernardi electio à Benedicti fratribus postulatur,

Es sacer hoc teste Bernarde velut Benedictus
Sed cadat afflictus per te fugiens sibi veste. Amen.

Anno CIↃ. CC. LXXXVII. Florentius Comes Hollandiæ pacis amator, nec non juredictionis suæ propagator cotidie genti Fresonum bella præparat, & terram eorum castris fortissimis turriumque munimentis sibi applicat, quod tamen nisi Dei adjutorio non fecisset. Cujus declaratio breviter demonstratur, quod hoc anno facta est quædam maris inundatio, quæ totam Frisiam cooperuit, nec non in terris Hollandiæ & Zelandiæ turmas hominum cum pecoribus suffocavit. Quod videns miles, piissimus Dominus de Brederode *Theodoricus*, nam & ipse ad hoc per Comitem ordinatus fuerat, naves præparat, amicos convocat, & de domo ad domum transiens totam Frisiam multis annis rebellem sine defensore capit. Quæ post hoc de die in diem magis subjicitur, & omnipotentis misericordia subjugatur. Eodem tempore vir nobilis Albertus Dominus de Vorne moritur, & in *Loesdunen* sepelitur, cujus viduæ, pulcherrimæ videlicet dominæ, Curia in *Teylinghe* ad Florentium Comitem devoluta, ab eodem Comite cum omnibus illi atti- Ann. 1287.

 nenti-

† Vid. Annal. Waverlevienſ. qui Oxoniæ prodierunt Ann. 1687. *in fin.*

nentibus tribuitur, ſicut per eandem hactenus poſſidetur, ſcilicet anno CIↃ. CCC. XXII. Et nota quod † iſte Florentius Comes Hollandiæ primo cauſa poſſeſſionis Regni Scotiæ ad ipſum jure hereditario devoluti verſus Angliam dirigitur, cujus quæſtio per Regem Angliæ quadam ſumma pecuniæ ſolvitur. Et ſecundo propter Johannis filii ſui nuptias cum filia *Edwardi* Regis Angliæ. Quorum conjugio confirmato ſigniſque & factis inter Regem & Comitem amoris ordine propalato Florentio Comite Anglia deſeritur, qui ſanus & incolumis terræ propriæ videlicet Hollandiæ applicatur. Interea dum Florentius Comes pace fruitur, nec ullius vicini injuriis provocatur, ipſe quorundam conſilio Johannem filium ſuum negligens nobiliſſimum Regem Angliæ deſerit, & *Philippo* Regi Franciæ vinculis amicitiæ ſe conjungit. Qui Reges ut nunc erant contrarii & capitales inimici. Quodam itaque tempore Florentius Comes à Rege Franciæ vocatus perſonaliter ad ipſum Pariſius properat, quo ſibi ſuæque familiæ dampnationis encænia Regis nomine conferuntur. Nam Philippi hujus collatione ſuorumque munerum donatione tota ſequens maledictio Florentio Comiti procuratur. Qui ad terram ſuam revertitur, deſpectorum conſilio utitur majores terræ ſuæ inclinans & à præſentia ſua ſegregans. Quo tempore vix proborum aliquis ejus conſilio ſociatur. Unde contigit, quod dum Zelandia per ipſum inæquali, nec non graviſſima exactione, quarti ſcilicet denarii penſione conteritur, Zelandiæ Principes adunati, & ſacrorum datione confœderati dominum proprium Florentium videlicet Comitem deſerunt, & fideli promiſſione ad Guidonem Comitem Flandriæ convertuntur. Qui collecta ſuorum multitudine Zelandiam intrat, Middelburgum vallat, quæ ne deſtruatur ſub promiſſione cujuſdam diffiniti temporis, ſi *Florentius* Comes ad ejus defenſionem non venerit, ſe in manus Flandrenſium tradere confirmavit. Florentius vero Comes apud Ziricze exiſtens, & ut nunc pro debellatione Flandrenſium minus ſufficiens, ordinatione Johannis nobiliſſimi Ducis Brabantiæ Comitis Flandriæ pietati & gratiæ humiliter præſentatur. Qui verſus Flandriam ductus in villa, quæ dicitur *Hulſt*, partem Zelandiæ, ſcilicet Walacriam de manu Comitis Flandriæ ſuſcipit, cui per ſequentia fideli homagio ſacrorum collatione aſſiſtere proclamavit. Inſuper & Zelandiæ nobiles Comiti Flandriæ hoc tramite

adhæ-

Digitized by Google

adhærentes in amorem Florentii Comitis redeunt, sua patrimonia pacifice possidendo, quod tamen à Florentio, in quibusdam minus bene legitur observatum. Nam ob eandem caussam *Johannes* Dominus de *Renesse* & Theodoricus Dominus de Brederode frater ejusdem Johannis in monte Sanctæ Gertrudis à Florentio Comite capiuntur turribus vinculati, quousque per inæqualia filiorum suorum conjugia cum Consiliariis Comitis facta processu temporis absolvuntur. Hujus Comitis tempore (1) Johannes Dux Brabantiæ apud villam dictam *Baer* hastiludia exercens † musculis brachiorum læditur, cujus mox vulnere suffocatur. Miles vero, quo licet invito dejicitur, extracto gladio, extentoque collo vindictam de se postulans fieri Ducis languidi præsentiæ demonstratur. Qui non solum piissimo Duce suisque hujus facti gravamine absolvitur, sed ejus patrimonium per Ducem nobilissimum augmentatur. Ecce nobilis pietas, ecce pia nobilitas, quæ præsenti tempore multis sanguine ingenuis elongatur. Nota quod à prædicto Comite Florentio fratribus Prædicatorum ordinis in villa, quæ *Haerlem* dicitur, fundus tribuitur, ubi prout cernitur claustrum & ecclesia prædictis fratribus ordinatur. Hujus Comitis tempore post longam concertationem, sicut supra tactum est, inter Regem Castellæ & (2) Comitem Cornubiæ pro Regno Alemanniæ, utroque deficiente, Principes Alemanniæ,

† al. *musculus.*

(1) Guillelmus de Nangis apud d. Achery *to.* II. *Spicileg. ad Ann.* 1294. *Apud Barrum Lotbaringiæ castrum ad nuptias cujusdam filiæ Regis Angliæ Johannes Dux Brabantiæ invitatus fuit, ibidem in bastiludio à quodam milite interfectus.*

(2) Comes Cornubiæ est Richardus, ut supra ad Ann. 1255. frater Regis Eduardi, electus Imperator Ann. 1257. Qui & eodem anno, assumpto secum Florentio, qui in Anglia tum temporis, ex Anglia contulit se in Hollandiam, & ex Hollandia in Germaniam, ad consequendam coronam Regni, quam & consecutus XVI. Kal. Junii anni jam dicti. Quo & Maguntiæ VIII. Septembr. ut Rex Romanorum edictum proposuit, quod est apud Goldastum *to.* I. *const. imper. p.* 168. Chronicon Thomæ Wikes ad Ann. 1257. *Richardus Comes Cornubiensis in Regem Romanorum electus Domino Archiepiscopo Coloniensi, Domino Leodiensi Episcopo, Domino Trajectensi Episcopo, Domino Florentio Comite de Holland, & aliis quamplurimis Alemanniæ magnatibus ipsum quærere & Alemanniam deducere venientibus, ascensis navibus apud Yernemuth penultimo die Apri-*

niæ, ad quos spectat Regis electio, conveniunt, (1) & quendam nobilem de Nassouwen Radulfum nomine eligunt, qui paucis Regno fruitur. Nam per Adulfum Ducem Austriæ impetitur, quo Regno & vita privatur. Hujus Florentii Comitis tempore apud Scoten quidam famulus Florentius nomine nocte quadam, dum dormiens lecto jungitur, absque læsione qualibet per singula corporis spatia depilatur, cui etiam in tota vita sua nec pilus unus renascitur, quod vere scriptor præsentium, qui fatum viderat, protestatur. Hujus Comitis tempore erat Trajecti quidam Episcopus nomine Johannes, qui propriis militibus *Giselberto* videlicet de *Aemstel* & *Hermanno* Domino de *Worden* infestatur, qui respiciens ipsos licet terræ suæ majores despicit cogens eos se minoribus inclinare. Cujus causa præfati milites ad Comitem Hollandiæ tendunt ipsius consilium & auxilium implorantes. Quibus talis responsio redditur, se nullo modo contra ecclesiam vel ejus Prælatum velle aliquid facere. Sed suis omnibus ipsis astare volentibus pia mente frenum imponitur libertatis, ut quando vel quomodo voluerint ipsis auxilium totis viribus impendant. Quo facto prædicti milites contra proprium dominum omni honore dignum arma præparant, amicos convocant, per quos labore Hollandensium de Comitis licentia illo tendentium Episcopus vincitur, prælio fugatur, & dictorum voluntas militum consequitur, qua inimicus tam † præsidens inclinatur. Corruerunt enim ibidem bellatores egregii, videlicet Stephanus ac Frithericus de Zulen cum aliis armigeris approbatis. Ut vero hujus facti major notitia habeatur, locus, quo bellum fuerat, & Zoezerende dicitur, nostro carmine recitatur.

Anno CIƆ. CC. LXXXVIII.

† al. prudens.

Anno CIƆ. CC. XCIV. Nicholaus Papa moritur, cujus loco Cœ-

Aprilis, præpropere velificando, quinto die Maji cum XLVIII. *magnis navibus & duabus naviculis applicuit in Hollandiam ad oppidum, quod dicitur Durdrect, infra Regnum Alemanniæ, & in festo Ascensionis Dominicæ, quod eo anno contigit* XVI. *Kal. Junii, cum summa solennitate coronatus est, Conrado Archiepiscopo Coloniensi sibi manus imponente, quippe Geraldus Archiepiscopus Maguntiæ &c.*

(1) Insignis ἀνιστορησία: Rodulfus, ut notum, Comes fuit de Habspurch, Adolfus Comes de Nassouwen, Albertus Dux Austriæ Rodulfi filius. *Assouwen* non *Nassouwen*, diserte in MS.

Digitized by Google

Cœlestinus v. heremorum habitaculis veniens elevatur. Sed eodem Cœlestino Papatum resignante & ad heremum redeunte Bonifacius VIII. quæritur, & in Lateranensi ecclesia Pontificali insula decoratur. Iste Bonifacius quantus fuerit, non est necesse nostris inseri, quia ejus scientia ejusque probitas VI. Decretalium per ipsum videlicet compilato potest facillime demonstrari. Qualiter autem huic Apostolico *Philippus* Rex Franciæ propter justitiam contrarius fuerit, ipsum quoque missis ad urbem nunciis civibusque subornatis capi fecerit, qualiter insuper idem Papa cuidam in legibus Domino de Longaret, videlicet Willelmo, sibi manum imponenti responderit, ipsumque cum præfato Rege usque ad nonam generationis lineam maledixerit vix adjicimus. Cujus tamen maledictionis mysteria nostris fructificasse temporibus non negamus. Quartum enim à præfato Rege successorem infra octo annos vidimus, quod utique divinis flagellationibus dictisque maledictionibus imputamus. Post istum Papam sequitur *Benedictus* XI. Prædicatorum ordine, cujus magister fuerat plurimum commendatus. Post Benedictum Clemens v. tollitur qui Burdegalensis Archiepiscopus in Provincia sedem posuit, ibique vitæ spatium terminavit. Post Clementem Johannes XXII. Papatu suscipitur, cujus adhuc tempore hujus tenor carminis ordinatur. Tempore Florentii Comitis in terminis Hollandiæ pax summa floruit. Nam væ nobili si minimum contra justitiam provocavit. Cum itaque leone animalium Rege in cubili suo cum pacis gaudio quiescitur, per ursum, lupum, & vulpem insidiis provocatur, & quia vires deficiunt consilio nituntur polluere, & multis detractionibus perversisque studiis inclinare. A simili dum nobilis iste Comes in pace putat quiescere, & absque suspiriis panem suum manducare, supradicti de Aemstel & de Wurden milites, sed prædictis feris perversis actibus similes dictum Comitem nituntur corripere, ejusque famam sub silentio omni pravitatis carmine denigrare.

Anno itaque CIↃ. CC. XCVI. Florentius Comes Hollandiæ dum pro pace inter dictos milites ipsorumque adversarios facienda Trajectum tenderet, & in vigilia beati Johannis Baptistæ concluso negotio (1) deductionis causa ad campos propera-

(1) Tollendum hic insigne mendum ex Annalibus Henrici de Rebdorf: *Anno*, inquit, CIↃ. CCC. III. *Bonifacius Papa cum tanta ductio-*

peraret, assunt sæpe dicti (1) milites, quibus vestis sua geritur, cibusque digeritur, ipsum Comitem capientes, & ad castrum dictum *Cronenburgh* turba bellica deducentes. Quo mora minuitur. Unde ad villam dictam Muden eadem nocte trahitur, & in castro quodam, quod ut tunc * illo situm fuerat, ponitur.

* *ab illo.*

ductionis iret extra urbem in oppidum nomine Ananja præfati expulsi de Columna &c. Freherus illud *tantæ ductionis* quid sit ignorasse nec assecutum se significat hac nota *. nec aliter post eum edidit Christophorus Gewoldus. Sine ulla hæsitatione legendum *causa deductionis*. *Deductio* idem hic quod *deduict* delectatio, oblectamentum. *Plaisir* dicunt Galli. Infra ad Ann. 1322. *Locus eligitur, ad quem deductionis causa dictus traditor extra villam custodibus deducetur*, & mox: *maledictus exiens capitur, & majorum præsentiæ summa deductionis lætitia præsentatur.* ** Pag. 171. *miles quidam causa venationis nec non deductionis percipitur eisdem Francorum terminis tendere.* ** P. 179. *Hujus itaque causa nobilis Episcopus venationis deductionem circumquaque præcipit innuere*, & mox **: *cibo & potu præcipua deductione fruentibus &c.* Jo. de Beka in epistola ad Guilielmum Ducem. *Ideoque vobis &c. præsentem historiam &c. compilavimus: quam vestræ Reverentiæ pro quotidiana deductione transmittimus.* Constitutiones Siculæ *lib.* 1. *tit.* 51. *Si à litigantibus aut impetrantibus esculenta & poculenta, seu injectas, aut deductionem recepisse probentur.*

(1) Dominorum vestitu non famuli tantum usi, sed & nobiles, & qui in aula, qui Principi ab officiis, qui ejusdem familiares. Guilielm. de Nangis *to.* 11. *Spicileg. ad Ann.* 1314. *Duo vero præfati milites cum non solum tanquam adulteri, sed & dominorum suorum conjugii violatores nequissimi, cumque de eorum vestibus & familia reputarentur* &c. Loquens de hoc casu Jo. de Beka in Joann. 11. *Prædicti grassatores (prob pudor) adhuc ejusdem Comitis vestimentis amicti, ac eodem die suis alimentis in Trajecto depasti.* Assuta Principis insignia, quo facilius, cujus essent, posset dignosci. *Livrees*, ut in nota marginali est apud d'Achery locum jam dictum. Et his, ut id addam, fœminarum etiam nobilium vestis insignis. Schedas habeo manuscriptas, quæ rationes Ducis Alberti continent. Inter cetera in his ita: *In den eersten gecost jegens Heyn Nagel myns Heeren Bontwercker omtrent den 1. Mart. Ann. 84. totter leveryen behoef, die myn Heere geven soude tot Paschen anno 85. &c. Item tot Delft gecoft omtrent St. Odulf twe gesineerde voeders voir der Vrouwen van der Lee tot hoer leverye roc. Item* totidem *voer der Vrouwen van der Doertoghe. Item twee voeder voer der Vrouwen van der Heerwinde*, & mox: *Bontwerc ter Leverye: Dese voorsz voeders syn gegeven tote Leve-*

** Imo Pag. 191. Nobis Pag. 608. ** Imo Pag. 200. Nobis Pag. 612.
** Eadem Pag. 200. Nobis Pag. 613. Aliud exemplum habes supra Pag. 530.

ponitur. In quo absque alicujus amici sive familiaris collocutione per triduum detinetur. Interea rumor flagitii hujus terras pervolans auribus Hollandorum percipitur, sed quid gens sine capite faciat ignoratur. Fit clamor, fit concursus, fiunt rusticorum consilia, quia nobilibus silentium imponitur. Nam quod in Comite per quosdam actum cernitur, omnibus imputatur. Tandem sic errante proposito Kenemaris navis aptatur, & turba plurima ad locum, qui supra *Muden* dicitur, properatur. Sed hæc via Comiti mortem intulit. Nam ipsum capientes nunquam de morte sua præsumebant, nisi forte ut nunc aliqui vellent eum ipsis subtrahere, & ad eorum dampnationem statu pristino relocare. Erat enim istorum propositum, si non possent sufficienti cautione cum Comite concordare, ipsum, quoad viveret, vel apud Regem Angliæ, vel Ducem Brabantiæ, Comitemve Flandriæ captivitate perpetua detinere. Interea dum Kenemari venientes castrum, quo Comes detinetur, proponunt spreta morte vallare, & inde dilectissimum Dominum omni virtute viribusque corporis procurare, & hoc à Gerardo de Velsen uno videlicet principaliorum suisque complicibus cernitur, mora spernitur, & omni festinatione fugæ præparatur. Et proch dolor sicut iniquo furi ad patibulum tendenti manus, sic æquissimo Principi equum ascendenti pedes

† Vid. Ubbon. Emmium.

leverye als bier na gescreven staet: & enumeratio dein fit multorum nobilium quibus pelles datæ ad mensuram, *die Heer van Arckel, die Joncheer van Arckel, die Heer van Gaesbeeck, die Heer van Brederode, die Heer van Egmonde, die Heer van Abcoude, die Heer van der Lecke, die Heer van Vianen, die Heer van Asperen, die Heer van Montfoirde &c.* Principis vestitu ipsi, ipsorum usi ipsorum famuli, clientes, domestici, aliique. Verum numerus clientum, ne in fastum efferret, ne vel ipsis nobilibus vel Reipublicæ esset fraudi, interdum etiam circumscriptus, ut verbi gratia Medioburgi edicto anni 1347. *Willem Hertoghe van Beyeren &c. maken cont allen luden, dat wi om oerbaer, nutscap, ruste, ende profyt van onser poerte, onser gemeenre poerters van Middelburch met onsen gemenen Rade, ende bi versoecke van onser poerten voersz over een gedraghen syn, dat niemant die nu poerter is, of namaels wesen sal, niemants clederen dragen en sel, die gheen poerter en is in onser poerten voersz, uytgenomen ons ende onser nacomelingen Graven ende Gravinnen te Zeelant, ons Borchgrave van Zeelant, des Abs clederen van Middelburch &c.*

pedes sub jumenti pectore colligantur, & sic tendunt per viam pariter æquus & iniquus, justus & injustus, & quod debebat regere regitur pravo more, Dominum præcedit servus, & magistrum discipulus, omnique perversitate quod præfuit succedere coartatur. Ecce nunc Comes *Florentius* factus est Petro similis: nam qui in juventute ad voluntatis suæ placitum properat, ad annos maturiores veniens servo suo cingitur, & ad loca ducitur ipsi minimum commendata. Dum itaque dissimilibus via similis teritur, nec multum procul à supradicti castri porta receditur, ecce turba cujusdam villæ, quæ Narden dicitur, quasi pugnæ præparata eis obviam venit. Qua visa lictores vera dimissa semita per campos, & per devia ab occursu turbæ hujus ducentia satagunt properare, motisque calcaribus equorum suorum levitate fossarum latitudinem transvolare. Sed cum nobilis Comes equum debilem haberet, pedesque ligatos movere non posset, præcipue tamen moram faciens, quia visis quasi de proximo hominibus suffragium speraret, dum nephandorum præcepto saltu equi fossam transcenderet, lutosa fossa equus cadens cum Principe declinatur, qui cum de facili non extrahitur, & sæpedicta turba istis malefactoribus quasi de proximo jungitur, quo nephandorum ductor, sicut aliis raptoribus raptor, præda nobilissima timuit spoliari, (1) ecce gladius trahitur, Comes cæditur, & quibus per ipsum sæpe victus

(1) Cæsus est Muderbergæ, ubi postea Capellam extruxit & dotavit Wilhelmus Comes III. Charta Ann. 1324. *Wi Willaem Grave van Henegouwen &c. maken cont allen luden &c. Want onse lieve neve die Grave Florens, daer Godt die siele af hebben moet, doot bleef toet Muderberghe in onsen lande van Aemstelle, wiens siele wi altoes souden geerne doen gedencken, ende hebben in eweliken gedenckenisse, voir sire sielen, onser ouder sielen, ende der onsen, in der eere Gods, onser Vrouwen, ende alle Goids heyligen, gesticht, ende gemaket hebben tote der selver stede van Muderbercb ene Capelrie bi enen goeden Capelluen, dagbelix aldaer te verdienen, ende misse daer op te doen, als hy's gestaed is, die wise jof onse nacomelingen geven sullen om dagelix te bidden.e, ende te gedencken dierre sielen voersz &c.* Causa autem cædis non eadem traditur. Verisimilis, quam tradit Auctor, quod in gratiam percussorum noluit Comes fieri hostis Episcopi Trajectensis, cujus ipsi diœcesin vastabant hostiliter. Non diffitetur Meyerus, sed & perperam refert cædem ad Ann. 1303. & perperam ait Comi-

tus tribuitur, illis, proh dolor! viginti & uno vulnere perforatur. Tantus fervor tantaque vesania in hac nephandissima strage quibusdam tortorum affuit, ut visis jam decentibus piissimum Comitem defendere volentibus, quia minus fugiunt, scilicet manu armata sanguine resperfa, capiuntur, quorum quidam animo fervente doloreque crescente capti à propriis consanguineis occiduntur.

Lugeat Hollandia Comite privata,
*Quo præbentur * grandia pacis, & ornata*
Pauperi dans prandia manus est prostrata.
Jure dolet hodie dives & subtilis,
Nam quo viget pridie pax & forma vilis
Cadit vi invidiæ, morti sit servilis.

* al gaudia.

Quis

Comitem spoliasse eos possessionibus, easque Episcopo concessisse; *Anno*, inquit, CIↃ. CCC. III. *Florentius Comes Hollandiæ, Guilielmi Cæsaris cæsi à Frisiis filius, à familiaribus suis Hermanno, Gerardo, Gisberto, dum aucupio animi gratia indulget, fœdo parricidio occiditur per causam, quod quibusdam arcibus ac possessionibus istos spoliasset in gratiam Joannis Episcopi, qui ecclesiæ esse bona contendebat.* Res ita se habet. Frisii, Kennemari, aliique seditiosi contra nobiles tumultuati cum castris eos passim & prædiis exuissent, Giselbertus de Amstel, ut amissa reciperet, fœdere cum iis inito, inconditæ turbæ Dux fit, & omnes suos inimicos, ne diœcesi quidem parcens, ope ejus proturbat. Jo. de Beka *in Joann.* I. Pax mox cum coiisset & obtineret Giselbertus potenter castrum de Vredelant acceptum pignori ab Episcopo, iter illac facientes, ut Episcopum irritaret, constituto ibi teloneo, exactionibus pressit. Indignum Præsul id arbitratus oblata ipsi pecunia castrum reddi sibi petiit. Negat se redditurum confictis causis Giselbertus. Ab invito ergo id Episcopus vi & armis recepit. Nec Comes Giselberto, sed cujus justior fuit causa, Episcopo tulit opem. Et hinc fomes odiorum. Beka *in Joann.* II. Sunt qui causam conjiciunt in Regem Angliæ Eduardum minus æquum Florentio, quod is spreto eo conjunxisset se Regi Franciæ Philippo. Matth. Westmonasteriensis *ad Ann.* 1296. *Comes Hollandiæ, soluto fidelitatis suæ freno, quo Regi Angliæ præannexus fuerat, dum Regis Francorum obtemperaret consiliis, à propriis domesticis est occisus.* Sed vix causa hæc verisimilis. Nec reticuisset eam Auctor, qui fere æqualis eorum temporum, si veri speciem habuisset. Alii aliter.

Digitized by Google

Quis quit ſcire talia, nec vexari mente,
Cunctis dans vernalia, & pro ſua gente
Tollens inæqualia moritur cliente,
Huic piæ memoriæ convocans examen
Rex æternæ gloriæ conferat tutamen.
Auditor hiſtoriæ noſtris jungat, Amen.

Interea corpus honeſtiſſimi Comitis ſuorum manibus tollitur, & ad inſtantiam Friſonum villæ, quæ dicitur Alcmaer, magno exercitu ſociatur, cujus eccleſia recipitur, donec habita deliberatione apud clauſtrum Reynsburgh paratu debito ſepelitur. Anno Domini CIↃ. CC. XCVI. Idus Julii Hugo de Aſſendelf avunculus Domini Hugonis Abbatis Ekmondenſis XXVI. apud Medemlec à Friſonibus occiſus eſt, Et cum eo LXVI. eodem die. Noverit inſuper turba legentium, quod major turba Comitem interficientium caſtro quodam Domini de Aemſtel, dicto Cronenburgh, cauſa tutelæ nec non tuitionis recipitur. Quod cum mortuo Comiti adhærentibus percipitur, mora negatur, caſtrum vallatur, & noctu dieque infeſtatur, donec maledictis labore & fame afflictis invitiſſime, quia ſine ſpe miſericordiæ ad voluntatem obſidentium traditur, quo ſublatorum ſingulis more debito rotarum colliſio, poſtque colliſionem in elevando aliqualis exaltatio præparatur. Hujus vero maledictionis primi & præcipui, Dominus videlicet de Aemſtel & Dominus de Woerden, fuga ſubtrahuntur, & in exilio moriuntur. Quorum tertius de Velſen, videlicet Gerardus, caſtro ſupradicto cum ceteris capitur, qui paulatim ut prodat complices pœnis variis infeſtatur. Hujus perditioni majores ibidem aſtabant Principes, de variorum conſcientia, ſed præcipue Domini de Brederode inquirentes, qui ſuper finali ipſius carmine quaſdam formabant, quas & nos vidimus, literas hujus domini innocentiam continentes. Quapropter & idem nobilitate conſcia, quo nichil melius, verſus Angliam, ut infra ſcribitur, properat. Unde Johannem ut nunc hujus patriæ Dominum reducebat. Interea cum devotus Hollandiæ, Zelandiæ, ac Friſiæ populus ſicut ovis ſine Paſtore erraret, & ſicut puppis ſine gubernaculo vacillaret, vir nobilis Theodoricus Dominus de *Brederode*, quaſi ſolus inter ingenuos infamia carens, naves

naves præparat, amicos convocat, inter quos cum ceteris nobilibus Willelmus de Egmonda & Henricus in *Leyden* Castellanus milites affuerunt. Iste præfatus Dominus se LX. propriis expensis mare ingreditur, ventus conceditur, Dei pietate & salvis omnibus Angliæ partibus applicatur. Cujus adventus dum à nobilissimo Rege percipitur, nuntius mittitur, & pius Dominus suo præclaro comitatu majestati regiæ præsentatur. Causa vero quare Anglia petitur nobilissimo Principi breviter discutitur, cujus deliberatio diebus pluribus protelatur. Hujus hora miseriæ Johannes Comes Hannoniæ versus Hollandiam dirigitur, percipiens quod castrum in Medelmec Frisonibus vallatum vix defenditur. nam turba nobilium illo sedentium fame tangitur, equus occiditur, cujus carnibus cupiditate maxima satiatur. Sed Dei gratia prædictus Comes honesto Hollandorum exercitu affuit, quo Friso subjicitur, & castro obsessorum turba strenuitate nobilissima quamvis labore maximo liberatur. Cum ita que Hollandensium apud Angliam mora extenditur, temporeque expenditur, ad instantiam piissimi militis, Domini videlicet de Brederode, ceterorumque Hollandensium, Regis edicto officiorum Prælati advocantur, quibus res nuptiarum jubentur præparari, & illas ad honorem *Johannis* nunc Comitis Hollandiæ, suæque honestissimæ conjugis, Regis videlicet filiæ celebrari. Quibus prout decebat peractis, nec non Domino de Brederode, suæque societatis singulis speciali munere provisis, naves inæstimabili ornamento præparantur, quibus Johannes Comes Hollandiæ suaque sponsa decentissima Domino de Brederode per Regem speciali obsecratione commissi introducuntur. Et sic benedictione accepta Anglia deseritur, velum tollitur, & navis Christo ductore maris fluctibus infestatur.

Anno CIↃ. CC. XCVII. (1) Johannes Comes Hollandiæ de partibus Angliæ cum sua nobilissima conjuge ad terram propriam rever-

(1) Nicol. Trivettus apud d'Achery *to* 8. *Spicileg. ad Ann.* 1297. *Elisabeth filia Regis Angliæ post festum Epiphaniæ connubio jungitur Johanni Comitis Hollandiæ filio & heredi, quem pro hereditate patris nuper occisi assequenda una cum uxore, conducente eos Umfrido de Boun Herefordiæ & Essexiæ Comite, remisit Rex Angliæ ad propria cum honore.* Quibus fere verbis & Th. Walsingham utitur ad Ann. 1298.

revertitur, & apud terram Zelandiæ portui, qui dicitur Vere, suis navibus applicatur, cujus loco his temporibus miles quidam Wulfardus nomine præficitur, qui cum ceteris nobilibus Comitis consilio jungitur, & etiam in tantum præ aliis quam per ipsum pius Dominus de Brederode in sibi per Regem nobilissimum commissis, id est, in Comitis custodia supplantatur. Nam dum quadam die essent pariter apud Reymerswale, & ab illo loco Dominus de Brederode simplex nec fraudem cogitans cujusdam causa negotii ad villam, quæ dicitur *Ziriczee*, per Comitem mittitur, Wulfardus cum Comite navem ingreditur, qui ad castrum suum ducitur, in quo exclusis sibi displicentibus observatur, venerabilique Domino de Brederode super Comitis licentia atque super reditu ad propria nuntius destinatur. Interea stultissimi Frisones sicut canis ad vomitum redeuntes tempestate malentes deficere, quam pacis tranquillitate gaudere antiqua rabie induuntur, ut nunc Johanni Comiti sicut suis per præterita parentibus opponuntur, dicentes ipsum non esse Florentii Comitis verum filium, sed fictitium ad eorum illusionem à terræ Principibus ordinatum. Cum itaque hujus erroris notitia atque ** tumoris materia Comitis suorumque nobilium percipitur, Comes offenditur, suorumque consilio exercitus colligitur, & ad villam, quæ dicitur *Alcmaer*, ordine pulcherrimo properatur. Frisones vero adventum Comitis suique exercitus percipientes, & suam patriam usque ad mortem defendere volentes (1) in villam, quæ *Vronle* dicitur, conveniunt, in quo fortunæ munera bellique discrimina suscipere moliuntur. Comes itaque cogitans sibi plura fructuum de pacis concordia

** An *rumoris*?

(1) *Vronen* hæc seu *Verona*. Hollandiæ Borealis primaria olim urbs, ut frequens vulgi opinio est, ** & tot fabulis decantata. Sed æqualis eorum temporum, aut locuples satis Auctor, quo probetur id, nullus est. *Villam* vocat Willelmus, *pagum* Chronicon

** De hac fabula extat Libellus hoc Titulo.
Gedaante en gesteldheid van Westvriesland voor den Jaare MCCC. en teffens den Ondergang van het Dorp Vroone; aantoonende dat de gemeene vertelling van een belegering en verwoesting van een magtige Stad, die Vroonen zoude geheeten hebben, niet anders is dan een Verdigtzel &c. door Simon Eikelenberg, t' Alkmaar. 1714. *in 4to.*

Digitized by Google

cordia quam de belli discrimine proventura, nam cum bellum quodammodo fuerit intestinum, quæcunque pars vinceret suorum semper aliquis vinceretur. Unde omni lenitate paternis monitis, nec non suorum nobilium precibus studet præfatos Frisones dirigere, & ad statum debitum inclinare. Sed ipsi more aspidis aures obturantes preces & monita obstinata elatione & elata

con † Rhythmicum. Nec hi invicem tamen diffident. Villa & urbs est & pagus. Supra ad Ann. 1204. *Deinde villam, quæ Muthen dicitur, assilientes* &c. & mox: *Morabatur autem Lothewicus in villa Vorscot* &c. De excidio Willelmus nihil. Contra Chronic. Rhythmicum:

Ende verbernden al te bant
Dat dorp van Vronen altemale.

Vronen autem utrumque. Olim pagus, mox urbs. Sed tum recens adhuc condita. Unde & *novam* vocat Willelmus mox. Si excisa hæc ob contumaciam, si dum copiis circumsessa, inter flammas periit ferrumque, non necesse est, ut miremur. Verum refert expugnatam, postquam diu obsessa, & sic excisam, exceptum ex veteri Codice Egmundano, quo & modus rei gestæ, & universa historia adjuncto, quicquid ad rem pertinet, sed fides penes Auctorem sit, ob oculos exhibetur:

Anno Domini CIƆ. CCC. *tertio Verona Occidentalis sive minoris Frisiæ mater, caput, & domina, contra Joannem Hollandiæ Comitem rebellare incepit. Nolebat enim à modo subesse Hollandiæ Principibus, sed cogitabat permanere in libertate pristina. Nam tumultuantes consurrexerunt in manu valida, & mutuo dixerunt: Venite, conglobemur in unum, & defendamus libertatem nostram. Venite, rebellemus contra Joannem Comitem, si forte prævalebimus contra eum. Quod factum dum Comes percepisset fremuit iracundia magna. Quapropter arma protinus induit, & civitatem Veronensem armipotenter vallavit obsidione gravissima. Veronenses nihilominus globo facto novies, ut ajunt, multiplicatum educentes exercitum forenses hostes tam fortiter absterruerunt, ut sæpe multi ab utraque parte neci darentur. Consilio autem Hollandini*

† Pagum etiam vocat Vorperius Thaborita, Auctor adhuc ineditus, cumque cæsis ad eum Frisiis, & regionem ei circumjectam, à Joanne ait succensum; nec præterea quicquam addit, nisi cladibus territos Frisios Occidentales tandem tum submisisse se, fœdere icto cum Hollandis, nec unquam deinceps violasse id, *lib.* 3. *hist. cap.* 35.

elata obstinatione despiciunt, & ad bellum finaliter dictis omnibus inclinantur. Quodam itaque tempore cum Comiti suisque nobilibus expedire cernitur, armis induitur, & inopinata die turba Frisonum quarta videlicet feria cum ipsis bellandi propositum quinta feria haberetur. O quam præclarus populus, quam gloriosus exercitus, unius juste regiminis hic perverse

dini inito corruperunt unum de Burgimagistris jam dictæ civitatis pro quadam summa pecuniæ, quatenus eam dolose traderet oportuno tempore. Erat autem Burgimagistro nomen Phobus. *Nec mora quin pugiles extraneorum agminum cum Comite in manu valida hora optata ibidem adsunt, & à prædicto traditore intromissi clam custodibus & sine difficultate & resistentia dolose hanc urbem ingressi sunt, quia jam dictus* Phobus *eorum adventum præstolabatur. Qui statim cœperunt quærere suos adversarios & rebelles Frisones, ac apprehendere & interficere, & profugare de civitate, non parcentes ordini, ætati, aut sexui. Quibus omnibus, ut præmittitur, flebiliter peractis,* Johannes *Comes accepit spolia civitatis, & incendens dedit eam in ore ignis, ac etiam præcipiendo inhibuit iterum restaurari. Sicque Verona illa gloriosa combusta, & lapis super lapidem non relictus, jam de cætero facta est inhabitabilis hominibus, quia nihil penitus dimissum est stare. Fortitudo enim ejus desolata est sicut solitudo, dies festi ejus conversi sunt in luctum, & honores ejus in nihilum. Secundum gloriam ejus multiplicata est ignominia ejus, & omnis compositio ejus ablata est. Quæ erat libera, facta est ancilla. Omnis qui transiturus est per eam sibilabit, & movebit manum suam. Miserabile sane tunc erat spectaculum transire per civitatem, & intueri tam cito magnificam famosæ urbis disparuisse gloriam. Quapropter* Verona *non immerito assumere videtur lamentum & dicere: Videte omnes amici mei & considerate, quoniam ego famosa per totam Frisiam, quodammodo ad nihilum redacta facta sum vilis valde. Infirmata est virtus mea, dedit me Johannes in manu, de qua non potero surgere. Unde & hodierno die frugum ferax cernitur esse solum, quod fuit præclarissimarum domorum & stratarum ferax. Monstrantur in eodem loco vestigia imo ruinæ ædificiorum templi priscorum accolarum industria olim parati, sed nunc externorum hostium feritate belluina funditus solo coæquati. Eo siquidem loco Veronensis lapis maximus foditur. Itaque destructa civitate, cum Phobus, sicut affirmare fideles audivimus personas, una cum Johanne Comite per eam deambularet, & parentes, cognatos, & amicos universos in ore gladii horribiliter videret jugulatos, commota sunt viscera ejus, & pœnitentia ductus flere cœpit amare. Comes autem hoc videns, & talionem illi non talem, qualem promiserat, reddere volens, hominem sceleratum apprehendi præcepit, ac in castro* Nuburch *sub arcta custodia in vin-*

Digitized by Google

verse jungitur, & qui jure invicem defensionis clipeo protegitur causa alterius destruendi vehementi spiritu sociatur. Relatione percipitur, quod quidam Anglici milites his astantes, & utriusque partis ordinationem percunctantes, quod mente conceperant, tali carmine protulerunt: Vere si iste exercitus concors, & in invicem bene dispositus, à latere uno in fine Regni

vinculis collocari jussit, donec quid de illo ageret maturius deliberaret. Sic traditor pessimus cathenis. carceribus, & fame torquetur, ferrum pertransiit animam ejus, sedet in mendicitate & ferro, & non est, qui moveatur super contritione, pallescit jejunio facies, victualibus interdictis, virtusque corporis in detrimentum animæ migratura, & vernans in facie decor natura succumbente marcescit. Evenit ei, quod beatus Job de proditore impio protestatur dicens; divitias, quas devoravit, evomet, & de ventre ejus extrahet eas Deus, luet quæ fecit omnia. *Diebus quippe dehinc aliquot elapsis sæpedictus* Phobus *sub castro* Nuburch *in foveam profundissimam missus, lutoque & ruderibus obrutus, vivus, ut fertur, defossus est. Et proinde turris illa, sub qua prædicta contigerunt, nomen* Phobi *sortita est usque in hodiernum diem. Sic cum Dathan & Abiron remunerari debuit successor Judæ, filius avaritiæ, servus Mammonæ, semen Chanaan, germen viperarum, membrum diaboli, minister Sathanæ, præambulus Antichristi. Cecidit impius in laqueum quem tetendit, & in verticem ipsius iniquitas ejus descendit. O rubigo animorum avaritia! o tinea cordium cupiditas! quæ sic hunc pestiferum traditorem excæcasti, ut Dei & judiciorum ejus oblitus neque suæ parceret animæ neque famæ. Consumetur quidem pecunia, sed nota proditionis non delebitur. Tanti sceleris immanitas derivabitur ad posteros, & in ungue adamantino hæc iniquitas scribetur. Porro progenies Phobi, ut multi referunt, notari hoc vituperii canone censita est, ut ex rotunditate oculorum inferat hominibus traditionis pessimæ memoriam. Contigit autem prædicta Veronensium strages tertio Idus Martii. Datum.* Joannes de Hannonia accinxit fortitudine lumbos suos & Veronæ tentoria disrupit. *Datum.* Lux, lex, dux Frisonum rite cadit alta Verona. Datum: *Celso Macedonii festo Fresonia plorat. Datum.* Benefac Domine bonis & rectis corde. *Datum.* Ecce cadit mater Frisiæ. *Datum.*

Mille trecentenis Domini currentibus annis,
I. ter appone referuntur bella Veronæ.
Ante diem quartam Gertrudis lis fuit acta,
Tunc Hollandina gens bellica spumat in hostes,
Viribus invictis, hostibus irruit armis.

 Datum

Regni Angliæ fuisset, invito Rege ad finem alterius lateris processisset. Et ecce tam probus exercitus, tam valens populus, uni Domino per jura subditus, invidia excitatus contrarie armatur, & in quadam planicie novæ urbi contigua progressu horribili, nec non pace debili sociatur. Fit sonus gementium, fit clamor cadentium, qui putat stare sternitur, & pars qua pax diligitur, & qua invite ad pugnam tenditur, Comitis videlicet, erigitur, atque brevi tramite spe victoriæ confortatur. Nam nobilitas Hollandiæ & Zelandiæ, sicut semper, ita & nunc, pro primi ictus contendunt bravio, & quis eorum præcederet, non verbis, sed cursibus terminatur, quia

Datum. Nolite, nolite credere amico. *Unde & prædictæ civitatis incolæ bene possunt assumere verbum sequens:* Vocavi amicum meum Phobum, & ipse decepit me, quia quæsivit semetipsum. *In quolibet autem prædictorum versuum per se literis, quibus numerus amplificari potest, aptissime invenitur annus Domini, quo* Verona *destructa fuit. Ecce quam magna miseria huic civitati inflicta est. Erat enim prius libera absque aliqua exactione, sed modo propter rebellionem ad nihilum deducta, non attendens illud quod scribitur* Numer. xiv. Noli rebellis esse contra Dominum. *Omnia prædicta & multa alia recitantur passim de hac Verona, quæ si vera fuerint, veritati non contradicimus. Verumtamen nullam exinde certitudinem ex veris historiis aliquatenus indagare protuimus. Verona vero, sicut in quodam libro scriptum repperi, interpretatur* vis Romana, Væ Romæ, *vel* Vi ruens.

Et hæc hactenus de Verona. De qua in veteri missali etiam carmen hujusmodi:

Duysent drie hondert doe men screeff,
Ende drie daar noch aan bleeff,
Voor den vierden dach St. Geertruyt,
Heylige Juffrou, Godes bruyt,
Doe vielt alhier te voren,
Dat die van Vroon den stryt verloren.

Unum hoc tantum addam: Cæsos Frisios ad Veronam & cæsis his excisam dubitari vix potest. Dubitatur de modo. Nec ὁμόχρονος quisquam extat, ex quo discere eum possis. De tempore etiam lis est. Nec in Chronosticis quicquam certi. Ad Joannem referunt Hannonium, ad ann. 1303. quod adscribendum Joanni I. Vid. modo Auctor, ut & Chronic. Rhythmicum. A quo nec Vorperius, de quo dixi, dissentit.

quia fossarum fundo se levante nec non palearum injectione redundante diversa semita struitur, quibus disjunctim Hollandia & Zelandia nititur, quæ earum priorem ictum imo priorem palmam hostibus susciperet, atque victoriæ gloriam optineret. Erat itaque in conflictu Frisonum societas duabus disjunctim partibus ordinata. Unde Zelandiæ populus uni congreditur, & illa quasi pro majori parte in fugam versa optatis terminis salvo corpore sociatur. Reliqua vero pars, cui nobilitas Hollandiæ jungitur, quavis parte cingitur, in qua nec solus, qui nuntia deferat, reservatur. Cadunt hoc tempore plus quam tria Frisonum millia salvo quasi ex toto Dei gratia Comitis exercitu, in quo solum quatuor deficiunt. Quorum duo nobiles, Dominus videlicet de Arkel & Johannes de Dorthoge absque vulnere suffocantur. Comes itaque *Johannes* habita hac victoria versus Hollandiam revertitur, & deinceps Domini *Wulfardi* animus contra inimicos, & etiam in ceteris ad placitum permovetur. Primum vero suæ intentionis studium scribitur, quo nobilis ille miles apud *Vronle* pro Comite multa sustinens, videlicet *Johannes* Dominus de *Renesse*, à Comite despicitur, & quasi proscriptus Zelandiæ terminis relegatur. Wulfardus vero sæviens & ad placitum multa disponens incipit Hollandensium animo despici, & invidiæ stimulis laniari. Interea cum quodam vice Comes Johannes apud Curiam suam, quæ *Haga* dicitur, quiesceret, & Wulfardus de Vere miles prædictus cum eo ibidem existeret, fit tumultus nobilium, fit concursus clamantium, & dicentium, Ecce traditor adest, quanto tempore sustinebimus, ipsum regnare super nos, venite, occidamus eum, & videamus, quid prosint illi opera sua, quibus Principem hactenus infestavit. Hæc & his similia, licet saluti contraria turba quædam nobilium sæpe ruminat, quibus tandem dies ultionis præfigitur, horaque qua conventio fieret assignatur. Cujusmodi negotium dum forte alicujus relatione Wulfardo percipitur, ipse summo diluculo de *Haga* cum Comite fugiens apud Sciedam navem ingreditur, qui mox de Mosa nobilibus sibi non casu sed deliberatione obviantibus reportatur, quorum quidam ipsum immediate volebant occidere, quod alii propter Comitis potentiam nolebant aliquatenus sustinere. Ducitur itaque Wulfardus licet invitus ad villam, quæ communi nomine *Delf* dicitur, ubi cum Co-

* jam pene.

mite domum quandam lapideam ingreditur, * jam bene evadere disputans, & mortem quam prius sibi adesse timuit, non formidans. Interea tumultus nimius concursusque maximus coram domo percipitur, talique carmine vox multitudinis exaltatur: *Date nobis traditorem, vel domum incendemus, & omnia quæ in ea sunt pariter comburemus.* Et sic qui intrinsecus erant timore coacti Wulfardum lorica exutum, solaque diploide indutum tanquam canem rabidum januis ejiciunt. Qui astantibus suscipitur, & quasi mille ictibus perforatur, & qui die pristina sedebat in throno hodierno tempore absque ullius attractione tanquam despectissimus jacet in luto.

Anno Domini CIↃ. CC. XCVIII.

Dives Wulfardo studeat mentis tibi cardo,
Qui similis pardo prius hic jacet ordine tardo.
Cunctis prælatus Libani cedroque notatus
Hic inclinatus jacet, ut jubet ordo beatus.
Namque superborum labor, & via mentis eorum,
Dum vult cœlorum Rex, transit ut umbra minorum.

Fuit hoc tempore quidam Balivus Zuithollandiæ nomine Aloudus, qui timore Dordracensium sibi licet minus juste adversantium in castro quod dicitur *Crayenstein*, recipitur. In quo cum suis quasi ab incursu hostium securus quibusdam temporibus hospitatur. Iste mortuo *Wulfardo*, suo videlicet protectore, à Dordracensium communitate verbis nephandis omniumque detractionum carminibus infestatur. Cujus ad præsens mansio circumquaque cingitur, qui modico intervallo castro descendens inimicorum veniæ præsentatur, quibus cum suis navigio recipitur, *Dordracum* ducitur, quo in navis exitu cum duobus fratribus ceterisque famulis miserabiliter laceratur. Interea mortuo Wulfardo à nobilibus Hollandiæ strenuus Princeps virque sagacissimus (1) cognato suo præficitur Johannes scilicet Hannoniæ Comes. Nam & ipse de patris Florentii latere

(1) Et hinc nomen utriusque etiam chartis præponitur, ut Ann. 1299. *Wy Jan Grave van Hollant, van Zeelant, ende Heere van Vrieslant, ende Jan van Avennes Grave van Henegouwen maken cond*

latere proximus reputatur. Post cujus adventum non longo tempore Johannes Comes Hollandiæ febribus tangitur, lecto jungitur, & sine aliqua suæ carnis propagatione (1) apud villam propriam, quæ Harlem dicitur, dissenterio moritur, qui in claustro dicto Reynsburgh paratu debito sepelitur.

Anno CIↃ. CC. XCIX. Johannes Comes Hannoniæ filius (2) amitæ Florentii patris Johannis proximo defuncti à nobilibus, nec non à communitate in Dominum & in Hollandiæ Comitem suscipitur, (3) & in villis singulis juramenti tramite confirmatur. Iste Comes primo suæ confirmationis tempore sen-

condt allen den ghenen, die desen brief sien sullen, dat wy Boudyn van Roden wysen op syn goet, ende geven hem die Heerlickheyt van Roden hoghe ende laghe &c. Gegheven tot Ziericzee &c.

(1) Rexitque Hollandiam *duntaxat annis tribus, & mensibus sex, multaque bella & prælia commisit*, ut ait Trithemius in Chron. Hirsaugiens. ad Ann. 1296. Sunt qui veneno eum scribunt extinctum, ut Meyerus ad *Ann.* 1303. Nec aliud sensit, ni fallor, Guilielmus de Nangis ad Ann. 1296. apud d'Achery *to.* 11. *Spicileg. Florentius Comes Hollandiæ, & non multum post filius ejus unicus, à quodam milite proditionaliter occiduntur: quorum necem Comes Hannoniæ Joannes vindicans Frisiam & Hollandiam consanguinitatis obtinuit ratione.*

(2) Aleydis hæc Wilhelmi Regis soror, non Balduino nupta de Avesnis, ut supra perperam scripsit Auctor, sed fratri ejus Joanni. Nec ratio est dubitandi. Nam ipsa est, quæ cum vocat sic, ut charta Ann. 1280. *Aleydis quondam uxor D. Johannis de Avennis notum facimus universis præsentia visuris &c.* Charta Ann. 1270. *Nos Aleydis uxor quondam Domini Johannis de Avennis universis &c. ad notitiam omnium volumus pervenire, quod nos monialibus in Lausdunis &c. pro anniversariis prædictorum nostrorum, karissimæ matris nostræ Dominæ Mechtildis quondam Comitissæ Hollandiæ, nec non dilectissimi quondam Domini nostri & mariti Dn. Johannis de Avennis claræ memoriæ &c.*

(3) Cives ipsi præstabant, ipse civibus juramentum. Moris autem, ut eo nomine singulas urbes adiret ipse. Et exemplum insigne est, quod præbuit Comes Wilhelmus Bavarus, filius Magaretæ. Ex Archivo feudali Hagæ id descripsi, ut sequitur: *Hertoghe Willem &c. quam in Henegouwen in Julio omtrent Sinte Margrieten dach int jaer ons Heeren* CIↃ. CCC. LVI. *ende wert ontfaen Grave te Henegouwen te* Bergen *in Henegouwen des Vridags op divisio Apostolorum, dair men jegens him quam in den grooten feeste, ende dede sinen eed op te merct op Sinte* Waldetrudis *tombe, ende na noene reet by tot* Songys,

sentiens sibi quosdam in partibus Zelandiæ rebelles parato navigio, collecto Hollandiæ populo, versus partes illas dirigitur, & loco, qui dicitur *Vere*, ordinata multitudine sociatur. Quo in adventu Comitis turba ipsi contraria à facie ejus subtrahitur, & per dies aliquos suorum præsentia propriis liminibus elongatur. Die autem quadam dum à Comitis exercitu ad placitum proceditur, mansio inimicorum destruitur, & omne, quod eorum poterat cedere utilitati, devastatur. Ecce hora, qua mendæ ignoscitur, crimenque despicitur, noctis videlicet crepusculo repentinus horror, horribilisque ** tumor de inimicorum adventu innotuit, & Hollandiæ populus, quæ visu non potuit tactu didicit, nam inimicorum præsentia ictu percipitur, quæ obscuritate temporis visui denegatur. O nefanda obscuritas! ô tenebræ detestabiles! nam per vos nobilis strenuitas, strenuaque nobilitas subjicitur, quæ summi adjutorio solis præsentia salvaretur. Cedunt in præsenti propter vindictam Domini *Wulfardi* multi nobiles, ab ejus proditione immunes, pluribus etiam vero tramite sors dirigitur, quorum consiliis vel consanguineorum manibus præfatus miles mortis nexibus implicatur. (1) Interea Adolfus Rex Alemanniæ ad quorundam subordinationem & instantiam versus † Hollandiam pro-

** *An rumor?*

† *Hannoniam.*

Songys, *daer Sinte Vincentius reliquien syn, die Sinte* Waldetrudis *man was, ende dair dede by syn eet, ende des Sonnendachs daer na wert bi ontfangen Grave van Henegouwen tot* Valenchyn, *ende dede daar syn eet, ende des Dincxdachs dair na quam myn Heere tot* Keinoit, *ende bleef daer tot des Donredachs toe, ende des Vridags op Magdalenen quam bi tot* Mabeugen, *dair men tegens bim quam mit processien, ende mitten heyligen, ende dede dair syn eet. Des Dinxendachs dair na, dat was die* XXVI. *dach van Julio voersz, des anderen dages na Jacobi ende Christophori quam myn Heere tot* Halle, *dair bi ontfaen wert, ende aldaar was die Hertoghe van Luxenborch ende van Brabant, ende ontfinc dair syn goet van mynen Heere van Henegouwen, ende dede minen Heere manscip. Ende dit syn de goede, dair bi manscip of gedaen beeft. . . . . Ende bier over waren vele van bare beyder manne, als die Seneschal van Henegouwen, die Heere van Bredu, die Heere van Cranendonc, die Heere van Renaes, ende andere vele Heeren. Ende des Woensdachs daer na quam myn Heere tot* Aeth, *ende wert daer ontfangen, ende dede daer syn eet, ende after eten reet by tot* Lessines, *ende wert dair ontfangen, ende dede dair syn eet.*

(1) Non Adolfo id adscribendum, sed Alberto Austriaco. Hic enim qui persuasus, cum Joannes Comes I. sine liberis decessisset, Comi-

proponit tendere, & Johannem pro præsenti Comitem infestare. Cujusmodi casus dum Hollandiæ Domino percipitur, ipse convocatis nobilibus causam studet discutere, & eorum consilio in occursum Regis maturare, quorum propositum fatur per singula rerum dictamine confirmatum. Unde cum Rex Novimagio affuit, & adventum Comitis tali ordine percipit,

Comitatum Hollandiæ velut feudum Imperii ad Imperium devolutum. Qui ut vi Joannem Hannonium depelleret de possessione, armatus ex Germania Neomagum descendit. Verum frustra & nequicquam. Suis enim vicissim objectis copiis Joannes Albertum, ne quid tentaret ultra, ab incepto deterruit. Et longe justior Joannis causa. Nam Hollandia quidem feudum, sed nec rectum, nec ligium. Proprii generis erat feudum, sed cujus nomine, nisi ultro & à volente, servitia nulla præstita. Fateor Comes vasallus. Verum liber non ligius. Nec servitiis obstrictus, nec obnoxius tributis, nec legibus, nec judiciis Imperii subjectus. Vasallus, sed cui investitura vix necessaria olim visa. Nam nec omnes investiti. Siqui sunt, qui investiti, hi vel metu ad id adacti, ut inter ceteros verbi gratia, belli causa propulsandi, Joannes Hannonius. Alii certis de causis ultro id postularunt, ut postulavit Margareta, teste conjuge Ludovico in charta Ann. 1346. *Hinc quum Spectabilis Wilhelmus Comes Hollandiæ, Zelandiæ, Dominus Frisiæ divæ memoriæ, affinis noster perdilectus, prob dolor! diem clausit extremum, nullo ex se vero legitimo relicto berede, cumque inclyta & præclara Margareta Romanorum Imperatrix semper Augusta, contboralis nostra karissima, præfati Comitis soror antiquior ex utroque parente, nobis instanter supplicavit, ut ipsam tanquam veriorem & proximiorem beredem de dictis Comitatibus Hollandiæ, Zelandiæ, ac Dominio Frisiæ investiremus, Nos precibus attendentes &c.* Trithemius in Chron. Hirsaugiens. ad Ann. 1300. *Eodem anno Albertus Rex Romanorum in manu valida intravit inferiores partes Alemanniæ, animo & intentione debellandi Joannem Comitem Hannoniæ, qui Hollandiam, sicut diximus, occupaverat. Cumque ad Noviomagium Gelriæ pervenisset, tales per omnem regionem fecit literas divulgari: Noverint universi, quod Albertus Rex Romanorum semper invictus vacantem Hollandiæ Principatum Romano potenter incorporavit Imperio, quem Carolus Imperator olim Magnus Theodorico Comiti donavit in feudum. Audiens autem Joannem contra se cum exercitu venturum multitudinem armatorum maximam congregavit. Cujus animositatem simul & fortitudinem Rex veritus cum eo pacem iniit, mediante Archiepiscopo Coloniensi, & ei Hollandiæ Comitatum in feudum ab Imperio semper accipiendum concessit.* Et quod adhuc plus est, aliud vix quicquam ab iis, qui investiti, præter

cipit, ipse quasi immobilis illico manens ultra de minimo non movetur. Cui Comes quasi de proximo turba nobilissima sociatur. Fiunt itaque inter præfatos quandoque per biduum vel per triduum quædam pacis intervalla, quibus ex utraque parte sollempnes nuncii conveniunt sibi mutuo colloquentes. Qui cum tali modo diebus variis se percunctassent, & regales exercitum Comitis invadere defecissent, Rex brevi consilio, unde venit, revertitur, & Comes cum suis Hollandiæ terminis sociatur. Rex iste cognatum quendam sororis suæ filium habuit, qui per ipsum injuriatus sibi satisfieri multis temporibus cum instantia postulavit. Cum autem quadam vice flumen quoddam navigio pertransirent, famulus, ut sæpius, (1) sua requirens extracto gladio suffocavit. Hujus insuper hora, sicut & per Dominum Wulfardum supra miles honestissimus apud *Vronle* probitatis suæ meritis reputatus, nec non ibidem quam plurimum vulneratus, videlicet Johannes de Renesse, inimicorum

præter fidem promissum. Plenius rem excussi *lib.* 1. *de Nobilit. cap.* 33. Nec ab iis, quæ ibi dixi, diversum pronunciavit Carolus V. Imperator in sententia ab eo lata Ann. 1549. inter Ordines Hollandiæ, urbesque Medioburgum, Goesam, Mechliniam, ex una, & Ordines Brabantiæ ex altera partibus, quam videre est apud Bort *tr. van Arresten cap.* 4. *n.* 34.

(1) Levoldus de Northof apud Meibom. *to.* 1. *rer. Germ. ad Ann.* 1308. *Eodem anno in die Apostolorum Philippi & Jacobi Albertus Rex à nepote suo occiditur, & succedit ei Henricus Comes de Lutzenburg.* Contra non à nepote, aut ut clarius ait Auctor, à sororis suæ filio sed à patruo occisum ait Chronicon Elwangense ad Ann. jam dict. *In die Apostolorum Philippi & Jacobi occisus est fraudulenter Albertus Rex Romanorum à patruo suo Duce Joanne, & à quibusdam aliis, quorum unus est dictus de Wart, & alius de Palmis.* Rursum non patruum, sed fratris filium Joannem, quod Sueviæ administratio adempta ipsi ab Alberto, Peucerus ait in Chronic. Et perperam haud dubie Chronicon Elwangense. Nam & Meyerus Albertum ait patruum Joannis, eundemque & tutorem, cæsum autem à Joanne, quod impatiens tutelæ. Sic ad Ann. 1208. *Joannes filius Rodulphi defuncti Ducis Sueviæ Albertum Augustum patruum ac tutorem suum, ut se tutela eximeret, interfecit. Aderant illi ad patrandum tam fœdum parricidium Rodulphus Wartius, qui equo distractus rotæ supplicio periit, Waldricus à Palma bonis & ipse & vita spoliatus.*

corum traditione, atque invidentium consilio & detractione per Johannem ut nunc Comitem à patria sua proscribitur, qui ad Flandriam tendens ibidem per Comitem sustentatur.

Anno CIↃ. CCC. erat apud Trajectum quidam Episcopus Willelmus nomine, cui cum quibusdam civitatis suæ Burgensibus via dissimilis teritur, & in tantum quod Episcopus à quodam Burgense, qui dicitur *Jacobus* de *Lichtenberch* captivatur. Quod cum ab aliis villanis ægre recipitur, Episcopus à captivitate solvitur nec non à sede propria tanquam barbarus relegatur. Qui mox ad sibi fideles ultra flumen, quod dicitur Ysel, morantes transfertur, quibus benigne suscipitur, negotium discutitur, quo mora seposita ad ipsius voluntatem regalis exercitus præparatur. Quod dum minus fideliter populo Trajectensium percipitur, versus Hollandiam pro suffragio tenditur. Quo ad instantiam quorundam nobilium, currum proprium sequentium, in Comitis absentia, sed de ipsius licentia exercitus præparatur. Quadam insuper die cum rumor adventus Episcopi suique exercitus innotuit, & hoc Trajectensium relatione turbæ Hollandensi innotuit, armis induitur, mors despicitur, donec loco, qui dicitur *Hogewoert*, populus Hollandiæ præsentatur. Cum itaque nobilissimo Præsule veniente, nec non villam sedis propriæ expugnare proponente Hollandiæ populus conspicitur, cassis ligatur, frenum laxatur, & more pii patris pro tenore sanctæ matris ecclesiæ contra iniquos filios belli certamine provocatur. Sic flos iste cleri, stans pro forma veri, videns portas civitatis, ad quam mens dirigitur clausas, nec quosdam ejus incolas pugnæ præparatos, contra Hollandensem populum licet invitus vertitur, qui quasi ante omnes adversariis bellum impetu sociatur:

Erras præsul nobilis
Nimis festinando
Maneas immobilis.
Tuis propinando
Vultum, & sit debilis
Te vexans sic querelis.

Sed frustra: nam iste Willelmus Præsul pulcherrimus, clericorum optimus, nec non de meliori gremio Brabantiæ genitus,

* al. velocitate.

tus, summa * voluntate, equi levitate, inimicos semel transvolans sanus revertitur, quod dum secundo facere nititur, equo dejicitur, & heu tanquam catulus nephandorum manibus suffocatur, anno, ut supra, in die beati Martini æstivalis:

O pastor egregie nobilis Martine,
Dic cur dormis hodie, cum minus divinæ
Gentes & perfidæ columpnam cortinæ
Destruunt ecclesiæ?
Quondam alienis fons dictaris gratiæ,
Nunc tuis egenis spes negatur veniæ
Mortis cantilenis.
Quis nunc jure spallitur cœtu clericorum?
Nam flos spirans tollitur pratis honestorum,
Dum Willelmus pellitur hinc ad cœli chorum.

Willelmo Trajectensi præsule declinato, (1) *Guido* Hannoniæ, frater Johannis nunc Comitis Hollandiæ, in Episcopum eligitur, & omni gaudio apud S. Martini ecclesiam honoris cathedra sublimatur. Hujus Comitis tempore erat quidam Francorum Rex nomine *Philippus* cupiditatis & avaritiæ febribus maculatus, nam ultra humanum modum divitiis affluens, duorumque Regnorum, scilicet Franciæ & Navarræ proventus possidens

(1) Agnoscit fratrem suum Guido in Charta Ann. 1311. *Wi Guy van Henegouwen bi der genaden Gods Bisscop tot Utrecht, allen den genen die desen brief sullen sien ende horen lesen Saluyt in Gode onsen Heere mit kennisse der waerheyt, Want also is dat onse lieve Broeder Heer Jan wilen Grave van Henegouwen, van Hollant, van Zeelant, ende Heere van Vrieslant, daer Godt die siele af hebben moet, ons gaf, eer wy Bisscop van Utrecht &c.* Joannes vicissim ipsum in charta Ann. 1303. *Ende om dat onse Heer Broeder Heer Guye by der genaden Gods Bisscop van Utrecht over alle dese stucken geweest heeft, so hebben wy hem gebeden, ende bidden dat hy desen brief besegele mit synen segele, ende wy Guye by der genaden Gods Bisscop van Utrecht voersz om der beden ons Heeren ons broeders des Graven van Henegouwen, ende van Hollant voersz &c.* Vid. Hantvesten *van Kennemerlant p.* 11. Utrique avunculus Wilhelmus Rex.

possidens, suis stipendiis minime contentus, ampliori ingluvie avarorum suorum comparatione Flandriæ inhiat Comitatum. Unde captis quasi traditione Flandriæ Principibus, missisque in Flandriam militibus, totam ibidem terram sine alicujus contradictione ad sui imperii dirigit principatum. Sed quum ut * datur Sholasticis ,ignoratis principiis necesse est artem similiter ignorari, ad majorem audientium instructionem præsentis guerræ introitum causamque causarum duxi breviter explicare. Noveritis itaque sicut supra tractatu Florentii Comitis tangitur, quod Rex Franciæ, ut nunc, Regi Angliæ plurimum adversatur. Quapropter dum Guido Comes Flandriæ filiam suam virginem, videlicet pulcherrimam, nobilissimo Principi filio Regis Angliæ desponsaverat, quod Regi Franciæ maxime displicuit, idem Comes cum eadem filia ab eodem Rege Franciæ securo conductu Parisius venire dirigitur. Quibus cum fiducia ad præfatum locum venientibus pater cum filia captivatur. Cujus puellæ, ut aliquibus dicebatur, per eundem Regem violenta defloratio bino partu proditur. Quæ tandem adhuc in captivitate nequissimi veneni poculo suffocatur. Pater vero debilis Roberto filio suo Regis consensu Principatus singula adjiciens apud *Compendium moritur. Cujus corpus Flandriæ allatum honore debito sepelitur. Interea Dominus *Robertus* Flandriæ Comes adhuc vivente patre à Philippo Rege Franciæ vocatus ad ipsum venire renuit. Unde Rex magnum exercitum nobili Flandriæ sociavit. Quo infectis suo munere quibusdam traditoribus pio bello præficitur, & per consequens tota quasi * suis Flandria conculcatur. Tandem Robertus Comes in Gandavo obsessus Domino Carolo fratri Regis se & oppidum conditionaliter reddidit. Qui ductus Parisius amota omni conditione à Rege cum patre captus permansit usque ad finem guerræ, videlicet (1) usque ad ante Insulam pacis compositionem anno CIↃ. CCC. IV. Interea dum populus ultra consuetum modum per regales ducitur, talliisque & exactionibus affligitur, nec Comitis vel alicujus filiorum suorum Ducatu fungitur, ipse sibi non sufficit, & quia consilium deficit quid agi debeat ignoratur. Per-

* *dicitur.*

* Suppl. *à suis.* Ubique enim illud *a* à Wilhelmo omittitur. Sic mox: *Cujus intentionis pernicies quodam Francorum*, id est, *a quodam Francorum.*

(1) Ante Insulam nimirum obsessam à Rege, sed à Flandris nimis fortiter & strenue admodum propugnatam. Pacis capita Meyerus habet ad Ann. 1304.

Perceperat enim communitas Brugensiium propositum, & intentionen Francorum, timens se adhuc majoribus deprimi, videlicet in duobus casibus. Quorùm primus dicitur, quod cum alicujus filia nuptui traditur, quantum ipsi pro dote tribuitur, tantum Regis Nuntio præparetur. Secundus casus, quod dum satum colligitur, secunda pars ad Regis beneplacitem deportaretur. Post hæc textor quidam * *Petrus* nomine, quamvis parvus omine, tamen virtute consilii plurimum reputatus sibi similibus loquitur: Fides asscribitur, quod levius esset semel mori, quam continuis flagellationibus infestari. Hæc vox gente quasi furibunda percipitur, armis induitur, & regalis universitas ipsorum terminis elongatur. Rex itaque Francorum discutiens totam Flandriæ terram, villa quæ dicitur *Brugis* excepta, suo parere nutui, studet inquirere, qua via possent ejusdem incolæ subjugari, & quia fides vivendo subtrahitur ipsorum destructio præparatur. Nam intervallo temporis hujusmodi tumultu sedato, & quasi à Francorum memoria declinato, facta quadam treugarum similitudine ad præfatam villam mittuntur Francigenæ, hac ut fatur intentione, ut omnem illius communitatem gladio consumerent, & mortis gremio sociarent. Cujus intentionis pernicies quodam Francorum cuidam hospite secreto detegitur, per quem vicinis, & sic deinceps quasi cunctis, communiter enodatur. Hujus prædictionis materia multa oritur miseria. Nam priusquam Francorum ordinatione statuta aderant tempora, ecce inordinata apparuit hora, resque acta consilio illuditur, fortunæ vero tumultus fini minus proposito sociatur, quia quod Francigenis contra alios active proponitur, hoc ipsi ab aliis passive verso ordine consequuntur. Omnis namque turba, quæ ut nunc *Brugis* advenerat, incolis sternitur, paucis exceptis, quorum vita fuga mirabili observatur. Nec mora, hujus tumultus talisque maledictio Regi Franciæ videlicet Philippo panditur, à quo in vindictam gloriosus exercitus ordinatur.

* *Petrus Rex* est Meyero, apud quem fuse tota hæc historia enarratur.

Anno CIↃ. CCC. II. Sancti Benedicti die nobilis Comes de Artois, hoc tempore Francorum principalis, innumerabili multitudine, & pulcherrimo exercitu villæ quæ dicitur *Cortrike*, sociatur Et nota quod sicut columba pullos fovente granum quod prævalet eligitur, sic utique præfato de *Artois* Comite in toto Franciæ Regno nobilitas præponderans inspicitur, quæ tali

Digitized by Google

tali loco, videlicet in Curtraco, die prædicta universaliter inclinatur. Et quibus vel qualiter brevi carmine transcurram. Noveritis itaque quod cum humilis Flandriæ populus tantam gentem, & vere contra Sarracenos sufficientem, propter ejus maledictionem percipit propinquare, *Guido* Guidonis Comitis filius, & *Willelmus* de Juliaco Præpositus Trajecti superioris, qui († *Willelmus ob vindictam fratris sui in principio istius guerræ in Flandria apud Vurnis per Comitem de Artois in primo conflictus interfecti*) majorum loco Flamingis tunc soli aderant, tertium videlicet *Johannem* de *Renesse* Dominum statuunt fiducialiter advocare. Quo licet alienigena veniente incolasque verbis & signis confortante gens perdita in turmas transiens instruitur, & ad cuncta possibilia roboratur. Nam idem more Judæ per singulas turmas transiens, & ore jocundo populum inspiciens astantes studet talibus & similibus roborare: *O fortissimi & divites patriam & filios defendentes, non turbetur cor vestrum, neque formidet, nam vos animas vestras pro justitia ponitis, & Deus justus suam pro vobis semel positam adhuc minus subtrahit, si ejus pietati & misericordiæ spem & fiduciam tribuatis. Ecce vos humiliter proponitis vestrum defendere, & ipsi in superbia & abusione alienum tollere. Unde qui superbis resistit ipsis deficiet, & qui humilibus dat gratiam, ipse vos consolatione & victoria decorabit.* Quo dicto per eundem exercitus disponitur, cuilibet cohorti ductor tribuitur, ipse vero loco magis laborioso primo videlicet cornu sociatur. Turba præterea Flandrensis horrorem expectans venientium loca magis commoda studet discernere, & fossam quandam antiquam suo lateri sociare. Unde Regis exercitus, qui utinam esset primus eques, humilibus jungitur, quorum nullus equum ascendens tali superbia venientibus recto tramite præsentatur. Venientes itaque inflata mente Francigenæ, prout relatione percipitur, dixerunt *se nolle Frandriæ populum præsenti certamine esse victum, marique injectum. Tam bonus in fugando, tamque gratiosus in agitando hanc rusticorum aciem ludus Francorum nobilibus ostendetur.* Quæ vox magnæ superbiæ audita Regi gloriæ venientes dejecit, & per fossam superius tactam mirabiliter inclinavit. Nam quam cito Francorum turba Flamingorum dampnatione armata inimicos putat cedere, ipsosque dejicere, ecce nobilitas venientium, priusquam vox dicentium pleno sermone discuteretur, fossæ præ-

* Quæ inclusa hic semilunulis deleta reperi in MS. sed sic tamen ut possent legi.

fatæ ſociata cecidit, alterque alterum oppreſſit. Nam primo per inæqualia cadente ſequenti offendiculum ponitur, ut nec quis currentium † ipſisve ſedentium reſervetur. Cadit ſervus cum domino, equus nobiliſſimo, nec quiſquam iſtorum ictum hoſti dantium vel ipſum ſuſtinentium deportatur. Et heu ſimilis materia tantaque miſeria à Rolandi tempore in nobilibus ignoratur. (1) Turba enim magnatorum militumque cognitorum per nos neſcit inſtrui, quæ ad præſens ſalvis per cuncta Flandrenſibus inclinatur. Tempus non ſufficiet, pennaque deficiet, quibus quantum ad perſonas tenor præſentium denudetur. Cadunt tamen noſtri memoria Dominus Godefridus frater Ducis Brabantiæ, & Dominus Johannes filius ut nunc (2) Comitis Hollandiæ, propter quem præcipue noſtri tenor carminis prolongatur.

† *Leg. ipſoive ſequentium.*

O Rex naturæ, quo perverſæ geniture
Rex inclinatur, qui primus in orbe vocatur.
Vincitur ignotis prius omni laude remotis.
Quid juſto rarus per tempora geſſit avarus
Hoc ſumma mente monſtrat vindicta cliente,
Pro domini menda patitur famulus ſibi flenda.
Dic quæ ſpes tali, quo gens turba generali
Invidia mentis manibus datur omnipotentis?
Aſpicis extinctum qui mox hoſtem fore vinctum
Sprevit: in humanis ſic ludunt congrua ſanis
Præſens conflictus ſit dum colitur Benedictus.

Anno

(1) Henricus Rebdorf ad Ann. 1302. *Circa feſtum B. Jacobi Rex Franciæ &c. cum magna potentia intrabat Comitatum Flandrenſem, & obſedit civitatem Brugenſem, & tunc idem Comes congregavit exercitum cum adjutorio ſuarum communitatum, Bruck, Eyper, Gennit, Bruſel, Ducis Brabantiæ, & aliorum nobilium ſibi faventium, & inivit bellum cum Rege, & Rex fugatus eſt, & ceciderunt de exercitu ſuo* xx. *millia hominum, vel circa, inter quos erant quingenti magnates, liberi, & Barones.*

(2) Duos habuit ejuſdem nominis Joannes, Johannem *ſine venia* Comitem de Oeſtervant & alterum minorem natu Dominum de Beaumont, cujus vita diuturnior, ut qui ſuperfuit adhuc Ann. 1328. quo adhuc chartæ Wilhelmi fratris ſubſcripſit: *ende omme die meerre ſeeckerbede ſoo bebben wi gebeden Heeren Janne van Heynegouwen, Heere van Beaumont onſen broeder, dat bi deſen brief met ons beſegelen wille, ende wi Jan van Heynegouwen, Heere van Beaumont, omme bede wille ons lieves Heeren Broeders, Heeren Willems Grave van Heynegouwen, van Hollant &c.* Vid. Joann. à Leydis *lib.* 26. *biſt. cap.* 2.

Anno CIↃ. CCC. III. Philippus Rex Franciæ volens supradicta scandala vindicare ad villam, quæ *Vitri* dicitur, cum maximo exercitu venit. Cui Flandrenses ibidem obviam venerunt. Sed nihil dignum memoria ibi faciens Flandriam reliquit, & ad civitatem Atrebatensem ivit. Eodem anno CIↃ. videlicet CCC. III. Florentius regalis Abbas Egmondensis moritur. Post quem Dominus *Wernerus* natione Trajectensis eligitur, per cujus confirmationem pretio factam dictum cœnobium multis temporibus aggravatur. Et nota quod tempore Philippi Regis videlicet supradicti miles quidam clam & furtive apud Franciam occiditur, cujus mors vel traditio cuidam summi nominis nec non præcipui generis imputatur. Sed quum divitis negotium licet injustissimum in cunctis erigitur, pauperis autem materia quamvis tamen verissima per omnia declinatur, dictus traditor longo tempore sua iniquitate protenditur, nec ab aliquo occisi amico vel consanguineo provocatur, ipsi vero traditore minores, & ipsius comparatione quasi humiles, nec emendam audent ab eo petere, nec sibi vindictæ genus aliquod importare. Cum hæc itaque diutius tacerentur, & quasi neglecta ab omnibus haberentur, monachus quidam novitius occisi militis germanus Abbate suo ad professionem petitur, ipsique porrectis, quibus intraverat, vestibus vel manendi vel recedendi opinio præsentatur. Qui brevi deliberatione respondit, quod vellet recedere, & militarem habitum induere, nec non torneamentis hastiludia more nobilium exercere, ad cujus vocem non solum Abbas prudentissimus, verum etiam totus ibidem Conventus confunditur, nec non quæ sibi recedendi causa fuerit sciscitatur, qui ipsis fratris sui mortem & nullam illius vindictam cœpit exprimere, & ob hoc se velle claustrum deserere, & militis officium usurpare. Qui cum variis per Abbatem objectionibus multisque fratrum deprecationibus ab intentione non flectitur, sed idem voluntatis propositum continuat. Facta precum conclusione, ut saltem consecuto Christi gratia proposito ad monasterium redeat, singuli deprecantur. Qui sapientis consilio disputans, & sub deliberationis dubio respondens laicis induitur, equo præficitur, in quo mora postposita Regi Franciæ præsentatur. Cui adventus sui causam breviter studet exprimere, & militis ordinem postulare. Ipse itaque post * regalis palmæ colaphum gladio præcingitur, miles efficitur, & Regis dono, equo scilicet pulcherri-

* Rid. deslagh.

cherrimo, velut encæniis honoratur. Quo facto traditori nuntius dirigitur, per quem sibi, ut ad Regis Curiam veniat, imperatur, qui mox ut comparuit à neoptholomo impetitur, & cyroteca exibita ad duelli certamina provocatur, qui dictum juvenem verbis nititur despicere, & variis cachinnationibus irridere, dicens inter cetera, *Decet magistrum ineptum & insulsum monachum à Priore disciplinam suscipere, quam contra valentes & nobiles dimicare.* Qui audacter & Rhetorice respondendo ait se ipso traditore non multum sanguine dissimilem, & etiam ordine militarem. Istis itaque pro & contra dictis, & similibus altercationibus, nec non variis invicem objectionibus per tempora altercantibus, & præcipue traditoris amicis, ut ipse evaderet, intonantibus, justo finalique Regis edicto præcipitur, ut ad duellum ipsorum quilibet loco & tempore præparetur. Hora igitur certaminis veniente, & claustrali milite ad pugnam necessariis comparente, traditor reorum more sibi conscius, & non modicum disturbatus, omnes quoque cum illo ipsius amicitia, mittens ad Regem diligenter obsecrat, & tam propria quam suorum instantia humiliter postulat, ut Rex casum certaminis sibi ex utraque parte velit assumere, & ad placitum ordinare. Ipse enim fideliter quicquid Regis mandato ibidem ordinatum fuerit fideliter adimplebit. Rex itaque multorum exhortationibus provocatus, & nobilium precibus informatus dictum juvenem, claustralem videlicet militem, jubet assistere, quærens ab eo, si causa proposita velit compromittere, & per ipsius ordinationem emendam pulcherrimam acceptare. Qui Regis petitionem subtiliter studet flectere, & illam breviter per omnia denegare, affirmans inter cetera vel manu propria de fratre vindictam consequi, vel eadem manu, qua & frater moritur trucidari. In cujus breviloquio idem à Rege divertens, & duelli planiciem equi levitate pervolans à cunctis quasi benedicendo aspicitur, & summopere Abbate suo & fratribus quarum plures aderant, Christi pro eo pietas invocatur. Rex insuper se cernens præfatis deficere, & juvenem à proposito non descendere, Abbatem suum, qui forte astabat, studet inducere, & ipsum ut sibi in hoc casu subveniat, informare. Qui Regis mandato ad juvenem dirigitur, compromittendi casus proponitur, qui ut prius adhuc simpliciter refutatur. Abbas vero cum ipsum nec propriis nec Regis precibus flecteret, nec ad

ad compromittendum induceret, ipse sibi obedientiam nititur proponere, & per illam, ut in Regem & in ipsum compromittat, præcipiendo mandare. Qui cum se nec laicis vestibus nec aliis evasionibus defenderet, & Abbas semper suis precibus obedientiam insinuaret, ipse attractis suspiriis obedienter & humiliter se inclinans, & cum Abbate ad Regis præsentiam incedens dictorum ordinationibus Regis videlicet & Abbatis dictum casum per omnia præsentavit. Qui more sapientum procedentes capita pro conciliis adunantes brevi statuunt deliberatione se manu centesima nobilium purgare, & ad hæc benedicto juveni bis septem librarum millia pro sui rancoris satisfactione præsentare. Qui minimam tota summa * pictam non obtinuit, ast unam illius partem suis monachis, aliam suis amicis indigentibus erogavit. Cui Rex visa probitate, ut secum maneret, mille libras singulis annis exhibuit. Quod tamen dictus claustralis miles facere renuit, sed prudenter incedens, & Regi grates exhibens, nec non habitum non vanitate sed pietate dimissum recipiens ad claustrum revertitur, quod per ipsius probitatem toto multipliciter Benedicti ordine commendatur.

* Comitum Pictaviensium minutissimæ monetæ species. Vid. du Cange.

Quem precor ornari tellure poloque beari.

Anno CIↃ. CCC. IV. idem Philippus Rex Franciæ ad locum, qui mons in Penel dicitur, in propria persona venit, ubi bellum quasi durissimum suis hostibus scilicet Flamingis habuit, in quo licet campum belli & victoriam obtinuit, prius tamen campum relinquens retrotrahendo quasi fugere perhibetur. Flandrenses vero ad locum, ubi tentoria sua dimiserant venientes, omniaque ablata invenientes per diem & noctem ad loca propria festinaverunt. Rex vero hos rumores mane audiens pro mirabili habuit, & ad locum, ubi Flandrenses jacuerant veniens tentoria sua fixit, & altera die exercitum suum ad villam Insulæ movit, in qua Dominum Philippum de Flandria, Comitis videlicet filium, obsedit. Flandrenses vero amissis suis tentoriis omnibus in loco prædicto alia nova & currus coopertos satis latos & talia necessaria præparant, & ad locum qui *Market* dicitur juxta *Insulam* venientes XII. die à die prælii immediate dicti tentoria & currus fixerunt, & cotidie Regem sic im-

impetentes, & in tali periculo, utrosque & Francos & Flandrenses ponentes, quod vel pugnare vel pacem conferre oportuit. Tandem intervenientibus & intercurrentibus multis magnis Principibus pax facta & ordinata fuit x. die à die, qua Flandrenses venerant in loco prædicto. Qua pace proclamata Franci ad Franciam, Flandri ad Flandriam, quilibet ad propria gavisi redierunt. Quo facto Dominus Comes Flandriæ Robertus à prisione absolutus, patre & sorore diu mortuis in Flandriam restitutus, & guerra Flandriæ cessat usque ad tempus Ludovici Regis Franciæ.

Præterea eodem tempore, quo Rex prædictus apud montem in *Penel* venire dispofuit, *Guido* Guidonis Comitis Flandriæ filius, (1) *Johannis* primi Comitis Hollandiæ avunculus ad possessionem terrarum Hollandiæ jure successionis hereditariæ aspirans collecto exercitu Zelandiam ingreditur, quo diviso diversis locis *Arnemuden* videlicet, & villa, quæ *Vere* dicitur, bellis eodem tempore provocatur. Sed in utroque gaudens victoria elato spiritu nititur procedere & sola *Ziriczee* excepta suis alis totam Zelandiam subjugare. Procedens itaque præfatus *Guido* quorundam illius patriæ consilio tantum, ut sibi videtur, proficit, quod in superbiam præsumptuose erigitur, qua suorum verbis & scriptis Comes Zelandiæ nuncupatur. Idem insuper *Guido* his stipendiis minime contentus, sufficienti custodia apud *Ziericzee* relicta versus partes Hollandiæ magno exercitu dirigitur, & loco, qui dicitur *Widel*, apud *Ghervliet* navigio sociatur. Cujus malorum multitudo Hollandensibus in *Sciedam* & in *Flardinga* jacentibus conspicitur, nec licet ibidem mora fuerit alter ab altero provocatur. Nam Hollandiæ nobilibus ejusdem comitate diffidentibus species quædam treugarum *Guidone* construitur, quibus cum suis à terminis Hollandiæ segregatur. Eodem tempore *Willelmus* Johannis Comitis senior filius Comitatu Hollandiæ recipitur, & in Dominum juramentis omnium confirmatur, patre adhuc licit infirmo vivente. Hic nobi-

(1) Sobrini Guido hic & Joannes. Avunculus Guido Guidonis pater, avunculus nimirum magnus. Frater enim uterinus Johannis de Avennis, cujus conjux Aleydis Wilhelmi Regis soror.

nobilissimam atque venustissimam duxit uxorem, Johannam nomine, filiam videlicet *Karoli* magnifici Principis fratris Regis Franciæ, qui supra *Philippus* appellatur. Comes iste super injuria à Guidone in possessione Zelandiæ sibi illata non modicum mente afflictus suos Hollandiæ Principes duxit consulere, & quid contra Guidonem faceret ordinare, quorum quidam patri tanquam vetulo deficientes, & secundum prudentem spem non esse ponendam in senibus cogitantes, ipsi tanquam juveni * profutura probitatis actibus pullulanti singuli proponunt assistere, & quicquid ordinatum fuerit secum fideliter adimplere. Unde communi habito consilio Guidonis processus universitati Hollandiæ innuitur, armis induitur, & gloriosissimo exercitu ad unicam in tota Zelandia Comiti optentam Zyriczee videlicet properatur. Quo viribus Hollandiæ, quibus Guido Trajectensis Episcopus pulchro nobilium comitatu affuit, congregatis, Comes in vigilia Annuntiationis Domini quorundam consilio utitur, & circa horam vesperarum ad insulam, quæ dicitur *Duvelant*, universo suorum cœtu ducitur. In cujus aggere ordinatis ante & retro utilibus usque ad noctis crepusculum expectatur. Sic itaque cunctis attendentibus & ribaldis inimicorum habitacula comburentibus, ecce rumor murmuris murmurque rumoris de contrariorum adventu circumquaque percipitur, sed cujus viæ semita veniant ignorantur. Cum ergo tenebris orientibus exercitus visu deficeret, silentium indicitur, auris apponitur, ut ita quodammodo inimicorum strepitus ostendatur. Interea singulis hæsitantibus, nec alicujus adventum percipientibus fit subito sonus cadentium à tergo, & plangentium, planctuque conclamantium *hostes*, *hostes*, & sic fiunt primi novissimi, & novissimi primi. Nam quibus cauda committitur, illis inimicus à tergo & mirabiliter sociatur, & in tantum, quod qui percutitur, à lateris socio percussus putaretur. Nec mora, totus exercitus mutato tramite à dorso vertitur, & ad locum, quo hostis percipitur, faciei transitus inclinatur. Quo facto sicut prius alii sic modo & isti hostes retro percipiunt. Qua illusione exercitus confunditur, in fugam vertitur, & qui felici ordine ad navem propriam non dirigitur, aut inimicis sternitur, aut amicorum navi pendens amputatis manibus suffocatur. Talis miseria, talisque maledictio nunquam legitur Hollandiæ partibus affuisse. Cadunt enim nobiles, mili-

* Leg. præfuturo.

Digitized by Google

tes, & Burgenses. Nec est pagus unicus, qui hoc pessimo non tangitur, vel hujus calore tristitiæ modicum infestatur. Cadit hoc tempore Dominus *Nicholaus Persyn*, & Dominus *Theodoricus* de *Harlem* milites cum multis similibus ceterisque nobilibus, quos tædium inhibuit nominare. (1) *Guido* Trajectensis Episcopus ut modo capitur, & *Willelmus* de *Horne* major Trajectensis Præpositus cum multis nobilibus inclinatur. Inter quos solum duo uterini fratres, videlicet Dominus *Zuederus* de *Beverwarde* & Dominus *Theodoricus* de *Zulen* milites, nostro carmine recitantur.

Nox fructu rara præsentia condit amara,
Nox qua lætatur fur, vel quibus error amatur,
Destruit ingentes, quos sol velut omnipotentes
Armis ornavit, hos nox nudis sociavit.
Ergo die tendant sapientes, ne mala prendant.

Post hæc *Guido* iste hanc victoriam licet per alios habitam, nomini suo asscribens mente plurimum extollitur, & sufficienti exercitu pro custodia villæ, quæ *Zyriczee* dicitur, annotato, ipse turba plurima versus Hollandiam dirigitur, & prope *Dordracum* villulæ, quæ dicitur *Alblaes*, honorabili navigio sociatur, de quo loco omnis quasi Zuythollandiæ populus præter *Dordracum* alis *Guidonis* subditur. Et similiter per Dominum *Johannem* de *Renesse* datis obsidibus tota Northollandia subjugatur. Et brevi carmine: nisi (2) miles quidam *Witto* nomine Comitis *Florentii* naturalis filius latenter de *Zyriczee* per mare fugiens ad

(1) Consobrini Guido Guidonis filius, & Guido Episcopus Trajectensis. Nicol. Trivettus apud d'Achery to 8. *Spicileg. ad Ann.* 1303. *Willelmus filius Comitis Hollandiæ Joannis & Guido Trajectensis Episcopus, ejusdem Willelmi patruus, contra Flandrenses, qui maximam partem Zelandiæ occupaverant, prœliantes succumbunt, capto Episcopo, sed Willelmo per fugam elapso.*

(2) Ipse se vocat fratrem Joannis I. in charta Ann. 1292. *Ick Witte Broeder s'Graven van Hollant make cont allen den genen, die desen brief sullen sien of hooren lesen, dat ic belooft hebbe, ende belove, enen edelen Prince, ende enen mogenden, minen lieven Heere ende Broeder, Jan Grave van Henegouwen, van Hollant, van Zeelant &c.*

ad terram Kenemarorum venisset, tota Hollandia imperium *Guidonis* in perpetuum suscep.sset. Sed postquam miles iste apud *Harlem* comparuit, mens multorum prius arens refloruit, & facto quodam impetu in villa, quæ dicitur *Gouda*, & in aliis, quibus circa *Aquas* Flandrensium nuntii aderant, obsides rapiuntur, cunctaque cum Flandrensibus fœdera laniantur. Dominus *Johannes* de *Renesse* apud Trajectum quibusdam nobilibus recipitur. Sed *Guido* Flandriæ magna confusione Hollandiam deserens ad suos apud *Zyriczee* revertitur existentes. Quæ villa per ipsum postmodum continuo labore angitur, victus minuitur, quo resistendi defensionisque diffidentia quam plurimis generatur. Quod cum fideliter Hollandiæ populus percipit, ipsius maledictionis *Duvelant* quasi immemor armis induitur, & pulcherrimo navium ordine aquis * Gouda dictis & *Zyriczee* proximis sociatur. Mittitur interea in suffragium Comitis Hollandiæ per Regem apud *Mons* in *Penel* tunc temporis contra Flandrenses existentem in galeis aliisque magnis navibus quidam exercitus, cujus gentes bene armatæ, fortes, & robustæ ibi repertis non modica spei ac fiduciæ contulerunt. Cum itaque turba Hollandensis à præfato loco multis diebus cotidie quasi modicum versus inimicos tenderet, & per hoc exercitum Flandrensem, qui de proximo conspicitur, timore multum offenderet, brevi consilio magna navis straminibus impleta Flandrensibus accenditur, quæ contra inimicorum naves, ut comburantur, vi & arte dirigitur. At eadem Dei misericordia tractu aquarum flatuque ventorum ad auctores revertitur. Unde quo dolus instruitur pene dolo proprio inflammatur. Nec mora hinc & inde armis induitur, amicus amico navibus construitur, & in festo beati *Laurentii* balistarum strepitus, lapidum jactus, ceterorumque bellis de longe utilium parte qualibet officia commendantur. Sed mox cum navis tangitur nave, huicque jungitur, sagittarum instrumenta abjiciuntur, gladiusque & alia ictibus utilia omni mora seposita amplectuntur. Hoc navali bello durissimo turbæ Hollandensi tota nocte luditur, cujus conclusione Flandrensis exercitus trivio sociatur. Nam vel fugæ traditur vel cum *Guidone* capitur, aut quod pessimum est mortis anfractibus inclinatur. Sic iste *Guido* per Ammiralem Ducem videlicet exercitus Regis Franciæ re & nomine dejicitur, nec ejus memoria nisi sub Henrico Cæsare amplius nos-

* Gou fluvius.

tro carmine ventilatur. Capiuntur autem hoc bello Comiti Hollandiæ contrarii quidam Zelandiæ nobiles, quorum duo, videlicet Dominus *Henricus Buffel* miles & *Willelmus Longus* famulus inimicorum inltantia decollantur. Omnes quoque alii ex parte Zelandinorum capti vel rotæ vel gladio condempnantur. Factum est autem hoc bellum eodem tempore, immo una & eadem septimana, qua & Flandrenses pugnaverunt in loco prædicto *Montis* in *Penel* contra Regem, & ibidem propter victoriam campum reliquerunt. Unde his infortuniis hic & ibi simul & semel habitis maximum est sine comparatione omnium, quæ in tota guerra Flandriæ unquam acciderunt, quod pro recuperatione, sicut supra tactum est, contra Regem ante villam *Insulam* tam cito videlicet XII. die tota Flandria venire præsumpsit, & † sequenti X. die pacem plenam optinuit. *Willelmus* itaque Comes gaudens victoria versus Zelandiam dirigitur, qui omnia ibidem subtracta recipiens in Dominum & in Comitem quavis insula sublevatur. *Johannes* vero de *Renesse* miles de suis sinistra percipiens à civitate Trajectensi, qua hactenus tanquam pro præda latuit, recedere nititur. Recessus inimicis percipitur. Unde ad transitum fluvii, qui *Lecka* dicitur, suis quasi impetu properatur. Et dictus *Johannes* ad littus veniens quibusdam impetitur, navis appetitur, quæ nimis impleta contentis omnibus mediis fluctibus inclinatur. Et ecce summa nobilitas, quæ mille hostibus in terris armata non compungitur, id est, miles, quo solo Dei gratia tota Flandria apud Curtracum dudum salvatur, hic haustu parvi fluminis suffocatur.

† Vid. *supr. p.* 138. nobis p. 562.

(1) *Jo. de Renesse Christo socium precor esse.*

(1) Eo-

(1) Laudes viri fortissimi, & qui rei navalis tum temporis peritissimus, non reticuit Mejerus ad Ann. 1303. & ad Ann. 1304. *Joannes Rinessius*, inquit ad Ann. 1303. *aliique propinqui & familiares Vulfardi occisi conatibus se Hannonii opposuerunt*, *Albertumque Cæsarem*, ad *quem Hollandiam dicebant devolutam*, *solicitabant*, *sed Hannonicus nixus Gallorum favore superior fuit*, *Rinessiumque cum sociis multavit exilio*, *qui tum in Flandriam confugerunt*, *bellumque Zelandiæ inferendum magnopere suaserunt. Guido Comes Flandriæ*, *antequam à Gallis caperetur*, *Zelandiæ Principatum ad se jure ac more majorum devolu-*

(1) Eodem tempore auditis victoriæ prædictæ rumoribus *Joannes* Comes pater *Willelmi* in Hannonia gavisus de victoria filii exspiravit. Eodem anno Capitulum Prædicatoribus Coloniæ celebratur. Quo quidem *Nicolaus* in magistrum ordinis eligitur, qui post *Benedicti* XI. nomine ** Papali infula decoratur. Post quem *Clemens* V. ordinatur. Hujus Comitis *Willelmi* tempore ad instantiam *Philippi* Regis Franciæ consensu *Clementis* Papæ Templariorum ordo confunditur, & per futura tempora spe recuperationis carens in tantum imis jungitur, ut vel incendio vel incarceratione perpetua à majore usque ad minimum degradetur. ** Adde mortem.

Anno CIↃ. CCC. VII. Dominus *Henricus* Lucenburgensium Comes in Alemanniæ Regem eligitur. Hic itaque nobilis Regno præficitur, *Aquisgrani* (2) more consueto tollitur, & mox mul-

volutum dicebat, illumque filio suo Guidoni præstantissimo juveni donavit, armis quidem sibi vindicandum. Ad Ann. 1304. *Oravit Guidonem crebris literis Trajecto missis Joannes Rinessius strenuus eques, ne unquam in animum induceret rem dubiæ committere aleæ &c. Rinessius enim rerum maritimarum multam habebat peritiam, illique major pars civium Trajectensium, quibus odio erat Episcopus, libenter parebant.* Victis dein Flandris, ut mox addit Meyerus, *Joannes Rinessius vir fortis misere periit: fugit Trajecto, ne veniret in hostium suorum adventantium potestatem: sed Leccam fluvium cum suis per scapham dum transire celeriter contendit, onere multitudinis in profundum navicula deprimitur, extinctusque Rinessius postea gravi cum planctu à suis sepelitur.*

(1) Chronic. Hirsaugiense apud Trithemium ad Ann. 1304. *Eodem anno inter Guidonem Flandriæ Comitem, & Willelmum filium Johannis Hollandiæ Hannoniæque Comitis magnæ contentiones exortæ fuerunt, quæ usque ad bella gravissima crescentes multos strenuos viros ab utraque parte miserabiliter consumpserunt, & eodem anno* V. *Iduum Septemb. obiit præfatus Joannes Hollandiæ Hannoniæque Comes, cui Wilhelmus filius ejus prædictus in utroque Comitatu successit, vir per omnia magnificus, qui habuit uxorem Joannam de Valeiso, Regis Franciæ sororem, de qua genuit Joannem Comitem, Margaretam Imperatricem Rom. Joannam Comitissam Juliacensem, Philippam Reginam Angliæ, Wilhelmum in Comitatu suscepto heredem, Ludovicum infantem, & Elisabeth, quæ adolescens obiit.*

(2) Infra de Austriæ Duce Friderico ad Ann. 1308. *Qui & per ipsum sibique adhærentibus apud villam, quæ dicitur, Bonne, sicut de facto potuit, attollitur.* Olim qui coronandi, ut à populo possent conspici, constituti sublimes. Unde & scutis elevati. De Juliano Ammian. Marcellin. *lib.* 20. *hist. Impositusque scuto pedestri, & sublatius eminens, nullo silente Augustus renuntiatus, jubebatur diadema* pre-

Digitized by Google

multorum facta congregatione nobilium pro imperiali benedictione transitus præparatur. Procedens itaque nobilissimus Rex apud Mediolanum recipitur, & sic deinceps per totam Lombardiam (1) ubi & *Guido* Flandriæ, quondam fictus Comes Zelandiæ, moritur, donec urbi potentissimæ ejus exercitus præsentatur. Cujus porta vi suorum panditur, qua aperta Rex piissimus in introitu bellis durissimis provocatur. Quo frater ejusdem Regis miles decentissimus (2) *Walraven* nomine suffocatur. Rex vero Romæ post bella receptus quamvis fratris morte dolore pungatur, gaudens tamen victoria à Legatis Domini Papæ in Imperatorem & in totius orbis Principem coronatur. Sed heu proh dolor! fama veridica referente per totum Regnum Teutonicorum (3) cujusdam videlicet. . . . . . sui perceptione calicis sacramento clam toxicati potat, & moritur.

proferre; negansque unquam habuisse, uxoris colli vel capitis poscebatur. Libanius in προσφωνητικῷ de hoc scuto: *O felix scutum, in quo solemnis inaugurationis mos peractus est, omni tibi tribunali convenientius!*

(1) Ad Brixiam, dum nimis pertinax est obsidio, & hinc morbi luesque. Meyerus ad Ann. 1311. *Orta hic pestilentia ex fœtore cæsorum hominum inter alios proceres Guidonem nostrum Flandrensem absumpsit, cujus funus in Flandriam relatum, sepultum in cœnobio Isabellæ matris ejus apud Peteghem prope Aldenardam.*

(2) Valeramum vocat Meyerus ad d. Ann. 1311. *Longa obsidione Brixiam pressit, ubi fratrem Valeramum ictu sagittæ percussum amisit, quem Veronæ magnifice sepelivit.*

(3) Quædam in MSS. aqua forti deleta hic, Prædicatorum ordini favente manu haud dubie. Sed nec nomen potuit propterea nec facinus hominis maledicti ex omni monumentorum memoria revelli. Suppresserunt rem non pauci, nec ausi metu territi, præsertim Itali, rem gestam eloqui. Leonardus Aretinus *lib. 5. hist.* nihil aliud quam hoc habet. *Ipse Imperator Pisis manens circiter Nonas Augusti non satis prospera valetudine iter ingressus est per Miniatensem & Florentinum agrum. Inde non longe à Senarum mœnibus prætervectus apud Apertum montem Florentina clade nobilitatum locum posuit castra. Ibi ingravescens ad Maceritanas aquas divertit Quum nihilo relevarent aquæ ad Bonconventum castra fecit Hoc demum in loco superante morbo corruit, ac paucis postea diebus è vita migravit.* Cono Falkestenius Trevirorum Archiepiscopus librum scripsit, cui titulus *Chronicon Trevirorum.* In quo scribens de ejus morte, *Dominus Thomas*, inquit, *de Septem fontibus, cui multum familiaris fuit, in cujus*

tur. Propter quod tunc temporis fratres (1) illius ordinis multa mala patiebantur in Regno prædicto. Notandum tamen, quod licet talis maledictio à tali fratre verissime

cujus sinu obdormivit, dixit eum dysenteria decessisse, quod verum esse creditur. Fiat. Sit verum. An impossibile, ut venenum, cujus species tam variæ, dysenteriam efficiat? Contra Meyerus insignis Flandrorum scriptor, ne infringeret veritatem, fidem in suo opere incorruptam professus, libero ore ita ad Ann. 1313. *Domiti prope erant ferro fameque Florentini, qui posteaquam armis se longe inferiores esse viderunt, ad scelera se convertunt. Subornant nefarium ac maleficum monachum (Bernardus à monte Pessulano nomen erat) hunc maximis promissis inducunt, ut Dominum quocunque posset modo toxico necaret: erat quippe Henrico à sacris confessionibus, Aderat jam dies Deiparæ assumptioni sacer: Consuetudo erat religioso Principi frequenter in re divina cum sacerdote sacrosanctum sumere corpus Domini, quod quidem hic, proh facinus! sceleratissimus ille monachus una cum veneno illi ministravit. Ferebatur*, inquit Cuspinianus, *maledictus iste monachus sub unguibus venenum habuisse: Ægrotare mox Princeps cœpit, decimoque post die obiit apud opidum Bonum Conventum, Pisis inde sepultus.* Fratrem vocat Bernardum, ut & vocant Willelmus & Jo à Leydis. Cæsaris pœnitentiarium ait Stero Altahensis ad Ann. 1313. *Hic*, inquit *Imperator, ut communis fuit opinio, per Pœnitentiarium suum immixto veneno in calice Domini, cum Imperator ab ipso eucharistiam sumeret, extinctus fuit, & Pisis sepultus, ut patet per sequentes versus:*

Jure dolet mundus, quod Jacobita secundus
Judas nunc extat, mors Cæsaris hoc manifestat

&c. Fidem autem nemo elevet, quod laicis non datur calix. Vinum, fateor, non datur. Datur tamen aqua reliquiis vini mixta, qua calicem, postquam bibit, sacerdos dein abluit. Et id vinum ablutionis, quo Cæsar extinctus periit. Henricus Rebdorff ad Ann. 1313. *Cum devote sumeret corpus & sanguinem Dominici Sacramenti in ablutione calicis per quendam fratrem ordinis Prædicatorum, ut narratur, immissum est venenum in calicem, & sic intoxicatus statim obiit, & in civitate Pisana sepultus est.* Nec quisquam miretur id. Ablutio data non tantum calicis, sed digitorum etiam sacerdotis, cum vino tinxit oblatam. Et hanc bibebant, si possent. Statuta Cluniacensia *cap.* 26. *Ipsum autem Domini corpus in vino aquæ permixto intinguitur. Quo epotato ebibit quoque ablutionem calicis, & si potest ablutionem digitorum sacerdotis, & adhuc calicis, si non potest, alius ebibit.* Vid. Luc. d'Achery ad Guibert. *in not. p.* 612.

(1) Prædicatorum. Auctor vitæ Clementis Papæ VII. apud Baluzium:

rissime fuisset procurata, quod utinam non esset verum, non deberent tamen hac de causa boni & innocentes fratres corripi, quum Redemptor noster noluit Petro, Johanni, vel aliis veris Apostolis, Judæ maleficium imputari. Et notandum, quod licet moderni gaudeant brevibus, & prolixitas noverca dicatur favoris, tamen quia Cronicis prolixorum cursus non despicitur, dummodo materia fructu dulcedinis augeatur, hinc est, quod hoc sanctissimo Principe quædam propter addenda duxi repetere, & sui carminis versiculum protelare. Itaque cum Rex piissimus primum apud *Mediolanum* parvo comitatu venisset, ibique causa suffragii petitionem Communitati quasi contrariam accepisset, tumultus in urbe percipitur. Unde turba Cæsaris timoris aculeo provocatur. Super quo Balivus Cæsaris consilio requisitus dictat cum Psalmista gentes, quæ bella volunt, dissipare, & populum jam nunc in tota urbe unanimem dividere, quo diviso Cæsar cum suis unam partem eligens possit ad libitum properare. Unde Balivus quod ore prædixerat exempli studio confirmavit. Nam missis satellitibus quidam unius partis valentior perimitur. Quo facto subjicientis & subjecti progenies dividitur, & sic Cæsar suæ partis adjutorio voluntati congruis sociatur. Qui licet de hoc loco ad urbem superius Romam videlicet breviter transmittitur, tamen procul dubio via media disturbatione plurima provocatur. Sed proh dolor! tantis laboribus, tantis periculis exaltatus, & ad tantum honorem, nec non totius orbis utilitatem formatus invidia pungitur, multis affligitur, ejusque interitus arte varia maturatur. Ad cujus declarationem & commendationem quædam notabilia conscribentur. Quodam itaque tempore Cæsar à sompno surgens, & ad suos veniens, tristi vultu & humili ostenditur. Super quo Comes de *Savoy* præ cæteris

luzium: *Multi tamen dixerunt quod Confessor suus de ordine Prædicatorum ei potum in calice ministravit venenatum.* Nicolai Episcopi Botrontinensis relatio de itinere Henrici VII. *Misimus unum fratrem Prædicatorem, illum, qui nunc accusatur false de intoxicatione Imperatoris, cum in partibus illis inter omnes Prædicatores esset magis Guebelinus, & à Guebelinis dilectus.* Verum est, quod dilectus. Dilectus ab ipso Principe: Nam ejusdem confessor. Sed an procedit jam argumentum? ergo Principem non occidit: Et Judas Christi discipulus, unus scilicet ex duodecim. An Christum ergo non prodidit?

cæteris multum confunditur. Qui Cæsarem aggrediens, caufamque triſtitiæ inquirens ſic ore ſummi Principis informatur. Comes fideliſſime; mens mea quodam ſompnio nimis affligitur, cujus exibitio quid innuere poterit, ignoratur. Viſum eſt utique juvenem quendam pro lotione manuum aquam mihi præbere, me quoque manus lavare, nec non ipſas iterum ac iterum lotas magis viles & immundiores remanere. Iſtud autem quid ſignare poterit neſcio. Et hæc eſt cauſa doloris & triſtitiæ, quos oſtendo. Comes vere reſpondens Cæſarem doctrina prudentis ſompnia non debere curare, mente memori quid dictum præbere voluerit nititur diebus plurimis indagare. Interea dum quodam tempore Cæſar lecto ſurgeret, manuſque lavaret, & Comes prædictus ſompni memoria juvenem quendam aquam præbere conſpiceret, idem juvenis licet invitus ſæpedicto Comite ad bibendum eadem aqua compellitur, bibens cuſtodiæ committitur, & Cæſar lotus per alvum miſſarum ſollempniis applicatur. Comes vero poſt miſſam rediit, juvenemque requirit, qui ſubito recluſo cuſtodiæ oſtio mortuus invenitur. Et ſic Cæſar piiſſimus ejus ſompnio hoc primo ſibi miraculo omnipotentis miſericordia mortis pernicie liberatur. Sciendum præterea, quod cum pater venerabilis (1) Treverorum Epiſcopus hujus potentiſſimi frater carnalis, ejuſdem cuſtos præcipuus, qua-

(1) Balduinus ei nomen, cujus juſſu Ordolfus hiſtoriam ſcripſit Trevirorum, in qua inſigni hoc elogio Henrici VII. meminit. *Fuit*, inquit, *torneamentorum à mari uſque ad mare in juventute ſemper quæſitivus, in quibus inter ceteros, quorum tamen virtutibus non eſt detrahendum, glorioſior habebatur. Judex erat juſtiſſimus, pauperum, pupillorum, mercatorum, peregrinorum promptiſſimus defenſator, raptorum, malefactorum, tyrannorum rigidiſſimus exterminator, ſemper illud gerens animo: juſte judicate filii hominum. Omnibus enim ſicut affabilis ita & benignus: in quibus tamen ſerioſitatem indicibilem, prudentiæ & diſcretionis amœnitatem nullo unquam tempore deſerebat. Virtutem & bonorum morum concatenationem optima cum temperantia jugiter retinebat, & ſe ſemper bonis moribus omnium in omni tempore benigniſſime conformabat, omnibuſque ſe ita ſocialem & tractabilem præbebat cum intermixtione, ut dixi, officii dignitatis, quod ab omnibus amore conſtrictus nimio habebatur: & tamen bis quæ ſunt mundi mundo reddendis non ſegniter, non minus, quæ ſunt Dei, Deo noſcitur reddidiſſe. Nam cum Domina Margareta ſorore Ducis Brabantiæ ſua collaterali prælecta ita continenter à tempore contracti matrimonii creditur vixiſſe, quod* nun-

Digitized by Google

quadam vice cujusdam causa negotii à Domino recederet, & per tempus aliquod moram faceret, Cæsar à fratre requirit, cujus custodiæ ipsum committeret, donec ipse verso tramite remearet. Episcopus: *Reverende, honor vester, salutisque vestræ studium omnipotenti committitur, mei quoque fidelis famuli custodia sociatur.* Episcopo itaque procedente famulus iste Cæsaris potui præficitur, & super omnes Imperatoris cameræ sociatur. Quadam interea temporis hora sompno præparans discalceatus lecto jungitur potum postulans, qui sibi eodem famulo præsentatur. Quo sumpto Cæsar mox percipit se infectum. Ipse itaque subito surgens & hostiarios advocans Capellam solus ingreditur, cujus hostium, nequis secum veniat, obfirmatur, orationi procumbens altari jungitur, ita postulans, ut si non sit mundo utilis, potus iste sibi maneat ultimus. Si vero Deus velit sibi utilitatis causa parcere, ejusque vitam protendere, dignetur ipsum potione pessima liberare. Quo dicto venenum via, qua venerat, recedebat. Cæsar Deo gratias agens & ad lectum rediens dicta nulli aperuit. Sed quidam ipso nesciente post altare latitans ista omnia publicavit. Nocte sequenti Cæsar prout nunc potum desiderat, qui per eundem sibi præsentatur. Sed modo sibi præcavens famulo, ut bibat, & calicem examinet, studet præcipere, qui multis & variis renititur, sed tamen spe evasionis Cæsaris potui sociatur, qui statim suscepto poculo ante pedes Cæsaris mortuorum ordine pertractatur. Fuit etiam Alemannus quidam apud Florentiam ad perditionem Cæsaris informatus, qui ad ipsum veniens & amicitiam veram ostendens cifum quendam pulcherrimum auro & gemmis ornatum Domino præsentavit. Quadam die Cæsar in mensa sedens dictum cifum sibi præsentari voluit, & eodem sibi poculo sociari. Quod quidam Comes vir nobilis & Cæsari multum fidelis prohibuit dicens Dominum orbis non debere vase in-

nunquam ad aliquam aliam adbuc post ejus obitum dicitur accessisse. Capellæ quoque suæ ornamenta, missalia magni ornatus ac pretiosa, ad quæcunque perrexit loca adbuc Comes existens, suis cum somariis circumvebere faciebat: & omni die coram se & collaterali sua, quando aderat, suos electos per Cantores, canticis cum musicalibus, missas & horas Canonicas, impedimento non interveniente, sed impedimento urgente, vesperas saltem & completorium, & boc nullo die prætermittendo, celebrare solenniter faciebat &c.

incognito cibum vel pocula ſumere, nec calicem prius ab alio incognitum ori ſuo ſociare. Cæſar vero pertinaciter inſtat volens utique dicto ciſo bibere. Unde vino infuſo facto crucis ſigno dum Cæſar proponit ciſum tollere, ciſus in modum crucis quatuor partibus dividitur, quo venena cum vino fluere diſcernuntur. Quo miraculo Chriſtus à ſuis benedicitur, & cunctorum affectu ejus clementia roboratur. Quodam interea tempore Cæſar devotiſſimus ad euchariſtiam ſacram procedens, ut ſæpius, fratre quodam, ut dicitur, veneno calici immixto inficitur, qui ſtatim corde confunditur, & membris omnibus aggravatur. Unde ambulando deficiens, & Domino *Henrico* de Flandria Regnum Curiæ committens camera recipitur, lecto jungitur, quo turba nobilium pro ipſo nimis dolentium foras procedere poſtulatur. Quibus exeuntibus ſolus frater *Bernardus* Cæſari aſciſcitur, quem mitiſſimus intuens ore piiſſimo ſic affatur: *Manus tuæ Bernarde infecerunt me & deſtruxerunt me totum in circuitu. Unde breviter moriens & omne facinus vobis indulgens humiliter poſtulo, ut mihi diſcutere dignemini, quid in me veſtræ diſplicuit fraternitati, & qua cauſa tam grande malum in me vobis ſemper piiſſimum mens ingratitudinis operatur.* Traditor dimiſſo capite præ confuſione malæ conſcientiæ ſtabat corde anxius, vultu pallidus, omnique membro trepidus, ad modum furis magna ſarcina patibulo præſentatus. Nec mirum, quia vix unum de mille videbis, quo vindictæ tempora tali ordine prorogantur. Qui tandem ab alto ducens ſuſpiria hæc vel ſimilia creditur protuliſſe: *Pie Domine quo ad perſonam meam ſola obedientia datur cauſa. Sed fratres noſtri ordinis pro veſtra deſtructione* XL. *millia florenorum à quatuor maledictis Principibus, Rege videlicet Franciæ, Cyciliæ, Navarræ, & Tarentorum Principe ſuſceperunt. Sunt autem in veſtro exercitu plus quam* XX. *noſtri ordinis, qui omnes cum eodem ſtudio cucurrerunt. Sed heu me miſerum, cujus manus peſſimæ ad bravium pervenerunt.* Cæſar: *O bone frater, quæ eſt hæc obedientia? Chriſtus dicit: Non occides. Modo per Prælatum contrarium habes. Quis ergo horum eſt ſequendus? Certe, ſi non erramus, Chriſtus. Cum enim Apoſtolus filios carnales in Domino parentibus obedire jubeat, id eſt, ſecundum fidem & juſtitiam, quanto magis filii ſpirituales ſuis Prælatis in Domino debeant obedire. Si vero Prælatus ex hominibus aſſumptus pro hominibus in his, quæ ſunt ad Deum, non conſtituitur, juſte deſeritur,*

Digitized by Google

& ab ejus præsentia tanquam à suspecti judicis sententia fugitur, & majoris, id est, Christi auctoritas postulatur. Magis namque, ut dicit Petrus, oportet Deo quam hominibus obedire. Non debet ergo à vobis allegari obedientia, sed error & dementia, cupiditas quoque & avaritia, quorum ordine si vitiorum aliquid fallente diabolo in paupertatis meæ fabricatione contractum fuerit, illud Christi misericordia in præsenti aliter corrigatur, ut tam agentes quam consentientes in adventu Regis justitiæ in die calamitatis & miseriæ à portis inferni nec non æternorum suppliciis eruantur. Traditor: *Pie Domine, cor meum supra modum hac potione nefandissima doloribus aggravatur.* Cæsar: *Bone frater, dolor iste omnibus meis sero nimium præsentatur.* Traditor: *Reverende Domine, si vestra nobilitas annueret, possem vos curare, & sanitate pristina reformare.* Cæsar: *Domine Bernarde, si hoc posset fieri, ordinem postulo recitari.* Traditor submisso capite, & suspenso pede: *Venenum via, qua venerat, revertetur.* Cæsar: *Absit bone frater, si alio modo non potest fieri curatio, nunquam fiat mentio. Nolo enim aliquo modo animæ meæ cibum suum subtrahere, sed illam destructo per vos corpore creatori humiliter præsentare. Non enim decet violento remedio assistere, quo artium auctoritas nescit proficere, & Logicorum sententia in eodem negans contraria plurimum cernitur deviare. Quæ secundum ipsos impossibile est convenire, nam posito uno necesse est reliquum deperiri, quorum syllogismus ad præsens videtur deficere. Sunt namque in meo corpusculo duo maxime seposita, mors videlicet & vita, mors veneni & vita sacramenti. Sed singula singulis applicantur, carni scilicet mors veneni, spiritui vero vita sacramenti. Quare si cursus corporis extenditur, anima, quod absit, in periculo ponitur. Unde si vestra ordinatione, frater* Bernarde, *corpus per veneni subtractionem medetur, & eodem tramite sacramenti videlicet redditione anima vita, quæ Deus est, secernitur, etiam penitus suffocatur. Malo igitur mori, & corpus vilissimum breviter, licet ad præsens evaderet, moriturum vermibus sibi similibus committere, spiritum quoque nobilissimum per secula duraturum Christi misericordia Deo & angelis sociare.* Ecce vera numina fidei cacumina & humilitatis. Ecce patientiæ virtus & clementiæ. Quid datur beatis, quod in hoc piissimo imo perfectissimo non cernitur? cui flamen Heli fiat socium, Henrici negotium sit benedictum, Amen. Item Cæsar: *O frater Bernarde, licet per vos, sicut scriptum est, michi malum pro bono tribuatis. Nolo tamen vos hac occasione corripi,*

aut

aut michi familiaribus infestari. Unde quum mora vobis possit esse periculo, locus personæ vestræ securus eligatur, & illi sine offensione vos faciam præsentari, quia pro certo si populus meus modo miserrimus actum vestrum perciperet, corpus vestrum nullo modo evaderet mortem, quo tamen meo spiritui fructus modicus proveniret. Cæsar itaque traditori suo *Florentiam* eligenti omnia indulgens ejus quoque honore, qui pro ipso cruci affigitur, illata sibi humiliter sustinens solempnes vocat Nuntios, non Nuntios, sed Principes, quorum ducatu traditor versus *Florentiam*, causa quasi negotiorum, duceretur. Qui parati, prout Cæsar jusserat, dirigunt. Venientibus itaque nobilibus cum traditore ad portas præfatæ civitatis traditor à complicibus suis intromittitur, sed ipsis Principibus porta strictissime obfirmatur. Qui stupefacti quid dicere vel quid agere ignorantes, verso tramite, cursu festino ad Cæsarem redeunt ipsi singula referentes. Quibus Imperator tunc nihil celavit, sed ipsis & aliis omnia manifeste revelavit, scilicet qualiter à fratre *Bernardo* ultima missa per ipsum celebrata veneno inficitur, & mortis poculo declinatur. Quo audito fit clamor maximus, fit planctus maximus, nec cessant duces traditoris sibi ipsis maledicere, dum ipsum sic recolunt evasisse. Cæsar vero mortem sibi imminere sentiens omnes sibi dilectos convocat, quibus astantibus & ipsum vultu lacrymabili intuentibus talia creditur protulisse. *Ecce Karissimi, dies illa judicii exigit à me tributum carnalis debiti, ego jam delibor, & tempus meæ resolutionis instat. Vocor utique à Domino, qui vos dignetur regere, & ab hostium insidiis defensare. Mors ut cunctis stans ad ostium subito proponit irrumpere, & nostræ dulcissimæ societatis fœdera dissipare. Karissimi, ductor vobis subtrahitur, eligite ergo aliquem, quo mei hactenus filii ut nunc pupilli & orphani dirigantur.* Quibus eligere nolentibus, sed cum instantia aliquem Principem institui patentibus, deliberatione habita Dominus (1) *Henricus* de *Flandria* ductor exercitus ordinatur.

(1) Guidonis Comitis fuit filius una cum Cæsare in Italiam profectus. Obiit, ut Meyerus vult Ann. 1337. VIII. Idus Novemb. sepultus Brugis ad Minoritas. *Jacet*, inquit ibid. *sepultus & Balduinus ejusdem Comitis Guidonis filius sed titulus fractus & perditus est. Jacet parvus item puer, filius vel nepos, ut dicitur Guidonis Comitis &c.* Judicet autem lector, si totam hanc narrationem attenta mente perpendat serius, utrum hic Henricus mentitus cum dixit

natur. Quo facto Cæsar saluti suæ congrua fidelissime disponens intentissime prohibet, ne sumptus superflui & inutiles fiant ejus exequiis. Sed ne forte si mors ejus barbaris circumsedentibus perciperetur, & tunc ipsorum animus in exercitus præjudicium mutaretur, rogat, ut ipso mortuo corpus suum tanquam vivum equorum ferculo suppositum ad Pisanorum civitatem dirigatur, ibique in majori ecclesia humilitatis ordine tumuletur. Post hæc Imperator Christianissimus suis valedicens, & manus devotissime erigens in Domino feliciter obdormivit. Cujus petitionis omnia per ordinem dantur fieri, nisi quod corpus nobilissimi in pretioso vase ponitur, in quo nobis propitii sanctitas signis & miraculis demonstratur. Et nota huic maledictæ Cæsaris pensioni, sicut & Domini nostri Jesu Christi traditioni quatuor posse inferi, scilicet institor, pretium, mercator, & venditum, quibus salva reverentia Domini *Judas* & *Bernardus*, ambo videlicet, traditores, possunt per singula comparari. Institor ibi, Pharisæi & Principes sacerdotum, hic hæretici, & gentium Reges. Pretium ibi xxx. argentei: hic mille aurei, quo tamen secundum apparentiam traditores minus conveniunt, sed discusso negotio in hoc magis quam in aliis convenerunt. Quia *Bernardus* sicut Judas vix xxx. argenteis gratulatur. Mercator ibi Judas pessimus, hic frater *Bernardus*. Ille

dixit veneno Cæsarem periisse, & utrum dici propterea & nuncupari mereatur *mendacissimus nebulo* à fratre ordinis Prædicatorum Hermanno de Lerbeke in Chronico Comitum Schawenburgensium. Ardentissima enim febre postquam dixit correptum sexta die periisse, *Et quia*, inquit, *multum fuit pletoricus*, *toto corpore denigratus est*, *propterea*, *ut utar verbis illius magni & doctissimi viri Henrici de Hervordia*, *is mendacissimus nebulo Henricus Comes Flandriæ occasionem vesaniæ suæ videtur assumpsisse*, *cum diceret Imperatorem non febre sed veneno periisse*. Frustra certe in Henricum stringit calamum calumniator. Non solus dixit Henricus id. Multi sunt, qui dixerunt. Fassus ipse est veneficus. Nec tacuit Æneas Sylvius *lib. 2. comment. Cumque*, inquit, *Bonum-conventum introissent*, *ubi quondam Henricus* VII. *Romanorum Imperator ex hostia consecrata*, *ut fama est*, *venenum hausit*. Prima vita Clementis V. Papæ apud Baluzium *in fin. Multi tamen dixerunt*, *quod Confessor suus de ordine Prædicatorum ei potum in calice ministravit venenatum. Ex quo Pisani & Teutonici amici dicti Imperatoris fratribus multas injurias irrogarunt.*

Digitized by Google

Ille Christi nequam discipulus, hic *Henrici* fictus amicus. Ille osculo Christum tradidit, iste post veræ pacis osculum, id est, eucharistiæ sacramentum, Cæsarem suffocavit. Ille pœnitendo nummos reddidit, iste nequitiam confitendo dolere se respondit. Ille laqueo propriis manibus corpore suspenditur, iste cum omnibus sibi hoc maledicto adhærentibus manibus diaboli corpore & anima suspendatur. Venditum: ibi Christus, hic Henricus. Ille maximus, iste magnus. Ille Rex æternus, iste Rex modernus. Ille carne solum moritur, cui & iste solum carne moriens anima perhenniter conjungatur.

Orbem lugere decet orantem miserere,
Dum pax cunctorum cadit atque pater miserorum,
Nobilis Henricus fidei Princeps & amicus
Proponens cara perverso gustat amara,
Cujus ductorem peto laudis perdere florem.

Et nota quod licet talis maledictio à tali fuerit fratre procurata, non tamen debent hac de causa boni & innocentes fratres ejusdem ordinis corripi, quum redemptor noster noluit Petro, Johanni, & aliis veris Apostolis, Judæ maleficium imputari.

Anno CIↃ. CCC. VIII. Dominus *Wernerus* Abbas Egmondensis moritur. Cujus loco Dominus *Bertoldus* de *Oyen* vir nobilis exaltatur. Eodem tempore fit in tota Christianitate quasi quædam commotio, & ad terræ sanctæ peregrinationem quædam devotionis ostensio, quo turbæ variæ diversis partibus ordinantur, sed in millibus vix decem sibi sufficientes & expensas propriis facientes nunc videbis. Omnes enim erant quasi pauperes, de vico in vicum mendicantes, & tanquam ad pugnam armis & vexillis civitatibus, quibus subsidium petitur, properantes. Nec sufficerem scribere, quanto & quam diverso agmine ipsis tenditur, sed quot sunt urbes & villulæ toto istis ordine versus *Avionam* facies dirigitur. Quorum paucissimis reditus ad patriam conceditur. Nam victu inter barbaros deficiente, nec aliquo ipsis propter Deum aliquid largiente, manus vi apponitur. Unde multis civitatibus ipsorum multitudo maxima sternitur, & sic paganorum liminibus pau-

 cissimi

cissimi sociantur. Sicut enim autumpnali tempore volucres † Orientali plaga propter frigora fugientes, & propter calorem ad loca zephyri volitantes medio itinere, antequam illo perveniunt, capiuntur, sic & isti inordinato tramite stoliditate nimia procedentes, nec Deum, prout decuit, præ oculis habentes, ante quam paganismum videant, deficiunt, nec quod quærere ostenderunt consequuntur.

† Legendum forte. *Borealem plagam.*

Anno CIƆ. CCC. XIV. Post mortem nobilissimi Imperatoris Principes Alemanniæ, quorum interest eligere Regem, loco conveniunt, sed diversos eligendo mentis ordine se distinguunt. Quibusdam enim ipsorum majori videlicet parte *Ludovicus* frater Ducis Bavariæ suscipitur. Solo vero *Henrico* Coloniensi Episcopo Dux Austriæ postulatur. Qui & per ipsum sibique adhærentibus apud villam, quæ dicitur *Bonne*, sicut de facto potuit, *Ludovicus* vero juris ordine Aquisgrani cunctis Alemanniæ Principibus coronatur. Quorum dissensio dissensionisque altercatio adhuc minus concluditur, nec dictorum aliquis versus sanctorum limina pro imperiali benedictione quoad præsens, id est, conclusione nostri carminis tendere declaratur.

Ann. CIƆ. CCC. X. in vigilia Apostolorum Simonis & Judæ obiit Dominus *Gerardus* de *Tetrode* Canonicus Sanctæ Mariæ in Trajecto. Qui divinæ pietatis intuitu aream suam in *Harlem* cum omnibus suæ possessionis habitaculis domui Sancti Johannis Baptistæ vel Sanctæ Caterinæ in Trajecto obtulerat, & in manus ejusdem domus Commendatoris libere resignavit. Et eodem anno vivente adhuc prædicto *Gerardo* in vigilia beatæ Mariæ Magdalenæ fratres prædictæ domus venerunt primitus in *Harlem* in loco prædicto.

Anno CIƆ. CCC. XII. fratres per *Willelmum* de *Egmonda* juxta *Harlem* in sylvis constituti ad domum Sancti Johannis prædictam in *Harlem* se & sua omnia transtulerunt.

Anno CIƆ. CCC. XIV. *Philippus* Rex Franciæ quodam die venationi instans equo cadens læditur, læsus lecto jungitur, & post hoc brevi tempore mortis gremio sociatur. Hic Rex habuit tres filios, scilicet Ludovicum, Philippum, & Karolum. Post quem *Ludovicus* ejus major filius coronatur.

Anno CIƆ. CCC. XV. Ludovicus Rex Franciæ cum exercitu in loco, qui *Curtrike* in Flandria dicitur, supra flumen *Lisæ*, satis prope oppidum ingreditur. In cujus adjutorium *Willelmus* Co-

Digitized by Google

Comes Hannoniæ & Hollandiæ turba nobilissima versus Orientem eidem patriæ sociatur. Et sic nobilis Flandria inter tot pericula totque insidias constituta quid poterit agere? nisi solum divinæ pietatis auxilium implorare, quod & experientia miraculose factum esse ostenditur, nam Rex præfatus pluviarum habundantia recedere compellitur, sicut & quondam *Hannibal* Romam obsidens confusione imbrium urbem duabus vicibus deserere perhibetur. *Willelmus* vero Comes auditis rumoribus de recessu Regis, destructis in Flandria quibusdam villis, fluvio, qui dicitur *Scelth*, contiguis, sanus & incolumis propriæ terræ, partibus videlicet Hollandiæ, sociatur. Unde sicut in veteri testamento *Susanna* innocens per *Danielem* à seniorum traditione defenditur, sic & in præsenti regalis Flandria per Christum ab infestatione dictorum Principum liberatur. Eodem tempore quo & prædicta fiunt, videlicet circa mensem Augusti omnipotentis justitia volens humanum genus corripere, nec non pro suis sceleribus quam plurimos castigare, famis tristitiam, famemque per omnes casus tam validam incepit mittere in terram, qua mundus corripitur, & etiam multi quodammodo divites affliguntur, pauperes vero quam plurimi per vias semitasque errantes, nec se famis miseria dirigentes locorum variis moriuntur.

Anno sequenti scilicet CIↃ. CCC. XV. fuit tam valida hæc pestis, tamque amara, quod per eam omnis pietas, omnisque caritas negligitur, perpaucis elemosina tribuitur, quia licet pluribus copia panis largiendique possibilitas affuerit, divinæ tamen pietatis fiducia carentibus, quod ut nunc in pauperibus cernitur, magna diffidentia ipsorum corporibus proximis temporibus affirmatur. Nec solum inter ignotos hoc tempore deficit misericordia, sed etiam inter affines sanguineque contiguos omnis clementia omnisque sublevatio denegatur, quum nec parentes filiis, nec filii parentibus in hac necessitate maxima volunt assistere, ipsisque licet habundantes vitæ necessaria ministrare. Et ecce, quod magis est, conjuges divina ordinatione una caro existentes sibi invicem deficiunt, & inter eos victu parvi muneris thori fidelitas violatur. Fuit autem tantus horror tantaque necessitas præsenti agone, (1) quod pauper dum fame moritur, & in plateis jacere conspicitur, non mul-

(1) Guillelmus de Nangis apud d'Achery *to.* II. *Spicileg.* *Hoc anno*

multo magis quam canis rabidus diversorum oculis reputatur. Fertur quoque veridicis, quod homines cujusdam villæ tanta hoc tempore famis penuria cohærerent, ut ranis extractis paludibus, caninis quoque carnibus, vescerentur. Insuper, quod magis est veritate percipitur, pauperes quosdam ad abjecta pecorum cadavera procedere, & ibi more canum carnes crudas dentibus abstractas deglutire. Unde præsens maledictio non multum ab illa, quæ in Threnis legitur, distare dinoscitur, nisi quod hic manus mulierum filios non coxerunt. Interea divinæ pietatis clementia suæ benignitatis largitatem volens ostendere, eodem anno, eisdem locis humano generi tam clementer affuit, quod mensura siliginis xv. solidis Hollandicis comparata & amplius, totidem ejusdem monetæ denariis comparetur. In quo omnipotentis clementia ejusque potentia quam plurimum commendatur. Nec solum hac miseria hujusque tædio populus hoc triennio affligitur, sed etiam in fine hujus mortalitate pecorum aggravatur.

Morte famis cocto fuit M. ter C. que bis octo
Cum reliquis binis doluit pecorum nece finis.

Eodem tempore hujus Ludovici Regis prædicti conjugi, Reginæ videlicet Franciæ, adulterii crimen imponitur. Cujus causa duobus vivis militibus, tanquam adulteris, pellis detrahitur, qui sic inaudito nec non tormentorum maximo moriuntur. Iste Ludovicus puerili ludo calefactus frigido vino tantum suscipit, quod febribus tangitur, & in proximo mortis venabulo declinatur. Post quem *Philippus* frater ejus regno suscipitur, & more debito Remensi præsule consecratur. Iste Philippus nigromanticum invenisse dicitur, patrisque ab eo statum pro tempore quæsivisse, qui obmissis cœlestibus ad infernorum tormenta conjurationibus dirigitur, quorum uno spirituum relatione face quæstionis miserrimus invenitur. Quo comperto circulus quidam incantationibus, ut mos est, construitur, cujus medio solus magister cum Principe reclinatur, ubi eodem magistro studente orationumque suarum vocabula proferente

anno fuit magna mortalitas hominum, & maxime pauperum, quorum multi famis inedia perierunt.

ferente statim in specie nuntiorum regalium visi sunt dæmones, quorum quidam tapetas, alii sedem auream in circuli confinio posuerunt, istos janitorum turba persequitur, quibus tam famulorum quam militum societas combinatur. Tota itaque familia procedente Dominique aduentum variis ex utroque stationibus nuntiante, ecce † quo quæritur omni ornatu & habitu, quo dum viveret affuit, qui fide prius posita se recipit, cujus aspectu filius ista procurans non modicum confunditur, qui per magistrum, ne membrum aliquod extra circulum porrigat, informatur, cui pater post horam locutus fuisse dicitur, & quare nichil ab eo quæreret intimasse. Qui tandem sopito timore de statu patris quæstionem subjicit; quem alter fore pessimum jam subjicit. Cui filius æquitatem justa quoque ejus judicia proposuisse legitur, & adhuc pro statu ejus, & cur sibi pessimus, quæsivisse. Ad quem pater; *Fili, tria mibi abjectis ceteris fuerunt crimina, dum viverem, videlicet propter infestationem Cæsaris, traditionem, & destructionem Templariorum. Quorum solo totus mundus justo Dei deficeret, & in perpetuum apud inferos resideret.* Varia insuper habita inter eos collatione pater à filio manum petit porrigi, quod sibi cernitur denegari. Unde velut iratus pallium in faciem filii cum impetu sustulit, cujus aspersione ipsum, ut dicitur, inflammavit. Quo facto omnes maligni nituntur fugere, suisque tormentis miserum reportare. Quid autem in hac, modo nimia veritate, credendum sit, non didici. Scio tamen Regem istum usque ad mortem igne quodam absque remedio devorari. Hujus Willelmi Comitis tempore quidam perversissimus Rex Suaviæ tanta contra proprios fratres infestatione diaboli invidia pungitur, quod infra treugarum januas pacis quoque tempore uterque capitur, & heu captis omni mora postposita mortis pernicies procuratur.

† qui.

Anno eodem scilicet CIↃ. CCC. XVI. Guido Trajectensis Episcopus Willelmi Comitis Hollandiæ patruus de medio tollitur. Cujus sede Fredericus de Zeric tam clero quam populo sublimatur. Eodem anno obiit vir nobilis & elegans Willelmus de Brederode miles, filius piissimi Theodorici Domini ejusdem loci. Cujus memoria sit in pace.

Hic si vixisset Dominus Brederode fuisset,
Sed non successit, quia patre manente recessit.

 Eodem

Eodem anno nobilis Domina *Elysabeth* apud Wieldrecht genita in Rainsburgh Abbatissa de medio tollitur, cujus probitas in ordinatione dormitorii & † regalis horrei demonstratur. Hujus loco quædam elegans Domina *Simonis* de *Teylinghe* militis filia, *Ada* nomine, à Conventu eligitur. Qua eodem anno mortua Domina quædam piissima etiam *Ada* nomine Domini *Henrici* Castellani in *Leyden* filia sublimatur. Hac etiam eodem anno deficiente Domina *Mabilia* de *Wassenaer* sede suscipitur, per quam claustralia hactenus sapientis studio disponunt.

† Kloosterschuyr.

Annis millenis ter centum sex quoque denis
Heu cano! Prælatis tribus uno tegmine stratis
Quarum prima satis nitet ortu nobilitatis
Wieldrecht cognatis Teyling fovet altera gratis.
Ternaque præfatis Leydis ovat urbe sciatis,
Quas tres virgo pia sibi servet pace Maria.

Eodem anno vir venerabilis *Jacobus* Zudensis Episcopus Commendator domus Sancti Johannis in Trajecto regalem aulam (1) apud *Harlem* fabricavit.

Anno CIↃ. CCC. XVII. prædictus Zudensis Episcopus eodem loco in *Harlem* decoratam ecclesiam ornato ambitu fabricari fecit, & in sequenti anno perficitur. Quo loco Deus summa virgine nec non præcursore per militem piissimum *Theodoricum* videlicet Dominum de *Brederode* oblatione calcis auri purissimi veneratur. Cujus memoria sit in pace.

Anno CIↃ. CCC. XVII. erant in villis & in finibus quasi totius Christianitatis quædam *Beghinæ* mulieres longo per præterita tempore habitum griseum cum saliis deferentes, sibique magisterium & ordinem absque superioris confirmatione procurantes, quarum habitus & regulatio ut nunc per Dominum Papam

(1) In eodem hoc opido idem condidit testamentum suum Ann. 1331. secundum jus Romanum adhibitis septem testibus, viris discretis, Dominis *Hugone filio Mensonis Priore monasterii Egmondensis*, *Alexandro de Joucbusum*, *Johanne de Denemarck nepote Domini Zudensis*, *Gerardo Vrencke*, *Jacobo Scriptore*, *Giselberto de Bergh*, *& Henrico de Aemstel*, *& pluribus aliis fide dignis.*

Papam abjicitur, ſicut in ſeptimo decretalium cauſis dilucide propoſitis continetur. Eodem anno miles piiſſimus *Theodoricus* de *Brederode* cauſa devotionis peregre proficiſcens in reditu apud Franciam Remorum civitate videlicet moritur. Qui ibidem in Prædicatorum eccleſia ſepelitur.

Quem ſuus Henricus ſequitur pietatis amicus.

Anno CIↃ. CCC. XIX. *Bartoldus* Abbas Egmondenſis de medio tollitur. Poſt quem vir piiſſimus, prudens, & nobilis, Dominus videlicet *Theodoricus* agnomine *Screvel* dictus, ingenua Egmondenſium proſapia genitus, paſtorali regimine ſublimatur. Hic pater venerabilis ſtatim poſt tempora ſuæ electionis ad Dominum *Fredericum* ipſius diœceſanum cauſa benedictionis, prout debuit, verſus Trajectum ſe dirigit. Quo Præſule cauſa cupiditatis & extorquendi percunctante, & Domini Abbatis petitionem ultra debitum prorogante, idem Dominus Abbas ad honeſtum virum, Dominum *Jacobum* videlicet Zudenſem Epiſcopum dirigitur, à quo inſpectis ſui Conventus privilegiis non ſolum de facto ſed juris ordine conſecratur. Nam regalis Abbas canonice electus Domino Apoſtolico immediate ſubjectus ad diœceſanum, ne videatur ipſum contemnere, pro benedictione habenda dicitur tendere. Qui ſi negaverit vel malitioſe diſtulerit, poteſt talis Abbas à quocunque Præſule voluerit, in nomine Domini conſecrari.

Eodem anno videlicet XIX. informatione diaboli, cujus invidia orbi terrarum mors immittitur, infectio *Johannis* Papæ quibuſdam Minorum ordinis proponitur, quorum ars nequiſſima nec non occultiſſima brevi carmine peroratur. Sciendum itaque, quod dicti Minores crucifixi imaginem auro gemmiſque contextam pulcherrime fecerunt fieri, & illam ſuis fratribus Apoſtolico præſentari. Quæ per Dominum Papam benigne recipitur, & dictis recedentibus explicatur. Interea Papa ſuis aſtantibus Chriſti paſſione magna devotione compungitur, & ad pedum oſcula dictæ imaginis incurvatur. Quod cum à ſibi aſtante non patitur, & inveſtigandi ſpecies requiritur, canis apponitur, arieſque jungitur. Qui mox ſummi Pontificis præſentia veneni potentia diſcerpuntur. Quod cum Dominus Papa ſua gaudens evaſione, ſed fratrum dolens traditione cerneret,

neret, suosque consuleret, nuntii mittuntur, fratres requiruntur. Quorum quatuor fugientibus duo solum reperti loco imaginis adducuntur, & humiliati ad pedum oscula compelluntur. Quibus tactis, astantibus stupefactis, ut supra canis & aries, moriuntur. Et sic ad præsens pene Dominus Papa minoribus* . . . . ut quondam Fridericus. . . . . . interficitur, qui utinam ut dictus divinæ pietatis gratia salvaretur. . . . .

Deleta reperi aqua forti, quæ asterisco notata hic: haud dubie ab eo, qui Minorum plus æquo studiosior.

—— *Infestatur eo prout hæc canit ille trophæo.*

. . . .

ea scit bene scribi.

Anno CIↃ. CCC. XX. quidam casus inter præterita mirabilior gestis quoque nostri temporis rarior percipitur, quo regulæ afflictis afflictionem neganti, prout absque discussione ostenditur, quam plurimum derogatur. Omnes namque Imperatorii Codices omniaque Pontificum decreta super afflictos pia gestant viscera. Sed præsentis Domini Johannis Papæ decretum, quo mundo pauperrimi, leprosi videlicet, jubentur comburi, à cunctis per præterita legibus scriptisque Principalibus videtur nimium elongari. Est igitur inspicienda regula, qua dicitur, *Anima quæ peccavit ipsa morietur*, à qua nec pauper nec debilis excipi demonstratur. Dum ergo homines leprosi licet vere miserrimi paganorum muneribus subornati suis maledictionibus fontes & rivulos student inficere, & tali via totam Christianitatem destruere, dignum & justum est ipsos in foveam, quam fecerunt cadere, & morte gravissima, ignis videlicet incendio deperire. Quod & veraciter factum est; nam hoc tempore per patrias (1) omnes leprosi requiruntur, qui inventi omni mora postposita flammarum voragini committuntur. Eodem anno *Reynoldus* Comes Gelriæ probitatis actibus multisque vulneribus in juventute susceptis verbis & conversatione quodammodo

(1) Velut venefici. Prima vita Clementis V. apud Baluzium: *Anno* CIↃ. CCC XXI. *Rege Franciæ in Pictavia existente extitit ei nuntiatum maleficium, propter quod in Aquitania omnes leprosi sunt combusti. Ipsi siquidem sunt confessi, quod fontes & puteos infecerant illo fine, ut omnes Christiani aut leprosi fierent, aut citius morirentur, intendentes per totam Franciam & Germaniam suum maleficium dilatare.*

Digitized by Google

modo deficiens à proprio filio capitur, & contra voluntatem suam quasi vinctus villis & urbibus ad filii placitum detinetur.

Anno CIↃ. CCC. XXI. venerabilis pater Dominus *Henricus* Abbas cœnobii Sancti Pauli Trajectensis malens sibi utiliter proficere, quam inutiliter præesse, & intendere contemplationi, quam cotidianis causarum tædiis infestari, dignitatem resignando simplex monachus efficitur. Cujus loco vir piissimus etiam *Henricus* nomine confirmatur. Eodem anno, videlicet XXI. quidam fratres de ordine minorum Domino *Johanni* Papæ se objiciunt quotidie ipsum publice prædicando, & ejus auctoritatem detestando. Quorum quindecim captivitate detenti & postea pariter colligati apud Lunellam incendiis applicantur. Eodem anno Sodomita quidam miserrimus juveni cuidam XVI. annorum commisceri percipitur, quorum uterque capitur, & convictus incendiis applicatur, quibus vetulus cito discerpitur, juvenis vero jam tertio appositus sanus & incolumis sublevatur, qui causa miraculi Papæ producitur, à quo competenti beneficio commendatur.

Albia villa datur, qua res præsens generatur.

Eodem anno *Henricus* Dominus de *Brederode* nobili Dominæ filiæ videlicet Domini de *Fontaynes* matrimonio copulatur. Et quia, sicut beatus Paulus suum officium, sic Capellaniæ meæ locum, *Brederode* videlicet, duxi attollere, & modis omnibus honorare, noveritis, quod primus ibidem Dominus, frater Domini de Theylinge, *Theodoricus Drossaet* dicitur. Cui Domina *Alveradis* filia Domini de *Huusdune* conjugio sociatur. Istis *Willelmus* secundus ibidem Dominus gignitur, cui *Hildegondis* Domini de *Vorne* filia copulatur. Quibus tertius ibidem Dominus *Theodoricus* nomine nascitur, & super † Remis moritur, cui *Maria* Domini de *Lecke* filia conjugatur. Istis * præsens *Henricus* oritur, cujus sponsa *Elysabeth* nominatur. Versus.

Elysabeth fatur, cui conjugio sociatur
Nobilis Henricus Dominus Brederode pudicus,
Hæc datur ornata virtutibus intitulata,
Sanguine majorum velut Augustisque suorum

† Jo. à Leydis *de orig. & reb. gest. DD. de Brederode cap.* 27. Maria uxor ejus fato functa Anno 1307. ibid.

* cui juncta scilicet filia Domini de Fontaynes. Jo. à Leydis ibid. *cap.* 29.

Henricus fati Lucemburgh patre creati,
Quem dictae fundo gradu genitrice secundo.

Eodem anno in terminis Coloniae in vigilia Johannis Baptistae maxima tempestas grandinis oritur. Cujus impetu per XVII. leucas fructus satis omnibus devastatur. Mulier etiam quaedam sedens sub arbore eodem tempore horrore maximo suffocatur. Eodem anno.

In Probi festo vento ruit unda molesto,
Occidens multos homines maris aggere fultos.

Eodem anno.

Festo cunctorum cecidit nix prima bonorum
Qua vult Emundus vento dator esse secundus.
Hac tempestate majore nivis simul à te
Turbo ventorum non sunt variata locorum;
Namque pedester equo delirat tramite caeco
Quem nego discerni prato nivis arte moderni,
Per loca tendentes sunt ventosa nive flentes

Eodem anno.

Est Zepherrinus nimio flatu peregrinus,
Quo nautis gentes pereunt maris aure sedentes.

Eodem anno, fractis aggeribus apud villam, quae dicitur *Nuwevaert*, aquis Rheni fluminis versus Hollandiam patet introitus, quarum inundatione tota quasi Northollandia per totam hyemem obruitur. Unde gens illo morantium multis doloribus magnisque laboribus aggravatur. Eodem anno *Ludovicus* Comes de Nivers *Roberti* Comitis Flandriae senior jussu patris capitur, & fere per annum captivus detinetur. Causa autem hujus est: Quidam famulus veneno praeparato ad destructionem Comitis Flandriae praedicti comprehensus capitur, & morte miserabili condemnatur. Qui dum fateretur dixit se à Domino Ludo-

Ludovico fore constrictum, vique ac minis ad hoc fuisse compulsum. Quod non est verisimile. Cum ipse pater erga filium suum semper extiterit piissimus, & nunc senex xc. annorum & amplius naturaliter diu vivere non deberet. Ipse etiam *Ludovicus* filius suus dives Comes de Nivers proximusque ac legitimus heres in Flandria extitit, hereditatem senis patris pacifice exspectando. Hujus præfati *Ludovici* filius filiam Regis Franciæ *Philippi* in anno preterito duxerat uxorem. Quo matrimonio mediante de guerra diu habita inter Regem Franciæ & Comitem Flandriæ pax firma conditionibus appositis reformatur. Eodem tempore videlicet, quo aquarum inundatione tota quasi Northollandia obruitur,

Lepra Francorum Rex deficit unus eorum,
Quorum tres binis quater annis mortua finis
Suscipiunt, gestis studii sociare potestis,
Qui prior istorum Rex summus in orbe malorum,
Quis cadit Henricus Cæsar, datur actor iniquus
Silvis venatur, quem ramus equo recitatur
Sternere, tractatur pede fesso, lectus amatur,
Læsio scrutatur, pulcherrimus ante vocatur
Leproso similis, vindicta Dei tibi vilis,
Hic Rex successit, moritur, puer ultimus assit
Nunc dicti Regno, Karoli quem nomine signo.
Anno milleno ter centum bis quoque deno
Uno clauduntur humili quæ scripta leguntur.

Anno CIↃ. CCC. XXII. *Karolus* Rex Francorum, tertius videlicet *Philippi* Regis filius, *Philippo* fratre lepra infecto, & ob hoc honore diadematis privato, in vigilia cathedrarum Principis Apostolorum *Remis* attollitur, & præsente *Willelmo* Comite cum multis tam Hannoniæ quam Hollandiæ nobilibus coronatur. Eodem tempore hyemalis tempestas validiore efferbuit frigore aquas diebus plurimis constringendo. In quo gentibus terris aquis Rheni tectis, sicut supra dictum est, morantibus dolor nimius laborque continuus famis inedia generatur. Illi namque avium, pisciumque captura, quorum usu actuque

 vive-

vivebant, per præsens congelatis fossis carentes, & domorum suarum trabibus insidentes modo mirabili cruciantur. Quorum pluribus molendini furnique officio carentibus avena granis integris cocta victus sumitur, & corpus longo tempore absque panis alteriusve cibi solatio prout potuit sustentatur. Et nota, quod in dictorum aggerum confractione & istarum aquarum inundatione, sicut veritate percipitur, viginti quinque homines occiduntur. Eodem tempore fuit festum beati Mathiæ in die cinerum, quod propter vigiliam instantia populi ad quintam feriam est translatum. Eodem tempore omnibus adhuc solidissime congelatis populi miseria nivibus prima die Martii cadentibus augmentatur, cui usque ad festum Sanctæ Gertrudis gelu gravissimum sociatur.

Marthe tuis prendis nimium modo multa Kalendis,
At Idus certe sexto magis horror aperte
Nunc hyemis sævit, qui cum Gertrude quievit.
Post nive conflictus fit dum colitur Benedictus.
Cui quibus hic fatur lux proximior sociatur,
Qua tempestate majore nivis simul à te
Turbo ventorum non sunt variata locorum
Aprilis nono Kalen hic hyemis mala pono,
Cujus cras juste colitur tua nuntio Christe.

Nota insuper præscripta aquarum inundatione usque ad mensem Maji & amplius continuata infra limites Hollandiæ circa LXX. homines infinitis pecoribus defecisse. Quapropter *Willelmus* Comes contra quosdam Trajectenses summa vehementia provocatur. Eodem anno quædam annonæ extitit caristia, qua modius siliginis quatuor solidis & amplius comparatur. Eodem anno inter Regem Angliæ suosque Barones tumultus quidam oritur. Quo Rege prævalente totus pene sui Regni Conventus nobilium trucidatur. Ad cujus materiæ declarationem ortus ipsius & causa breviter enodatur. Notandum itaque quod *Eduardo* nobilissimo Rege Anglorum defuncto filius ejus Regno præficitur, à quo quidam Sodomiæ vitio diffamatus, *Petrus* de *Causton* nomine, in Consiliarium recipitur. Qui ditatus cunctis præponitur, ejusque dictamine abjectis Principibus Regni nego-

negotia diſponuntur. Quapropter omnibus pene nobilibus in dictum *Petrum* fomes invidiæ gignitur, quibus conſpiratione facta apud *Lonnen* capitur, & ſubito Regis abſentia decollatur. Quo quaſi ſopito Rex ut prius cuidam alteri ſcilicet *Hugoni Spenſier* nomine ſpeciali amicitia jungitur, nec non ditato plurimum deſpectis Baronibus privato ordine combinatur. Per iſtum ut nunc Anglia corrigitur, & quaſi ſolo contra Magnatum imperia diſpenſatur. Quamobrem ut dicitur omnes fere nobiles Barones & milites neglecto Rege proprio Regi Scotiæ Anglorum ſcilicet contrario ſcriptis amicitiæ & confœderationis carmine obligantur. Interea Rex Angliæ hujus tumultum percipiens, & ſe ad bella diſponens, cuidam Balivo ſuo nuntios deſtinat, ut collecta armatorum copia ſupradictos invaderet, ipſe cum ſuis mora poſtpoſita in ejus auxilium properaret. Nobiles vero audito Regis ordine duabus turmis Anglorum umbilico declinantes pro Scotorum ſuffragio ad ipſorum confinium nituntur procedere, & à proprii Regis potentia declinare. Ordinato itaque exercitu nobilium Comes de Herenfort uni parti præficitur, altera vero Comiti de Lancaſtiel ſubjugatur. Quæ partes diviſim tendentes circa quinque leucarum ſpatio disjunguntur. Cum igitur prima cohors ſummo mane pontem quendam tranſiret, & ſecunda circa meridiem ſequi deberet, ecce ſupradictus Regis Balivus magno comitatu improviſus iſti jungitur probos interimens, vulgus ignobile in fugam converſum deviis infeſtando. Cohors autem prima dicta ignorans & conſodales exſpectans villa quadam recipitur, menſæ jungitur, & refectionis cauſa lectulis applicatur. Quo idem Balivus ſuperveniens præfatam villam exercitu ſuo vallatam obſidet, omnes quaſi ibidem nobiles capiens, captoſque Regi adducens. Qui mox vel rotis attriti, vel gladiis decollati mortis gremio ſociantur. Quorum numerus in Baronibus viginti uno in militibus centeſimo deſcribitur. Sed vulgus ignobile numero non artatur.

Eodem anno Dominus *Ludovicus* Comes de Nivers juſſu patris, videlicet Comitis Flandriæ, ut ſupra, captus per eundem deliberatur, & eodem anno in Francia moritur. Eodem anno relatione Archidiaconi Trajectenſis cuidam magni generis & fratri minorum ordinis pravitas hæretica objicitur. Cujus labe cunctis quaſi provinciæ terminis infamatur. Ad quem unus inquiſitor frater videlicet ordinis Prædicatorum dirigitur, à

quo

quo forma juris servata convincitur, & Curiæ præsentatur. Quo similiter in præsentia Cardinalium arguitur, & probatis contra ipsum denuo articulis condempnatur. Qui, ut moris est, potestatibus secularibus traditur, ut ipsis animadversione debita puniatur. Cui incendium adscribitur. Ad cujus locum ducitur, stipitique appositus flammis jungitur, sed earum medio quasi rore salvifico temperatoque balneo subportatur. Super quo inquisitor non modicum confunditur, qui reliquis astantibus stupendumque videntibus ammiratur. Præfatus itaque hæreticus stipite tollitur, carceri traditur, donec transacta nocte dies crastina præsentatur. Qua lucescente nec non hora dictis congrua veniente idem inquisitor vehementi instantia summaque diligentia dictum postulat ut prius pœnis dirigi, & flammarum incendiis alligari **, qui ut pridem palo jungitur, igni imponitur, sed nec pilis nec vestibus flammæ voracitas operatur. Unde stipiti subtractus, illæsus, & intractus ergastulo sociatur. Super quo dictus inquisitor cum ceteris verum multo præ ceteris tangitur, & suspiranti studio quid res acta velit innuere percunctatur. Hic itaque vir peritissimus talique negotio sagacissimus, sciens istum veraciter hæreticum, incendiique pœnis dignissimum, cogitat ista non posse fieri nisi arte dæmonum nutu Dei. Quapropter die tertia juventuis delicta repetens, & puram confessionem faciens altari jungitur, missa perficitur, quædam substantia pixidi imposita ejus gremio deportatur. Interea ad instantiam inquisitoris dictus hæreticus carcere promitur, igni attrahitur, & stipiti jam tertio combinatur, qui ut prius flammis non tangitur, cute non læditur, nec quavis sui parte corporis infestatur. Cujus ammiratione nec non stupenda ratione inquisitor præ ceteris dejicitur, qui prolata pixide veri numinis invocatione tali sono carminis elevatur: *O Deus piissime, o Christe clementissime, cujus corpus sanctissimum præsenti vasculo deferimus, fide integra cordis hospitio deportamus, pande tuam quæso pietatem, nostræque fidei veritatem, ut cur iste despectissimus, omni Catholico inimicus, igne non roditur, ostendatur. Nam si sua hæresi contra fidem prævaluerit, nec ipsum flammarum vorago involverit, necesse est orthodoxæ cultores deficere, Petrique naviculam, id est, sanctam matrem ecclesiam, despectorum fluctibus vacillare.* Qua oratione suspiriis prolata lacrimisque finita, sicut fraxinus pice madida, pinusque sudans resina, iste maledictus,

** Deest forte *debeat.*

tus, uritur, & stipularum more leviori incendio devoratur. Cujus hora vox caliginoso aere percipitur, quæ utique dæmonibus traditur: *Majoris nostri præsentia te amplius non possumus defendere, nec tui custodia prævalere.*

Eodem anno ix. Kal. Julii aggere suprascripto vulnus antiquum ruptis cicatricibus dissolvitur, & majori quam pridem impetu aqua Rheni fluminis terræ superficies obumbratur. Cujus horrore non solum Trajectensium confinio luctus perpenditur, verum etiam quibusdam terminis Hollandiæ tædium triplicatur, nam fatum destruitur, pecus arvo pellitur, & pro struendis aggeribus in *Suadeburghedam* & alibi expensæ laboribus effunduntur, nec dicere sufficit, quanto timore, quantoque periculo tota Northollandia infestatur. Nec mirum: quum si aqua prout potuit advehitur, & novis aggeribus non retunditur, omnis spes victualium tam jumentorum quam hominum deportatur, & sic permissione divina Hollandiæ terminis, ut nunc, caristia annonæ, nec non aquarum inundatione, duplici velut contritione impetitur, ut si forte quis pascuis pinguibus residens prima non læditur, saltem secunda destructis seminibus optatisque graminibus impugnetur. Nota insuper, quod quidam clericus ad majorum præsentiam evocatus super vaticinio dictæ fractionis impetitur, nec non ut incorrigibilis infestatur, qui ipsorum constitutus præsentia, modicum curans de potentia, constanter asseruit se dixisse, nec non ad præsens dicere, aggerem die assignato debere destrui, nec illius destructionem per mortalis consilium impediri. Quum igitur præfati potentes dictum non viderent deficere, sed in suæ assertionis proposito immobiliter permanere, minis, quibus inceperant, postpositis, blandisque appositis, vultus remittitur, causaque petitur, quæ per Deum taliter explicatur. *Sunt utique tres maligni spiritus sive dæmones dictis ageribus insidentes, quorum binis Dei permissione agger impellitur, per unum vero ne subruat impeditur. Cum ergo major auctoritas minori præponitur, & minor majoribus dejicitur, quod duobus trahitur, invito tertio procuratur.* Cujus assertio rei eventu ostenditur, nam die per eundem prædicto aquis Rheni fluminis fundus præscripti aggeris inclinatur. Fuit autem tanta præsens inundatio, quod vina eodem navigio, quo versus Trajectum à terminis Coloniæ ducuntur, Trajectensium cellariis reponuntur. Quibus exhaustis naves lagena vacua rivulis infe-

inferuntur, quod etiam cujusdam fratris nostri testimonio perpenditur, qui præfato loco infra cellarii habitacula de dolio ad dolium navigio trahitur, ut vini sapore ejusque specie imbuatur. Eodem anno fructuum maturatio in tantum tardaverat, ut cerasorum species, quæ humano generi in Baptistæ nativitate haberi consueverat, in festo Laurentii majori copia præsentetur. Cujus simile de reliquis fructibus secundum tempora perhibetur.

(1) Eodem anno Augusti Kal. XIII. *Fredericus* Trajectensis Episcopus sedi minus utilis de medio tollitur. Cujus Capitulum electionem faciens variatur. Majori enim & saniori parte Dominus *Jacobus* de *Otsborne* Decanus ecclesiæ majoris eligitur, minori vero Zudensis Episcopus, qui & ipse *Jacobus*, postulatur. Quo deficiente & reliquo prævalente, *Willelmus* Comes Hollandiæ, qui intererat, & Zudensis partem pro posse suo faverat, in majorem Præpositum iræ vehementia accenditur. Cujus causa ejusdem Præpositi habitaculum incenditur, & in ecclesiæ præjudicium per ministeriales proprios devastatur. Eodem anno *Jacobus* de *Otsborne* supra in Trajectensem Episcopum electus, & confirmatus, sed minime consecratus XII. Kal.

(1) Nec cordatus, nec strenuus. Si Comitis Hollandiæ non adesset auctoritas, ausus vix quicquam, quod alicujus momenti. Unde & vivo videntique custodes appositi, ut nec ipse id diffitetur in charta Harlemi data Ann. 1326. Ejusdem charta Ann. 1321. *Nos Fredericus Dei gratia tenore præsentium publice profitemur, quod cum spectabilis vir consanguineus noster dilectus Wilhelmus Comes Haynoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ, ac Dominus Frisiæ, nostris in hoc petitionibus annuens prudentem virum & legalem Dnm Gerardum de Raephorst militem ipsius Dni Comitis ad nostrum consiliarium nobis specialiter adjunxerit pro consilio & auxilio vice ejusdem Dni Comitis nobis per eundem militem impendendis in his, quæ nobis & terræ nostræ ad præsens incumbunt, & contingunt, vel incumbent tempore succedente, nos eundem militem sic assumpsimus, quod eidem ad castra & munitiones nostras pro nostris agendis negotiis liber patebit ingressus & egressus, & quodcunque idem D. Gerardus una cum aliis nostris consiliariis super dispositione Officiatorum, theloneariorum, ac cotidianæ nostræ familiæ, ac aliis incumbentibus, habito super hoc nobiscum tractatu decreverit consulendum, illud ratum habere promittimus, & mediante dicti Dni Comitis auxilio perducere ad effectum, fraude & dolo penitus profligatis. Harum testimonio literarum sigilli nostri robore munitarum. Datum anno Domini* CIↃ. CCC. *vicesimo primo in vigilia beatorum Jacobi & Philippi Apostolorum.*

Digitized by Google

XII. Kal. Octobris beati Mathei videlicet vigilia hujus mundi spatio tollitur. Cujus sede vir prudens & nobilis *Johannes* nomine, Domini de *Broncborst* frater legitimus, & Sancti Salvatoris Præpositus sublimatur.

Eodem anno multis impraegnata temporibus, variisque protelata rancoribus partum student exuere, & maledictioni proxima generare. Mundi enim majores vero Regi ad oculum servientes, & juris ordine pro justitia contra inimicos ecclesiæ eodem spiritu procedentes, Reges videlicet post nobilissimi Imperatoris mortem Regnum Alemanniæ sub discordia occupantes, & hactenus, quis ipsorum prævalere poterat, dimicantes, ut nunc convocatis amicorum suffragiis quasi finali bello satagunt discutere, ad quem solum per victoriam deberet ejusdem Regni dominium pertinere. Tempus itaque mense Octobri præfigitur, locus *Argentinæ* vicinus deligitur, ad quem, prout condictum fuerat, convenitur. Interea Boemiæ Rex *Johannes* filius quondam *Henrici* Imperatoris Lucemburgensis veniens partibus *Ludovico* Bavariæ multis nobilibus affuit. In quorum etiam suffragium præfati Domina Boemiæ scilicet Regina magnam militiam convenientissime destinavit. Quo Rex Boemiæ majoris quasi potentiæ exercitum studet disponere, quod *Ludovici* societas non valuit aliquatenus sustinere. Unde fere inter ipsos briga oritur, quæ tamen prudentum studio subtiliter declinatur. Cum igitur sopita discordia ad locum certaminis concorditer tenderent, & hostem suum Ducem videlicet *Austriæ* invaderent, (1) Dux ipse licet paganorum nec non Ungarorum adjutorio majori habundaret populo, more tamen timentium montibus & rivulo includitur, veraque semita curribus, ceteris quoque offendiculis, præpeditur. Quod dum audacissimo Boemorum Rege eodem bello vulnerato percipitur, nova semita montium cacumine sternitur. Quo laborio-

(1) Guilielm. de Nangis ad Ann. 1123. apud d'Achery *to.* II. *Spicil. Dux vero Austriæ conduxerat secum maximam multitudinem Sarracenorum & Barbarorum, quos in prima fronte belli posuit, Duce eorum fratre suo Henrico. Contra quos ex parte Bavari Rex Boëmiæ primum bellum habuit; post diuturnum vero conflictum Sarracenis & Barbaris interfectis, capto Henrico fratre Ducis Austriæ cum multis aliis, cessit Regi Boëmiæ victoria gloriosa &c.*

riosissimo nec non periculosissimo itinere contra Ducem invehitur, qui etiam à facie per *Ludowicum* Bawariæ totis viribus infestatur. Duce vero Ungarorum sagittariis habundante, & illo magis adversarios impugnante sagittis quasi omne Regum pecus occiditur. Quibus tamen post longa certamina victoribus Dux ipse multis suorum nobilibus nec non fratre proprio captivatur. Rex quoque quidam gentilium, qui Ducis parti aderat, turba innumerabili tam suorum, quam Ungarorum, mortis gremio sociatur. Præterea Dux in præsentia Regis Boemiæ armis exuitur, nec vestis propria, qua se reinducat haberetur, Rex nobilissimus meliora sibi indumenta jubet porrigi, & Duci ut induat præsentari. Ad quem Dux: *Non decet captum & humilem ornamentis refici, sed ejus pudibunda tali habitu occultari. Absit me captum varium induere, aut ornamenta regalia postulare.* Dux insuper *Ludovico* Bawariæ nimium confusus, & mortis timore plurimum disturbatus regalem vultum piissimi *Johannis* studet inspicere, & ejus suffragium contra *Ludovici* impetum postulare. Cui Rex: *vestræ perditionis concilio interesse non quærimus, quod utique si per alios factum percipimus, omnium nostrorum conamine resistemus.* Sic itaque discordia pro divite Alemannorum Regno multis temporibus habita ad præsens remittitur, in quo solus Bawariæ *Ludovicus* miles videlicet decentissimus Christi misericordia sublimatur.

(1) *Præfata lite loquimur pluralia rite,*
Qua poterant cerni Reges virtute quaterni,

Quo-

(1) Aliud Stero Altahensis, quo res clarius illustratur, habet carmen hujusmodi ad Ann. 1322.

Annis ter denis, minus octo, mille trecentis
Actis Ludvicus vincit, capitur Fredericus,
Ante diem festum Michaelis quod scio gestum
Anno milleno ter c. *bis* x. *que secundo,*
Quando Wenezlai clerus canit ac Adonai
Tunc Rex Ludvicus conflixit cum Frederico,
Quem captivavit, Australes & superavit,
Atque Ducem dictum grandi certamine victum
In Trusnit duxit, ubi longo tempore luxit.
Sed locus hæc acta prope quem sunt omnia facta
Muldorf est dictus, ubi flumen circuit Enus.

Digitized by Google

Quorum gentilis fuit unus, quem quasi vilis
Advocat Australis Dux, iste magis specialis
Est interfectis Ducis ordine, das bona rectis
Atque piis Domine, qui summa colis fine fine.

Eodem anno thesaurus ecce, fons videlicet gratiæ sanctorum martyrum scaturiens ubertate à Domino Papa recluditur, quo per mundi climata plebs fidelium variis donorum rivulis irrigatur. Statuto enim per ecclesias trunco dantibus elemosinam salus promittitur, quorum tenore scripta Papalia multis indulgentiarum remediis impraegnantur. Cujus petitionis causam vel verius extorsionis occasionem duxi pandere, & breviori quo possum ordine propalare. Noveritis itaque, ut supra cernitur, *Henricum* bonæ memoriæ Imperatorem à *Roberto* Cyciliæ sibique adhærentibus infestationes varias usque ad mortis tempora pertulisse. Quo quidem sublato pars sua, Ghibelinus videlicet electis sibi Capitaneis nexili fœdere contrahitur, quo contra *Robertum* bellis variis palma victoriæ decoratur. Unde *Robertus* videns suos deficere, & adversarios Teuthonicorum audacia, qui ipsis aderant, prævalere, consilio proponit extendere, quod viribus aut gladio non poterat optinere. Ipse itaque Domino Papæ sibi specialissimo jungitur, cujus instantia quod Gibelino agitur, populo attrahitur, & totum in ecclesiæ præjudicium fieri prædicatur. Unde Ghibelinus mandatis & monitis Papalibus impellitur, qui tamen hactenus precibus & dissimulatione subtrahitur, sed ut nunc excedente materia excommunicationis & dampnationis sententia provocatur. Sed præfato cum suis excommunicationis sententiam modicum curantibus, & sua Imperiali auctoritate defendentibus Dominus Papa nititur procedere, & verbum gladio confirmare. Unde præfatum casum scriptis suis per totum orbem fidelibus annuntiat, horum petens auxilium, cum proprium deficiat, cunctis illo venientibus & contra Ghibelinum in persona propria per annum bellantibus, vel bellantes suo munere sustentantibus, easdem promittens indulgentias, quæ ad terram sanctam tendentibus conferuntur, quas etiam indulgentias juxta devotionis affectum & subsidii quantitatem per truncum pauperes consequuntur. Hac itaque occasione audeo dicere, non Christi, sed *Roberti* gratia truncus in ecclesia statuitur, ipsique indul-

indulgentia per biennium conſtruitur, ut fidelium elemoſinis ad manus *Roberti* de trunco venientibus, & multiplicatis per ipſum ſtipendio pugnatoribus pars ſua Ghelfus videlicet tollatur, Ghibelinus omni jure melior deſtruatur. Ecce caſum mirabilem omni quaſi juſtitia diſſidentem. Quid eſt enim fidelium elemoſinis credentes deſtruere, & in crucis cultores crucis ignominam vindicare, quorum ſuperficies errore & impietate cernitur habundare. Unde

Huic ſua dans trunco Sathanæ detur precor unco.

Abſit, debemus enim credere Domino Papæ in omnibus adeſſe juſtitiam, ſicut eidem in ligando atque ſolvendo ineſſe credimus poteſtatem, ſperantes, ut cum ab ejus majeſtate ſententia funditur, quod eadem omni maturitate pietatis & ſanctitatis ſtudio reguletur. Debent igitur ad Papæ inſtantiam præſenti trunco fidelium dona tribui. Videat ipſe, quibus uſibus poſt collecta permiſerit erogari. Non enim decet Papale judicium credentibus contumaciter diſcuti, ſed illud velut æquiſſimum à cunctis humiliter venerari. Nam ſicut ſcrutator majeſtatis à gloria opprimitur, ſic & Papalis poteſtatis detractor per ſecula confunditur. Unde

Non veniant unco Sathanæ dantes ſua trunco,

Amen. Eodem anno Regnum Armeniæ viribus paganorum impetitur, & totum eorum poteſtati ſubditum tribus tamen exceptis civitatibus devaſtatur.

Anno Domini cIↃ. ccc. xxiii. hyems fortiſſima, ventis & nivibus varia, indefeſſo gelu protenditur, & inter fratres Apoſtolos continua quaſi glacie commendatur:

Non habet Agnetis feſto nix ulla quietis,
Turbine ventorum delirat iter populorum.
Frigus Paulinum nimis hic vexat peregrinum,
Majus enim Phœbus dare vix valet octo diebus,
Vix ait hic teſtis tibi virgo Scolaſtica feſtis,
Quis furor horreſcit, quibus æquivalens homo neſcit.

Tranſ-

Digitized by Google

Transactis sociae data jungas namque Mathiae
Festa quasi more simili tenduntve furore.

Eodem anno nobilibus pro virium suarum ostensione laborantibus, & in crastino Agathae apud *Compendium* Franciae causa tyrocinii concurrentibus, ecce Regis Armeniae solempnes nuncii affuerunt, qui sui Domini lamentationes, & ejus Regni per paganos depopulationes verbis & scriptis lacrimabiliter ostenderunt. Cujus praecipue causa tyrocinii stultitia obmittitur, cunctis studentibus quo consilio vel ordine praefati Regis patriae succurratur. Habita itaque hujus negotii collatione varia praedictis Nuntiis in Domini sui auxilium & in ejus terrae defensionem solum decem millia hominum petuntur, qui ipsis à quatuor Principibus Rege videlicet Boemiae, Franciae, Duce Brabantiae, & *Willelmo* Comite Hollandiae promittuntur. Et nota quod Franciae *Karolus* pro fidelium subsidio requisitus habito consilio breviter respondebat, quod in Regno novitius, & pro bello necessariis immunitus nummos aut alia pro majori transitu congrua non habebat. Insuper quodam venerabili Parisius studente & praefatos Nuntios cum ministris Papalibus intuente nobis transcribitur, quod praesentibus annotatur. Scripserat itaque Dominus Papa Regi Franciae & Principibus pro subsidio Christianitatis, adjiciens inter cetera, qualiter Rex Morrocorum Hispaniam & terram sibi convicinam cum decem & octo millibus militum horribiliter invaserat, & omnes illius patriae populos confundebat. Quod cum à quodam ibidem Episcopo percipitur, studiose sagacique ingenio discutitur, quod licet terram bonaque desereret, manus tamen inimicorum evadere non posset. Unde idem Episcopus fecit quod potuit, & circa trecentos milites congregavit, qui se sponte cum praefato pro Christi nomine obtulerunt martyrio, auxilio Sancti Jacobi ejusdem scilicet terrae patroni devotissime invocato. Bello itaque ingruente, & Sancto Jacobo visibiliter apparente dictus paganorum Rex cum XVII. millibus militum occiditur, Episcopus vero cum suis quasi omnibus sanus & incolumis observatur. Est etiam rumor & mentio, & cunctorum fidelium optio, quod ejusdem Regis germanus hujus causa miraculi fidem suscipiet Jesu Christi. Ut autem supradicti tumultus praefatio, Regisque praescripti, qui Christianus fuerat, apostatio attendatur, sequentis tenor carminis audiatur. Noveritis itaque Morrocorum Regis patriam

Regno Hiſpaniæ convicinam, eundemque Marrocorum Regem ſubditum Regi Hiſpaniæ, ejuſque tributarium extitiſſe. Cujus tributi penſio pro ſubjectionis titulo tribus pilis quolibet anno ſolvitur, qui mento Regis barba videlicet ſuſtolluntur. Rex autem Hiſpaniæ quibuſdam temporibus inimicorum impetu provocatus bellis utique multis deficeret, ſi Morrocorum Regis probitàs fato Hiſpaniæ in ſuis neceſſitatibus non aſtaret. Quapropter recitata pilorum penſio XVIII. annis non petitur, & quaſi neglecta ſeu indulta mentione qualibet elongatur. Interea ſæpedicto Hiſpaniæ contra inimicos prævalente, & aliquorum ſuffragio tranquillitatis tempora non curante dictus Marrocorum ſuper tributo æmulorum informatione rèquiritur, hujuſque cauſa ad Hiſpaniæ Regis præſentiam evocatur. Cujus orationis obſecratio diverſique ſervitii propoſitio aſtantium invidia non admittitur. Unde ſibi pro reſtantiis major quaſi barbæ cæſaries depilatur. Hac itaque confuſione dictus Morrocorum Rex ſupraſcripto Hiſpaniæ opponitur, paganis jungitur, quorum placentia veræ norma fidei denegatur; & quia ſemper ſpecies multiplicatione individui ſunt gaudentes, turba gentilium hujus quodammodo apoſtatatione reficitur, & ejus mandato armis & gladio præparatur, quorum impetu plebs fidelium dictorum confiniis commorantium hactenus confunditur, quæ ut nunc Chriſti miſericordia Sanctique Jacobi, ut dictum eſt, præſentia liberatur.

Eodem anno *Johannes* Papa ſcripturarum auctoritate beatiſſimus Præſul, & Pontifex totius Chriſtianitatis deviare quam plurimum cernitur, dum Chriſtianis magis offenditur, quam paganis. Ipſe enim Regis Armeniæ lamentationi, ejuſdemque per gentiles depopulationi modicum curat aſſiſtere, in quo tamen poſſet inimicorum Chriſti ſuperbiam declinare, ſed quorundam informatione licet non veræ fidei ordinatione mentis ſtudio vertitur, & armis invidiæ patriæ credentium ſociatur, aciemque gladii, quam inimicis debebat oſtendere, propriis ſtudet filiis applicare. Unde & ſibi eadem mens quam & pagano eſſe oſtenditur, dum per utrumque populus fidelium infeſtatur. Nam ſicut Regnum Hiſpaniæ per gentiles confunditur, ſic & quodammodo per Papam terra Lombardiæ, quibuſdam incolis Ghibelinis videlicet condempnatis. Sed eiſdem Ghibelinis verbis Apoſtolicis, id eſt, ſententia excommunicationis

tionis modicum curantibus, & sua Imperiali auctoritate defendentibus, Dominus Papa datur procedere, & verbum gladio confirmare. Unde cujusdam Cardinalis prælatione triginta millia bellatorum procurare traditur, quibus ut nunc Ghibelini societas infestatur. Sed sicut supra Morrocorum exercitus Sancti Jacobi miraculo confunditur, sic & ad præsens summi turba Pontificis divinæ pietatis auxilio declinatur; nam turbis bello concurrentibus, & Ghibelinis Teuthonicorum audacia prævalentibus, præfati Cardinalis potentia ter dena videlicet servans millia tota quasi dispergitur, & mortis imperio subjugatur. Sæpe dictus vero Cardinalis ductor scilicet exercitus capitur, qui per tempora multorum testimonio Ghibelinorum vinculis detinetur. Sic itaque Dominus Papa contra fideles deficiens tot minus juste suorum perdit millia, quorum parte tertia contra gentiles poterat proficere, & crucis ignominiam vindicare.

Eodem anno Euangelii auctoritas, qua malus male perditur, & mensuranti eadem mensura tribuitur traditione fratris *Bernardi*, traditoris videlicet pessimi, commendatur. Iste *Bernardus*, quo quondam Imperator dulcissimus veneni tabe infectus legitur, hora præsentium captus occiditur, quibus vel qualiter audiatur. Noveritis itaque fratrem *Bernardum* post suæ maledictionis potionem urbem sibi magis placabilem eligere, in qua proposuit vitæ terminum delectatione qualibet exspectare. Hac autem civitate tres Burgenses rebus & potentia majores eligantur, qui dicti fratris provisioni & custodiæ deputantur, & hac forma, ut quicquid *Bernardus* pro suo corpore peteret, vellet, aut præciperet, hoc dictorum quilibet omni mentis conamine procuraret. Interea præfato traditore delectationibus pullulante, & omni carnis dulcedine se regente, quidam Ghibelinorum Principes pietatem nobilissimi Cæsaris recolentes, ejusque interitu suspiriis habundantes, nequissimi traditoris rumores student inquirere, hujusque stipendio laborare. Percipientes igitur ejus, ut dictum est, in quadam urbe residentiam, per tresque ipsius specialiter custodiam, varia donorum largitione nituntur proficere, & dictos tres ad proditionem pessimi subornare, quod factum per singula cernitur, si tenor sequentium attendatur. Proditionis itaque tempus præfigitur,

figitur, locus eligitur, ad quem deductionis causa dictus traditor extra villam custodibus deducetur, quo tempore Ghibelinorum fidelitas turbis armatorum variis in suburbio latitare traditur, quibus maledictus exiens capitur, & majorum ** præsentia summa deductionis lætitia præsentatur. Quorum intuitu & allocutione multum confunditur, sed præcipue mortis confinio disturbatur. Interea Ovidii regula, qua fallentes fallere præcipitur, dictis Principibus proceditur, dum traditori vita promittitur, si maledictionis causam & occasionem velit pandere, & nequissimi processus ordinem explicare. Dicunt itaque Principes Imperatori mortuo fidelitatis studio adhærentes: *Frater Bernarde, non turbetur cor vestrum, neque formidet, quum vestræ mortis infestatio à nobis non quæritur, sed solum, ut tenor & species, quibus Imperator periit, ostendatur.* Quo audito dictus traditor præsentia diversorum mirabilia, nec non ordine proprio horribilia studet promere, & dictorum singula tam scripturarum quam sigillorum testimoniis affirmare, addens inter cetera, qualiter fratres sui ordinis favore summi Pontificis, nec non *Roberti* Siciliæ piissimum Imperatorem quærebant perdere, ipsumque renitentem ad hoc diebus plurimis septem prudentioribus informare, qui tandem munerum datione donorumque promissione flectitur, quorum numerus non habetur. Fuit autem tam multiplex tamque varia per Prædicatorum claustra aureorum ad usum traditoris collectio, & singulorum promittentium per sigilla promissio, quod ille, per quem sub numero ponitur, mendax cunctis auditoribus diceretur. Et nota, si mendicantes & ad oculum indigentes tot & tanta possunt tribuere, quantis crumena divitum poterit redundare. Hic autem traditor dictorum singula non solum verbis nititur pandere, sed etiam scripturarum testimoniis & sigillorum ostensionibus propalare. Qui post omnia pelle rasoriis exuitur, & morte turpissima condempnatur.

** Leg. præsentia.

Quæ tibi Bernarde modo gloria? quis tibi fructus?
Gestis quis luctus est orbi? mens pia tarde
Christum pulsabit bene, pro talive rogabit.
Aut hunc confundi Juda veniat prece mundi,

Cujus

Cujus mactatur per eum caput, unde creatur.
Dulcoris vena datur heu gestare venena,
Horum latores moveant tibi Christe furores.

Et nota quod in præcedenti, ubi de Cæsaris morte agitur, ejus interitus quatuor Principibus applicatur, hic autem non ipsis sed fratribus. Quorum utrumque si rite perpenditur veritatis ordine commendatur. Quandoque enim non solum propinquo agente res fieri dicitur, sed etiam per illum licet remotum, cujus mandato vel spiritu procuratur. Nam sicut prudente scribitur, causa causæ & causa causati eadem essentia diriguntur. Cum itaque *Bernardus* dictis supra Principibus ad maledicta prece vel pretio trahatur, vel ipse instinctu diaboli fermento cordis proprii ob promerendam dictorum Principum amicitiam ad iniqua ducatur, non solum ipso piissimus Cæsar occiditur, sed etiam illis, quorum favore, jussu, vel munere mors dictatur. Sic igitur ut supra Cæsar potentissimus Principum consilio proditur, qui & hic *Bernardi* complicibus veneni flumine suffocatur. Et quum scripturarum testimonio agentes ipsisque consentientes pœna simili sunt plectendi, hujus auctores singulos quamvis etiam remotos cum traditore proximo precor affici, & carnis ordine declinari, Amen.

Eodem anno pater venerabilis, omnique dignitate præclarus *Johannes* scilicet Trajectensis Electus à quodam Brabantino, etiam *Johanne*, Domini de *Diest* videlicet fratre, impetitur, & ut sibi cedat scriptis Papalibus infestatur. Cujus seriem à principio breviori quam possum studio præsentibus annotabo. Noveritis itaque, ut supra, quod *Frederico* Trajectensi mortuo, & *Jacobo* de *Otsborne* post Domini *Zudensis* cassationem sollempniter sublimato, quod idem Dominus *Zudensis* Trajectensem sedem larga manu ambiens, sed spei anchoram à Capitulo trahens diversorum, ut dicitur, studia concipit, & finaliter illam, quæ sequitur, viam quærit. Hic itaque videns *Jacobum* de *Otsborne* corpore debilem, & infirmitatibus afflictum, missis versus Curiam nuntiis, quodam ibidem sibi speciali procurat, & scienter impetrat primam Trajectensis sedis vacaturæ collationem ejusdem Capitulo subtrahi, & Cameræ summi Pontificis reservari, sperans videlicet hac via proficere, &

 eandem

eandem sedem Apostolici collatione quorundam suffragio procurare. Interea *Jacobo* de *Otsborne* breviter inclinato, & omni juris ordine per Sancti Martini Capitulum observato *Johannes* de *Brongborst* inscius & absens eligitur, qui veniens confirmatur. Quo tempore Dominus *Zudensis* carnem brachium suum ponens, & magis in *Willelmum* Comitem quam in Deum fiduciam habens versus Hannoniam nititur tendere, & ibidem *Willelmo* Comiti adventus sui negotia denudare, à quo breviter confunditur, dum præventus ab alio declaratur. *Willelmus* enim Comes pro suprascripto Brabantino, Cameracensi videlicet Præposito, jam preces suas *Roberto* Siciliæ direxerat, qui eas suis additis Apostolico præsentabat. Quo audito Dominus *Zudensis* terrena ambiens, fugitiva sequens, benedictionem hereditare cupiens, contristatus minor redire cernitur quam exire. Hic itaque Præpositus Trajectensis sedis collationem à Domino Papa consequitur, qui tamen à procuratore Trajectensis Electi apud Curiam diebus plurimis infestatur. Sed eodem Brabantino Principum afflatu, scilicet Brabantiæ, Hollandiæ, & Gelriæ, qui omnes in † alium conspiraverant, prævalente, & ipso ut nunc instrumentis Papalibus comparente, *Johannes* de *Brongborst* se cernens gravari, & contra juris ordinem infestari, ipse facto appellans prima Martii ebdomada in propria persona versus Curiam dirigitur, per quam adversarius, ut sibi illo compareat, evocatur.

† Illum Vid. Beka *h.*

Eodem anno diversorum studens carmine dignum duxi tangere, qualiter quidam sanguine nobilis, morum vero tramite bestialis, *Zuederi* videlicet de *Montforde* filius, contra quartum decalogi præceptum proprios parentes persequitur, horumque naufragio gratulatur. Raptor enim iste juvenis Domini de *Tselstein* filiæ sociatus soceri adjutorio nititur procedere, & noctis conticinio muros patris scalis appositis vi intrare, dormientesque vetulos infestatione qualibet excitare.

Pro sibi congestis mihi prætacto furor est is,
Vexatur plenus, qui pace maneret egenus.
Est miser ergo nimis, quem nummis subtraho primis,
Cum sibi præsenti fore nescit pax ve sequenti.

(1) Hujus

Hujus itaque carminis deteſtatione proceſſus Domicelli Gelriæ exceditur. Nam ibi ſolus (1) pater, hic vero uterque parens captivorum vinculis in domo propria detinetur, quorum utrique, quod hac hora patribus agitur, pati ſuo tempore filiis concedatur, ut per hoc Evangelica veritas commendari poterit, qua legitur, quod menſuranti eadem menſura, qua dederit, tribuetur. Notandum ſecundum prudentem, quod ſicut caro cibis & potu paſcitur, ita & anima piis actibus devotisque orationibus impinguatur. Si vero corpus in animæ præjudicium ejuſque deſpectionem turſis inſeritur, vaniſque cogitationibus inficitur, illud vel in præſenti Chriſti miſericordia, pœnitentiæ medicina & confuſione quadam detergitur, vel perhorrendo judicio dampnationi perpetuæ reſervatur.

Cur data ſint iſta ſciri peto mente venuſta.

Notandum itaque quod eodem anno in Paſchali ebdomada quibuſdam noſtris monachis cauſa hoſpitum tripudiis & coreis intenditur, quod divinæ pietatis judicio apertiſſime vindicatur. Eadem enim ebdomada inter quoſdam monachos & quendam laicum ab eis verberatum diſſenſio magna oritur, cujus utique cauſa tota quaſi patria duro noſtrorum ſcandalo commovetur.

Eodem anno *Johanne* de *Brongborſt* Trajectenſi videlicet Electo apud Curiam exiſtente, & ſui juris diſcuſſionem Papali judicio præſtolante *Johannes* de *Dieſt* adverſarii reditum nolens attendere, auctoritate populariun nititur procedere, & præcepto *Willelmi* Comitis licet abſentis maximam tam Hollandiæ quam Brabantiæ multitudinem congregare, quorum ſocietas apud caſtrum *Yſelſtein* ſexta quadam feria colligitur, ut ab inde proxima dominica ſingulorum ordinatione verſus Trajectenſium moenia procedatur. O Trajectenſium univerſitas, quæ *Johannis*

(1) Reynoldus Comes Gelriæ, quem filius ejuſdem nominis non ſatis juſto prætextu, quod ſcilicet mentis non eſſet compos, in vinculis habuit annos octo; vita tandem conceſſit anno CIↃ. CCC. XXVI. Filius primus Dux Gelriæ. Ducem fecit ad inſtantiam Regis Angliæ Ludovicus Bavarus Imperator. Jo. à Leidis *lib.* 27. *hiſt. cap.* 22.

nis de *Brongborst* creationem summo desiderio collaudabas, cuique tam clero quam populo fideli assertione promisisti assistere, & suggestione qualibet subvenire! Ne quæso, qui ut nunc tuis oculis, subtrahitur, cordis tui lumine subtrahatur, sed consuetæ fidelitatis officio studeas præsenti portas claudere, & absenti dum sors poposcerit aperire. Quod utique fieret, si præsenti spiritus *Willelmi* Comitis non adesset. Cujus auctoritate, sicut dicitur, tali porta magis panditur quam populi. Sunt enim ibidem majores, divinorum testimonia invocantes, qui mallent canonis sententiam summique Pontificis offensionem incurrere, quam absente neglecto præsentem suscipere, si *Willelmus* Comes se subtraheret, & partem alterius non foveret. Hujus itaque mandato apud *Yselstein*, sicut tactum est, populus colligitur, quo *Johannes* de *Diest* manu armata, turbaque prævalida, xv. Kal. Maji villæ Trajectensi præsentatur. Quorum turba quidam probus & nobilis impulsu equi in navem salientis submergitur, cujus morte tota quasi præsens collegio conturbatur. Venienti itaque *Johanni* de *Diest* armis depositis porta panditur, sedes Episcopalis ostenditur, in qua sollempnitate præcipua collocatur. Cujus largitate detractorum invidia læditur, dum ejus donis ac vestibus turba quasi melior insignitur. Et quum æterni numinis furore quandoque ignis aut aeris infestatione panditur, utrum affectus humani cupiditatis aut impietatis ordine dirigantur, dicti *Johannis* promotio ejusdemque per Trajectenses admissio sinistra suspicione tangitur, dum fata Trajectensis villula eadem post dicti receptionem ebdomada novis incendii tempestatibus inquinatur. Cujus horrore non solum laicorum domicilia, verum etiam quædam puellarum, albarum videlicet dominarum, habitacula devastantur.

1323. Eodem anno cicatricis auctoritas, quæ male sana in antiquum vulnus redire traditur, vera esse perpenditur, dum *Karolus* Rex Franciæ denuo contra partes Flandriæ provocatur. Ad cujus notitiam quod sequitur attendatur. (1) Noveritis itaque quod *Ludovicus* Domicellus *Flandriæ*, qui patre mortuo, &

(1) Guillelmus de Nangis apud d'Achery *to.* II. *Spicil. ad Ann.* 1322. *Ludovicus filius Ludovici Comitis Nivernensis nuper defuncti Parisius de Flandria veniens, quia sine consensu Regis homagia receperat, apud Luparam arrestatur, sed data cautione post modicum relaxatur &c.*

& patruo conditionaliter deficiente avo suo in Comitatu successerat, ut nunc sufficienti quasi conductu cum *Willelmo* Comite Hollandiæ Parisius properavit, ubi à *Karolo* Rege benigne satis recipitur, sed ultra, quam placuit detinetur. Quo tempore idem Rex parentum more ad dicti juvenis Comitatum aspirans, & eundem palliata captivitatis specie detinens scripta quædam formare nititur, & à Domicello sigillata per Episcopum Atrebatensem, & quosdam alios sollempnes Nuncios Flandrensi populo destinare. Quorum tenore fatus supra domicellus à Comitatus sui possessione absolutus cernitur, & *Karolus* Rex Franciæ institutus, qui ut nunc se solum & non alium à Flandriæ gentibus in Dominum & in excessivum inquisitorem petit & jubet suscipi, & jure Comitis recognosci. Ad cujus petitionem fato Flandriæ populo, qui præsenti casu non modicum læditur, tali tenore vel simili respondetur: *Prudentis auctoritate valde periculosum traditur, si sola navis anchora tempestatis turbine reservatur, quæ si pluribus ducitur, una licet defecerit, per alteram conservatur. Fatur insuper greges ovium diverso pastore gaudentium majori securitate dirigi, & à luporum insidiis defensari. Ea propter Flandriæ populus duorum protectione gaudens hactenus, Regis videlicet & Comitis, parentum more petit incedere, & dictorum altero non carere. Nam si solius dominio regi cœpit, & ille injurias inferre voluerit, cujus auxilium more appellantium invocabit? Quod si Flandria ad hæc Regi consentiret, juri suo potissimo hactenus obtento renunciasse videretur. Sufficiat itaque Regi Franciæ, qui pro mediato Flandris Domino agnoscitur, qui ipsis utique pro immediato tam majorum quam minorum studio usque ad effusionem sanguinis denegatur.* Heere ende Overheere.

Sit confortatum tibi Flandria cor, quia fatum
Deludens more, patrio remanebis honore.

Eodem anno supernorum altissimus, nec non æternitatis officio, singularis pietatis suæ gratiam in oculis omnium explicat, dum trunco humiliatum, quodammodo stipite, qui inferitur, recommendat, id est, (1) dum nobilissimam orbis creaturam, Hen-

(1) Idem Guillelmus de Nangis ad Ann. 1322. *Hoc eodem anno Rex uxore carens, ne tam nobile Regnum successione careret, accepit Mariam filiam Henrici quondam Imperatoris, & quondam de Comitis* Lu-

Henrici videlicet Imperatoris filiam, quæ in patris dejectione multum defecerat, per exaltationem conjugis refocillat. Hic est Franciæ *Karolus* Regno suo formositate præcipuus, qui ut nunc pro suæ conjugis coronatione, prænotati scilicet Imperatoris filiæ, tam suorum quam vicinorum majores studet allicere, & Parisius demandare. Cujus solempnitati *Willelmus* Comes sibique socia non deficiunt, sed illi in die Pentecostes multis tam Hollandiæ quam Hannoniæ nobilibus affuerunt,

Carnis habens grata, nec non pietatis amata,
Cæsare prolata, Karolo Regi sociata,
Hic sublimata sit in omni parte beata.

Et nota quod præsens solempnitas mimorum studiis, variis quoque tripudiis, prout decebat, extenditur, quorum singula nichil vel modicum unius præsentatione fœminæ reputantur. Omnis namque jocus despicitur, ut sola mulier, quam *Zelandia* transmiserat, videatur. Erat enim tanti corporis, nec non tam miræ quantitatis, quod viri staturæ sufficientis ejus æstimatione seu præsentia pueri reputantur. Cujus similiter fortitudo perpenditur, dum manus quælibet Hamburgensi dolio non gravatur. Veridici quoque relatione didici, quod trabem quandam, cujus translatio octo viris defecerat, ad placitum transferebat. Hoc itaque propter miranda gestis asscribitur, quum nostro tempore mirabilius ignoratur. De cujus simili per Augustinum in de *Civitate Dei* xv. cap. 23. sic narratur. *Erat Romæ cum suo patre & matre quædam fœmina, quæ corpore * quodam giganteo longe ceteris præminebat. De † qua,* sicut & supradicta, *maximæ ammirationi fuerat, quod ambo parentes ejus non tam longi erant homines quam longissimos videre consuevimus.* Extitit similiter nostro tempore quidam *Nicolaus Minimis*, qui parentibus apud villam, quæ *Sparnewoude* dicitur, procreatus, cujus substantia comparationem non suscipit. Sub extento namque ipsius brachio eadem hora maximus

*In excusis est *quodammodo.*
† Editiones habent: *Et hoc maxime erat admirationi.*

Lucemburg, & sororem Regis Boëmiæ, virginem gratiosam in festo beati Matthæi Apostoli in primo castro Regio.

mus se divertit. Poterant etiam, si membrorum quæratur species, sub privato ipsius calceo majorum pedes quatuor latitare. Cujus mensuram nos scolares à dorso venientes frequenter suscipimus, quum ante oculos accedere multipliciter formidavimus. Isti si pro quantitate vires assisterent inimicorum acies solius utique præsentia formidarent.

(1) Eodem tempore miles quidam magni nominis, de *Insula*, videlicet *Jordanus*, Domini Clementis Papæ sororis filiæ conjugatus, causa duelli, quod Comite quodam contraxerat, & in Francorum Regis præsentia fieri decreverat, multum remotis partibus plus quam trecentis equorum phaleris Parisiorum opidum introibat. Cujus rota *Karoli* Regis consilio sic volvitur, quod despecto majori florenorum dolio Regi per ipsum exibito, & similiter vestibus, quibus indutus erat, Papalibus post pauca suæ captivitatis tempora latronum miseriis implicatur. Hujus autem causa traditur, quod quidam Franciæ Regis Nuntius ad ipsum specialiter destinatus, sed ab ipso modicum reputatus, hasta propria per anum intrante, & intestinorum substantiam disturbante confoditur, & mortis Imperio subjugatur. Perduntur etiam per eundem quidam Regis armigeri contra paganos in Christianorum subsidium destinati. Inter varias insuper istius iniquitates una describitur, quod uxore sui famuli in ejus præsentia abutitur, & quod per ipsum idem famulus tacens utique & dissimulans gladio perforatur. Cui ad præsens eadem mensura tribuitur, dum equis distrahitur, & aerem inficiens exaltatur. Ecce pendentem patibulo, cujus terror & offensio cunctos ipsius patriæ populos per x. dietas in circuitu invaserat, & quemlibet sibi adversarium pro voluntatis suæ libito confundebat. Dicant igitur sui cum Ovidio,

Omnia sunt hominum tenui pendentia filo.

Eodem tempore relatione nobilium suprascripta Francorum solempnitate venientium de quodam murilego à quibusdam monachis sub *Petri* nomine baptizato, & postea quodam scrinio una

(1) Plura habet de nequitia, & nefaria ipsius vita, Guillelmus de Nangis ad Ann. 1323.

una cum dominici corporis substantiis subterrato, quædam miranda & cunctis fidelibus abhorrenda percepimus, quæ gestorum Cronicis annotavimus. Notandum itaque, quod quidam pastores ad locum quadrivii, id est, quatuor viarum venientes, & ibidem sub terra clamorem cujusdam murilegi audientes ejusdem loci tellurem student evertere, qui vocem quandam de sublimi emissam, ne quicquam foderent, sed percepta Præposito innuerent, audiere. Voluit enim Dei filius, sicut olim mundo natus sic & modo tacto subterratus, pastorum præconiis apparere. Sed illis ammiratione stupescentibus, & moram in annuntiando facientibus, miles quidam causa venationis, nec non deductionis percipitur eisdem Francorum terminis tendere, & in dicto quadrivii loculo suum catulum miro & insolito pervestigationis studio laborare. Miratur dominus, miratur insuper & quilibet sibi famulus, quum nec rubum nec foveam sciunt perpendere, quibus possent venationum bestiæ latitare. Catulo itaque, quo murilegi odor sub terra percipitur, magis in sui naris sagacitate perdurante, & ejusdem domino cum famulo plurimum ammirante, ecce pastor quidam non longe abesse dinoscitur, qui fato milite signis & vocibus appellatur. Quo protinus accurente, & canis etiam studium intuente, miles ab ipso incipit quærere, si ipsis aliquam furoris catuli causam sciret per circuitum demonstrare. Pastor autem simplex & humilis dictum militem datur inspicere, & hæc vel similia vacillante animo respondere: *Reverende domine, perfecte non sentio, quid hoc loco esse poterit aut latere, sed quod die ut nunc septima percipio possum, si præcipitis, enarrare. Vidi utique talem Abbatem cum quibusdam monachis quadrivii loco fodere, & semper ibidem rem aliquam licet mihi incognitam subterrare.* Quo audito miles prædictus divina inspiratione ammonitus studet procedere, & missis quibusdam Nuntiis sibi patriæ præpositum advocare, qui adveniens, vocationis causa imbuitur, & sæpedicto quadrivii loco præsentatur. Quorum studio tellus evertitur, spelunca construitur, de qua tandem quoddam scriniolum subtrahi procuratur. Quo aperto niger quidam murilegus percipitur, cui nichil pro viatico nisi quiddam dominici corporis substantiæ projactatur. Erant etiam ibidem quidam, ut dicunt, bufones positi, & super easdem substantias dimisso capite suspensi, ut veneni maledictionem super easdem emitterent, & quamlibet illa-

illarum & per consequens murilegum toxicarent. Porro nobiles horum nefanda atque inaudita visa maledictione maximi timoris horrent incussione, vicinos sibi magis presbyteros advocantes, & illis substantiarum omnino illæsarum custodiam committentes, ipsi vero reliquarum maledictione reservata student proficere, & omni mora postposita sæpe dictum Abbatem cum monachis captivare. Qui omnes post hujus flagitii denudationem, & pessimi sortilegii confessionem cunctorum præsentia condempnantur, & incendiorum voragini deputantur. Extitit autem miserorum finalis intentio & propositum dicto murilego nona die post ejus subtractionem pellem subtrahere, & hujus particulis amicos singulos præmunire. Nam quicunque, illorum æstimatione, dicta pelle particulam quantumcunque modicam secum detulerit, omni litis examine coram quocunque judice prævalebit, capitis vero possessor in nullo posset deficere, quod etiam sibi deberet ad quæsita singula respondere. Hoc autem de monachis duxi scribere, optans ut se velint à talibus & à malis omnibus custodire.

Et quum jam pridem cum de Francorum festivitate egimus quædam breviter de *Willelmo* Comite Hollandiæ nostro videlicet Principe tetigimus, consequitur, ad ejus commendationem pauca scribere studeamus. Noveritis, quod in præsenti Comes Hannoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ, & Dominus Frisiæ *Willelmus* morum honestate conspicuus dominatus sui patrias tranquillitatis & pacis munimine dedicatas solum quasi nominis magnitudine dirigit. Terra enim propria sæpius absenti, sicut & continue præsenti, ad humilitatis obsequia se extendit. Hujus etiam *Willelmi* Comitis amicitia cunctis fere Principibus circumquaque commorantibus miro pietatis studio quæritur, nec est unus, licet etiam maximus, per cujus audaciam provocatur. Flandria utique *Willelmi* parentibus à tempore, cujus non extat memoria, infesta, & ejus prædecessoribus variis bellorum tædiis permolesta, hujus se gaudet gladio subtrahi, & cum eodem pacis concordiam procurari. Hoc enim sæpius, ut comparationis ordine procedatur, experimento addiscitur ollam luteam ferrea destrui, & tam active quam passive ejus impetu demoliri. Dux insuper Brabantiæ, cujus patria se *Willelmo* Comiti suisque parentibus sæpius opposuit, ad præsens conjugio filiæ pacis & concordiæ viam quærit. Hæc enim

 eodem

eodem anno, quo nascitur, *Willelmo Willelmi* Comitis filio desponsatur. Si autem qualiter dictus Comes se cum Trajectensibus habeat, quaeritur, liber Cronicorum Egmondensi coenobio videatur. Ibi enim perfecte ostenditur, quod sibi sunt humiles, & ad ejus nutum quasi singula disponentes. Breviter cuncti Germaniae Principes citra Coloniam commorantes *Willelmo* Comiti student applaudere, & ad ejus placitum apud ultimam sibi villulam *Haerlem* videlicet hastiludii stultitiam exercere, quibus etiam nobilibus dignis & Comitibus *Willelmus* Comes non semel sed saepius versus Coloniam transire petitur, ut ipsius, qua deficiunt, potentia bona mercatorum per aquas Reni fluminis tendentia protegantur. Quid autem loquor minoribus? videatur qua devotione, (1) quo studio, *Willelmi* favor majoribus Regibus videlicet Franciae & Angliae petitur, dum illorum quilibet praecavere nititur, ne sibi flos Principum offendatur. O quam miro nimiumque devoto affectu *Willelmus* Comes potenti Rege Boemiae diligi perpenditur, dum ejus instantia praecipue seu favore dicti Regis filius filiae Domini *Karoli*, ut nunc Franciae Regis patrui, & *Willelmi* Comitis socii, matrimoniali gremio combinatur. Est itaque *Willelmus* Comes in statu pulchritudinis, nec non cursu temporalium perfectionis, qui tamen non immerito videtur argui, & binis prudentum semitis infestari. Morosi etenim studia praecipiunt hominem extraneis se non intromittere. Apostolus quoque jubet propriam diligenter familiam gubernare. Quorum praecepta *Willelmus* negligere cernitur, dum oblitis quasi propriis

(1) Visus tamen Willelmus nonnullis pronior in Regem Angliae, cui filia ipsius nupta. Guillelm. de Nangis ad Ann. 1341. *Temporibus illis obiit Guillermus Comes Hannoniae, pater Reginae Angliae, & pater uxoris Ludovici Ducis Bavariae, qui Ludovicus pro Imperatore se gerebat. Hic Guillermus multum contrarius erat Regi & Regno Franciae, favens partem Regis Angliae propter Reginam Angliae filiam suam, & tamen habebat sororem Regis Franciae in uxorem, quae sancta domina erat, & devota, ut apparuit, nam videns quod post mortem viri sui mala inolescebant atque guerrae, & quod filius suus juvenis Guillermus Comes Hannoniae erat contra Regem Franciae fratrem suum, sicut fuerat pater ejus, dolens de hoc, nec valens apponere remedium, ut optabat, effecta est monialis in Abbatia de Fontenellis juxta Valentianas ordinis Cisterciensis &c.*

Digitized by Google

propriis aliorum negotiis implicatur, non advertens utrobique subesse pericula, quorum uni subvenit experientia, dum mors *Florentii* Comitis, ejus videlicet prædecessoris proponitur, & hujus traditio recitatur. Qui utique hac occasione deficit, quum se de aliorum scilicet Trajectensium negotiis intromisit. Ad alterius vero confirmationem auctoritas sufficit, quia dicitur, quod multotiens per absentiam despicitur, cujus præsentia decoratur. Caveat igitur sibi *Willelmus* Comes dictis casibus, & erit reputatione temporalium vir perfectus. Veniat ergo quandoque visitare fructuosam magis Hollandiam, non semper aspiciens Hannoniam floribus speciosam. *Jacob* enim filiorum testimonio sæpius *Lyæ* jungitur, qui tamen summopere *Rachelis* pulchritudine provocatur.

Eodem anno summæ divinitatis humilitas incarnationis mysterio commendata, & olim circa eandem infandorum nequitiis provocata, ad præsens etiam quibusdam eucharistiæ miraculis perficitur, quibus humanæ fragilitas fidei confirmatur. Sciendum itaque, quod in partibus Alemanniæ, villa scilicet quadam *Rymaghen* nomine, mulier quædam, filia diaboli, suis utique fratribus, dicti etiam filiis, Judæis videlicet ibidem commorantibus, & in Christi passione patrissare studentibus collatione munerum, vestium scilicet, & quinque marcarum ad hoc instruitur, ut ipsis per eandem dominici corporis substantia procuretur, quæ maledictionis studio devotam se simulans, locique & temporis oportunitatem eligens in die natalis jam præterito altari jungitur, corpus suscipitur, quod ori subtractum, & bursa quadam repositum suis institoribus, quorum jam IX. hujus causa convenerant, præsentatur, quibus etiam quidam extraneus *Vivus* nomine Judæus advenerat, qui mensæ, cui sanctissimum corpus supponitur, cum ceteris assistebat. Quorum singuli stilos & similia ad pungendum student promere, & summo diligentiæ studio puncturis & verberibus, heu! corpus sacratissimum infestare, sed benedictionis substantia post varios ictus illæsa permanente, & sub eadem in mensa læsione varia comparente, numero enim verberum correspondet numerus cicatricum, Judæis mirari incipitur. Quorum magistri imperio cultellus quidam magnæ quantitatis promitur, qui invocatione diaboli pro ictu multum horribili sublevatur. Qua hora venerabilis substantia

more quasi pueri confusa in ictu subtrahitur, vagientis vox percipitur, quæ etiam apertissime auribus Christianorum foris existentium implicatur, quorum singuli student occurrere, hostium domus infringere, & vagientis, ut putant, pueri interitum prævenire. Quibus dampnati carnifices totis viribus student occurrere, & illorum ad ipsos introitum impedire. Sed Christianorum turba fortiori videlicet prævalente, & miserorum nequitia fugiente, fideli populo accessus panditur, sanguinis inundatio super mensam cernitur, sed sacratissimi corporis substantia, quæ voce prius dicta disparuit, non habetur. Hujus itaque flagitii comites IX. capiuntur, qui omnes, prout ipsorum merita exigunt, condempnantur, decimus vero, quia extraneus, & facie ignotus, Christianorum turbæ in tumultu se miscuit, qui statim ad ecclesiam fugiens, & baptismum *Hermanni* nomine suscipiens dicta mihi miracula scriptis auctenticis demonstravit. Addens inter cetera, quod præsatus eucharistiæ clamor quavis villæ parte tam bene percipitur, sicut in eadem domo, qua præsens flagitium procuratur.

Eodem anno in Kal. Julii inter virum venerabilem, Monasteriensem videlicet Episcopum, & quendam de *Marke* Comitem bellum durum concipitur, in quo sexcentis occisis idem Episcopus cum multis suorum nobilibus & præcipue XVIII. militibus captivatur. Et quum præfatus jam supra casus populo præsidentes utiliter tetigit, adhuc etiam hoc æquissimo Monasteriensi Episcopo scribere non gravabit. Notandum itaque quod quidam advena sive extraneus villa quadam dicti Pontificis hospitatus denariorum summam protulit, quam hospitis custodiæ deputavit. Intera dicto advena completo negotio recedere volente, & commissam hospiti pecuniam repetente, idem hospes falsariorum semitam nititur currere, & veritatis ordinem negatione pecuniæ disturbare. Quapropter dictus advena fatum supra Pontificem studet quærere, & sibi cursum negotii explicare, à quo veste mutata silentioque imposito in familiam recipitur, & ejus continue lateri sociatur. Hujus itaque causa nobilis Episcopus venationis deductionem circumquaque præcipit innuere, & Scabinos supradictæ villæ, quorum fatus hospes unus fuerat specialiter advocare. Cum igitur per nemora more venantium errando quasi tenderent, & per varios saltus bestiam quærerent, Episcopus advenæ informa-

formatione hoſpiti jungitur, qui diſſimulato propoſito ſecum de variis fabulatur. Rogat autem inter cetera Epiſcopus, ut mitra, quæ hoſpitis capite cernitur, ſuo capiti ad videndum, qualiter ſibi ſedeat, imponatur, quod & fieri traditur, & ſic Epiſcopus per horam mitratus incedere prædicatur. Poſt hoc clam vocato famulo eadem mitra hoſpitæ pro interſigno mittitur, à qua nomine hoſpitis talis pecunia advenæ videlicet tribui poſtulatur. Mulier vero interſigno cognito mora poſtpoſita nititur procedere, & negatam à viro pecuniam nuntio deſtinare. Qui verſo tramite domino jungitur, pecunia promitur, quæ per ipſum advenæ præſentatur. Hoc itaque negotium maledicto hoſpite ignorante perficitur, qui ab Epiſcopo cum ceteris ad prandium invitatur. Interea cunctis gaudentibus cibo & potu,** præcipua deductione fruentibus, Epiſcopus quæſtione propoſita interſerit, quo dignus habeatur præmio, qui depoſitam apud ipſum pecuniam non vult reddere, ſed abſcondit. Hæc autem quæſtio communiter proponitur, ſed ejus ſolutio ſæpedicto hoſpiti ſpecialiter indicatur. A quo brevi conſilio palam aſſeritur, quod talis quicunque fuerit digne furis ordine præmiatur. Ad quem Epiſcopus: *ex ore tuo te judico, ſerve nequam. Fiat tibi ſecundum verbum tuum.* Qui ſtatim cunctorum ammiratione tollitur, & furca patibuli condempnatur. Hujus etiam Epiſcopi terminis clericus quidam pilleo ſuo per nobilem ſpoliatus dicto Pontifici conquerendo jungitur., cui dictus raptor habens in capite pilleum indicatur, qui amicorum precibus patibulo vix ſubtrahitur, ſed dictus pilleus hujus capiti clavis ferreis affirmatur.

** Vide ſupra Pag. 535. & ibi Notas Matthæi.

Eodem tempore tactis jam pridem Trajectenſis eccleſiæ litibus ſummi Pontificis Cancellario ventilatis, & alterius partis de *Bronghorſt*, videlicet *Johannis*, petitionibus annullatis, nobili viro *Johanni* de *Dyeſt* fata ſedes aſſcribitur, cujus adverſario expenſæ probabiles refunduntur, & hoc taxatione venerabilium dictis † Apoſtolico Præfectorum. Eodem tempore falſarii quidam ſcriptis Papalibus diſcurrentes, & indulgentiarum largitione maximam in eccleſia pecuniam procurantes detecta ipſorum nequitia captivantur, & incendiorum voragini deputantur.

† i. e. ab Apoſtolico. Præpoſitiones paſſim Auctor omittit.

Eodem anno in Flandriæ partibus mira tempeſtas cernitur, dum bello utique inteſtino unus villæ populus per gentem alterius, & maxime contra voluntatem Comitis, infeſtatur. Cer-

nens equidem de *Brugis* communitas, villam quæ *Sluus* dicitur, sibi vicinam, & in portus sui parte, inferiori scilicet, versus mare repositam divitiis ac potentia erigi, & proventione mercatorum in ejus quodammodo præjudicium augmentari, vicinos sibi populos minis ac precibus studet allicere, & II. Kal. Augusti totis præfatam viribus impugnare, quorum conflictu XL. melioribus vel pluribus vita subtrahitur, inter quos (1) *Florentius* de *Borsalia* Dominus à Zelandia longo tempore proscriptus dejicitur, & Comes quidam de *Namur*, nomine *Johannes*, patris ut nunc Comitis patruus capitur, & plurimum vulneratur, ubi post longa certamina dicta villa diripitur, capta obruitur, & funditus igne vel gladio devastatur.

Vires destructæ proprias si quæris, eorum
Præco dabit recte tibi millia quinque virorum.

Et nota quod (2) Comes de Namur, qui supra capitur, & in captivitate mori præsumitur debere, vix duobus ibidem mensibus detinetur. Nocte enim quadam dum artissima detentus custodia ad aleas luderet, & subornato sibi famulo infirmitatem ostenderet, candela quædam accenditur, ad privatam

(1) An hic is est, cujus meminit charta Ann. 1317? *Wi Gerard Heere van Vorne, ende Burchgrave van Zelant maken kont ende kenlic allen luden, dat wy over een syn gedraghen met Haren Florense van Borselen Ridder, ende met Claise synen broeder, alse van allen eischen, die wi hem eischende syn, of mogen eyschen, alse van onsen buwelicken goede, dat ons belovede Heer Wolfart van Borselen Heere van Sandenburch &c.* Meminit Meyerus ad Ann. 1327. Alius est haud dubie, & hujus forsan filius, qui in charta Wenceslai Ducis Brabantiæ Ann 1356. consiliarius dicitur Wilhelmi Ducis, & Dominus de St. Martensdyck.

(2) Patruus ejus magnus, Guidonis Comitis filius. De ejusdem evasione Meyerus ad Ann. 1327. *Fugit sub Calend. Octobres de nocte, qua quidem nocte viros quosdam honoratos invitarat, illisque ad mediam usque noctem compotantibus ludentibusque, ut custodes sibi adhibitos fallat, fingit mollem sibi alvum, iteratque frequenter secessionem, donec parato descensu insciis custodiis evadit, paratisque equis per portam Boverejam Spina concitante raptim profectus est Bononiam ad memoriam Christiparæ virginis supplicaturus. Inde in Galliam se contulit.*

tam acceditur, per quam colligatis manutergiis ipsum inferius expectantibus præsentatus; ubi una cum famulo equis receptus deducitur, cujus evasione hostis concutitur, & suorum animus gratulatur. Eodem anno

Veri sermone recitata mi ve loquelis
Construo namque bonæ loca mentis habentque fidelis.

Cum prudentis auctoritate non pandatur melius rei excellentia, quam si sui contrarii utilitas ostendatur, hinc est, quod ad Trinitatis commendationem gesta cujusdam casus nequissimi duxi promere, & scripturarum memoriæ commendare. Notandum itaque quod sicut in veteri testamento *Naboth* causa vineæ per *Achab* Regem occiditur, sic & in Teuthonicæ partibus dominio cujusdam Comitis rusticus quidam milite quodam pro vinea molestatur. Iste enim rusticus dicto militi vicinus, & fertilitate cujusdam vineæ agris dicti militis contiguæ commendatur, multo tempore horisque variis super vineæ suæ venditione ejusdem militis cupiditate impetitur, cujus venditio horis singulis absque variatione carminis, nec non verbo simplici denegatur. Quapropter miles offenditur, rusticus capitur, qui XII. mensibus afflictione carceris infestatur, sed eodem perseverante, & propositum non mutante, maluit enim vitam perdere, quam vineam vendere, carcer recluditur, dictus absolvitur, nec non familiæ, quæ ipsum jam diu putabat mortuum, præsentatur. Hic itaque facie pallidus totoque corpore macilentus uxore propria non agnoscitur. Quæ tandem intersignis verbisque cognitis informatur. Cujus rumore fiunt lætitiæ amicorum, commessationes, & tripudia vicinorum, quum dilectus eorum opinione mortuus fuerat, & revixit, & qui perierat est inventus. Interea idem rusticus mentis turbatione confractus, & afflictione carceris defecatus lecto jungitur, sacris conficitur, & contra mortis impetum præparatur. Quod dum sæpedicto percipitur milite, ipse consuetæ cupiditatis tendens ordine ad languentis lectum studet procedere, & super præmissorum observatione jacentis suspiria provocare, qui per maledictionis invocationem æternique judicii dampnationem coram omnibus constanter asseruit, & finaliter affirmavit se nec ordine venditionis, nec alicujus forma promissionis præ-

Fabula de milite, qui à mortuo vineam emit.

fato

fato militi aliqua debere, pro quibus ipse aut sui heredes tenerentur respondere. Quo dicto idem rusticus infirmitate tamen affligitur, quare post pauca mortis gremio sociatur. Post hæc sæpedictus miles discutiens præsenti se via deficere, nec supradictæ iniquitatis itinere profecisse, ipse novam maledictionis sententiam studet inquirere, & se conjunctæ civitatis rectoribus sociare, quibus intentionis suæ tenor ostenditur, consilium petitur, quorum singuli vel prece vel pretio ad detestationis libitum informantur. Qui omnes præhabita ordinatione noctis crepusculo cum præfato milite ad locum cimiterii nituntur tendere, dicti quoque rustici jam triduo mortui sepulchrum effodere, & quandam summam pecuniæ tanquam vineæ solutionem collo cadaveris alligare. Quorum singuli clauso sepulchro festinant recedere, cartas testimonii scribere, & illas sigillorum appensionibus confirmare, quarum series tali tenore pertenditur, & tali conclusus ordine prædicatur: *Nos Scabini & Consules talium contractui assidentes protestamur talem militem à tali rustico vineam comparasse, & sibi pro illius solutione in nostra præsentia primo denario ultimum persolvisse. Cujus rei causa nostrum omnium sigilla præsentibus sunt appensa.* Harum igitur literarum auctoritate dictus miles datur procedere, vineam colere, & viduæ famulos infestare, quæ summo clamore & gemitu ad prædictæ civitatis locum studet pergere, & fatos jam pridem Consules super literarum confirmationibus implorare, cui mitis aut benigna responsio non tribuitur, sed vox tumescentum, & pauperes offendentium singulis explicatur. Interea horum dominus, Comes videlicet, qui quodam temporis spatio affuit, revertitur, cujus præsentiæ fata prius vidua inaudito clamoris turbine sociatur. Comes vero stupens, & doloris causam astantibus inquirens percipit viduam cum filiis ad hospitium tendere, & suæ revocationis carmine non tardare. Hic autem Comes ab adolescentia sua æquitatem diligens, & semper salva justitia causas humilium promovens hujus negotii diversa consilia discutit, qui tandem Christi gratia illam, quæ sequitur, viam quærit. Ipse itaque considerans fallentes auctorum licentia fallaciis opprimi, & decipientes deceptionibus infestari, cujusdam noctis crepusculo nuntios ordinare nititur, & illos divisim pro quolibet qui hoc negotio tangitur destinare. Quorum unus Curiæ militis jungitur, ipsum excitans & suadens

Digitized by Google

suadens, ut aulæ Comitis præsentetur, qui quorundam rumore, nec non mentis consciæ præsumptione vineæ negotium vocationis causam existimat. Quapropter secum sui testimonii literas deportabat. Interea quidam Scabinorum solus advenerat, qui se Comitis conspectui præsentabat, cui Comes diversa loquitur, dominicaque oratio inter cetera legi præcipitur, & post hæc idem Scabinus cujusdam Cameræ custodibus præsentatur. Quo facto secundus aderat, quem etiam Comes lecta oratione dominica speciali Camera recludebat. Scabinorum insuper tertio veniente, & ipso Comitis faciem intuente, Comes vocationis causam verbo simplici studet exprimere, & vineæ venditionem, ' iduæ quoque cum pupillis lamentationem inter cætera propalare, adjiciens & sacramento affirmans ipsum duos Scabinorum, ejus videlicet sociorum, audivisse, & illorum quemlibet veritatis carmina protulisse, à quibus si defeceris, anima & corpore morieris. Audiens itaque tertius verba Comitis orationem dominicam veritatis carmine intendentis ipse putans ea de venditione vineæ fieri, & super illam socios confiteri, veniam postulat, cursum explicat, qui post ut reliqui privatam custodiam introibat. Comite autem ut nunc plurimum gaudente, & pro veritatis indagatione Christo gratias referente, ecce miles despectissimus intromittitur, qui labiis ridentibus, ut mos est traditoribus, nobilissimo Comiti præsentatur. Cui similiter ut ceteris sed magis expressius, quum auctor & principalis, vineæ casus proponitur, veritas inquiritur. Super quibus dicto milite nichil tribuitur, quam suis literis Comiti exhibitis demonstratur. Comite vero susceptis literis perstante, & signa quædam negotii proferente miles confusus veniam postulat, qui præsens flagitium per singula denudabat. Quo facto idem, ut ceteri, capitur, & speciali custodiæ deputatur. Et ut multa paucis concludam, hujus flagitii singulis Comitis custodiæ deputatis, & ante ortum luminis vinculis mancipatis, Comes omni mora postposita civitatis confinio rotas jubet construi, & singulos singulis exaltari. Miles vero hac maledictione præcipuus hujus negotii principalis inter ceteros excellentiori rota ponitur, cui judex Scabinis, potestas Consulibus sociatur. Interea sole oriente & civitatis populo rotata corpora perpendente fit variorum inquisitio, nec non personarum rotis jacentium investigatio. Quorum

rum amici volebant Comiti insurgere, & ejus habitaculum debellare. Sed horum tumultus nuntii missione, maledictionis per literas denudatione, brevi hora confunduntur, & pacis series confirmatur. Quo facto vidua cum filiis ad Comitem venire præcipitur, vinea redditur, cui etiam tota militis substantia sociatur. Sic itaque divinæ pietatis judicio miles despectissimus perditur, vidua cum filiis erigitur, & benedicti Comitis justitia, quam cunctis præfero, commendatur.

O si præsentes Comites, dominique potentes,
Præscriptis mentes dare vellent, qui modo flentes
Sunt, aut lugentes gauderent, nec maledentes
Majorum gentes minime seu pauca legentes
Sentirent, sentes hos perdant cuncta regentes.

Eodem anno *Willelmus* Comes Hollandiæ binas filias desponsare nititur. Quarum prima Regi Germaniæ jungitur, secunda vero juveni strenuo Juliacensis videlicet Comitis filio copulatur. Pro quorum suffragio in toto *Willelmi* Comitis dominio, ipso personaliter circumeunte, exactio quædam statuitur, quæ tam urbanis quam rusticis ferventissime procuratur, & merito. Nam post *Willelmi* Regis tempora nunquam præsens patria tali decore producitur, quali dum filia sui Comitis futuri per summi gratiam Imperatoris amplexibus honoratur. Eodem anno

Monstrat hyemps festis zepherini dura molestis
Ventorum fossis glaciem duram fore noscis.
Ceciliæ festis solum vel nocte potestis
Cernere tam fortes glacies, quibus addo cohortes
Quas doluit Phœbus calcari quinque diebus,
Noctem Clementis primasque nives dare sentis.

Eodem anno magister *Thomas* de *Aquino* ortus de Comitum prosapia, ordinis sacri Prædicatorum per Johannem Papam canoni inseritur, cujus ingenium, mirabile quoque studium, scriptis mirabilibus ostentatur. Eodem anno &c. Nota quod à tempore, cujus non extat memoria in partibus Oestfrisiæ gens

gens erat perversissima, rapinis & cædibus paratissima, à qua ut nunc divinæ pietatis intuitu tanta pietas tantaque pacis tranquillitas concipitur. Omnium quoque illius patriæ majorum assertione construitur, quo ve † maximo si per ipsum etiam miserrimus contra justitiam provocetur, nec est adeo audax vel . . . .

† Locus corruptus. Et mox paginaplusquam integra aqua forti deleta.

Eodem anno *Joannes* Rex Boemiæ *Willelmo* Comiti Hollandiæ cognatissimus, & Vespasiani filio largitatis officio comparatus, apud Boemiam Regnum videlicet proprium constituitur, ubi à septem majoribus, Regni quoque sui potentioribus, ad epulas invitatur. Ipse itaque ad locum convivii veniens ante prandium supradictis ad secretum quasi consilium trahitur, & solus cum ipsis privatæ quasi Cameræ sociatur. In qua brevi deliberatione intentio panditur, quolibet enim illorum cultellus ad pungendum congruus trahitur, quorum singulis Rex piissimus infestatur. Qui minori utique reluctatione deficeret, si lorica, quam ex consuetudine ad tunicam deferre consueverat, defuisset. Dicta igitur lorica Regem nobilissimum protegente, ipsoque susceptis vulneribus intonanti, ecce duo ipsius famuli, qui casu ad opus naturæ processerant, & sibi hac hora magis vicini fuerant, audito Regis clamore, omni mora postposita, studeat occurrere, & subpeditato traditoribus domino subvenire. Quorum etiam clamore tum propria læsione tum domini protectione tumultus in aula percipitur, fractisque foribus aditus familiæ præparatur, ubi subito tres traditorum Regem videlicet artius infestantium captivantur, qui rotis, ut decuit, pœnis variis applicantur, quatuor vero fenestris exilientes, & equorum levitate sylvis & nemoribus evadentes bonis & patria proscribuntur.

* Anno Domini CIↃ.CCC.XXIV. Egmondensis ut nunc monachus, quondam in *Brederode* Capellanus, præsentem Cronicam à tumultu Comitis de Lone Christi gratia persecutus, eandem ejusdem ad præsens gratia, horribilissima mundo materia persequitur, cujus intentioni pietas legentium invocatur. Notandum itaque, quod cum jam diu in partibus *Flandriæ* tempestates non fuerint modicæ, communitate scilicet perversissima contra privatos & nobiles irruente, eadem x. Kal. Martii magis impie cernitur, dum apud villam, quæ *Brugis* dicitur, meliorum societas expellitur, & ditiorum varii suffocantur. Quorum

** Vide supra pag. 413.

rum turba dum quidam juvenis cum patre jam occiso non modicum vulneratur, & per fenestram elevatæ domus in plateam projectus ab amicis vix salvo spiritu ad lectum trahitur, medicus quæritur, & sacerdotis clementia postulatur, ecce revertuntur carnifices dictum in lecto, proch! juvenem confessoris præsentia membrorum numero lacerantes, cujus miseriam inter multa specialiter tangimus, quum sibi summopere propter mortis speciem condolemus. O quis status? quæ salus patriæ? ubi ut hic serviles omniumque reputatione inutiles melioribus præferuntur, quorum etiam placito dives & nobilis absque juris ordine confunduntur. Et nota, quod de Romanis aliorumque civitatibus bella intestina nec non prælia multa legimus, sed huic maledictioni similia non habemus. Quis enim in Cronicis aliisve commentariis repperit sutores, textores, carnifices, ac illis similes manu armata absque Duce surgere, & omnes apud ipsos divites, nobiles, & Burgenses, vel patrimonio pellere, vel qualibet procul justitia lacerare? Eodem tempore Comes *Willelmus* tam Hannoniæ quam Hollandiæ Dominus multum præ ceteris ibidem Principibus extollitur, dum Rex potentissimus Germaniæ, videlicet *Ludovicus*, ejus matrimonialiter filiæ contra voluntatem tamen conjugis applicatur, quorum solempnitas infinitis quasi præsentibus in crastino Mathiæ, nec non dominica quinquagesimæ apud villam nobilis *Coloniæ* celebratur. Ibidem quoque secunda *Willelmo* Comiti filia filio Comitis de Juliaco ducitur, qui juvenis tam probitate quam facie commendatur. Velit autem omnipotens præfatos temporaliter honorare, nec non post omnia salutis stipendio munerari. Nota insuper, quod dicitur superius *contra voluntatem conjugis*, cujus materiæ causam, filiæ videlicet apud barbaros elongationem, breviter & carmine propalamus.

En quia mens tristis Comitissæ tangitur istis,
Ut patet auctore, repetam cursu leviore
Causas turbatæ; supra perpenditur à te,
Quod pro longinquis sibi dilectæ dolet, inquis,
Ni fuerit reliqua via tristitiæ, quod iniqua,
Vel nimium stulta, datur hæc quia virgine multa.

Cerne

Cerno quod à matre datur elongatave patre,
Unde magis duro ſtrepitu ſibi ſcribere curo.
Noſcat eo lector, quod Robbertus tibi Rector
Cyciliæ terræ Comitiſſæ jungitur iſti
Sanguine, quam triſti timet offendi modo guerra
Per ſponſum natæ, cui ſi conjux pietate
Congruit, ut debet, & ad arma ſuos ſibi præbet,
Præſenti menſe cognatus proditur enſe
Conjugis & carus ſibi caro fiet amarus,
Inſuper elatus præſens natæ ſociatus
Eſt imprægnatus † avius reliquæ mulieri † animus.
Quondam tollatur, cujus pueris nego quæri;
Sunt etenim plures ea propter diſcere cures,
Hujus quod jure dos ipſius genituræ
Non valet aptari, poteratque puella beari
Anglorum nato ſibi carnis quæ via grato
Intuitu ſummo Paſtore coli datur uno.
Scribitur ornato per eum Comiti; petit à te
Servus ſervorum, ne Regi Teutbonicorum
Nata tibi detur, quia per nos ſuſcipietur
Anglorum puero, patet iſtis carmine vero,
Quod dolor aut vultus fatæ nequit ordine ſtultus
Dici, cum tantis vexetur, jungito ſanctis
Hos Deus auctore recitati carminis ore
Puro dictamen recitans quo gaudeat, Amen.

Eodem anno magna oritur materia ſcriptis memoriæ commendanda. Notandum igitur, quod ſicut olim inter ſummos quoſdam Pontifices & *Fredericum* Imperatorem briga quædam cernitur, ſic ad præſens inter ut nunc Apoſtolicum & Regem Teuthoniæ *Ludovicum* major diſſenſio propalatur. Sicut etiam dictus Imperator ſuo tempore per *Innocentium* quartum excommunicationi ſubditur, ſic etiam præfatus Rex per *Johannem* XXII. graviori pro tempore ſententia provocatur, cujus executio tribus Germaniæ Archiepiſcopis, videlicet Colonienſi,

Treverensi, & Maguntinensi, singulis bullis committitur, quibus etiam dicta dampnationis sententia, si in hujusmodi mandati executione timore vel amore defecerint, applicatur, cunctis insuper Alemanniæ Principibus dicti Regis fidelitate vel homagio absolutis. Ejusdem protestatione sententiæ præcipitur, ne post hanc horam sæpedicto Regi ab aliquo auxilium, vel consilium, aut aliquod humanitatis suffragium impendatur. Quo tractatu gens nostra, videlicet Hollandiæ, propter Comitis sui filiam multum compungitur, quæ dicto Regi nuper in conjugem sociatur, sed eadem gens tali cujusdam auctoritate erigitur: *Spem & metum examina, & cum incerta fuerint omina tibi fave*, quum ad quem finem dicta contra Regem sententia veniet ignoratur. Eodem anno idem *Ludovicus* Alemanniæ videlicet electus Brandeburgensem Comitatum ad ejus collationem, ut credidit, devolutum (1) filio suo contulit,

(1) Ludovico primogenito, quem quod Romæ esset natus dixere etiam vulgo Ludovicum Romanum. Henricus Rebdorff ad Ann. 1322. *Hic Marchionatus modico tempore absque naturali herede vacavit per obitum Waldmari. Unde præfatus Ludovicus filium suum primogenitum nomine Ludovicum ibi Marchionem fecit, qui in adipiscendo eodem Marchionatu resistentiam passus est, in cujus odium prædicti pagani Marchionatum depopulantur.* Add. Paralipom. Abbat. Ursporgens. ad Ann. 1323. Sed hunc vicissim, ut liti, ut controversiis, dissidiis, belloque hinc excitando inter fratres occurreret, collato Marchionatu, in gratiam Wilhelmi fratris secundogeniti Comitatui Hollandiæ, Zelandiæ, ac Dominio Frisiæ, curavit renunciare, idque in Principum conventu, ut testes sunt literæ: *Nos Ludovicus Dei gratia Romanorum Imperator semper Augustus ad universorum notitiam cupimus pervenire; Nobis sedentibus cum proceribus nostris in opido nostro Franckenford pro tribunali, comparuit coram nobis illustris Ludovicus Dux Bavariæ primogenitus noster, ex præclara Margareta Romanorum Imperatrice contborale nostra karissima procreatus, libere & spontanee renuntians omnibus juribus & consuetudinibus, quæ vel quas habere posset aut poterit in futurum, in Comitatibus Hollandiæ, Zelandiæ, ac Dominio Frisiæ, nec non hominibus eorundem, ad opus illustris* Wilhelmi *Ducis Bavariæ fratris sui, secundogeniti nostri, sic quod post obitum prædictæ contboralis nostræ karissimæ matris suæ succedat eidem absque ulla contradictione atque scrupulo in dictis Comitatibus, Dominiis, & hominibus supradictis, & si prædictum Wilhelmum filium nostrum absque herede decedere contigerit, quod Deus avertat, tunc* Albertus *Bavariæ Dux inclytus, tertiogenitus noster* *eidem*

contulit, qui sibi filiam Regis Daciæ sociavit. Quorum materiis & præcipue collatione Comitatus *Johannes* Papa multum offenditur, asserens quod Bavarus nichil conferre poterat, antequam coronatus. Quapropter idem Apostolicus omni conamine studet, ut dictus Bavari filius ad patris ignominiam destruatur. Ad cujus subversionem cum vicini circumquaque deficerent, nec non Christianorum singuli ipsum his gestis impetere formidarent, paganorum amicitia quæritur, quorum ad Christianos introitus à Teuthonicorum fratribus bulla summi Pontificis impetratur. (1) Tres itaque gentilium Reges maxima multitudine versus *Marciam* proponunt tendere, hujus quoque

eidem succedat in Comitatibus, Dominiis, & hominibus sæpedictis, & sic de gradu in gradum subsequentem, omnibus dubiis, quæstionibus, & litibus procul semotis. Hæc etiam omnia & singula supradicta Imperiali auctoritate confirmamus, approbamus, & ratificamus harum testimonio literarum. Hujus rei testes sunt venerabilis Henricus *Archiepiscopus ecclesiæ Moguntinensis, Princeps, & Archicancellarius noster, Spectabiles viri* Gelracus & Adolfus *de* Nassau, Rudolfus *de* Voertheim, & Wilhelmus *de* Montfoirt, *Comites, & strenui viri*, Thomas *de* Fronsperg, Cunradus *de* Psalheim, & Volkerus *de* Gundelfingen *milites, fideles nostri, cum pluribus aliis fide dignis. In cujus etiam rei testimonium præsentes literas conscribi, & majestatis nostræ sigillo jussimus consignari. Datum Franckenford septima die mensis Septembris Anno Domini* CIↃ. CCC. XLVI. *Regni nostri anno* XXXII. *Imperii vero* XIX. *Et nos* Ludovicus *Dux Bavariæ antedictus ad majoris roboris firmitatem promisimus, & tenore præsentium promittimus omnia & singula superius annotata inviolabiliter observare, præsentes etiam literas una cum Serenissimo Domino. Dn.* Ludovico *Romanorum Imperatore, Genitore nostro karissimo, sigillo nostro duximus roborandas, loco, die, & annis prænotatis.*

(1) Inter quos & Livoniæ. Henricus à Rebdorff ad Ann. 1322. *Rex Livoniæ cum multitudine paganorum Marchionatum Brandeburgensem crudeliter depopulatur. Hic Marchionatus modico tempore absque naturali herede vacavit per obitum Waldemari. Unde præfatus Ludovicus filium suum primogenitum nomine Ludwicum ibi Marchionem fecit, qui in adipiscendo eodem Marchionatu resistentiam passus est, in cujus odium prædicti pagani Marchionatum depopulantur permittente Johanne Papa prædicto.* Atqui Livoni jam pridem Christiani, ut notat Emo ad Ann. CIↃ. CC. XIV. *Temporibus ejusdem Pontificis populus Aquilonaris, qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam fidei Catholicæ. Nam gens Livonum, Hestonum, Prussorum &c.* Verum est. Fateor. Cœpit

que Comitem cunctis sibi adhærentibus debellare. Qui cum per *Nusiam* tenderent, illamque funditus ab homine usque ad animantia devastarent, quædam illius patriæ villula medio itinere se dictis opposuit, cujus impetu cum amicorum suffragio gentilium perditis cum quodam Rege multis millibus à proposito deficere, nec non ad propria tendere festinavit. Qui tamen non impune revertitur. Infinitus enim ipsorum numerus quodam ibidem flumine suffocatur. Quidam similiter ipsorum Regulus cuidam captivi militis conjugi varia vice nocturno tempore sociatus eodem milite dormiens perfoditur. Qui miles assumpto, qui ipsum à vinculis solverat, puerulo ad propria revertitur. Quid autem ejus conjugi postea evenerit ignoratur. Sic itaque *Johannes* Apostolicus *Herodi* hac parte similis infinitos quasi pueros prodidit, qui tamen Bavari filium sicut nec *Herodes* Dominum trucidavit. His gestis maximus quasi contra cruce signatos rumor oritur, ipsis etenim paganorum contra Christianos introitus imputatur. Qui se summi Pontificis licentia nituntur defendere, hujus quoque bullam super hujusmodi negotiis ostentare, quæ quodam illius patriæ præcipuo suscipi dicitur, & *Ludovico* Bawariæ præsentari. Cujus tenore propriisque legibus idem Bavarus contra Apostolicum annis multis invehitur, obsecrans generale fieri Concilium, ut hujus bullæ nequitia, nec non ipsorum altercationis materia cunctis Christi fidelibus ostendatur.

Horum lis Christe tibi displicuit quia teste
Quovis provecto mundus per eam maledicto
Tangitur, atque malis cesset, precor, huic via talis.

Et nota, quod *Johannes* Papa dicta superius bulla tantis confunditur, quod summa florenorum, quæ pro ejus redditione præberi dicitur, equorum fortissimo non portatur. Quæ tamen frustra quæritur, cum Bavarus per eam summe contra Apostolicum roboratur. Hæc enim inter alia *Johannem* Papam magis confun-

pit Christus hic prædicari sub Innocentio Papa III. Ad fidem tamen conversi tardius, ut nec Emo id diffitetur, cujus tempore eorum pars tantum fidem amplexa. Vid. ad *d. Ann.* ** 3. *Analect.*
** Hoc Tom. 2. Nostræ Edit. Pag. 18.

confunderet, si ad lucem generalis Concilii, ut à Bavaro petitur, perveniret.

Eodem anno civitas *Tolosana* in partibus *Gasconiæ*, quasi maxima, *Karolo* Regi Franciæ, proprio videlicet Principi opponitur, cujus excessu regalis auctoritas secundum quod decuit provocatur. Unde idem præpotens Regem Boemiæ generum suum, virum utique nobilissimum una cum ceteris amicis & potentibus, quibus etiam *Johannes* frater nostri Comitis intererat, studet allicere, & ad dictæ civitatis confinia apparatu Regio properare. Quorum adventu & præcipue Teuthothonicorum dictæ civitatis incolæ vacillantes & suorum funditus subversionem non modicum abhorrentes brevi consilio student procedere ad Regis voluntatem, portas recludere, & in eorum numero magis reos ac divites ordinationi Regiæ præsentare, quorum turba per Regis ministros suscipitur, & deliberatione brevissima patibulis sociatur. Consummato itaque negotio Regisque proposito consecuto quidam Teuthonicorum milites, quorum plures aderant, procurata à Regibus licentia ad partes proprias student tendere, sed instinctu diaboli, vel infortunio, in itineris quasi medio, apud locum videlicet, qui dicitur *Montaguit*, torneamentorum stultitiam exercere. Quibus ludentibus & more suo contra Francos prævalentibus, die enim inclinante, & noctis crepusculo appropinquante Alemannus clâmore præficitur, & ceteris quasi nationibus per omnia dominatur, ecce Lothoringi cum incolis se ad præsens ut semper ludentes ludendo deficere, & furorem Teuthonici prævalere, quod virtute non poterant fraude supplent. Unde circa horam tenebrarum iniquorum more se student jungere, nobiles jam fessos, & ad hospitia de campo victoriæ tendere proponentes invadere, nec non inaudita, proh dolor! malitia XI. Teuthonicorum milites multa suorum familia suffocare. Quorum vesaniam velit corripere, qui per omnia regnat fine fine, nec æstimet aliquis dictos traditores, quamvis reliquorum comparatione innumerabiles, in cunctis hoc conflictu proficere, & nulla ab adversariis pericula sustinere, quum dictis Germaniæ nobilibus viriliter se defendentibus, & non solum usque ad sanguinem, verum etiam in morte resistentibus, furor maximus cernitur, in cujus tumultu tres incolarum milites variis ipsorum famulis perimuntur.

Digitized by Google

Infirmis quorum minus infirmor, sed & horum
Opto regi more socium sibi quemlibet ore,
Cujus amat fieri prior hic gemitusve moveri.

Eodem anno mulier nobilissima *Henrici* videlicet quondam Imperatoris filia, quæ præcedenti anno *Karolo* Franciæ matrimonialiter jungitur una cum filio veneni poculo declinatur.

Cui Christi flamen perpetuum precor, Amen.

Eodem anno hyeme communiter transeunte ad vernum tempus proceditur, cujus benedictio linguæ faucibus exprimi prohibetur, tanta enim ubertas & fructuum copia tam in herbis quam in arboribus cernitur, ut vivens non fuerit, cujus memoriæ simile præbeatur.

Festo Marthæ ti nequeunt pluviæ bona scribi,
Talis enim tantaque cadit quod in hac fore sancta
Sentitur fructu, nec sub linguæ capis ictu
Arboris ornatum, quem nunc magis esse beatum
Cunctis ostendis quam Juni sæpe Kalendis.

Eodem anno Dominus Papa Ghibelinos sibi plurimum resistentes, & clavibus ecclesiæ non curantes, ter manu armata studet invadere, & multis armatorum millibus infestare, inter quos varia vicissim committuntur prælia, sed Ghibelinis victoribus ipsisque fortioribus gentes Apostolici, Ghelfi videlicet, conteruntur, de quorum exercitu trino fatorum prælio in festo Sanctorum Viti videlicet & Modesti commisso xv. pro certo hominum millia trucidantur.

Eodem anno *Willelmus* Comes Hollandiæ non solum propriis, verum etiam diversarum intendens utilitatibus transgressione cujusdam castelli in Dominio potentis Episcopi, Coloniensis videlicet, constituti, & *Volmensteyne* nomine famosissimo nuncupati, non modicum læditur, dum per hujus raptores peregrinis & mercatoribus vis infertur. Unde dictus Comes convocata suorum atque nobilium multitudine hujus castelli

telli patriam, licet sibi remotissimam studet impetere, vallatumque diebus variis manu fortissima impugnare. Quod tandem dum à Præsule licet potentissimo non defenditur, ab incolis procurata per deditionem salute in manus nobilissimi Comitis traditur, & funditus devastatur.

Hujus insuper hora temporis pridie videlicet Kalend. Septemb. Monasteriensis Episcopus, qui supra in bello capitur, magnis muneribus absolvitur, & in ipsius Domini potentia restitutus rursum permaximo conflictu per Comitem Gelriæ impetitur, ad cujus impetum tota quasi nobilitas Alemanniæ Hollandiæque, & etiam in propria persona Rex Boemiæ in Comitis adjutorium convocatur, ex parte vero Episcopi tam Frisonum quam reliquorum Australium numerus ignoratur. Cum itaque præfati potentes ex utraque parte multum fremerent, & suas ad bellum cotidie acies maturarent, *Willelmus* Comes Hollandiæ pietatem intuens, & propriam quasi partem, Comitis Gelriæ videlicet, deserens nobilissimum Boemiæ Regem studet allicere, & una cum eo tranquillitatis & pacis semitas indagare. Ad quorum instantiam sed summe per Christi gratiam litis rancor obmittitur, pax & concordia innuitur, & infinitorum interitus prævenitur. Quo facto *Willelmus* Comes versus Hollandiam rediit, qui limina sanctissimi *Adelberti* in *Bavonis* crastino visitavit. Rex vero Boemiæ versus Metensem civitatem manu armata properat, cujus incolas vallatione fortissima ad pacis concordiam & ad deditionis materiam coartabat. Quorum dissensionis si causa quæritur, inter eosdem cives illorum quoque Præsulum dissensionem fuisse quandoque maximam attendatur. Qui cives cum Capitaneo deficerent, omnisque circumquaque nobiles Præsuli adhærerent, Lucenburgensis Comes affuit, qui promisso sibi suisque successoribus perpetuo annuæ pensionis solatio horum hostibus satisfecit. Quæ pensio promoto ad Imperium *Henrico* quibusdam annis non requiritur, quapropter & nunc ejus filio requirenti donec cum instantia denegatur. Nota quod cum *Willelmus* Comes Hollandiæ pro variis expensarum stipendiis, & præcipue filiarum suarum nuptiis anno præterito à sibi subditis suffragium peteret, & per villas singulas auxilium postularet, ab universis tam per Hollandiam quam per Zelandiam benigne reci-

 pitur,

pitur, (1) Kenemaris solum exceptis, à quibus Comiti facie ad faciem respondetur: *Domine Comes, nos libenter vestram petitionem admittimus, summam propria taxatione disponimus, si & nos, quod à vobis quærimus, invenerimus.* Fecerunt enim quosdam libertatis articulos cartis inseri, quos sibi instanter petebant à Comite sigillari. Quod cum Comes renuisset facere, nullam voluit ab eis pietatis gratiam procurare, sed maxima, quam tamen dissimulavit, ira versus Hollandiam rediit, & in Curia, quæ *Teylinghe* dicitur, pernoctavit. Qui ut nunc à præfato tumultu rediens, & cum Domicello Gelriæ, qui secum advenerat, in *Haga* existens Kenemaros sibi jubet allici, & ejus Consistorio præsentari. Quibus cum multis recitata prius indignatione proponitur, & si dictis eadem adhuc fuerit sententia postulatur.

(1) Mera hæc contumacia. Nam non minus hi eo casu obstricti quam ceteri. Comites olim populum non gravabant tributis. Precariam exigebant tantum certis ex causis, si ad Curiam Imperatoris iis proficiscendum, si vel filia nuptura, vel ipsi nuptias contracturi, aut filii ipsorum fratresve, vel si milites creandi, quod & ipsum non constabat nisi sumptu ingenti, ut dixi *lib.* 4. *de Nobilit. cap.* 16. Florentii v. diploma Leydensibus concessum Ann. 1266. *Opidani in Leyden nullas caligias, tributa, vel exactiones, quocunque nomine censeantur, michi vel alicui dabunt, nisi caligiam ab anno tertio in tertium, quæ vulgo* Bottinge *dicitur, quæ videlicet tres libras & quinque solidos non excedet. Si vocatus ad Curiam Imperatoris fuero: si ego, filius meus, vel frater, gladio militiæ accinctl fuerimus: Si ego, filius meus, vel frater, uxorem duxerimus: si filiam meam vel sororem matrimonio copulaverim: in quorum articulo michi in decem libras Holland. tenebuntur.* Sic in charta Wilhelmi Regis data Harlemensibus Ann. 1245. *Insuper si me aut verum Dominum Hollandiæ ad Curiam Imperatoris accedere contigerit, aut uxorem ducere, aut militem fieri, ad quodlibet istorum solvent mihi oppidani de Harlem* 20. *libr. Etiam si aliqua sororum mearum aut veri Domini Hollandiæ nupserit, dicti oppidani de Harlem dabunt* 15. *libr. Item si frater meus aut frater veri Domini Hollandiæ miles factus fuerit, aut uxorem duxerit, oppidani de Harlem ad quodlibet istorum solvent* 15. *libr.* In charta Wilhelmi Comitis, de quo sermo, *Ann.* 1315. quæ est apud van Hout *in syn Dienstboek p.* 18. *Ende oft geviel, dat wi voeren, ende geroepen worden tote des Keysers Hove, of waert dat wi ofte onse sone, ofte onse Broeder Ridder worden &c.* Add. Boxhorn. ad Veldenaer *p.* 175.

tulatur. Qui cum in objectis deficerent, & Comitem Dei dono prævalere cernerent, fuga quæritur, venia petitur, & simplex supra quæsita pensio, si acceptari voluerit, triplicatur. Comes autem vere intelligens rusticum ungentem pungere, & pungentem ungere suavissimo suorum consilio studet procedere, & dictis rusticis non solum quæsita non tradere, verum multis possessa temporibus declinare, & juste; auctoritate enim quadam dicitur, quod vulgi imperitia sola necessitate constringitur, & ut justa faciat coartatur. Sic itaque Kenemarorum gens suo jure hactenus superbissima sibique vicinis & etiam nobilibus infestissima non solum nova jura non consequitur, verum tempore longissimo habitis, infinitis expensis & laboribus procuratis spoliatur, eorumque Scabinis & Consulibus ad Comitis placitum captivatis. Video itaque Kenemaros stultissimos & confusos. Confusio præsto est. Stultitia auctoritate probatur, qua dicitur, quod sapiens nunquam potentum iram provocabit, imo declinabit. Erraverunt insuper Kenemari probabiliter, quum raro vel nunquam tumultus eorum vel silentium visum est proficere ad finem bonum, vel ad statum utilem devenire. Pœniteant igitur Kenemari taliter coram nobilissimo Comite, ut eorum successores & filii per hoc instruantur, corrigatque sæpedictos Princeps probatissimus, ut eorum pœnis & vulnere ceteri corrigantur.

Nam quo peccatur ibi juste pœna paratur.

Eodem anno

Festa puellarum piscatores per aquarum
Vexant conflictus, datur evadens Benedictus.
Est miser allecis adventus, eo quia plures
Inficit ordo necis, quibus astra Deus dare cures.

Eodem anno

Vespere Martini maris incola, vel peregrini
Imbreque ventorum vexantur turbine, quorum

Conflictu plures periere, quibus dare cures
Christe poli grata, nec non fine fine beata.

Eodem anno

Barbara multiplici pluvia valet impia dici,
Talis enim cecidit qua vix similes homo vidit.
Horrida cum ventis Damasi nox fulgura sentis
Huic similem vento cui non reor esse memento.

Anno Domini CIↃ. CCC. XXV. inter Regem Franciæ nomine *Karolum* ejusque sororium Angliæ videlicet tyrannum pro Gasconiæ patria jam nunc à Francis diu possessa & ad præsens per insidias ab Anglicis recuperata briga quædam oritur, ad cujus decertationem *Willelmus* Comes Hollandiæ per Franciæ *Karolum* invitatur, qui dum in festo Pascæ hac de causa versus Franciam tendere properaret, & ejus Domina nobilissima, scilicet Hollandiæ Comitissa ob hoc, licet de filio grossa ad eum versus Hannoniam tenderet, ecce assunt Nuntii regales usque ad Baptistæ nativitatem treugarum inducias deferentes, quas assidue prolongari postulo, & ne *Willelmus* periclitetur, usque ad diem judicii confirmari.

Eodem tempore Northollandiæ populus anno præterito per confractionem aggerum aquas *Lecke* intromittentium (1) aggravatus, simulque

(1) Siquis non capiat, cur propterea aggravatus, aut cur periculum tum à Lecca fluvio tam remoto Hollandiæ Boreali, sciat olim, cum Hollandia, quæ Borealis jam proprie, nondum Comitis esset tota, Australis magnam partem tum adscriptam Boreali. Leyda adscripta, Sciedamum, Delfi, Rynlandia, Haga &c. Chronicon Goudanum in vita Adæ: *Maer doe is Grave Willem van Oestvrieslant] Grave Dircks broeder van Hollant &c. met een groot beyr van volck gecomen in Noorthollant, ende is daer neder geslagen tot Ryswyck mit synen tenten.* Florentii V. Charta Ann. 1273. *Comes Hollandiæ universis præsentes literas visuris salutem cum notitia veritatis. Cum inter religiosos viros Abbatem & Conventum monasterii S. Pauli Trajectensis ex una parte, & nos ac procuratores nostros ex altera super jure patronatus ecclesiæ de Munstre sitæ juxta monasterium de Losdune*

ſimulque timens quandoque deficere Comitis nititur prævenienda auxilium implorare, qui ad hujus inſtantiam propriique fructus inſpectionem Epiſcopum cum ſuis nobilibus ſtudet allicere, & ad collationem ſuper hujuſmodi invitare, rogans inter cetera præfatum aggerem taliter, ne ſibi ſuiſque noceat, refici, quo minus, ſciant eorum terram ad emendationem, nec non ad dampni reſtitutionem debere procul dubio manu valida infeſtari. Quorum ſuper promiſſa cum Comes pollicitis verbiſque ſimplicibus Trajectenſium non crederet, ſcripturarum ad ea teſtimonia poſtulat fieri, ac illa ſigillis tam eccleſiarum quam Præſulis roborari. Quorum ſigna cum excepto Sancti Martini omnia deficerent, & quatuor, videlicet *Salvator*, *Maria*, *Petrus*, & *Johannes*, recitata confirmare renuerent, Comes perverſorum conſilio nititur procedere, & tam res quam perſonas dictarum quatuor eccleſiarum infeſtare. Unde eodem anno prima Maji ebdomada vaſſalli Comitis quoddam (1) officium Sancti Johannis, *Midrecht* videlicet nomine, manu armata nituntur invadere, & inde raptorum more pecorum multitudinem deportare. Quo poſt pauca alii auctoritate Comitis ſuperveniunt, qui eandem villam funditus flammarum incen-

dune in terra noſtra Northollandiæ jam diu fuerit quæſtionis materia ventilata &c. Wilhelmi Comitis charta Ann. 1345. *In Noirtbollant onſe vyſticb pont Hollants s'jaers, die ons onſe Stede van Delf ſcbuldicb is jaerlicx van onſer bede &c. onſe renten van der vribede van Scie dam, alle onſe renten van den Ambocbte van Maeſlant &c.* Auſtralis tum Gouda, Roterodamum, Dordracum &c. Harlemum, Alcmaria, & vicina iis regio, nec Auſtralis proprie, nec Borealis. Kenmerlandiæ hæc adſcripta, quæ diſtincta olim regio, ut ex charta jam dicta Wilhemi Comitis ſatis patet, apud van Hout *in ſyn Dienſtboeck p.* 26.

(1) *Officium* idem quod *Ambacht*. *Ambacht* idem quod territorium. Charta Ann. 1336. *in officio de Toloyſe, & in terra, quæ vulgariter dicitur Polre, in officio ſeu jurisdictione temporali Joannis de Toloyſe.* Idem quod miniſterium. Nec refert utrum dicas *officium de Hulſt*, an *miniſterium de Hulſt* Charta Ann. 1270. *Renuntiarunt & quitarunt ad opus Decani & Capituli eccleſiæ beatæ Mariæ Cameracenſis omne jus decimarum tam agrorum quam animalium, quas dictus R. & ejus uxor babuerunt & babere potuerunt in toto officio de Hulſt &c.* Charta Balduini Flandriæ Comitis & Hannoniæ Ann. 1199. *in perpetuam elemoſinam dedi Canonicis Capellæ meæ de Curtraco totam decimam, quam babebamus in miniſterio de Hulſt.*

incendiis devaſtarunt. O quam fero, quam maledictoque conſilio *Willelmus* Comes utitur, cum hæc contra eccleſiam & in ejus præjudicium conſpiratio dictitatur, qua utique ipſe & omnes ſibi in hoc caſu conſentientes non ſolum percelluntur majori ſententia canonis, verum etiam in profundiſſimum infernum, niſi redeant, demerguntur. Et nota quod hac de cauſa apud *Trajectum* in minori letania magna quoque confuſio cernitur, tempore videlicet, quo reliquiæ deferuntur. Remittunt enim quatuor eccleſiæ cum quinta more ſolito, licet majore, proceſſionem facere, vel pro facienda, ut moris eſt, apud eam, Sancti videlicet Martini eccleſiam convenire. Cujus diſſenſionis altercatio, aut altercationis diſſenſio ejuſdem villæ Burgenſibus ægre recipitur, à quibus pro concordia primo, ſecundo, & tertio convenitur. Sed fruſtra: ajunt enim expreſſe quatuor Capitula ſe malle ab hac civitate ad alias uſque ad perſecutoris obitum fugere, quam ſe dictis jungere, aut eorum ſigillis dicta ſcripturarum volumina roborare. Quo audito Communitas voce præconis aſſciſcitur, & ne quiſquam cum ipſis circueat pœnis appoſitis inhibetur. Fit itaque laicorum proceſſio ſolum cum Sancti Martini Canonicis. Cetera vero quatuor Capitula humiliter & ſine pompa quatuor diebus conveniunt. Qui in eorum quatuor eccleſiis quatuor viciſſim miſſas ſingulis diebus ſingulas ſummæ devotionis ſtudio celebrarunt. Et nota, quod præfati quatuor Capitulorum Domini taliter ſuperius indurati Comitis licet minus juſtam perſeverare videntes voluntatem, ſtatuunt habito conſilio verſare propoſitum, & mutare decretum. Viſum eſt etenim melius præfatas ad Comitis inſtantiam literas ſigillis eorum tangere, quam deſtructis victualibus continuo mortis periculo laborare, quia non ſolum dictum Hollandiæ Comitem ſibi adverſarium ſentiunt, verum etiam inventos fugiendo Principes velut hoſtes ad ejuſdem Comitis inſtantiam invenerunt. (1) Eſt itaque pace compoſita tacta ſuperius litera ſigillata.

Eodem

(1) Reſumpta rurſum ſacra, & poſtquam pax coiit, cum majori eccleſia, à quatuor reliquis more ſolito ſtationes rurſum factæ, & ſolennis proceſſio. Superſunt hac de re literæ, & ſe habent, ut ſequitur: *In Dei nomine Amen. Anno à nativitate ejuſdem* M CCC. *viceſimo ſexto, indictione nona, decima die menſis Maji, in mei Notarii publici* &

Eodem anno ecclesia Sancti Odulphi apud *Stauriam* cum vetustate deficiente, tum tempestatis impulsu corruente solus Abbas

& testium infra scriptorum præsentia personaliter constitutus Reverendus in Christo Pater & Dominus Dn. Johannes *Dei gratia Episcopus Trajectensis quendam processum monitionis, excommunicationis, suspensionis & interdicti sententias continentem, per discretum virum* Petrum Man *clericum ejusdem legi & recitari mandavit ac promulgavit, quem dictus Dns Petrus recepit & de mandato prædicto perlegit, cujus tenor sequitur in hæc verba:* Johannes *Dei gratia Episcopus Trajectensis universis ecclesiarum Præpositis, Decanis, ac aliis dignitates vel officia optinentibus Canonicis, Capellanis, Vicariis, & clericis ecclesiæ nostræ Sancti Salvatoris, Sancti Petri, Sancti Johannis, & Sanctæ Mariæ ecclesiarum Trajectensium præsentibus & residentibus Salutem in Domino sempiternam. Officii nostri debitum remediis vigilat subditorum, quia dum eorum excutimus onera, dum scandala removemus, nos in eorum quiete quiescimus & fovemur in pace. Sane cum inter vos inimico homine seminante zizania super quibusdam articulis, statutis, & consuetudinibus antiquis, jam dudum exorta fuerit materia quæstionis, ex quarum omissione consuetudinum indevotio populi excrescit, divinus deminuitur cultus, scandala oriuntur, & majora pericula evenire posse verisimiliter formidatur, Nos præsentia in melius reformare, & futuris periculis in quantum possumus obviare volentes, attendentes quod in notoriis usquequaque non debeat observari juris ordo, vobis omnibus & singulis in virtute sanctæ obedientiæ, & sub pœnis suspensionis & excommunicationis, quas in personas vestras, & interdicti, quod in Capitula, collegia, & loca vestra ferimus in his scriptis, sex dierum monitione præmissa, de quibus vobis duos pro primo, duos pro secundo, & reliquos duos pro tertio termino peremptorio & canonica monitione assignamus, districte præcipiendo mandamus, quatenus stationes & processiones nostras ab antiquo observatas & non alias in singulis ecclesiis vestris communiter & concorditer observetis, benedictionum & visitationum ferias in ecclesia Sancti Salvatoris facientes & observantes, prout hactenus ante discordiam, quæ nunc inter vos est, consueverat observari, sed quia ab aliquibus vestrum ex utraque parte extitit dubitatum, quatenus prædictæ antiquæ consuetudines propter juramenta prius præstita absque reatu perjurii non possent invicem observari, quod tamen non credimus, nec ad præsens nobis constare potuit, nec videtur, sed ut omnis ambiguitatis & anxietatis scrupulus conscientiæ vestræ repellatur, vobis liberam damus auctoritatem & potestatem per præsentes, ut non obstante dicto juramento, si quod sit, quod absque difficultate & gravi scandalo non valeat observari, dictas consuetudines superius expressas concorditer, ut dictum est, observare possitis absque metu reatus perjurii, cum in quolibet juramento auctoritas superioris sit excepta, Adjicientes insuper & protestantes,*

Abbas in ea orationis causa deambulans lignis & lapidibus circumquaque corruentibus (1) astitit, qui tamen Dei gratia illæsus evasit. Et nota, quod cum *Willelmus* Comes hujus villæ sibi vellet usurpare dominium, & ut in ceteris sibi patriis jurisdictionem, duos ejusdem villæ incolas sibi specialiter adhærentes ibidem instituit, quos Scultetos sive judices ordinavit, quod cum quorundam parte institutis adversa cernitur, ægre recipitur, fierique contrarium conspiratur. Unde jam nunc die quadam assignata tam incolæ quam suburbani dictorum videlicet adversarii hunc casum proponunt discutere, & præfatos Comitis novitios, ut errorem, id est, auctoritate Comitis jurisdictionem revocent informare, quos cum profugos & deliberationis sententiam minus exspectantes inveniunt, Comitem in eis dispiciunt, dictorum mansiones, domos videlicet lapideas, fun-

quod super aliis articulis, de quibus inter vos controversia existit, posteaquam requisiti fuerimus, & nobis de ipsis & aliis constiterit, parati sumus & erimus justitiæ facere complementum. Datum anno Dni M. CCC. *vicesimo sexto in vigilia Pentecostes. Acta, pronunciata, & promulgata sunt hæc Trajecti in domo habitationis dicti Episcopi Trajectensis, sub anno, indictione, mense, die prædictis, præsentibus Venerabilibus viris & discretis Dnis* Jacobo *Dei gratia Episcopo Zudensi*, Giselberto *de* Everdingen *Decano*, Bertoldo Spirinc, Gisberto *de* Jutfaes, Huberto *de* Bosinchem, Theodorico *de* Lobede, Waltero *de* Zulen, Hugone Pollaert, Wilhelmo Capellano, Egidio *de* Bake *majoris*, Gerardo *de* Zulen, Rutgero *de* Voerde, Gerardo *de* Amerongen, Arnoldo Pot, Waltero *de* Boderic *Sancti Salvatoris*, Johanne *de* Ternout *in Decanum electo*, Nycholao Frisone, Wilhelmo *de* Leyden, *Sancti Petri*, Henrico *de* Loenresloot *Decano*, Bartholdo *de* Daventria, Alberto *de* Judfaes, Alberto *de* Bastonia, Henrico *de* Reno, Conrardo *de* Gheno *Sancti Johannis*, Rodolpho *de* Borch, Theoderico *de* Ere *Sanctæ Mariæ ecclesiarum Trajectensium Decanis & Canonicis*, Johanne Rotardi, Arnoldo Proeys, *Burgimagistris dictæ civitatis Trajectensis*, Arnoldo *de* Velde *Sculteto*, Johanne Walen, Theodorico Roman, Johanne Leheman, & Ludolpho Mercatore *laycis*, *testibus ad præmissa vocatis & rogatis &c. Et ego Johannes de Absteden clericus Trajectensis &c.*

(1) Martial. ** *epigr.* 3.

Heu quam pene novum porticus ausa nefas!
Nam subito collapsa ruit, cum mole sub illa
Gestatus bijugis Regulus esset equis.

** **Lib. 1. Epigr. non 3. sed. 13. Hujusmodi errores aliquando commisit Matthæus dum aliud ageret.**

Digitized by Google

funditus subvertendo. *Willelmus* igitur Comes omnium quasi negotia assumens, & se de multis superflue intromittens studeat matura deliberatione præfata corrigere, clericos in pace relinquere, si cotidianum & per secula scandalum voluerit evitare.

Eodem anno in beati Odulfi crastino apud *Curtracum* Flandriæ res cernitur, cujus utique simile à mundi principio vix auditur. Notandum itaque, quod cum Flandriæ communitas, & præcipue Brugensium, contra nobiles, ut superius legitur, & isti contra Communitatem decertarent, & quique hora qualibet pro detrimento resistentium laborarent, contigit Comitem Flandriæ quosdam de Brugensium melioribus certo conductu, literisque patentibus, quasi pro concordia allicere, qui treugis credentes, fidemque pollicitis adhibentes *Curtracum* die tacta superius intravere. Quod cum adversariis, turbis videlicet nobilium percipitur, Comiti innuitur. Ad cujus subito præsentiam melior Flandriæ nobilitas congregatur. Quibus astantibus causa proponitur, & quid pro dictorum perditione, Brugensium videlicet, commodius fieri debeat, disputatur. Quorum conclusione nuntius mittitur, dictorum hospitium quæritur, ad quod irruentibus cum Comite nobilibus pervenitur. Quibus cunctos quoque, qui de *Brugis* aderant, occidere volentibus, Balivus civitatis se nititur objicere, & quorundam introitum præpedire. Quod cum Principes ægre reciperent, perditionique Brugensium absque remedio insudarent, tumultus signum ostenditur, porta clauditur, fugaque maturata nobilibus præpeditur. Quorum consilio quilibet servorum pro equis quasi adducendis ad stabulum mittitur, illa tamen intentione, ut hospitium quodlibet accendatur. Quibus ardentibus, incolis quoque propter damna debacantibus ad arma curritur, Dominus Flandriæ cum VII. militibus quodam castro recipitur, cujus patruus Comes videlicet de Namur *Johannes* ** maximo utique fortunio equis se tertio deportatur. Reliquorum vero multa nobilitas, quæ per eosdem adducta fuerat, mortis imperium sentiebat, quorum XL. privata loco tumuli fossa recipit, ut nobis casu superveniens atque dictorum cadavera intuens explicavit, dicti quoque milites Comitis pro ipsorum evasione lacrimas frustra intuentes ad Brugensium, qui supervenerant, instantiam indumento quolibet denudati per fenestras dejiciuntur.

** Vide supra pag. 512.

Qui erectis ibidem gladiis lancearumque aculeis more horribilissimo, antequam terram attingerent, occiduntur. Quo facto solus Comes timore rugiens, quolibet quoque passu occidi metuens infinita quasi multitudine *Brugis* ducitur, ubi ultra quam placuit detinetur. Quidam interea se quarto Præpositus ad Comitis solatium per Torneacensem Episcopum destinatur, nec non divini adjutorii suffragio roboratus, *Brugis* villam videlicet ut nunc infidissimam nititur invadere, & incolarum excessus maledictione quasi proposita detestari, qui minima oblocutione furibunda gente mox impetitur, & quolibet sibi licet sacri ordinis socio suffocatur. Hujus insuper tempore Julii videlicet mense dictus sine capite populus nititur procedere, & duas pietatis villulas *Gandavum* videlicet & *Ardenburgh* sibi dissentientes, & domino licet capto fidelitate præcipua adhærentes innumerata multitudine more aggerum coartare. Quod cum Gandavensium nobiles ut nunc utique Flandriæ meliores cernerent, & dicti eorûm adversarii versus regalem ipsorum civitatem procederent, tumultus oritur, ad arma curritur, & in divisionis Apostolorum crastino ad locum certaminis pervenitur, ubi sicut moris est, vita defenditur, palma quæritur, quæ bis eodem die dictis pro certo Gandavensibus præsentatur. Quibus cum fortunæ pietas minus sufficeret, & ingratitudo illam offenderet, rota volvitur, victus erigitur, & dictus jam vincens populus tam sitis quam caloris tædio aggravatus fugere per planitiem præparatur, qui dum per artam viam juxta fluvium, qui *Scelt* dicitur, cursum dirigeret, & callis multitudini fugientium non sufficeret, dolor cernitur, tardus opprimitur, sed pars utique melior dicto cadens flumine suffocatur. Hoc itaque intestino Flandrensium heu! prælio multus utique populus dejicitur, cujus numero Gandavensium probitas remanentibus deploratur. Hujus vero lamentationis materia deficeret, si gens communis nobilibus præliandi studio adhæreret. Communitatis enim fallacia, quæ traditio dicitur nobilis, ad præsens Gandavensium probitas declinatur. Quo mox processu *Ardenburgh* datis hinc & inde obsidibus ceteris adunatur. Universa itaque dissensionis materia apud jam dictos tranquillata, gente quoque extranea dictis de *Ardenburgh* pacis ordine combinata, per *Ardenburgenses* obsidum restitutio petitur, quæ usque ad aggerum destructionem, fossarum quoque im-

impletionem fieri denegatur. Omni itaque ad *Brugensium* instantiam munitione destructa, quavis quoque prole, quæ obses fuerat, restituta, dicta pietatis villula, quæ hactenus beatæ virginis miraculis claruit, furibunda gente impetitur, ejusque murus terga vertente quovis nobili devastatur, communis vero populus manum exibens dictis quoque per omnia consentiens reservatur.

Ad templum fatæ quidam timidi fugientes
Umbram quærentes hinc tolluntur brevitate,
Vi necis afflicti, quibus in cunctis maledicti
Postea cernuntur hi quis data mente geruntur.

Interea universalis quasi Flandriæ communitas una cum Brugensibus se nititur ad bella disponere, & ut Gandavensibus noceat præparare. Quorum via quædam Gandavensium villula, *Oudenaerde* scilicet nomine, sita fuerat, cujus perditioni venientium universitas insistere laborabat. Unde apud præfatam villulam flumen motu consueto subtrahitur, ut videlicet tempore placito majori impetu dissolvatur. Hujus itaque concreto Martini videlicet hyemalis crastino hostibus circa villam jacentibus aquæ ductus recluditur, ad arma curritur, ubi septem vel amplius milia infestantium occiduntur. Gandavensium similiter superstites suorum jam dudum exitia deplorantes proponunt, ut sequitur, communitatem sibi dubiam expellere, & Comitem de Namurco ter quingentis Alemanniæ probissimis effuso quasi salario convocare. Quorum tempore Brugensium populi fato conflictu, licet perdito, non cessantes, sed eorum exercitum versus eandem dirigentes quadam ibidem planitie tentoria nituntur erigere, Gandavum quoque noctu dieque quasi incessabiliter infestare. Ad quorum confusionem aqua ut prius apud *Oudenaerde* contrahitur. Qua contracta Comes de *Namur* suis fidelibus armis induitur. Ad cujus exitum porta conveniens aperitur. Ipso itaque per circuitum ad hostes procedente, artam quoque viam. qua planitiem intraverant, occupante, aquæductus apud villam dissovitur, cujus stillicidio tota infestantium planities irrigatur, ubi dum multitudo non modicum confusa parat fugere, nec non per viam, qua venerat, fugam dare, Comes de Namur, qui jam suis valentibus pervenerat, exitumque vallaverat, nititur proficere, & de dicto-

 rum

Digitized by Google

rum numero LX. cum quingentis Brugensium videlicet trucidare, evadens vero multitudo per diversa nititur fugere, singulisque personis calles singulos ostentare.

Miror præsentes nuper super astra loquentes,
Vixque ea credentes cursu tardare clientes.

Statuunt interea Brugensium populi Comitem eorum à vinculis solvere, hac saltem adhibita conditione, quod ipsorum hostes debeat debellare, qui ad omnia, ut ipsis placuit, respondere nititur, donec ab eorum potestate solutus, prout deambulando placuit, callibus semitæ applicatur, quorum principio versus majores dictorum hostes, Gandavenses videlicet Comes iste se dirigit, non solum illorum audaciam non infestando, verum per singula confortando. Quo facto dictus Comes ad Franciam quasi fugiendo tendere nititur, ubi per Regem diebus variis sustentatur. Quantæ vero maledictiones sive interdicti tempestates tam per summum quam per alios Pontifices Flandrensibus superveniunt literæ præsentes quam modice non ostendunt. Sacerdos vero, qui causa interdicti divina tractare renuit, plebanis abjicitur. Qui vero coactus dictis se immiscuit Prælatorum sententia condempnatur. Sic itaque Flandria multis temporibus vere optima inhabitantium malitia confundi cernitur. Pro cujus ut ita dicatur remedio universitas fidelium postuletur.

Eodem anno dissensionis materia per diversa terrarum climata pullulavit, Dominoque Apostolico contra Alemanniæ Electum consueta discordia perdurante, eidem Electo cunctisque fautoribus cotidiana quasi maledictio legitur, inter quos summopere Potestas Mediolanensium numeratur, contra quem specialiter per Apostolicum proceditur, dum (1) cruce prædicata omnibus

(1) *Crucem prædicare* est propositis indulgentiis & remissione peccatorum, quod Papale est stipendium, explicatis vexillis, in quibus crux est depicta, contra infideles ad arma populum concitare, contra hæreticos, Saracenos, Turcosque. Ludovicus autem hæreticus condemnatus. Si quæratur, quam ob causam, verbo tantum dicam, quod in Papam non crederet, quod Papæ potestatem, quam in Reges, in Principes, usurpabat infinitam, in con-

Digitized by Google

omnibus illi suisque nocentibus indulgentia tribuitur transmarina. Hoc itaque dissensionis articulo plus errante, Ghelforumque

controversiam vocaret, quod Papa non assentiente Imperatorem dixisset se, & Imperatoriam potestatem invito Papa exercuisset. Albertus Argentinensis: *Papa Ludovicum super eo, quod nondum approbatus per sedem Apostolicam jura imperii administraret, & Galeacium hæreticum foveret, Avinionem citavit, & post annum similiter de hæresi condemnavit, privationis juris electionis, Ducatus sui & Dominiorum, & aliis plurimis in eum & filios, & fautores ejus successive sententiis promulgatis.* Verum strenue Ludovicus contra Papam defendit se, non armis tantum, sed & scriptis. Extat Apologia ejus, quæ prorsus meretur legi, apud Goldastum *to.* 1. *constit. imper. p.* 333. Extat Principum Electorum rescriptum apud eundem in Comitiis Reinsensibus Ann. 1338. *ibid. p.* 335. *Nos & alii Collectores nostri*, inquiunt, *cognovimus. & nobis constitit evidenter ex processibus quondam Domini Johannis Papæ* XXII. *prædecessoris vestri, quod ipse primo & postea sententias excommunicationis & interdicti (si sic dici merentur) ac alias diversas sententias, & processus, de facto contra Deum & justitiam, & juris ordinem fulminavit contra prædictum Dominum nostrum, Dnm Ludovicum Romanorum Imperatorem. ac fautores & adhærentes sibi, qui à majori parte Principum Electorum fuit rite & rationabiliter in Regem Romanorum electus, in Imperatorem postea consecrandus, quod se de Imperii administratione intromisit, non approbata per prædictum prædecessorem vestrum ipsius electione &c. Per quas sententias & processus cum juri & consuetudini Imperii maxime derogetur &c.* Sed frustra nequicquam hæc. Papa nec Principem, ut qui Deus in terris *c. satis* 7. *dist.* 96. & eo multum superior *c. si Papa dist.* 40. qui de omnibus judicat, ipse à nemine judicandus *c. cuncta* 4. *qu.* 3. nec Electores curavit quicquam. Bellorum auctor, instinctor, & Regum etiam gentilium, ut Willelmus diserte ait, in Germaniam concitator. Divisus hinc terrarum orbis, divisa Germania, divisa ipsa Italia inter flammas & sanguinem. Et tantum tum potuit, qui passim animos occupaverat, Papalis quidam terror, tantum religio, summæque ejusdem & potestatis & sanctitatis opinio. *Joannes Papa* XXII. ait, qui adjecit Paralipomena ad Abbatem Urspergensem, *Imperatorem Ludovicum excommunicavit, ut qui Imperatoriam potestatem & jurisdictionem in Italia ante coronationem usurparet. Hinc gravissimum schisma in Germania exortum, quod fere annis* XXIV. *duravit. Unde passim in civitatibus multæ seditiones, multa civilia bella fuerunt &c.* Verbo addam, si id tanti, quod à cruce est *Cruciata*, pensio, seu tributum, quod solvunt singuli in usum belli suscepti cum hæreticis, cum paganis, Turcisve. Greg. Leti 2. *de vita Philippi Regis lib.* 3. *pr.*

forumque exercitu contra Ghibelinos imperii dimicante, popularis turba, Ghelfus videlicet, maximo exercitu apud ** *Januas* contrahitur, quæ civitas per Ghibelinos, quibus *Fridericus* de *Baerne* præerat, infestatur, ubi post pauca ad arma curritur, campus quæritur, cujus planitie Ghibelinis prævalentibus ter decem Ghelforum milia una cum fratre summi Pontificis occiduntur.

** Genuam.

Eodem tempore in Hollandia dissensionis quædam materia cernitur, cujus tractu *Dordracensis* villula villis quasi singulis impugnatur. Comes vero *Willelmus* Dordracensis nova quædam privilegia tulit, quibus utique ceterorum vetera revocavit. Dictis itaque jam nunc illis uti volentibus, reliquorumque nautas attrahentibus, cuncta quasi per Northollandiam communitas se studet contrahere, & communi singulorum consilio apud suas partes Dordracensium mercatores capere, dimissisque personis, omnia quæ attulerant, sequestrare. Quo processu *Willelmus* Comes multum ostenditur, mutatio quæritur, sed quum plurimi gestis aderant subportatur, juxta videlicet.

Ob populum multum crimen transibit inultum.

Eodem anno æstas serenissima, pluviarum quoque imbribus rarissima, roris tantum participio fructus scitissimos gignere cernitur, quod utique multorum oculis non miris sed miraculis applicatur. Cujus pro certo tempore tanta extitit siccitas, quod diversorum partibus pecudes suas adaquare volentibus pro puteo miliare vel amplius teritur. De cujus subsequenti hyeme non minus mirabile perhibetur: tanto enim frigoris horrore tunc unda stringitur, quod omne pecus siti deficeret, si ignis non fuit, quo glacies degeletur:

En velut hic gentive bovi gustare volenti
Flumine siccato nocet æstas, sic quoque fato
Frigore duratis fluviis labor est recitatis,
Flamma solventte, quod hyems aqua coxerat in te.
M. ter C. quater V. sex jungimus à vice, qua tu
Nasci matre pia dignaris Christe Maria,
Dum gens despecta, gens pessima, gens maledicta

Captum

Captum Pastorem sacco ligat, inque liquorem
Ducit mergendo. Deus assit opem tribuendo,
Ut prosa retro pateant nimis abdita metro.

Noverit igitur fidelium universitas inter Madeburgensem Archiepiscopum ejusque civitatis populum quoddam minus conveniens dissidium multis temporibus extitisse, in quo vice quadam idem Episcopus capitur, qui per quendam, cujus custodiæ commissus fuerat, liberatur. Unde idem quodammodo malevolus omni mora postposita illos, qui sibi manum injecerant, nititur corripere, summæ quoque maledictionis sententia provocare, quorum tandem XVI. de majoribus veniam nituntur petere, & injuncta pœnitentia ad Curiam pro absolutionis beneficio properare, quorum utique minimus non revertitur. Sed quæ mortis eorum causa veraciter fuerit ignoratur. Quorum tamen amici contra Episcopum mussitant, ipsique eorum interitum imputabant. Unde communi pacis organo deficiunt, inter quoque eos sæpius lites fiunt, ubi tamen, dum pro concordia loquuntur, treugarum pietas impetratur. Quarum minus catholice Episcopus primo, secundo, & tertio transgressor extitit, in quo utique sacramentum promissionis & fidei violavit. Quod cum adversariis spe quasi carentibus cernitur, ad auctorem, quasi artis per artem traditur illusio, festinatur. Unde ut nunc sicut multotiens superius treugarum interpositione tempus cum loco quæritur, ubi pacis & concordiæ materia ventiletur. Ad quem dum Episcopus fidem adhibens pollicitis cum paucis accederet, & quum adversariis pluralitas prævaleret, ipse legem, quam ante tulerat, patitur, & à propriis civibus treugis non obstantibus captivatur. Qui cum detentus mentem superbiæ non corrigeret, præteritorum quoque excessus adversariorum instantia non mutaret, brevi, proh dolor! consilio sacco imponitur, & in flumine, cui nomen *Albia*, suffocatur. Quantæ vero maledictiones in ipsius vindictam subsecutæ sunt, scribere deficimus, ne mentes tam audientium quam legentium provocemus.

Eodem anno *Dordracensium* populi præsumentes, suisque exactionibus totam quasi Hollandiam infestantes, tantis tamque variis insipienter se dirigunt, quod non solum Dominum *Johannem* fratrem Comitis, qui Communitati in cunctis affuit, verum

etiam ipſum Comitem eis quaſi per prima aſſiſtentem offendunt. Unde Comitis edicto quadam die concurritur, communiſque expeditio per totum Hollandiæ Dominium ordinatur. Quorum rumore hactenus effrenati dimiſſis ſupra aliis ſe nituntur flectere, & maximo à Comite ſcandalo vix impetratam veniam poſtulare. Unde & iſti ſicut ſuperius *Kenemari* non ſolum nova non conſequuntur privilegia, verum judicantur digni perdere hactenus habita vel optenta.

Eodem anno apud Franciam mira ſupra modum res cernitur, cujus juſte ſeries ſcripturarum memoriæ commendatur. Noveritis igitur, quod quidam Judæus ritus Chriſtianorum voce commendans, perverſaque ſimulatione ad baptiſmi lavacrum properans, actu & habitu fidelibus ſe ſtudet jungere, nec non, ut mos eſt, eccleſiam frequentare, ubi poſt variam infinitamque ymaginum mutilationem corpus Dominicum abſque læſione ſuſcipit, quod ſuis complicibus integrum præſentavit. Quid autem illo actum fuerit, à nobis quæri deſpicimus, quoniam ignoramus. Cum autem temporis curriculo, dum nequitia Deum offenderet, beatiſſimam quoque virginem varia ſuæ imaginis mutilatione provocaret, ipſa cuidam fabro, ſimplici videlicet viro, in ſompnis apparuit, & eum contra dictum Judæum ad duelli certamina confortavit. Qui cum ſecundo vel tertio ammonitus negligenter procederet, & ipſe poſt vice quadam eccleſiam intrare proponeret, ymago præfatæ virginis ſibi in hoſtio occurrere nititur, per quam ejus introitus præpeditur, quæ etiam verbotenus ſubdere dicitur, *Niſi prout in ſompnis tibi jam ſæpius retuli, ſcandalum filii mei meumque in Judæum vindicaveris, noſtri templi introitu proſcriptus eris. Vade ergo viriliter agens, dictumque Judæum ad ſingulare certamen alliciens, quum Chriſtus meus filius dictis aderit, qui tibi præfatum ictu leviſſimo ſubjugabit.* Ad inſtantiam itaque fabri idem Judæus judicis officio ad campum trahitur, ubi mox non ſolum fabri verum Dei malleo declinatur. A quo dum veniam petente nequitiamque fatente, quare ſe non defendiſſet, quæritur, dicitur reſpondere. *Quid potui in hoc prælio ſolus facere, aut aſſaltus ſupervenientium ſubportare Vidi enim adverſario meo quaſi mille armatos aſſiſtere, ſibique paratius auxilium præbere.* Dictus itaque miſer ad patibulum ducitur, ubi etiam incendiis devoratur

Fabro

Fabro gaudente, velut ante, Deumque colente,
Vidimus Egmondæ fatum, tibi laus Deus unde.

Eodem anno (1) Begardorum nequitia, quæ diversis mundi climatibus hactenus latere cernitur, apud *Coloniam* propalatur. Isti enim eorum ibidem stultitiam prædicantes, & matronas varias ad ipsorum ludibria contrahentes sub terra quoddam mirabile habitaculum fecerant, quod *Paradysum* vocabant. Omnibus enim illico divitiis affluebant. Ad quem locum, ut sæpius, etiam in nocte Parasceves convenire decreverant, ubi cujusdam potentis uxorem cum ceteris invitabant. Illa itaque ad præfatum locum eodem tempore transeunte, ejusque marito non modicam contra ipsam suspicionem habente, ipse lorica munitus, cujusdam quoque Lollardi habitu indutus ad præfatum locum festinare traditur, cujus semita per uxoris pedissequam ostentatur. Ipse itaque cum ceteris hujusmodi paradysum ingrediens, sed in angulo privatim se recipiens, gestorum diversitates nititur discutere, & finem sub silentio exspectare. Quorum medio quidam ipsorum reputatione valentior, fuerat enim inter ceteros eloquentior, nititur surgere, in Ihesu suæque matris Mariæ, ut ajebat, præsentia erroris materiam propalare. Duo enim, ut per conceptionem loquar, ibidem aderant, qui se Mariam & ejus filium asserebant. Dictus itaque nudus prædicans, & omnes more innocentum ad nuditatem exhortans, vario errore tam prima quam media nititur detegere, & conclusionem tenebris, extinctione candelarum videlicet, deturpare, ubi dum quilibet porcorum more suam nititur subjicere, carnis quoque officium summa quasi invidia perficere, dictus potens peregrini ordine & quasi casu propriæ uxori jungitur, cujus maxilla subtracto similiter annulo vulneratur. Quo facto summa festinatione nititur fugere, & die crastina cuncta quæ viderat

(1) Infames hi hæretici. Stero Altahensis ad Ann. 1311. *Hic Papa sectam Begardorum & Begardarum hæreticorum utriusque sexus reprobavit, qui Alemanniam † in plures provincias perversis dogmatibus suis infecerunt. Dixerunt enim inter cetera hominem eundo de virtute in virtutem perfectiorem Christo posse fieri &c.* Unde dicti sic non satis constat. Vid. du Cange. † & plures.

derat propalare. Capiuntur igitur cum præfato Ihesu ejusque matre hujus sectæ singuli, quorum corpus aut ignis voragine aut Rheni flumine suffocatur. Quid autem dictum potentem suæ uxori in amicorum præsentia tam vulneris ostensione quam anuli subtractione proposuisse didicimus breviatur. Fertur præterea quendam illico juvenem ob amorem fugientis tactumque negantis quasi per tempus deficere, tandem vero ad sororis instantiam cicatricem vulneris enodare, per quam ad quoddam velut supra paradysi habitaculum sæpius ducitur, ubi dilectæ tam in osculis quam in ceteris vice plurima sociatur. Cujus cum gressus deficeret, dictaque materia conscientiæ malitiam augmentaret, fuga petitur, confessor quæritur. Ad cujus instantiam quævis dictorum series divulgatur. Hujus itaque *Paradysi* Cherubim dormiente, gladioque versatili jam cessante, accessus panditur, Ballivus arcessitur, cujus vultui multo magis quam auditu perceperat, ostentatur, ubi utriusque sexus multitudo capitur, quorum plurimi denario procurante, avaritia instigante, mortis nexibus liberantur.

Eodem anno mortalitate infinitorum quasi pecorum quorundam mortalitatem cernimus Prælatorum, quorum numero *Reynoldum* Gelriæ Comitem majori numine credimus reputandum. Hic enim gestis nobilissimus, & inter præcipuos reputatus multis annis per proprium ut dicitur filium more captivorum deputato sibi habitaculo clauditur. Qui æterni misericordia utroque ut nunc ergastulo carnis videlicet & carceris liberatur.

Hujus vicino tempore vir per cuncta laudabilis Abbas videlicet Sancti Pauli cœnobii Trajectensis *Henricus* nomine de medio tollitur, pro cujus successione disputationis materia ventilatur. Cum autem in electione Capituli dissensio crebresceret, alius quoque alium postularet, quidam *Gierlandus* spiritu utinam sancto ad sedem trahitur, cujus tamen pridem memoriam perire cum sonitu putabatur. Is quoque per discordiam multis præesse statuitur, sibi vix hactenus sufficiens, ubi regularis subjectio postulatur.

Sed quæ post illi fuerint despecta priore
Et quasi rancore tribuit tenor is minus ulli.

Eodem anno *Mabilia* in Reynsburg Abbatissa moritur, cujus sede

ſede nobilis Domina *Machtildis* nomine collocatur. Hujus pater de *Duvenvoerde* nomen habuit, matrem vero *Florentius* frater Domini de *Brederode* procreavit.

Eodem anno *Francia* ſuperior plagarum diſpendiis afficitur, quarum ſpecies locorum numero narratur. Urbes enim quaſdam Navarræ telluris motu obrui didicimus. Quid autem hoſtili manu Aquitaniæ partibus evenerit breviamus, ubi cum per conſequens grandis ſupra modum materia nobiſque vicina oritur. Ad cujus diſcuſſionem corde utique melior ſtiloque valentior poſtulatur, cujus tamen memoria ne cum ſonitu pereat, abſentiave deficiat præfatorum, nos ejus proceſſum breviter & pro viribus duximus tangere, ipſum quoque noſtris Chronicorum cedulis annotare. Notandum itaque, quod cum anno præcedenti, ut ſupra ſcribitur, † Anglorum tyrannus Aquitaniam armis invaderet, illamque pro viribus occuparet, Rex Francorum, Princeps utinam fideliſſimus nititur occurrere, ſibique ad hæc fidelium ſuffragia poſtulare. Quorum conflictus per Reginam Angliæ, * ſororem videlicet Regis Franciæ, hac ut quidam dicunt vice, ſubmittitur, quædam quoque pacis numina invocantur. Poſt hæc vero tempore tranſeunte, quintoque angelo ſuam fyolam ſuper ſedem Regis Angliæ effundente, totum Regnum non ſolum, ut prius, Principum proditione confunditur, verum nobiliſſima Francorum Regis filia una cum filio periculis adjicitur, quorum materia tactis in ſuperficie proceſſibus breviatur. Notandum ergo, quod cum Rex Anglorum *Hugonis Deſpenſier*, militis videlicet peſſimi, utens conſilio omnes quaſi ſuæ patriæ nobiles occidiſſet, dictoque *Hugoni* conjugis & filii nec non totius terræ cuſtodiam in abſentia commiſiſſet, dictus miles benigniſſima quaſi allocutione, ſumma quoque familiaritate Reginæ favorem ejuſque filii quærere nititur, cujus labor in dampno per ſingula reperitur, quorum inter cetera proceſſu Regis primogenitus dicto *Hugoni* allocutus fuiſſe dicitur, vas quoque quoddam aqua plenum tali verbo vel ſimili oſtendiſſe: *Domine Hugo vultis nobis humanitatis officio aſſiſtere, noſtris quoque juſſionibus parere, tunc rogamus, ut modicam noſtri precatus materiam velitis attingere, vas quoque tale pede veſtro, ut aquam ejiciat, commovere.* Cui dictus miles verba primo deriſoria reſpondiſſe dicitur, ſed tamen vaſe dejecto aquam penitus effudiſſe. Quam dum puer recolligi

† Eduardus II.

* Iſabella ei nomen. Gulielm. de Nangis ad Ann. 1326.

 præ-

præciperet, dictusque traditor recollectionem impossibilem asse-reret, puer intentionis suæ propositum persequitur in hæc verba: *Domine Hugo sicut hanc aquam motu vestro diffusam nescitis recolligere, similiter nec amicorum sanguinem vestro consilio proditorum ad vitam poteritis revocare, quorum proditio vel interitus nunquam apud nos tantis oblivioni dabitur, quin eorum vindictam, si quandoque illam Deus obtulerit, persequetur.* Hæc itaque vel similia puero perorante, ejus quoque domino huic astante, fatus *Hugo* sibi utique conscius ab aula nititur procedere, nec non dictorum singula Regi per conjugem vice Nuntii propalare. Quo audito Regis iracundia talis fore dicitur, quod Regina cum filio, si conjugis reditum expectaverit, periclitatur. Quamobrem nobilissima Angliæ Regina assumptis familiaribus honustisque trieribus ab Anglia una cum filio hujusque patruo nititur fugere, & ad fratris dominium Franciam videlicet pervenire. Cujus absentia maritus incepto quondam flagitio nititur procedere, & præscripta Aquitaniæ spatia devastare, omnes quoque ibidem masculos gladio vel simili perimere, mammasque fœminis amputare. Quæ mala incolarum diversitate proveniunt, quum in se divisi diversis Regibus adhæserunt, quibus post hanc, ut dicitur, tempestatem Princeps unanimiter eligitur, per quem obmissis Regibus dicta sæpius patria gubernatur. Hujus quoque vicino tempore dictus *Hugo* quosdam Jacobitas ad Papam mittere dicitur, per quos nummo socio, ut Rex Angliæ conjugem abjiciat, aliamque adducat, tota quasi Curia subornatur, aula etiam, proch dolor! Francorum simili vere nummo inficitur, ut dicta sæpius Regina apud eam cum filio captivitate perpetua teneatur. Interea nobilis Regina licet dictam forte traditionem ignorans, suam tamen peregrinationem deplorans congregatis cum Rege Francorum Principibus humili instantia lacrimosisque suspiriis rogare nititur, ut sibi ad reditum Angliæ succurratur, ad quam singulorum manus pro suffragio porrigi dicitur, Quorum etiam numero nobilis Princeps *Johannes* Hannoniæ frater *Willelmi* Comitis Hollandiæ recitatur. Tempore itaque transcurrente, Reginaque non solum fratris, sed etiam omnium amicorum pollicitis carente ipsa se divino adjutorio invocato pro reditu versus Angliam nititur disponere, & ad hoc humiliter nummos quos poterat congregare. Unde Gallorum semper pavi-

dorum

dorum solatio deficiens, & in Teuthonicis furorem de more retinentibus cordis anchoram figens versus Hollandiam una cum filio dirigitur, quum in illius Domini Principe tota ipsius fiducia sustentatur. Quali autem vel quanta veneratione dicta sæpius Regina apud *Dordracum* in festo nativitatis beatæ virginis à *Willelmo* Comite recipitur, brevi minus carmine peroratur, ubi etiam (1) dictorum pueris, Reginæ videlicet primogenito & dicti Comitis filiæ, dicuntur sponsalia contrahi, dummodo Curiæ placeat, & super tertium consanguinitatis gradum dispensatio poterit impetrari. Hac itaque illico existente, suique adventus causam Comiti propalante, timoris propositio ventilatur. Quis etenim nisi stultissimus Rege invito Regnum Angliæ manu armata, sicut ab ipsa petitur, auderet invadere, ipsumque viribus occupare? (2) Cujus tamen petitioni *Johannes* Hannoniæ Comitis Hollandiæ frater legitimus, Comes & ipse Suessionensis, voto quasi nititur assistere, & ad ejus suffragia probiores, quos poterat, congregare. Ad cujus, ut ita loquar citationem, Regisque Boemiæ afflationem quædam Teuthoniæ nobilitas armis induitur, quæ dicto Principi sociatur. Is itaque in beati Mathei vigilia apud villulam dictam *Briele*, fratre invito, ejus comitatu summa audacia naves ingreditur, quarum numero nil dictatur.

Carbasa tolluntur plano minus æquore tali,
Ursula te quali ludentem scripta loquuntur.
Ventus adest durus, mare sulcatur quasi murus,
Tramite depresso stans, unde magis dare cesso.

Quo-

(1) Eduardus III. est, de quo sermo, & Philippa Willelmi filia. De Hugonis supplicio Froissartus loquens *lib.* 1. *hist. Quo facto*, inquit, *Eduardus nobilissimus heros, filius optimus pessimi parentis, qui cum matre, ut diximus, exulaverat, Londini coronatus est Angliæ Rex illius nominis tertius, ætatis suæ anno* 16. *Uxorem duxit Philippam, Gulielmi Hannoniæ Comitis & Hollandiæ filiam. Hanc enim inter ceteras sorores amare cœpit, quo tempore una cum matre profugus ex Anglia in Hannoniam devenerat.*

(2) Meminit Guilielmus de Nangis ad Ann. 1326. *Postmodum Regina sperans cur Regis ad amorem & mansuetudinem posse inflectere versus ipsum aliquamdiu properavit, sed Rex eam malignorum depravatus consilio quasi sibi omnino abominabilem nec audire voluit, nec videre. Unde Barones indignati una cum Domino Johanne de Hannonia contra Regem ad bellum processerunt &c.*

Digitized by Google

Quorum expeditioni quasi pro miraculo adjici poterit, quod procellis utique tumescentibus, astrisque latentibus, una navis ab alterius vestigio nocte obscurissima non erravit, lucidissimo etenim solis radio melius combinari non poterant, quam se præfatæ noctis crepusculo sociabant. Quid autem superius per audaciam summamque similiter fortitudinem intendimus, si audire convenit, explicamus. Ad quorum ut lucidius procedatur subsidium novem præcipuos mundi quasi Principes reputatos duximus assumere, paucaque de singulis, prout nostris convenit † excitare.

† recitare.

Hectora commendo per plura sibi sociando
Cæsare, qui fatur Macedo, Josuæ sociatur,
Dignis, ut sydus, sequitur magnus Godefridus.

Quorum audaciæ, virtuti, seu prudentiæ, quia dictus *Johannes* comparari sufficit, supra tangens audaciam non defecit. Quis enim istorum, ut per singulos procedatur, patria fugiens, mare maximum transiens mille armatos solus invasisse scribitur, sicut in superficie fatus *Johannes* facere comprobatur. Regnum etenim Anglorum, quod infinitis armatorum milibus protegi cernitur, ad mulieris instantiam pauco per ipsum milite provocatur. Unde fatus *Johannes* dictis non solum quasi denus jungitur, verum si dici liceat ejus audacia præ ceteris reputatur. Rex autem Anglorum conjugis reditum longo tempore † persentiens, hunc quoque causa præcipue proscriptorum, quos sibi aptaverat, impedire cupiens, maximo exercitu, infinitaque navium multitudine, portus illos vallari præceperat, quibus ipsam credidit applicari. Illa vero tardante, dictoque exercitu quasi pro nichilo exspectante, assunt, qui dicerent Reginam castra movisse, nec non sua carbasa non ad hos portus, verum ad alios direxisse. Quo audito dictus exercitus fato loco nititur recedere, & aliis applicare. Quorum recessus vix biduo pernoctare dicitur, cum Regina eisdem locis summa pace & vere divinis nutibus applicatur. Hujus quoque dominii patriæ optio non defuit, quum frater Regis, qui Reginæ semper affuit, illi jure hereditario præfuisse scribitur, cujus adventus tam vassallis quum subditis honoratur. Qui quum se post marina reficerent, & majorum patriæ solatia, quæ promissa fue-

† præsentiens.

fuerant, exspectarent, Abbas Sancti Eadmundi, Benedicti videlicet ordinis, solus affuit, cujus thesauro Regina omnium expensarum inopiam reparavit. Ceterorum vero nullus infra quindenam Dominæ comparuit. Quilibet enim fortunæ exitu dubitavit. Unde si ad Dominam tenderent, omnes dampnationem incurrerent, si vires Domini postea prævalerent. Quapropter cuncti majores Reginam cum filio cordis intimo præferentes Regi se nituntur jungere, & ipsum, ne conjugi bella moveat, ut proposuit, informare. Qui tandem ejus fortunam videntes deficere, nec non Dominam Christi gratia prævalere, omnes quasi Regem dicuntur deserere, nec non Reginæ partibus adhærere. Sed quis timor horum mora advenis nasci potuit dici non sufficit, cum illorum fiducia istos patriam deserere, flumina terere, Angliam quærere procuravit. Assunt insuper tam vicini quam proscriptorum amici Regis facie fugientes, ejusque conjugi omnem pacem & amicitiam offerentes. Quorum quasi ordine quidam reputatus millibus affuisse dicitur, cujus fallacia non multo post tempore denudatur. Iste enim *Hugoni Despensier* inter amicos quasi præcipuus, & per ipsum ad Reginæ confusionem subornatus, loco privato Reginæque vicino complicibus trahitur. Unde quidam famulus indagationem faciens destinatur, qui ut Deo placuit proditionis causa captivitate detentus, mortis quoque timore perterritus, dominum ut evadat per singula procedere dicitur, qui dominus in foveam, quam fecerat, suffocatur. Eadem enim hora, qua famuli nuntiis Reginam prædictam tollere proposuerat, ipse interfectis sociis adversariorum spicula deliberatione tamen habita sentiebat. Quorum rumore sed præcipue Regis tyrannide tota Regio ad Dominam ejusque filium tantis confluere dicitur, quod Rex quasi pro modico reputatur. Ipso enim invito inimicus patrimonio restituitur, sui quoque ydoli possessio ad Reginæ placitum dissipatur. Cujus etiam genitor à Teuthonicorum facie fugiens, & in castro quodam se recipiens propria familia hostibus exponitur, & Dominæ præsentatur. Qui Regis propositum publicare compellitur, & quandam maximi horroris materiam denudare, videlicet quod Rex centum milites, ducentos quoque de valentioribus famulos morti velut quondam tradidisset, si Regina adventum ejus pauco tempore subtraxisset. Cujus confessio vix ad plenum panditur, cum

cum vis tortoris pessimi ejus corpori damnatur. Quorum rumore turba Regis minuitur, exercitus vero Hannoniæ Principis, Reginæ videlicet pervigilis, augmentatur, qui despectis horroribus spretisque laboribus per patrias sine intermissione properat, hostesque devastat. Capitur interea *Hugonis Despensier* traditoris videlicet pessimi fœmina, Regique sororis filia, & si fas est dicere concubina, quæ subito minima deliberatione in foveam descenderet, si se impraegnatam avunculo Rege videlicet non juraret. Quapropter absoluta proscriptorum familia, ipsa vice versa in captivitatem traditur, ** donec visibiliter, quid de ejus impraegnatione judicandum fuerit, perpendatur. Contigit præterea quendam Archiepiscopum pro Rege & contra Reginam in quadam ecclesia surgere, dictæque maledictionis sententiam provocare, cujus caput mox ab incolis tollitur, & Dominæ præsentatur. Rex autem tales ac similes suorum confusiones percipiens, suoque corpori similia perditionis inferri metuens, omnem divitiarum absque numero substantiam nititur colligere, nec non summa festinatione ad maris littora properare. Quem turba Dominæ ad tanta persequitur, quod omnis substantia, quam secum deferre proposuit, præpeditur. Rex quoque quasi solus ad littus fugiens navem ingreditur, cujus sibi sanctissimo omine à persequentium manibus deportatur. Rex itaque non solum Hannoniæ Principis audacia, verum etiam innatæ pravitatis fallacia paterno regno pellitur, cujus præda fatæ sæpius Dominæ, conjugi videlicet propriæ, præsentatur.

Si prædæ numero quæris, sex carmine vero
Bigæ majores nummis & equi meliores
Centum ducuntur, quibus hic benedicta loquuntur.

Rex insuper hac fuga ad quandam civitatem mari vicinam pervenire dicitur, quæ consanguineo Principe infinitis subito militibus infestatur. Cujus incolæ Regem deficere videntes, nec non sibi adversarios prævalere, portarum claves hostibus de muro projiciunt, quorum jactu introitus patefiunt. Quo rumore Rex paucis barcha receptus ad trierem nititur tendere, fugamque maris fluctibus licet tumescentibus maturare. Maluit enim procellis conteri, quam manibus ut nunc sequentium ar-

** Consule Menag. Jur. Civ. Amoenit. Cap. 21. *de prægnantis, capitali judicio damnatæ, pœna differenda.*

attractari, quis tamen ipsum hac vice captum cerneres, si ventorum enormia prohiberes. Isti enim malentes vivere, quam ipsius captivitate dubio mortis periculo laborare, vela vento tribuunt, terramque, quam mox dimiserant, rursum quærunt. Rex vero ad Walenses se dirigit, quibus tamen, ut dicitur, hostis fuit. Horum enim Princeps Anglorum conflictu quandoque capitur, quorum vinculis usque ad mortis terminum detinetur. Ad hos tamen licet alienos miserrimus fugiendo se dirigit, quem apud suos præteritorum conscientia accusavit.

O res miranda! res maxima! res socianda
Scriptis auctorum, nec non gestis meliorum!

Fugiens itaque Rex per dictorum patriam privatis silvarum se locis nititur recipere, nec non ferarum more densarum frondium umbraculis residere, cujus familia ab incolis persequentibus non proditur, donec justæ solutionis substantia altercatione varia denegatur. Verum Regalibus incolarum prædam tollentibus, solvereque negantibus, rusticorum clamor circumquaque percipitur. Cujus timore Rex cum paucis densissimis silvarum vepribus, modicis pastorum casulis hospitatur. Quo tempore Teuthonicorum societas à Regis persecutione summa deliberatione compescitur, ne inventus ab ipsis furore consueto, ut proposuerant, occidatur. Unde majori confusione more Hactæonis propriis quasi canibus persequitur, quorum princeps quidam Anglorum nobilis perhibetur. Qui cum Regem propter latibulorum multitudinem invenire deficit, ipsum prodentibus magnam pecuniæ summam tribui proclamavit. Ad cujus promissa dum quidam intenderent, fidemque fieri creditis postularent, assunt manu extensa illi summam promittentes solvere, qui locis incognitis Regis latibula voluerit demonstrare. Sicque quodam, ut dicitur, rustico Rex proditur, ad cujus cœnaculi cubiculum pervenitur. Qui cum januis licet invite apertis hostes conspiceret, quosdamque extracto gladio invaderet, assunt dicentes, quod proprium in vaginam cum festinatione gladium remitteret, quo minus alieni transitum per ventris media sustineret. Quo audito vis vi retunditur, sui quoque cum ipso capti complices deducuntur. Ubi Regis prisione

 bre-

Digitized by Google

breviter transeo, quid autem tribus sibi majoribus factum fuerit enodabo. Notandum itaque quod cum captivitas Regis sed præcipue *Dispensier Hugonis* per Angliam cernitur, ejusque ad patibulum transitus proclamatur, omnis utriusque sexus senes cum junioribus ad hostium nituntur currere, ipsumque in propriis armis, licet capite, ut despectis convenit, inclinato videre. Cujus maledictio scriptorum pennis licet plurimis tangi vix poterit, tota enim communitas illi maledicere non desistit. Is itaque *Hugo*, qui alias tortor majorum dicitur, minimis quasi patriæ jam torquetur, (1) ductus vero ad patibulum laqueo brachiis submisso tollitur, ut ipsius detestationis confessio astantium inquisitione varia denudetur. Qui coram omnibus dixisse legitur, omnes hoc mundo nobiles promotione avarorum pauperum defecisse, quorum numero se immiscuit, quando suo consilio Angliæ pulcherrimos interfecit, quod tamen non solum sua promotione fecisse asserebat, verum quia vel Regis captivitatem vel interitum formidabat. Quo completo Regis Cancellarius, nec non majorum alius dicti *Hugonis* præsentia patibulo strangulantur. Affuit quoque carnifex, per quem viventi lignoque pendenti subtracta ventre viscera flammarum incendiis tribuuntur. Corpus vero furca sublatum quatuorque mutilatum partibus ad totidem terræ angulos mittitur, ubi summo quasi studio & pro magno munere suscipitur, rotisque levatur, caput vero capiti patriæ, majori videlicet, quæ *Lonnen* dicitur, villulæ transmittitur, ubi turri altissima, lanceaque procera, cunctis qui adesse poterant, præsentatur. Et ecce quod omnes dicti *Hugonis* parentelæ, vel sanguinis, qui fortunæ suffragio fuga eripiuntur, totius Angliæ partibus proscribuntur. Quorum quidam navibus suscepti fluctibus se ingerunt, qui summa crudelitate more piratarum mercatorum spoliis victum quærunt. His itaque capto Rege tribus quasi mensibus Anglorum præsens conflictus submittitur, ubi ad Reginæ voluntatem nec non Hannoniæ Principis ordinationem singula con-

(1) Ad caudas equorum tractum & sic ductum ad patibulum Guilielmus de Nangis ait *d. loc. Satis cito post Hugo Dispensator per Baronum judicium ad caudas equorum fuit tractus, & ipso exenterato, ipso vivente viscera ejus sunt combusta, & deinde suspensus vitam suam miserabiliter terminavit.*

concluduntur. Quo tempore sæpe dictus Hannoniæ ad propria redire proposuit, quem dilecta sibi Domina, Angliæ videlicet Regina, usque ad tempus coronationis filii captivavit.

Eodem anno Dominus Apostolicus, Papa videlicet *Johannes*, contra *Ludovicum* Allemanniæ Electum more solito nititur procedere, ipsumque excommunicatum, Regnique nomine privatum, ut in propria persona apud Curiam compareat, suæque maledictionis sententiam audiat, evocare. De cujus excommunicatione materia nascitur, quæ nostris inseri postulatur. Notandum itaque, quod cum quidam potens & nobilis, *Ludovico* per omnia fidelis quadam vice de hoc mundo tenderet, ejusque parentela ipsum ecclesiæ, ut mortuis convenit, præsentaret, affuit presbyter, corpus cum oblationibus recipiens, corpus tamen, ut mos est, tumulo dare nolens, qui cum defuncti amicis informari renueret, ejusque custos ad campanæ pulsationem tendere denegaret, tumba magna humiliari præcipitur, in quam ligatus manibus & pedibus horum uterque, custos videlicet & presbyter, præcipitatur, quibus frustra clamantibus defunctus supponitur, quorum processu dicta proclamatio per patrias mitigatur.

Anno Domini CIƆ. CCC. XXVII. *Johannes* Hannoniæ Princeps videlicet nobilissimus ab Anglia revertitur, hujusque reditus, quem præcedentis anni Decembri fieri proposuisse dicitur, usque ad præsentis Februarium causa tacta superius protelatur. Cujus ut nunc adventu gaudebant non solum cognati, verum quicunque nobiles licet inimici. Hic autem propter maris forte pericula beatæ virgini apud *Rochemadon* visitandi votum fecerat. Post cujus, ut mos est, salutationem, ut dictis dispensetur pueris, properabat. Cujus cum procuratorium quodammodo deficeret, cumque petitionem cum instantia factam Dominus Apostolicus non admitteret, ipse circa finem mensis Maji apud Zelandiam fratri comparuit, cui mox singula tam Angliæ quam Curiæ revelavit. Quorum subito versus Franciam gressus dirigitur, qui semper in conspectu tuo dirigi, Domine, postulantur.

Eodem anno *Ludovicus*, qui Rex Alemanniæ dicitur, cujus ad Imperium transitus, causis hactenus variis & præcipue Papæ contrariis præpeditur, miro supra modum ordine Alpes ag-

greditur, cujus materia licet nobilis multumque ſpectabilis propter ſummi Pontificis diſplicentiam breviatur. Notandum itaque, quod cum guerrarum copia Italos pro tempore interficeret, dictum quoque, ſi fas eſt, dicere Regem, ipſis pro tempore electum, multorum inopia retardaret, fiunt Italicis procul dubio varia conſilia, quomodo ut hoſtibus Papæ adjutorio fortiſſimis tutius reſiſterent, Ducem ac propugnatorem invenirent. Mittuntur itaque dicto ſuperius *Ludovico* tam Romanis quam Italicis quædam ſub ſilentio literæ, rogantes ipſum quaſi furtive pauciſque familiaribus quodam ſignato ipſorum procuratoribus loculo comparere. Quorum petitioni *Ludovicus* modica deliberatione annuit, qui ſua Deo committens L. ſe vix equitibus dictorum nobilibus præſentavit. Cujus adventu vel præſentia dictorum majores ipſi pro viribus tam honeſtis perſonis quam Notariis fato prius loculo occurrentes gaviſi ſunt, qui commiſſa ſibi negotia decenter & brevibus hoc modo vel ſimili retulerunt: *Glorioſiſſimo nec non Sereniſſimo Principi* Ludovico, *Romanorum Regi ſemper Auguſto. Tuſciæ, Calabriæ, Romaniæ, & quaſi totius Italiæ Præſides ſemper & in omnibus mandatis & monitis obedire. Cum voce dominica Paſtoris abſentia oves diſpergantur, hujuſque deſidia infinita gregibus pericula luporum inſidiis generantur, rogamus humiliter & hortamur, cum Deus perſonam veſtram ad Imperii regimen elegerit, voſque nobis, qui cotidie tanquam oves à lupis inimicis affligimur, paſtorem ac propugnatorem ordinaverit, quatenus obmiſſis apud Germaniam negotiis ſpretiſque periculis propter has oves cuſtodiendas, tondendas, fœtaſque, ſi neceſſe fuerit, deportandas ad Italiam, veſtram videlicet provinciam, velitis tendere, nec non Imperatorum palatia poſſidere. Quorum petitioni ſanctiſſimos Pontifices Notarioſque clariſſimos quaſi pro teſtimonio præeſſe decrevimus, veſtris quoque reſponſionibus intereſſe, videlicet ut nobis illas referant, ſufficientique tam ſigillorum quam ſignorum teſtimonio conſcribant. Sciat autem veſtra Imperialis Majeſtas, quod ſi hac vice vel amplius tardaveritis, aut nobis ſubvenire, ut tenemini, renueritis, quod non ſolum veſtra perſona Romana ſede proſcribitur, verum omnis Theutonicorum ſucceſſio, quæ vobis in æternum poſſet fieri, eadem privatur.* Quorum nuntia cum *Ludovicus* tam verbis quam ſcriptis attenderet, reſponſionibus ex arrupto deficeret, hora licet modica ad deliberandum petitur. Qua conceſſa quid melius reſpondeat deliberatur. Qui ſaltem

rediens

rediens dixisse traditur, nec non hoc vel simili modo respondisse: *Sanctissimi patres ac Domini, Vestras vestrorumque petitiones jam audivimus, quarum effectui impedimentis cessantibus corde & animo comparemus. Verum cum nobis tria Regibus summopere necessaria, videlicet armatorum familia, necessariorum copia per cuncta deficiant, ** vianum quoque semitæ se abscondant, quo ordine quod à vobis petitur valemus perficere, sive ad sanctissima Romanorum limina pervenire?* Hæc autem cum *Ludovicus* diceret, nec alias excusandi causas prætenderet, responderunt subito circumstantes Italicorum videlicet Nuntii sollempnes his de causis nullam debere moram fieri; certum est enim hæc omnia per Italicos affluenter, dummodo ejus personam habeant, exhiberi. Quorum auctoritate *Ludovicus* modico habito consilio Nuntiis jungitur, per quos omni procul obstaculo Mediolanensibus sibi videlicet fidelissimis præsentatur. Ut autem his nostris auditu & relatione conscriptis major fiducia subveniat, tenor literæ de verbo ad verbum inseritur, quæ sæpedicti palatio ad Hollandiæ Curiam dependebat: *Ludovicus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus spectabili viro Willelmo Comiti Hollandiæ socero suo Karissimo gratiam suam & omne bonum. Licet quemadmodum alias sinceritati tuæ patefecimus ob causas quasdam speciales sacro Imperio ac Coronæ nostræ fidelibus necessarias, animo tamen redeundi in Alemanniam, venerimus in Tridentum, omnes nobiles civitatum, castellorum, & castrorum Imperialis Coronæ fideles nobis obviam occurrerant, exponentes afflictiones & attritiones suas innumerabiles, quibus professores Imperialis nominis amplius resistere non valerent, cum lacrimis nobis & amaris singultibus supplicantes, personas suas & posse decem & novem Episcopatuum, castellorum, & castrorum quodammodo innumerabilium, cum pecunia maxima offerentes, & personam nostram sub sacramento per nos de conservandis juribus Imperii præstito obtestantes, & quod, sicut ex debito ejusdem Imperialis gubernaculi assumpti & divinitus nobis crediti tenemur, ad relevanda ipsorum onera importabilia descenderemus, & assumendum dyadema Cæsareum more solito, & sedem Imperii principalem, quæ jam attrita & polluta nefandis rebellium ausibus à temporibus divinæ & claræ memoriæ quondam* Henrici *Imperatoris prædecessoris nostri, pene usque ad ultimum exitium, & usque irrecuperabilis desolationis obprobrium sunt deducta, protestationes suas, sicut nos duros suis senserunt postulationibus, coram*

** Leg. viarum.

ram nobis publice in præsentia nostri consilii, multorum sapientum Lombardiæ, ac Notariorum publicorum, quos de conficiendis instrumentis super eisdem interpellabant, facientes, & cum cordis amaritudine proponentes, quod nisi absque processu retrogrado in Italiam procederemus, ad liberandum eos, & nomen Imperii sustinendum, quod ex hoc nunc renuntiarent fidei eidem, & quod de necessitate naturali Domino relicto ipsos se oporteret peregrinæ committere servituti in non modicum nostrum, Principum electorum, domus nostræ † Ravoniæ, & totius nationis Alemanniæ obprobrium, & verecundiam perhennalem, & quia deinceps apud Deum & homines de hoc deberent teneri in perpetuum excusati. Nos vero his auditis multis, quæ nos, sicut Deo placuit, tetigerunt adversitatibus superatis, ne nostris temporibus personæ & domus nostræ Ravoniæ, ac totius Theutoniæ, & specialiter ne jura Principum Romanum Principem eligentium, de quorum propagine & nos processimus, & in quorum etiam cum nostra posteritate numero sumus, sic dampnabiliter absorberentur, & per indirectum occuparentur, per nationes alienas & frequenter antecessui Alemannico invidentes Regnum mundi multo generoso Alemannorum sanguine acquisitum ad eosdem deduceretur exteros & raptores, de consilio procerum & sapientum nostrorum ante mori quam vivere, & hujus exspectare improperia eligimus, illius misericordiæ nos committentes, per quem Reges regnant, & Principes Dominantur, & in cujus manibus cor nostrum est, videlicet Domini nostri Jhesu Christi, ad laudem & honorem ipsius Dei omnipotentis, & beatorum Apostolorum Petri & Pauli, ac sanctæ matris nostræ ecclesiæ Romanæ, non tamen jam præsidentis, & ad exaltationem nostri nominis, perpetuumque ac desiderabile commodum omnium fidelium amicorum ad statum Imperii pro viribus conservandum descendimus, & ad Imperialia diademata assumenda. Quapropter dilectionem tuam ex intimo affectu sub plenissima fiducia requirimus & hortamur ad hujusmodi nostrum præpositum feliciter assequendum, tuum in persona propria, vel saltem per potentem & paratum tuum exercitum, celeriter nobis conferas juvamen, memor quod ad hoc nos semper sollicitasti, quodque nobis in Italiam obsequi promisisti, (1) quia honor tuus ac filiæ tuæ contboralis nostræ karissimæ propterea gloriosissime sublimatur, non minus etiam quod

† Forte *Bavariæ.*

(1) Froissartus *lib. 2. hist. Quantum attinet ad Comites Hannoniæ, sic accipiendum est: Guilielmus hujus ditionis dominus quatuor habebat filias,*

quod ad hoc nobis & sacro Imperio ex fidei debito obligaris. Ex quibus promissis & omni alio modo, quo possumus, te contestantes, attentissimeque rogantes tuum auxilium invocamus, & ad obsequendum nobis, ut præmittitur, te corde & labiis invitamus, Sciturus certissime, quod propterea ad tui honoris augmentationem, & ad sublimiorem tuum statum intendere volumus, & præscriptorum gratissimas reddere tibi vices. Noveris etiam, quod ipsam contboralem nostram inclitam Margaretam Romanorum Reginam nobis transduci mandavimus, ut simul nobiscum apud Mediolanum in proximo coronetur, & exinde Romæ Coronis Imperialibus infulemur. Datum Tridentii III. *Idus Martii sub Regni nostri anno* XIII. Hujus autem Ludovici adventus versus Lombardiam indicium & maximum utique pronosticum hoc anno circa beatæ virginis purificationem Avinionis, ut veridica relatione didicimus, cernitur, ubi aquilarum circumquaque volantium numerus ignoratur. Cum autem aves prædictæ, aquilæ videlicet, gruum more, aut aliarum avium non consueverunt incedere, nec sua pro gignendis pullis domicilia combinare, quid harum sola proveniens dictaque loca umbra alarum suarum quasi tegens poterat innuere, cujus mox itineri quingentæ vel amplius affuere, nisi quod aquilæ speciem vexillo gestiens, ejusque regnando altiusque volando formam gerens, maximo exercitu ad eadem loca quasi volando quandoque descenderet, qui ab inimicis prædam tolleret, amicos vero ab horrore infestantium obumbraret. Hic itaque *Ludovicus* ad Mediolanum perveniens, ibique cum corona omnium, quæ natura poterat tribuere, copiam reperiens, versus Italiam se transtulit, ubi plura ad placitum aperta repperit, quam prædecessoris potentia omni gressus sui tempore procuravit. Quo rumore (1) Dux quidam magnæ supra modum potentiæ, quem Papa civitati Romanæ multis

filias, Margaritam, Philippam, Joannam, & Isabellam, item filium unum Guilielmum. Margarita nupsit Ludovico Bavaro Imperatori, Philippam duxit Eduardus Anglus &c.

(1) Erat ex præcipuis, qui Romæ vulgi studia ad Pontificem trahebant, Cardinalis Ursinus. Sed quos Cæsar præmiserat, peditum duo millia, & equites sexcenti, cum clam in urbem recepti castellum S. Angeli & regionem trans Tyberim vi expugnassent,

multis armatorum millibus præfecerat, una cum *Stephano* Senatorum videlicet præcipuo, quem Papæ subornatio Ghibelinis subtraxerat, urbe expellitur, ad cujus introitum *Ludovici* exercitus per sollempnes Romanorum nuntios invitatur. *Ursini* enim & reliqui urbis Principes, quamvis hactenus invicem diffidentes fato preces & munera unanimiter dirigunt, jurantes, & sub divini exterminatione judicii attestantes, quod ejus adventui cuncta ipsorum cum portis palatia, si quandoque illum Deus obtulerit, patefiunt. Quidam etiam Gelforum majoribus dicitur suas partes deserere, & *Ludovico* tam auxilio quam consilio adhærere. *Fredericus* etiam de *Barne*, qui tam prece populi quem pretio pro tempore bellis se subtraxerat, rursus armis induitur, cujus impetu quicquid Gelfus perfecerat, devastatur. Quid autem *Ludovicus* Papæ scripserit, vel qualiter ipsum Romam ad ejus coronationem faciendam venire petierit, qualiter insuper idem Apostolicus Regem Franciæ ad ejus auxilium invitaverit, quid quoque idem Rex sibi negando responderit breviatur. Qualiter autem hac hora Bavarorum gratia *Jacobitæ* deficiunt, & ab illorum facie de loco ad locum fugiunt, Sancti *Jacobi* peregrinis innuitur, quibus illorum cursus variis semitarum callibus ostentatur, qui dum quandoque ipsorum elemosinas reciperent, & ipsi è converso tanti tumultus causas quærerent, Baurorum impietas, Alemannorum quoque ferocitas, summo quasi clamore singulis exprimitur, verum causa causæ nobilissimi videlicet Imperatoris interitus, qui illorum veneno periit, subticetur. Quorum bis binos quasi similes nec non similia proponentes jam ad *Ludovici* Curiam venisse traditur, quorum nequitia instante mortis articulo denudatur. Quapropter tam Italiæ quam Germaniæ Principes *Ludovicum* quasi sub custodia deducentes ejus curam magis hactenus nituntur gerere, & ab illius præsentia non solum Jacobitas, sibi utique conscios, verum quoslibet mendicantium populos, cujuscunque

naffent, fuga is se proripuit, mox edicto proscriptus. Proscripti Stephanus Columna, Neapoleo Ursinus, & alii nonnulli, ut Nicolaus Burgundus scribit *lib.* 2. *hist. Bavar.* Nec Stephanus Cæsarem coronavit, ut scripsit Peucerus in *Chron. Carion.* sed Serra Columna, ut Nicol. Burgundus *d. loc.*

Digitized by Google

que etiam professionis fuerint, amovere. Et nota quod *Ludovicus* iste more quondam Johannis Evangelistæ jam venena suscepisse dicitur, sed omne periculum absque læsione corporis per Christi gratiam evasisse. Qui cum *Cumis* existeret, adventumque soceri Comitis, videlicet *Willelmi*, summa diligentia exspectaret, ejus traditio binis facienda fratribus eorum tertio proditur, quibus etiam Mediolanensis Episcopus socius perhibetur, quorum nequitia unius castro perpenditur, quod multis ad arma valentibus permunitur, cujus ut fatur cervix inciditur. Quid vero reliquis factum fuerit, ignoratur. Ut autem quæ supra *Ludovici* processu breviter ex relatione scripta sunt, falsitatis pallio indui non credantur, missilium carmina subjungimus, quæ sæpedicti palatio *Willelmo* Comiti Hollandiæ binis utique literis destinantur. Dicit itaque prima: *Ludovicus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus. Spectabili viro Willelmo Comiti Hollandiæ socero suo dilecto gratiam suam & omne bonum. Quemadmodum alias tibi scripsimus, licet alia intentione & proposito pertigerimus Januas Lombardiæ, sacri tamen Imperii irrecuperabilem subversionem videntes, ac audientes fletum & ululatum zelatorum ejus, ne quod prædecessores nostri Romanorum Imperatores & Reges acquisiverunt multorum Theutonicorum sanguine generoso, nostris temporibus perdatur, memores etiam multarum instantiarum & persuasionum tuarum, quibus frequenter conatus es nos ad progressus subscriptos pro viribus inclinare, ejus nos misericordiæ, qui nobis divinitus tradidit Imperium gubernandum, per quem Reges regnant & Principes dominantur, sub fiducia tui debiti adjutorii commisimus, & pro defensione ipsius & insularum Imperialium assumptione intravimus Lombardiam. Cum ergo largitor omnium gratiarum, qui cor nostrum, quod in manu ejus est, altitudine occulti sui consilii contra deliberationem nostram ad præcedentia in præmissis salubrius inclinavit, auspicia & successus propinet inopinatos, & ultra humanæ sapientiæ providentiam prosperos & felices, ita quod longe plures civitates & castra cum suis habitatoribus, quam divinæ memoriæ* Henricus *Imperator prædecessor noster habuit, nobis fidelitatis homagia præstiterint, & quod tanta est nobis pars in urbe Romana, quod quasi pro certo credimus, quod in coronatione nostra Imperiali in ipsa urbe nullus nobis possit difficultates & impedimenta procurare. Quare sinceritatem &*

fidem tuam sub debito, quo nobis & filiæ tuæ jure teneris naturali pariter & civili in specie & in genere, ac sacro Imperio, (1) *cujus te membrum novimus principale præsentibus obtestamur requirentes omni instantia, & rogantes, quatenus indilate te omni fortitudine & potentia, quâ valeas, pares, & ad parandum omnes amicos, fideles, & subditos nunc inducas, ut continuatis processibus ad nos accedere valeatis, recepturi palmas Imperialis triumphi, quas sine te ac tuis amicis capere quodammodo nos tæderet, ne à tanto principio excludamini desidia aliquali. Surge ergo & armis potentiæ tuæ circumda, & aliis omnibus postergatis recupera Imperium, exalta generum & filiam, te & domum tuam in perpetuum, & quasi alter eris veraciter Imperator. Pecuniam non petas, imo recipe per te ipsum, manus misericordiæ Dei nobis apertæ sunt; astra arridere jubent, fortunam patefecerunt. Non negligamus illa, ne nostra ingratitudine ac pigritia indignata feris difficultatibus claudant gratias supradictas. Nos enim etiam usque ad sanguinem in præmissis parati sumus nos exponere, & sicut amicus es, novimus quod nobis nos absque te procedere in eisdem. Datum Cumis* IV. *Idus Aprilis anno Regni nostri* XIII.

Sequitur alia ejusdem in hunc modum epistola: *Ludovicus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus spectabili viro* Wilhelmo *Comiti Hollandiæ socero suo karissimo gratiam suam & omne bonum. Non te ea lateant, quæ universorum provisor, qui cuncta, prout vult, gubernat, ordinat, & disponit, de nostris processibus miraculose quotidie operatur, tam nobis quam cunctis nostris amicis & fidelibus procul dubio feliciter profutura. Tibi ergo tanquam*

(1) Comes ergo Hollandiæ olim Princeps Imperii. Vasallus etiam, ut dixi supra, verum liber, non ligius. Et adeo quidem liber, ut nec judiciis, nec tributis obstrictus. Ad Curiam Cæsaris citatus, nisi ultro non accessit. Nec in expeditionem coactus sequi invitus. Vid. *lib.* 1. *de Nobilit. cap.* 33. Exemplum hic luculentum. Nam nec Wilhelmus idcirco, quamvis toties rogatus, ad generum in Italiam militatum discessit. Et hinc est, quod cum Cæsar invito Comite nihil posset, nec si Comes non esset author Hollandia ei dicto audiens, Hollandiam ut alienam neglexerit tandem prorsus, præsertim postquam constitit nec illud moris, aut usitatum, ut quamvis in terris Imperii publicata publicarentur in Hollandia edicta Imperatornm, ut Carolus V. fatetur ipse in sententia, quam tulit Ann. 1549. & quam videre est apud Bort *tr. van Arresten. cap* 4. *n.* 32.

tanquam nostro specialissimo, & nostri honoris ac sacri Imperii fidelissimo zelatori significamus, quod divina gratia mediante circa omnia nostra negotia tam in Lumbardia quam Tuscania feliciter habundamus. Nam coronationem nostram in die sancto Pentecostes nunc præterito Mediolani cum multa festivitate peregimus, & celebravimus, exhibitis omnibus solemnitatibus debitis & consuetis, in qua nobis adstiterunt multi Principes seculares & ecclesiastici, nec non Comites, Barones, ac universi totius Italiæ, & Tusciæ, & aliarum provinciarum, & multarum terrarum & civitatum solemnes Ambassiatores, qui nobis multas honorantias tempore dictæ coronationis nostræ impenderunt, homagia fidelitatis præstiterunt, sua & se reddiderunt nostris monitis & voluntati semper benevolos & paratos. Ultra hæc omnia populus Romanus ad urbem pro accipienda corona nostra ibidem nos concorditer evocat, & invitat, & ipsum adventum nostrum sic multis suspiriis & affectibus desiderat, quod ad ipsam urbem, quam pro certo jam habemus, & nos tanquam fidelis nostra & sacri Imperii sponsa continue exspectat, pro apprehendendo diademate Imperiali immediate gressus nostros cum magna & forti potentia certitudinaliter dirigemus. Et his Deo propitio completis, tibi & aliis nostris amicis, cunctisque sacri Imperii fidelibus, quorum Regnum nobis divinitus traditum exstitit, omnis pacis & refrigerii umbra & tranquillitatis splendor procul dubio in virtute valida elucescet. De novo autem intelleximus, quod is qui Papam se nominat, noster & sacri Imperii Romani notorius inimicus de clero morante in Dominio tuo, & aliorum multorum amicorum nostrorum partium inferiorum, quoddam genus exactionis pecuniariæ exigat, & suis commoditatibus, & injuriosis processibus, quibus ex innata sibi malitia & contra Deum ac rationem humanam totum mundum inficit, nitatur penitus extorquere. Et cum ipsum hoc solummodo in perniciosas strages Christi fidelium & in nostrum & sacri Imperii Romani dispendium & jacturam convertere dinoscatur, fidelitatem tuam sub fide, qua nobis & dicto Imperio teneris, requirimus & rogamus, volentes quatenus omnem clerum secularem seu religiosum tuorum districtuum cum affectu inhibeas, ne prædicto inimico nostro & turbatori sacri Imperii, (1) contra quem pro nostris & dicti Im-

(1) Albertus Argentinensis: *Contra quos tamen processus Ludovicus electus ex quibusdam causis rationabilibus appellavit, ipsamque appellationem eidem Papæ intimavit.* Extat appellatio apud Goldastum 1. *constit. Imper. p.* 93. *& seq.*

Imperii juribus defendendis jam dudum legitime duximus appellandum, aliquam impositionis collectam subeant, vel alicui suo nomine tribuant quoquo modo. Quod si forte præsumpserint, ex tunc de ipsis & universis eorum bonis duplum ejus exactionis tollas, & effectualiter recipias auctoritate nostra, & dicti Imperii, tibi per præsentes super eo tradita & concessa. Datum Mediolani XII *Kal. Jul. anno Regni nostri* XIII.

. . . . *pacifico statu urbis, omnis Consules artis, totusque populus Romanus devota pedum oscula beatorum. Nexus immensi debiti, quo parentibus filii alligantur, insufficientes totaliter ad solvendum, in hoc saltem retribuunt, quod gaudent in illorum honoribus, & obprobria detestantur. Hac certa meditatione continua nos veri filii ecclesiæ sanctæ Dei modernis temporibus audientes iniquos flare ventos pro Petri navicula tempestatibus conquassanda turbarum in intimis, & lethaliter vulneramur, præsertim quod cum ecclesia sancta matre nostra, cum qua & vivere & mori unanimiter sumus dispositi, ab ea tam longævo spatio separati præsentialiter & continue non manemus. Eapropter vestræ beatitudini flexis poplicibus supplicamus, quatenus sedem vestram primævam & verum ecclesiæ fundamentum, quam oblivioni videmini tradidisse, abjectis morulis & exceptionibus præsentialiter visitetis, ut in sua omnium adversantium repulso turbine pater & filii conflati in unum poterint Deo propitio pacis pulchritudine nuptialiter delectari. Alioquin ex nunc apud Deum totamque cœlestem Curiam & ecclesiam ipsam ac omnes Christicolas excusemur, siquid sinistrum accidat vel contingat, & filii præsentia patris destituti tanquam Acephali declinent ad dextram vel ad sinistram. Et ecce quod pro his seriosius enarrandis oraculo vivæ vocis nobiles & sapientes viros dominum* Petrum Vigiani *&* Petrum *de* Magistris *Lucæ judices*, Gotricum Gentilis *de* Insula *dilectos cives & Ambassiatores nostros ad vestram præsentiam destinamus, eisdem districtius injungentes, quod quia facto opus est non verbis, ut ultra dies tres apud Romanam imo Avinionicam Curiam non morentur, sed cum festinatione retrocedant, ut eorum audita relatione saltem nostræ indempnitati cautius consulere valeamus.* Quid autem latores viva voce his literis addiderint, ipsisque Papalia responderint, non apponitur. Quid quoque Romana civitas Nuntiis redeuntibus Bauro scripserit ignoratur.

Eodem anno nova denuo tempestas apud Angliam Scotorum im-

impugnatione oritur, ob cujus ut ita loquar serenitatem novissimo ibidem domicello *Johannes* Hannoniæ miles videlicet nobilissimus tam verbis quam literis revocatur. Qui sua ut sæpius ordinationi divinæ committens, amicisque valedictis, apud *Wisant* naves ingreditur, quibus circa finem Maji in Angliam deportatur, cujus adventu amicis gaudentibus timor affuit inimicis. Quorum numero Scotorum Rex se ipsum præbuit, dum quibusdam Anglorum partibus, quas hactenus infestaverat, se subtraxit, cujus Regni fine sua contrahit, quem Princeps Hannoniæ quodam, Christo Duce, tempore provocabit. His itaque bellorum studio per diversa jacentibus, virisque religiosis pro concordia laborantibus, Theutonicorum servis cum incolis altercatio fuit, quæ binos, ut dicitur, priorum numero neci dedit, quorum strage advena irascitur, ad arma curritur, quorum impetu Anglorum numerus quingentis & amplius minoratur. Quo conflictu si Anglorum Regina mediatrix non fieret, Scotorum Rex ad placitum procedere posset. Victis enim ibidem Teuthonicis Anglorum videlicet tumultibus præornatis dictus Rex absque prælio utique victor existeret. Quis enim sine capite Anglorum finibus bella daret. His itaque sedatis tumultibus interfectorum partibus combinatis fatur ut prius pro concordia sermones fieri, verum à Teuthonicis omni tempore omnique studio bella quæri.

Æstas præsentis anni autumpno utique siccissimo binis proximo præteritis per multa non congruit, quum in illis major siccitas, in hac vero pluviarum & tempestatum humiditas habundavit, quarum tempestatum XIII. Kal. Junii apud *Sciedam* & in illis finibus horror cernitur, ubi diabolo visibiliter comparente, & in elementis cuncta quæ voluit operante, tam clerus quam populus ad ecclesiam festinare dicitur. *Lombardi* quoque illic propter lucra commorantes, domoque propria hoc tempore quamvis lapidea moram facere metuentes ad templum una cum populo nituntur fugere. Quorum adventu quia publice peccatores omnes quasi qui aderant gemuere. Non enim quisquam licet sapiens nubium flammas inspiciens affuit, qui mori subito non expavit. Quid autem inimicum humani generis hoc turbine particulatim fecisse didicerim, si auditus sufficeret, explicarem. Hic itaque sui gressus principia à Zelandiæ partibus habuisse dicitur, suique horroris semita pluribus

bus offuisse, qui supradicto jam dudum loculo equitantis specie hominibus se offerens, suique cursoris caudam dentibus quasi tenens, miro modo, & quandoque nudo gladio per semitarum calles transmittitur, cujus etiam cum torneamentis hastiludium vicino dictis aere cerni fatur. Qualiter autem currus absque jumento temone levato se moverit, quendamque illico peregrinum vexaverit, breviter inferatur. Hic enim ad capellam hospitalis cum reliquis fugiens, ibique curru præventus ad ecclesiam tendens ante cymiterium mirabiliter & absque læsione tollitur, & in fossam, quæ tamen multum aberat, præcipitatur. Dicunt etiam Mosæ accessum usque ad ima recessus subito conteri, ejusque per nubes flumina nutu dæmonum deportari. Tolluntur etiam pratis prædicti loci greges ovium, quæ salvis, ut dicitur, membrorum articulis ultra leucæ spatium remittuntur. Sed quicquid horum malignitas brutorum dejectione domorumque plurima læsione gesserit, divina tamen pietas semper affuit, non permittens fidelium corpora affici, aut animabus pericula procurari. Eodem etiam tempore grando tantæ quantitatis cecidisse dicitur, cujus ictu quævis fenestra vitrea devastatur.

Eodem anno Johannes Trajectensis Episcopus II. Kal. Junii primam ad Christi honorem missam apud cathedralem ecclesiam celebrare noscitur, cui cum ceteris Theodoricus Abbas Egmondensis summi honoris affluentia conjungitur, cujus etiam oblatio, quoniam præ ceteris honorabilior, commendatur. Eodem die Pentecostes videlicet nuntius *Ludovici* Bauwariæ eodem loco comparuit, qui tacto juris ordine fatum Pontificem tam verbis quam litteris ad sui domini auxilium invitavit, quorum similia similibus credo fieri. Sed quæ via prædictis tutius eligi poterit non reor absque consilio judicari. Si enim Imperator verus existeret, & si quisquam obligatus, & cum instantia requisitus in necessitate subvenire renueret, periculum utique incurreret omnium feodalium, quæ illius nomine possideret. Verum cum majori hactenus Regis videlicet nomine, nec non populi coronatione deficiat, Papalisque auctoritas quemlibet ejus obligationi vel homagio summa sententia subtrahat, possunt prolixe & cum deliberatione fieri consilia, quid ejus nuntio per Trajectensem Episcopum, nec non per similes, tutius poterit responderi.

Eodem

Eodem anno inferioris Germaniæ Principes, Hollandiæ videlicet & Gelriæ, nec non de Juliaco Comites summa utique intentione maxima quoque deliberatione sua statuunt disponere, nec non ut Ludovico personaliter subveniant disputare. Ad quorum instantiam non solum subditi nobiles, verum circumquaque habiles arma præparant, moram dampnant, ut dictis cum ceteris Principibus summo quandoque Principi se ostendant. O venusta societas! o præclara communitas! quæ huic itineri præfatis se præparat. Vere solis oculus istis personarum numero similes à mundi principio vix videbat.

Eodem quasi tempore quædam in Colonia de novem juvenibus materia cernitur, quæ nostris breviter inseri postulatur. Notandum igitur, quod cum fati propriis deficerent, expensas inutiles donis parentum, licet summe divitum, non haberent, ad gazas cujusdam divitis quadam nocte tenditur, cujus ancilla variis unius quoque cogniti precibus ut januam aperiat, potumque tribuat, informatur. Hac itaque lecto surgente, ostiumque aperiente, novem larvis ignotis vultibus insiliunt, qui hospitis thesaurum minis & jurgiis unanimiter pandi quærunt. Quorum nequitiam cum ancilla attenderet, salvaque vita thesauri loculum celare non posset, ipsa prudenter Logicorum quasi fallaciis studet procedere, suumque propositum tali protestatione vel simili palliare: *Dilecti filii, pecuniam domini mei quæritis, & illius per me ostendi locum petitis, quibus usque ad mortem propono resistere, nisi sub sacramento mihi per vos promissum fuerit me divisis spoliis partem unam vestrorum videlicet numero decimam possidere;* Cujus verbis, quia petitionem facere volebant, singuli congaudebant. Hac itaque accensa candela præcedente, quodamque cellario subtractis januis descendente, perversorum turba mox sequitur, quorum oculis pecuniæ loculus, ut promiserat, ostentatur. Quibus summe gaudentibus vectesque confringere parantibus, candela puellæ manibus cecidit, quæ subito per scalam, qua descenderat, dictis in umbra manentibus, exilivit, quæ firmatis valvis omni mora postposita ad dominum currere nititur, ipsique quod gestum fuerat per singula nuntiare. Cujus studio civitatis Consules eadem nocte se contrahunt, qui in dictum cellarium manu valida descenderunt. Qui cum dictorum facies inspicerent, & alicujus notitiam propter larvarum species non haberent, cunctis hæsitantibus

tibus quid tali negotio tutius agi debeat, quidam illorum hanc sententiam vel similem præferebat. *Si clara luce possemus istos agnoscere, vellet forte suos nostrorum quilibet quamvis contra justitiam supportare. Quum igitur ipsorum nequitia probatione non indiget, cunctis enim astantibus luce claret, meum est utique judicium, ut singuli, quicunque tandem fuerint, saccis singulis induantur, & omni mora postposita in medium Rheni fluminis demergantur.* Cujus sententia impleta dicitur, per quam tamen idem vel fratre vel filio privatur.

Hujus vicino tempore Benedicti videlicet translatione Comes *Willelmus* à Francia versus Hollandiam transiens, satisque superius negotiis intendere proponens, subito nec non ex arrupto versus Brabantiam dirigitur, cujus Principe quidam nobilis nomen habens de Valkenburgh infestatur. Hic Ducis cathenis prius quasi ad mortem astrictus, nobiliorum instantia sub quadam protestatione à vinculis solvitur, quarum species, ut multi referunt, non servatur, quum dictus de Valkenburgh Dominus postea quadam vice per occulta nemorum transiens Ducemque capere proponens proditur, cujus fallacia Dux evadens pericula magis quam hactenus provocatur, qui suam hac hora potentiam fatur ostendere, & nomen dicti Principis, si Regis Boëmiæ afflatio deficiat suffocare. Hujus enim auxilia, ut dicitur, fato subveniunt, quorum robore ducenti vel amplius quodam ut nunc bello Ducis agmine ceciderunt. Horum itaque altercatione *Willelmus* Comes se transtulit, quatinus ejus per Dei gratiam præsentia omnis fatorum dissensio pacis munimine disponatur. Hujus temporis vicinio Augusti videlicet XIV. Kal. *Willelmus* Comes de Brabantia rediens suis apud Catwyk tam urbanis quam rusticis se ostendens comparuit, quibus hactenus dubium videlicet de transitu versus Imperium propalavit, qui majorem illico filium personaliter sustulisse dicitur, illique assensu populi patriæ regimen usque ad reditum commisisse.

Illis quasi sub proximo temporibus vigilia videlicet beati Petri in vinculis fatorum negotia cernuntur infici, nec non bis novem Ducis villulas alterius incendio demoliri. Quapropter ejus familia, tota videlicet Brabantia, exceptæ actionis tramite confunditur, vindicta quæritur, cujus processus diversis diversa asserentibus protelatur. Interea quidam arte sua famosus annoque

annoque præterito apud castrum dictum *Volmensteyn* ingenio reputatus affuit, qui se ad subversionem castri de *Valkenburgh* obligavit, cujus ingenio diversæ lignorum machinæ formantur, quarum custodiæ quadringenti vel amplius electi Ducis familia deputantur, quorum turbam Dominus de *Valkenburgh* paucis utique vassallis, plurimis tamen vexillis nititur confundere, festoque Laurentii singula dictorum fabrilia vi deferre.

Eodem quasi tempore vigilia videlicet Assumptionis Mariæ scripta Curiæ, quibus absolvitur *Ludovicus*, quolibetque dignitatis nomine privatur, Trajecti se conferunt, ubi contra eundem multis tacta rumoribus patefiunt, scilicet, quod quicunque ipsum Ducem vel Regem animo nominaverit, aut Cæsarem, quod eodem sibi eloquio excommunicationis sententiam attrahit graviorem.

Eadem quasi hora ad supradicti Domini castrum *Valkenburgh* quævis Ducis potentia cernitur dirigi, illudque diebus pluribus infestatione maxima coartari, omnia quoque apud Brabantiam artis mechanicæ prohibentur officia, ut ad hujus subversionem omnes officiarii dirigantur, de quibus quoque plurimos fugere ab exercitu didicimus, vicinisque provinciis latitare. Quorum assertio adversarii negotia nititur extollere, propriique causas Principis, Ducis videlicet, impugnare. Horum itaque rancore *Willelmus* Comes, qui ut nunc maximo comitatu versus Lombardiam tendere proposuit, transitus sui tempora prorogavit, cui in Septembris Idibus frater ab Anglia rediens apud Hannoniam comparuit, qui ejus præsentia ultra quam scribi valuit exultavit. Et nota quosdam potentes *Ludovici* commodis invidentes infinita quasi florenorum milia, nec non puerorum ad placitum conjugia, ut nunc, *Willelmo* Comiti præbuisse, certis quoque temporibus promisisse, dummodo domi sedeat, Baurique negotia non assumat. Quod etiam universis sibi bajulis placuisse dicitur, solum vero militem *Saucet* nomine restitisse, qui dominum ad fidei observationem filiæque promotionem semper informaverat, & adversis omnibus, quæ dictis oriri poterant, non curabat, cujus tamen auctoritas maximo Comitis scandalo despicitur, quid quoque incommodi cognatis apud Lombardiam eveniat non curatur. Sic itaque multis præoptata fautoribus, variisque percepta rumoribus, ad nichilum deveniunt, quia Germanorum socii Alpium cacumina, ut

 pro-

Digitized by Google

propositum fuerat, non ascendunt. Proficiat itaque *Ludovicus*, si poterit, qui auxilium *Willelmi* Comitis frustra quærit. Cujus similiter desidia Boemorum Regi objicitur, dum militi piissimo, de *Valkenburgh* videlicet Domino, ejus contra Ducem auxilium informatione, ut dicitur, Regis Franciæ denegatur.

O quæ spes orbis, quæ gloria, quæ fuga morbis?
Si tam Prælatis, tam claris, tam reputatis
Desit honor fidei, quis erit fide speciei:

Et ecce præfatorum, Ducis videlicet, & alterius concertationem post infinitam expensarum copiam, multarumque animarum pericula arbitrorum ordinationibus subjici, ipsamque salvo jure militis, dum October ingreditur, pacari. Hujus vicino tempore Romanorum nuntii à Curia revertentes, nichil quoque vel modicum pro suorum solatio reportantes, habito Communitatis consilio nituntur procedere, sollempnesque *Bauro* nuntios, ut ad urbem veniat, destinare. Cujus adventu quanta fuerint gaudia, nostris breviter inseri renuit. Qui autem inimicus esse creditur, fugam quærit. Eodem itaque anno *Ludovicus*, quem *Baurum* dicimus, summi honoris affluentia urbem ingreditur, atque per Principes, quorum sede vacante interest, corona tegitur, cui mox quadam coena maledictionis confectio præsentatur, cujus miseria serpentum linguis aliorumque indiciis in mensa ostenditur, quorum causa coquus, domino fidelissimus infestatur, qui se purgando fratris *Augustini* nequitiam detegit, qui solus ad eum, dum præfata coxerat, intravit. Iste *Bauri* confessor veneno ollis dimisso eques se subtraxerat, quem *Baurus* velociori nuntio revocabat. Qui se objectis talibus excusare nititur, & ne dictis, ut præcipitur, comedat denegare. Qui tandem præceptis urgentibus Papalem, ut dicitur, subornationem prodidit, statimque receptis ferculis, propriis videlicet confectionibus, exspiravit. Fatur en altera vice ad *Bauri* præsentiam venisse mortifera, ipsumque dixisse; *Si inimici taliter velint contra nos procedere, nosque cotidie istis vel similibus infestare, quid prosunt humana consilia? Nichil utique. Quæramus ergo dominum.* Quo verbo signum crucis cibis canes necantibus optulit, quos absque omni læsione personaliter Christi nomine deglutivit.

Eodem

Eodem quasi tempore Rex quondam Angliæ, qui supra captus scribitur, naturali, ut dicitur morte in carcere tangitur, cujus ut tunc filio cum *Willelmi* Comitis filia matrimonium contrahat, Papalis dispensatio multis denegata temporibus præsentatur. Quorum sponsa celebratis in festo Luciæ apud *Wisant* nuptiis summi honoris affluentia in Angliam deportatur. O quantus ut nunc Hollandiæ Dominus, Comes videlicet *Willelmus*, existere cernitur, cum à *Ludovico Bauwariæ*, nec non à præfato Rege, soceri vocabulo nuncupatur.

Eodem quasi tempore *Johannes* Trajectensis Episcopus (1) sui Principatus terminos *Willelmo* Comiti stultissime, & quasi pro

(1) Sermo est haud dubie de Vredelant castro, quod ad fines Episcopatus. Obligatum id Willelmo Comiti, non ut putat Wilhelmus, undenis librarum millibus, sed ter mille & septingentis, ut habet charta Episcopi Ann. 1327. *Wi Jan bi der genaden Goeds Bisscop t'Utrecht maken kondt allen luden, dat wi sculdich syn, van gelienden gelde, enen edelen Prinche, ende enen mogenden, onsen lieven neve Heren Willem Grave van Heynnouwen seven ende dertich hondert pont swarter tornoysen, enen ouden grooten Conincks tornoys over sestien penningen gereeckent, die wilke seven ende dertich hondert pont wi gekeert hebben in onser Kercken oerbaer ende Gestichts van Utrecht voersz. Voer wilke seven ende dertich hondert pont tornoyse voersz wi geset hebben ende setten mit desen tegenwoordigen brieve onsen lieven neve den Grave van Hollant voersz t'enen onderpande onse huys tote* Vredelant *in dusdaniger manieren; Dat wi geven sullen van desen voerseyden huyse te verwaren, ende te houden, den ghenen, diere onse neve die Grave voersz op set tot hondert pont tornoysen s'jaers &c. Ende dit voersz huys sal die Grave voersz ende syn erfname besetten, ende vrilike gebruken, ende hore hode van horen weghen van ons ende van onsen nacomelingen Biscopen t'Utrecht ter tyt toe, dat wi hem dese seven ende dertich hondert pont tornoysen, ende die twe hondert pont tornoysen s'jaers van den huse te houden, ende die cost van der timmeringhe, datmen ane timmeren sal, ter goeder rekeninghe voldaen hebben, sonder argelist &c. Gegheven tot Utrecht int jaer ons Heren* CIↃ. CCC. XXVII. *des Woensdachs na Sinte Remigius dach.* Alia est Wilhelmi charta, & ejusdem quidem anni, qua recepta ea summa promittit se redditurum id: *Wi Willem Grave &c. maken kondt allen luden, dat wi voer ons ende voer onse nacomelingen Graven van Hollant geloost hebben, ende geloven enen Eersamen Vader in Gode, onsen lieven Heere, Heren Janne bi der genaden Goeds Bisscop t'Utrecht, so welcke tyt, dat hi jof sine nacomelinghe Bisscopen t'Utrecht, jof sine Clesie, als daer ghien Biscop en*

pro pignore subjicit, dum circiter undena librarum milia ab ipso recipiens exterorum partibus se committit, quorum processu

en ware, ons geven seven en dertich hondert pont tornoysen, die wi hem geleent hebben, ende hi van ons ontfaen hevet, ende gehesicht in sijns Gestichts oirbaer, ende twee hondert pont tornoyse 's jaers van der timmeringhe van den huse te Vredelant voersz, dier van onsen weghen aan den huse geleyt sullen werden ter goeder rekeninghe in allen manieren, als syn open brief houd sonder argelist, so sullen wi hem t'huys toite Vredelant *rumen, ende weder leveren, ende vriliken laten gebruken sonder argelist in allen manieren voersz. In oerkonde &c. Gegheven tot Huyrst op Sinte Victoers dach int jaer ons Heeren* CIↃ. CCC. *seven ende twintich.* Tantum autem abest, ut brevi reddita ea summa, ut non diu dein post, cum Præsulis æs alienum ascendisset ad quadragies quater mille libras nigrorum Turonensium convenerit inter Comites Gelriæ & Hollandiæ de solvenda ea summa, à singulis scilicet pro semisse, & interim, donec reddita, dividenda inter se diœcesi, à Gelro possidenda, qua patebat trans Ysulam, ab Hollando, qua cis Ysulam. Conventio est Ann. CIↃ. CCC. XXXIV. An servata autem dubito. Nam Episcopi extat charta Ann. 1336. qua Transisulaniæ bonam partem Gelro obligat acceptis quadragies ter mille. Chartæ initium est ejusmodi: *In Gods name Amen. Wi Johan bi der genaden Gods Biscop t'Utrecht maken condt, ende doen verstaen allen luden, die desen brief sullen sien of horen lesen, dat wi sculdich syn enen hogen manne, ende Edelen, ende enen machtigen Heere, Heren Reynoude Grave van Gelre ende van Zutphen drie ende veertich dusent pont swarter tornoysen, enen goeden grooten Conincks tornoyse voer sestien penninghen gereeckent, die by ons om sunderlinge gunst ende vrientscap geleent, getelt, ende wale betaelt heeft, ende wi van hem ontfangen hebben, gekeert ende geleget hebben ter meester oirbaar in onse ende ons Gestichts scout, alse daer wi onse Gesticht mede geloest hebben, dat te male daer vor verset was, ende die wi sculdich waren, ende gemaect hadden om onser kerken oerbaer, ende om nootsaken ons Gestichts, alse omme des coops wille des Huys, der Stadt, ende des lants van* Dycpenem, *ende der Graefscap van Dalem, om grooten oorloghe, die onsen Gestichte toequame, ende wi bi node des Gestichts verweren mosten, ende om anders kenlyke nootsaken ende oerbaer ons Gestichts. Ende die selve drie en veertich dusent pont hebben wi hem gelooft, ende gesworen, ende geloven mit desen brieve mit goeden trouwen den Grave voerseyt tot syns ende synre ersnamen behoef wale te betalen, ende voer die meerre sekerheyt die voergenoemde drie en veertich duysent pont dien Grave ende sinen ersnamen Graven tot Gelre, waert dat syns gebrake, dat God verbieden moete, vol ende al te betalen, so hebben wi hem tot syns*

cessu quis finis esse poterit quæritur, contra tamen Episcopum per singulos disputatur. Si enim castrorum & totius patriæ possessor fuerit, quis eum leviter amovebit? Eodem anno hyemis horror fortissimus, similisque cum tellure super undam transitus, quorum similia frigora nostris processisse temporibus dubitamus.

Anno Domini CIↃ. CCC. XXVIII. cum Baurus tam coram Deo quam apud homines omni probitate crescere cerneretur, moreque solito per Apostolicum tam auxilio quam consilio vexaretur, currus quadam die nummis onustus *Roberto* Cyciliæ dirigitur, qui Ghibelinis media planitie supervenientibus tollitur, & *Bauro* præsentatur. Unde magis timens Apostolicus suorum arma, curam contra *Baurum* cernens deficere, hostisque prudentiam cunctis circumquaque negotiis vigilare, mansionum habitacula mutare proponit, & à XII. annorum nidulo *Avinione* videlicet, ad locum alium volitare. Eodem anno *Bauro* apud urbem existente, ejus quoque ibidem dapifero cum quodam civium altercante, tumultus quam maximus oritur, qui dijudicato per Baurum dapifero mox sedatur. Quorum rumores maximo apud Curiam gaudio suscipi didicimus, cui subito tristitiam pro *Castrutii* victoria sociamus. Iste *Bauri* Mariscalcus cum Florentinis bellum ingreditur, ubi quingentis fere occisis totidem capiuntur. Sicut itaque contraria contrariis curantur, sic læta, quæ Romanorum dissensio dederat, Florentinorum tristitiis elongantur. Quorum quasi tempore non solum hæreticorum more

syns ende boere behoef in die bant geset, ende gelevert tot enen rechten onderpande onse ende ons Gestichts buyse, lant ende goet, alse dat buys tot Vollenho, *ende mitten landen van* Zallant, *ende bi der* Vecht *dat buys tot* Gore, *mitten lande van* Twenthe, *ende mit allen Steden, Poorten, Kerspelen, ende Dorpen, die in den voersz lande gelegen syn, mit ambachten, ende allen weerlycken rechten, booge ende lage, cleyn ende groot, buten Steden, ende binnen Steden, mit verval, opcomingen, ende forfeyten, in wat manieren si vervallen ende verscinen, ende die den Scout-ambacht, ende gerichten toebehoren, die vrilick op te boeren, te berichten, ende te besitten voer ons ende onse nacomelingen Biscoppen ter tyt toe. dat si ofte wi bem of sinen erfnamen Greven tot Gelre vol ende al betaalt ende gequyt hebben die drie ende veertich duysent pont voersz &c. Gegheven int jaer ons Heren* CIↃ. CCC. *ses ende dertich des Woensdages voor Palmdach.*

more candelis accenſis campaniſque pulſatis *Bauro* apud Curiam cotidiana maledictio legitur, verum in quodam, ut ita dicatur, Calvariæ loco ignis conſtruitur, cujus medio ſtraminum colligatio *Bauri* nomine jactitatur. Quorum ludibrio aſtantium univerſitas & præcipue Alemannorum obſtupuit, ubi etiam à ſocio fati ignis divertente cineres, quid quæreret, inquiſivit, qui placido vultu reſpondiſſe dicitur, ipſum ſiquid de *Bauri* ſuper eſſet oſſibus quæſiviſſe. Eodem quaſi tempore *Bauri* per *Lombardiam* potentia pullulavit, Teuthonicorumque ſtultitia more ſolito debacante Bononienſis villula cum ceteris multum timida Romano Pontifici ſollempnes nuncios dirigit, quorum numero *Johannes Andreæ* clericus, ut nunc, famoſiſſimus extitit, inſinuans ſe *Bauri* non poſſe incurſionibus reſiſtere, vel à Teuthonicis defendere, niſi forte dictus Pontifex illi voluerit armatis armatorumque copiis ſubvenire. Qui fato *Johanni* in civitatis ſubſidium trecenta florenorum milia tribuiſſe dicitur, quorum ſingula capto per Ghibellinos *Philippo* deportantur. Eodem itinere ſponſa quædam cujuſdam videlicet reputati filia ducitur, cujus præda ſecernitur, & ſalvis ſalvandis ſponſo honeſtiſſime præſentatur. Quorum pietate multi Gelforum *Bauro* ſubveniunt, qui pridem ejus commodis doluerunt. Eodem anno Anglorum Regis amita Scotorum Principis lecto jungitur, per quam habita diſſenſio mitigatur, Scotorumque Rex poſterior videlicet à priore Anglorum ſcilicet Principe homagium faciens ſua ſuſcipit. Quorum amicitiam quiſque piis æſtuans tranſitaque cognoſcens commendavit, quum inter præſens iſtorumque parentes varia cernuntur prælia, quorum privato xxx. occiſorum milia numerantur.

Regnet eo cella ſummi recitata puella,
Amplexu cujus veniunt pia temporis hujus.

Eodem anno

Sunt diſtorta viæ vice ventis Epiphaniæ,
Quo veluti bellis multi maris alta petentes,
Piſces quærentes, Thetidis periere procellis.

Et nota quod fati maris habundantia veterum relatione magis extollitur, quam quorundam inundatio temporum, quibus ut nunc

nunc anni XL. vel amplius apponuntur, quorum tempeſtate varias tam hominum quam pecorum ſpecies defeciſſe legitur. Quod vere, ut nunc ſimiliter fieret, ſi glacies duriſſima fluviorum hoſtiis ſubtrahatur.

Hujus anni principio Rex Francorum *Karolus* placido juventutis tempore moritur. Quod utique patris maledictioni, quam ſupra ſcripſimus, imputatur. Fit etiam ſecundum opiniones, quod ſimiliter huic maledictioni addicitur, diſſenſio, quis potius præſidere debeat fati Regno. Quidam enim Regem Angliæ ſororis videlicet filium præficiunt, reliqui tollunt *Philippum* patruo genitum, ultimi vero Reginæ viſceribus, ſi forte maſculus fuerit, latitantem. Ubi tandem ſublato quovis dubio *Philippus* idem Hollandenſis Comitiſſæ germanus erigitur, cujus ſceptro Comes Hollandiæ, ut conjecturæ tribuunt, plurimum exaltatur. Et notandum quod idem *Philippus*, patris adhuc familiæ ſociatus, ſumptu vice quadam quodammodo deficiens, ſuos proventus liberalitatis ſtudio præconſumens, paucis ſibi adjunctis verſus *Lombardiam* dirigitur, ubi ad pugnam cum ceteris taxatis ſibi ſtipendiis invitatur. Cui cum quadam vice promiſſum ſibi deficeret, recurſumque ad placita non haberet, paterni ſoli omnes allicientis memoria affuit, qui ſolo ſibi ſocio verſus Franciam repedavit. In cujus itinere *Caroli* tunc Regis Camerarius ſed ut verius loquar uſurarius cernitur, à quo itineris ſubſidium ſaltem ut ſibi equum accommodet poſtulatur; qui fato ſtultius reſpondiſſe dicitur, nec non licet maximum quod petitur malo ſibi omine denegaſſe:

Hic miſer erravit veluti Nabal pia David
Qui dare deſpexit, & ut is quadam vice rexit
Qui loca Lamberto, quorum duo tempore certo
Jam nunc tranſacto vexantur crimine dicto.
Huic advertatur ibi terno quid modo fatur.

Notandum itaque quod cum fatus ſupra Rex *Karolus* multa adhuc ſuperſtes ſæpius emeret, ſolvendique materiam eidem Camerario commendaret, quidam mercator vice quadam pro equis, quos Regi vendiderat, mille ſibi libras reſtitui poſtulabat. Qui cum inſtanter ſæpius ſua peteret, Camerarius quoque

Dominum offendere formidaret, cuidam in longinquis Præposito littera scribitur, quæ per eundem mercatorem tali quoque more, ut ab illo sua suscipiat, destinatur. Quam cum prudens ille Præpositus dissolveret, more quoque Uriæ in ea latoris mortem cerneret, lator arcessitur, cui detecto carmine litera redditur. Quæ per eundem data à piissimo Præposito licentia versus Franciæ Curiam reportatur. Quo tempore Rex, cui literam dare proposuit, *Karolus* videlicet, moritur, cujus utique solio præsens *Philippus* collocatur. Ad cujus præsentiam, quia Rex, dictus mercator, quavis mora postposita currere nititur, nec non ipsius conspectui suam per singula materiam enodare. Qui statim auditis negotiis, literisque inspectis, mirari non sufficit, verum præteritorum memoria cordis intimo jocundari. Dictus itaque traditor Regibus, quia Boëmus aderat, præsentatur, discussisque negotiis justo judicio reprobatus tortori traditur, per quem primus in patibulo, quod personaliter fieri fecerat, exaltatur. Cujus hospitio *Philippus* Rex tantam avaritiæ substantiam, pecuniam videlicet, invenisse dicitur, quod ei thesauro similis saltem apud Franciam legitur vix fuisse.

Eodem anno pater summe venerabilis, *Theodoricus* videlicet Abbas cœnobii Egmondensis, priorum circa monasterium, & præcipue circa trabes ecclesiæ cernens negligentiam, obventionum per singula reditus, quæ ipsius mensæ derivari poterant, ad conventus placitum libere præbuit, certos quoque reddituum proventus, ut lignorum cum ceteris congrua veniant, largius obligavit, cui salutem stabiliri petimus, vitam quoque ut incepta perficiat protelari.

Ter c. *ter* v. *quater* I. *semel* M. *dum carne dedisti,*
Summe poli nate, Tyto similis probitate
Bartoldus moritur, pater hoc loculo monachorum,
Affectu quorum Theodricus honore potitus,
Egmondæ natus, meliorum sanguine satus,
Solvens bis mille cito libras, quas pater ille
Debet sexcentis subito placidæ quoque mentis;
Dum ter c. *semel* M. *das Christe quater quoque septem,*
Nummos fundebat pro lignis, unde fiebat

Tectum

Digitized by Google

Tectum præſentis templi: Manus omnipotentis
Aſſit perdigno ſibi carpentante benigno
Nomine, qui floret, cunctiſque faventibus Amen.
Cernens dictamen mibi ſancta dari ſacer oret.

Et notandum pro miraculo patroni noſtri meritis aſſcribendo omnem hujus ædificii materiam adeo inveniri ad placitum, quod exceptis cum vitro picturis omnia miro & inenarrabili modo finem ſuſcipiunt infra annum.

Ejuſdem anni Martio *Willelmus* Comes de Francia veniens Zelandiam ingreditur. Unde propriis ſuſpenſis negotiis *Machlinia* petitur, ubi cum Rege Boëmiæ de caſibus inter Ducem & Dominum de *Valkenburg* diſputatur. Sed quia Reynoldus perſonaliter ad hunc locum venire renuit, nuntioſque cum literis, quibus concludi non poterat, deſtinavit, turba Principum, quibus compromiſſum fuerat, ad propria revertitur. *Willelmus* quoque Comes ad partes Zelandiæ reportatur. Unde menſe proximo verſus *Lovanium* redire cernitur, ubi diebus plurimis ſuper dictorum negotiis ſatis una Principibus altercatur. Cui ut tunc loculo *Philippi* Franciam regentis nuntii ſe offerunt, qui *Willelmum* Comitem Pariſius tendere procurarunt. Et notandum, quod cum *Willelmus* Comes de *Lovanio*, ſuſpenſis ibidem negotiis, treugis quoque uſque ad Baptiſtæ nativitatem prorogatis, verſus Franciam tenderet, turbaque ſodalium ad propria remearet, quidam nefandiſſimi homines Dominus videlicet de *Hensberg*, & frater ejuſdem Domini de *Valkenburgh Johannes* omni nituntur ſtudio viam quærere, qua honeſtum poſſint decipere, ejuſque nomen à viventium memoria profugare. Unde quadam ut nunc hora curſor incognitus, dictis proditionibus ſufficienter inſtructus verſus caſtrum de *Valkenburgh* dirigitur, qui janitori ſubito adeo familiaris efficitur, quod interſigni verba, quæ idem janitor à Domino exeunte ſuſceperat, ipſe ſimiliter audiebat, qui ſtatim ad ſuos redire nititur, & quæ perceperat intimare. Qui nocte ſurgentes ad villam caſtro contiguam manu valida properant, ſatoque ſuperius interſigno portam aperiri procurant. Quorum introitu janitor occiditur, totuſque inhabitantium populus excitatur, cujus pars caſtrum currere nititur, ibique ſalvatur, reliquos vero vel igne vel gladio perire didicimus,

 penden-

pendentes quoque ad ubera cum matribus interire. Isti itaque destructa ad placitum villula ad propria redeunt, qui Ducem, ut dicitur, relato sibi negotio, propter treugarum infractionem mox confundunt.

Eodem tempore Australes, ut ita dicatur, Frisones multis per *Willelmum* Comitem loculis miseri, prædis quoque rapinarum variis infestati, saniores ipsorum numero Nuntios fato dirigunt, per quos pacifica quindenæ Philippo videlicet & Jacobo proximæ procurarunt. Quamplures autem istorum dum multis collecta temporibus mercimonia de mari ad patriam ducerent, una cum rebus per Comitis decipiuntur familiam. Siquis calculo tangi petierit, non modicum afficiet murmurantem.

Hac luce Walburgis Deus umbra fulgura spargis;
Imbribus absque mora plantis benedictior hora,
Nam siccum flamen prius infecit dare gramen.

Dicti itaque Frisones talibus provocati, nec non circumquaque Regnorum Dominis, *Willelmi* videlicet amicis, infestati ad fatam superius villulam nituntur tendere, pacem quærere, & cum *Willelmo* Comite in Idibus Maji admissis petitionibus concordare. Obligantur itaque ut nunc fide præstita pro ipsorum communitate Frisonum nuntii *Willelmo* fideliter assistere, ipsi quoque quicquid amplius ab eo juste petitur ultro offerre. Quo facto *Willelmus* Comes Remis tendere nititur, ubi Rex ut nunc Franciæ *Philippus* quarto Kal. Junii coronatur. Eodem anno

Urbani festo ruit ignis tramite mæsto,
*Perdens ** Alemariam meliori parte domorum*
Hujus & ecclesiam contentis omnibus horis.
Est numero terræ tua Christe caro. Miserere.

** *Alcmariam.*

Eodem anno

Gervasii festo vel Prothasii perhonesto
Ordine servorum variis Remis properatur,
Quando coronatur Francorum primula, quorum
Es numero vere Willelme Comes muliere,

Sive

Sive tibi nupta regnantis ibique sorore
Fratre pro more veluti decet usque recepto.
Hac vice tractatur modus, unde tibi generatur
Flandria tempestas, quia non fuit unus eorum
Hic Prælatorum, qui non petit, ut prior æstas
Prava tibi fundat caveas, inimicus habundat.

Eodem anno quidam ætate juvenis, senum vero moribus impraegnatus, *Johannes* videlicet nomine, apud villam, quæ *Leiden* dicitur, procreatus, de terra sancta, quam tribus annis incoluerat, rediit, qui nobis reliquias illico Christi gratia procuratas summæ humilitatis reverentia obtulit, & in Baptistæ vigilia præsentavit.

Fulmina præsenti tribuunt anno mala genti,
Diversis villis variis morientibus illis.

Eodem anno

Inter Prælatos actus fieri viciatos
Cernimus effectu bellorum turbinis. Hæc tu
Maguntine pater facis atque Monasteriensis
Pontificis frater Comes Essen, ubi dolet ensis.
Primo victore modico periere labore
Multi, captivis poterit fore quæstio, si vis.

Eodem anno

Bella parat villæ sibi Præsul Leodiensis
Ad placitum mille tractans, quorum prius ensis
Tractabat misere proceres templo fugientes. Vid. Jo. Hocsem. in Adolpho à Marcka Cap. 14.
Flammis astantes veluti pecudes periere
Templis allatæ Moysi vice vel Salomonis.
Plus tamen hic ponis, lector, quia perditur à te
Cum quasi nunc brutis fidei domus atque salutis.

 Isti

Isti dicentur paganis deteriores
Quorum scriptores perhibent, quos templa tuentur,
Hic non vexari vice belli sive gravari.
Horum delicta pater iste manu benedicta
Corrigit his horis summi pro parte cruoris,
Quorum captivis poterit fore quæstio, si vis.

Eodem anno maxima apud Christianos confusio cernitur, quum illorum ecclesia monstro utique similis duorum capitibus infulatur. Quorum materia utinam discipulus existerem, atque singula, quæ ex illa per magistros adjici poterunt, ignorarem. Notandum itaque, quod cum *Johannes* Apostolicus *Bauro* hactenus *Roberti* subornatione deficeret, *Bauri* quoque familia reconciliationis materiam illico non videret, varia in Conciliis *Bauro* proficiens via teritur, quorum uno libellus Romanorum continens privilegia præsentatur, cujus quodam inter cetera capitulo pristinis definitum legitur, quod Apostolicus juste, si per decennium continue ab urbe se subtrahat, Sancti Petri cathedra deponetur. Hæc nota cum ceteris Apostolico per Romanos objicitur. Unde & alius *Nicholaus* nomine, minorum, ut dicitur, ordinis, ejusdem Sedis culmine, prout potuit, collocatur.

Hæc scio magna fore tribuens tamen absque pudore
Scriptis majora, quæ fiunt temporis hora
Qua prior Otto datur Cæsar; tribus hac vice fatur
Infula summa dari simul, at medium reputari.

Iste *Nicolaus* summæ utique devotionis ab infantia cum timore jugum domini bajulans, electionem de se faciendam præsentiens, cum lacrimis ad orationem flectitur deprecans, ut sibi si Deo ejus electio placeat, ostendatur. Cui ab oratorio exeunti, refectoriumque intranti, quidam à nativitate privatus lumine affuit, qui statim absque clientis auxilio, verum ducatu proprio ad propria remeavit. De quo utique miraculo maxime gavisi sunt, qui ejus electioni auxilio vel consilio affuerunt. Stella quædam similiter hoc tempore supra templum apparuit, cujus

cujus radios solis claritas luce media non abscondit, quam etiam apud *Trajectum* inferius quidam se vidisse testati sunt, nec non diem & horam sodalibus ostendisse. Erat hoc tempore maximus *Romæ* dolor propter (1) *Veronicam* quibusdam furto Canonicis elongatam, cujus locus paries videlicet strictissime obfirmatus *Nicholao* oranti proditur, inventis etiam ibidem vestibus, in quibus consecratur. Et nota hunc utique esse annum, cujus solem varii prudentes pronosticorum studiis laborantes videre desiderabant, quum in isto fieri mirabilia nuntiabant. Quorum præconia pro monstris jam sufficerent, quamvis menses ceteri sequentes videlicet mirandorum pluralia non offerrent. Quid enim amplius pro miraculis desiderari poterit, quam Apostolicum, qui solus tanquam Sol mundo præficitur, pluraliter numerari? Lunæ cursu solis eclipsin fieri didicimus, num-

(1) Divam esse *Veronicam* error est popularis. Sudarium fingunt, quo Servator vultu ei impresso detersit faciem in horto anxius, delatum ab ea Romam, ubi summa cum reverentia religiosissime adhuc custoditur. Henr. Rebdorff apud Freherum: *Anno Domini* CIↃ. CCC. L. *maximus hominum concursus fuit ad urbem Romam propter plenam remissionem culpæ & pœnæ anni Jubilei per Dominum Papam indicti, ita ut in Dominica passionis Domini, qua canitur Judica me primo ostensum fuit sudarium Domini, sive imago delata per Veronicam, & tunc ex nimia pressura in ecclesia S. Petri (me præsente) multi sunt suffocati.* Sed hæc vulgi opinio est. Rem si attendamus, Veronica nihil aliud, quam vera icon Salvatoris. Composita enim vox est, ut contra P. Sebastianum à S. Paulo Carmelitam egregie observavit doctrinæ vir præcellentis Daniel Papebrochius 1. *Respons. art.* 1. §. 4. & *art.* 10. §. 7. *art.* 11. §. 2. & ex eo Leibnitius in *præfat. ad to.* 1. *Access. histor.* Inter cetera, quibus probet id, duo Papebrochius habet loca, quæ addam hic. Alter est ex literis Nicolai Papæ IV. Ann. 1290. *In ea namque Basilica sui pretiosissimi vultus imaginem, quam Veronicam fidelium vox communis appellat, in singularis amoris insigne tribuit venerari.* Alter ex descriptione Basilicæ Vaticanæ seculo XII. à Canonico Romano edita: *Oratorium Sanctæ Dei genitricis virginis Mariæ, quod vocatur Veronica, ubi sine dubio est Sudarium Christi, in quo ante passionem, suam sanctissimam faciem, ut à nostris majoribus accepimus, extersit, quando sudor ejus factus est sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram.* Potest tertius jam addi, qui apud Willelmum. Add. Mabillon. *itin. Italic. p.* 88. & *seq.* ** His adde Tom. 3. Analect. p. 46. sed nostræ Edit. Tom. 2. p. 33. & quæ Cl. Matthæus ibi notavit.

Digitized by Google

numquam vero per eam ſolem viſui hominum duplicari. Vere luna mirabilis, quæ ſolem, quo lumen recipit, ſuo lumine privare non ſtuduit, verum & ſolem alium, ut magis luceat, ſociare

Hac brevitate cape lector ſolem vice Papæ,
Lunam pro Bauro tribui, careat precor auro
Vitæ cœleſtis, qui litem ſuggerit iſtis.

Ejuſdem quaſi temporis confinio *Bauri* cum ſummo Pontifice diſſenſio, ejus quoque *Nicholai* contra Apoſtolicum altercatio ſummi fervoris nequitia perſequitur. Quorum bullæ annotatis confuſionum articulis in omnem quaſi patriam deſtinantur. Quorum videlicet articulorum unus contra *Nicholaum* extitit, ut nobis à Curia veniens explicavit, ut dimiſſam ante religionis introitum conjugem recipiat, & debitum ſibi reddat. Quanta vero vel qualia confuſionis negotia idem *Nicholaus* contra *Johannem* ſcripſerit, Catholicis repetendum non ſentio, quia veraciter blaſphemavit. Qui ſe tamen, ut dicitur, ad talionem xxv. caſuum degradationem per ſingula tangentium contra Johannem Apoſtolicum bullis apertiſſimis obligavit.

Eodem anno menſe ſimiliter Julio facta ſuperius Domino de *Valckenburch* nequitia Duci apud partes Limburgenſes valide refunditur, quæ patria per dicti Vicarium de *Sleide* videlicet militem funditus concrematur, prædæ vero numerum perfecte non deſcribimus, quatuor enim pecorum milibus adhuc mille jungere formidamus.

Eadem vice de *Bauri* potentia ſuique Pontificis elegantia nova percipimus, quorum carmina, licet res magna fuerit, breviamus. Fatur itaque, ſi dici liceat, hunc Papam, virum utique ſanctiſſimum, ſcripturarum floſculis elegantes totis viribus omnique conamine per mundum ſeminare literas tres excellentiſſime cum ceteris articulos continentes, videlicet *Johannis* Papæ abjectionem, *Bauri* reputationem, & compaſſionem terræ ſanctæ. Primus ut condempnetur quæritur, ſecundus ut regnet perficitur, pro tertiæ ſuffragio laboratur. Primus fugiendo quærit foveam, ſecundus contra inimicos exercet audaciam, tertia quandoque per Chriſti gratiam exultabit. Tales ſimiliter literæ ad manus Trajectenſis Epiſcopi in die tranſlationis Stephani pervenere. Et nota, eodem veraciter die, quo fata ſuperius

perius relatione tantum & quasi sub dubio descripsimus, quasdam nobis de Lombardia præsentari literas, eandem realiter materiam continentes. Modus vero in quibusdam secernitur. Quapropter & illarum series annotatur. Notandum igitur hunc Papam plus quam sexagenarium *Petrum* de *Cornario* à *Minoribus* nuncupatum XXIV. die Aprilis Sancti Petri Canonicis, duobus quoque tantum Cardinalibus, ut superius scribitur eligi, nec non summo tam cleri quam populi gaudio consecrari. Cui secundum literam Imperator post osculum indumenta Potificalia cum anulo summa humilitate contulisse scribitur, omnesque similiter possessiones, quas Romani hactenus Pontifices Imperatorum licentia possident, tradidisse. Quorum rumore *Johannes* Papa multum turbari dicitur, nec non quibusdam potentibus, ut ipsum *Bauro* reconcilient, applicari. Quædam similiter *Bauri* certamina, summa quoque per *Fredericum Ciciliæ* juvamina traditis scriptor inseruit, qui suam hac parte sententiam futuris mirabilibus consummavit.

Eodem tempore *Philippus* Francorum Rex parentum more Flamingis offenditur, in cujus auxilium major circumquaque nobilitas invitatur. Ipse itaque ab occidente veniens Francorum turbas Attrabatensi villula contrahit, Rex vero Boemiæ cum Teuthonicis ab oriente congrediens Gandavensium mœnia subintravit. Hujus etenim incolæ Brugensium furori subtrahuntur, hactenus suo Comiti fideliter adhærentes. Quo tempore Brugenses suos nuntios XII. videlicet reputatos Anglorum Regi pro suffragio direxerant, qui ipsum similiter ad occupationem Franciæ informabant dicentes, quod si eis hac vice velit fiducialiter assistere, ipsi volunt sibi procul dubio Coronam Franciæ procurare. Quid autem ipsis responsum fuerit nobis ista referens ignoravit. Eadem similiter vice Regi Boemiæ offeruntur satellites ipsi confusionem patriæ per invidiam Ducis Austriæ offerentes. Is enim armatorum copia & etiam paganorum Boemiam invaserat, ubi sexus varii varios confundebat. Quorum nuntiis nobilissimus Imperatoris filius Flandriam festinando deserit, versus Boemiam properando, cujus transitu multum in quibusdam lætatur Flandria. Francia vero modicum doluit, quoniam ipsius reditu hora sufficiens spe tractatur. Repulsis enim à Boemia hostibus Christi veraciter inimicis summa festinatione redire præsumitur, suis quoque apud Flandriam subvenire. Et nota quod

Digitized by Google

Johannes Papa Regi Boëmiæ hanc infeſtationem procuraſſe dicitur, turbas quoque gentilium invitaſſe. Cujus ſimile filio *Bauri* de *Brandenburgh* videlicet Marcioni anno præterito idem feciſſe traditur, & ut hac via *Bauro* noceat infidelibus ſe junxiſſe. Qualiter autem *Willelmus* Comes ſe ad iſta perſonaliter velit diſponere hactenus non didici, ſcio tamen filium ejus licet parvulum cum avunculo armis indui, dominum quoque *Johannem* ejus videlicet germanum Francorum militum principem ordinari.

Eodem quo dicta proponuntur tempore quidam Anglorum Regis rumor affuit, qui Flamingorum ſtultitiam non modicum inflammavit. Fatur etenim eundem Francorum ſe Regem ſcribere, & pro confirmatione nominis laborare. Unde jam per ipſum Scotorum Rex, gener ſibi videlicet, verſus Gaſconiam directus dicitur, ipſe vero perſonaliter totis viribus ad Flandriam tendere recitatur. Quorum rumore *Willelmus* Comes vere multum tangitur. Si ergo præſenti apparatu tardus fuerit non miretur. (1) Mallet enim, ſi dicti Reges bello concurrerent, conjugi filiæ viribus aſſiſtere, quam fratri conjugis ſubvenire, ſibi quoque genitam Reginam facere, quam natam incogniti & forte inimici nomine regio decorare. Is autem rumor ſperantibus nihil profuit. Anglicus enim contra Francos Flamingis aſſiſtere dubitavit. Proficiat itaque Philippus Rex, ſi poterit, qui utique Chriſti gratia prævalebit.

Eodem tempore feſto videlicet Magdalenæ Comes Hollandiæ *Willelmus* ſatis ſupra negotiis non modicum perplexus apud montem Sanctæ Gertrudis comparuit, ad quem locum tam miniſtros quam nobiles convocavit, tractans cum eis de Francorum Regis amicitia pariter cum nequitia Flamingorum, qualiter quoque Regi ſubveniat, illiſque auxilio vel conſilio noceat, indagando. Fato itaque impetu pullulante, ſuas quoque acies parte qualibet pro prælio contrahente, miles utique piiſſimus Hollandiæ, videlicet Willelmus, ſe nititur objicere, & belli tempora prorogare, cujus in-

(1) Nec id ipſum diſſimulat Chronici Continuator Guillelmi de Nangis ad Ann. 1341. ad quem notat Willelmi mortem: *Hic Guillelmus*, inquit, *multum contrarius erat Regi & Regno Franciæ, favens partem Regis Angliæ propter Reginam Angliæ filiam ſuam, & tamen habebat ſororem Regis Franciæ in uxorem, quæ Sancta Domina erat, & devota, ut apparuit.*

Digitized by Google

instantia utriusque partis rancor submittitur, pacis quoque & concordiæ materia ventilatur. Quo post pauca discusso pro & contra negotio arbiter quæritur. Ad cujus officium tam voto Regis quam adversariorum ejus *Willelmus* Comes solus petitur, cujus excellentia in hoc utique negotio ut in ceteris ostentatur. Quis etenim nisi quodammodo Regulus tanti Regis, tanti quoque exercitus, frena submitteret, deditionem ordinaret, sicut in præsenti Comes Hollandiæ recitatus? qui prima super hujusmodi negotio collationis tempora apud *Vlissinghe* dominica post beati Petri ad vincula ordinare studuit, ubi se tam Franciæ quam Flandriæ prudentia præsentavit. Quorum propositionibus sic concluditur, quod ad pejus negotii ad bellum videlicet festinatur. Unde Hollandiæ nobilitas, quando equorum species profecerat, ut nunc versus Hannoniam in festo Laurentii properabat; illico etenim manum suam contrahere nititur, & ab hinc Francorum cœtui, dum tempus poposcerit, sociare. Quorum medio belli quædam species civilis videlicet Brugis oritur, factionis quoque materia ventilatur. Quidam enim sanæ fidei parant Regem quærere, ejusque præsentia pro pacis concordia disputare, quibus sibi consciis resistitur, piorumque sapientia iniquorum judicio reprobatur, quorum altercatio pro & contra tantis efferbuit, quod una species artis mechanicæ aliam litis tædio provocavit. Vexantur enim carnifices textoribus fullonumque societas sutoribus infestatur. Simili quoque modo quælibet fraternitas, ejusdem videlicet officii societas, promissa fide se contrahit, ceterosque vexavit. Quorum tumultu bella foris præparans, Rex videlicet erigitur, quum per illos, qui ab invicem pereunt, amplius non vexatur. Et nota quod qui Brugensium miseriam hac hora conspiceret, comparatione deficeret, nisi forte Egesippi volumina, destructionem Jherusalem videlicet continentia, perlegisset. Illa enim portis clausis propriis factionibus perire cernitur, quæ si ad campos concorditer tenderet, victoria frueretur. Unde *Brugis* peropportune dictæ civitati comparari poterit, quum utraque omnibus vitiis cœlo utique displicentibus, & pro quibus justissime proditur, habundavit. Illa inobediens prophetas, sapientes, & scribas occidisse legitur, illa vero legem sui Principis deserens sacerdotes, nobiles, nec non sibi Consules morti cotidie tradere gratulatur. Det autem Christi gratia ut sicut ibi Romanorum legio non læditur, sic nec Francorum regio suorum hic numero minuatur.

 Brugen-

Brugenſium itaque nequitia pullulante, nec non textorum acie factionum agiminibus prævalente, carnifex quilibet cum piſcatoribus à villa expellitur, quibus utique clericus, qui evadere poterat, ſociatur.

Eadem ut dicitur hora Flandriæ fortior villula, & quaſi patriæ janua, *Gheroutsberghe* nomine, Theutonicis capitur, cujus tranſitu Regis familia totam quaſi Flandriam pervagatur. Nullus etenim ipſis jam amplius reſiſtere poterit, niſi forte miſerrimus, qui ſe Brugenſium miſeriæ ſociavit, quorum tamen lætitia ſubito tanquam aqua decurrens ad nichilum devenire præſumitur; dormientibus etenim foris hoſtibus alter ab altero occidetur. Horum ut perſcribitur tumultu ſeneſcente, Regiſque familia cotidianis infeſtationibus propinquante, Comes Flandriæ valida multitudine circumcirca diſcurrere nititur, ſibi quoque quos poterat ſociare. Unde quidam à parte Zephyri ſibi Brugenſium more perverſis conſcii, qui Regis adventu ad Imperatoris caſtrum *Caſſelbergh* videlicet nomine confugerant, ibique degebant, victu deficiente maximam quaſi multitudinem nituntur contrahere, nec non tripertita acie verſus, ut ita loquar, Franciam properare. Quorum exercitus, ut verbis utar Boetii, licet numeroſus ſit, tamen ſpernendus, quum nullo duce regitur, ſed errore tantum temere ac paſſim lymphante raptatur. Horum adventu *Willelmus* Comes ſuos diviſim à Francis locaverat. Unde præſentiam talium ignorabat. Prima igitur acie propinquante, Regis quoque populum infra ipſorum tentoria provocante, & vere, ſi audacter & cum impetu procederet, confundente, tumultus *Willelmo* Comiti panditur, qui ſubito armis, ſicut poterat, induitur, nec non ſuos, ut Regi ſine mora ſubveniant, intentiſſime deprecatur, cui cum ad Francos tenderet, & per cujuſdam montis circuitum properaret, duæ ſuperius fatarum acies hoſtiliter nituntur occurrere, ejus quoque tranſitum impedire, quibus devictis in fugamque converſis, (1) ipſe tertiæ à tergo affuit, ubi Regem cum ſuis maximo hoc vice periculo liberavit. Hujus etenim tumul-

(1) Miris paſſim in cœlum laudibus Willelmi virtus inſignis hoc conflictu extollitur. Jo. Hocſem. *hiſt. Leodienſ. in Adolpho à Marcka cap.* 14. *deſcendentes quandam Regis aciem invaſerunt, quæ vix ad caſtra fugiendo Regia eſt ſalvata, Rege tunc in ſupremo periculo exiſtente, niſi*

tumultu hostis confunditur, Regis turba accingitur. Quæ subito tubis clangentibus eisdem à facie, quos *Willelmus* à dorso conterit, sociatur. Quorum miseriam cum ceteri cernerent, ipsisque succurrere formidarent, timor oritur, fuga quæritur, quæ tamen variis equestri agmine prævallatur. Cæditur itaque miserrimus Flandriæ populus se defendens, cæditur quoque fugiens, ille tamen honestius, iste vero tutius. Variis etenim fuga profuit, pugnantium vero unicus, qui nuncia deferat, non evasit. Tertia feria, Sancti quoque Bartholomei vigilia, belli hujus certamen aggreditur, cujus miseria Flandriæ communitas atteritur. Decem utique ipsorum milibus exceptis fuga cadentibus hoc privato jam prælio vitæ spiritus elongatur. Quot vero milia puerorum ac fœminarum ecclesias fugientium ignis absorbuit, gesta nobis referens ignoravit. Hæc itaque pars Flandriæ tantis hac hora conteritur, quod spes fatorum aut fructuum annis utique variis non habetur, quum licet copia seminis affuerit, tellus quoque materiam præbuerit, bos tamen qui jugum deferat, nec non villanus, qui liram faciat, hujus terræ † cognitis non habetur. Boum etenim species hostium victu pascitur, rusticorumque cadavera hujus pratis & vallibus jacentia brutis ac avibus lacerantur, quorum aere Regis exercitus hunc locum deserit, occupans cursu alium, cujus superficiem, ventorum serenitas immutavit. Cernens itaque Brugensium populus horum patriam absque misericordia conteri, nec non in quibus fidebat circumcirca villulas hostibus devastari, multum timuit. Unde vultus submittitur, consilium quæritur, ne ipsius familia eisdem bedauris hominibus videlicet pessimis confundatur. Unde submissis rancoribus, invitis tamen pejoribus ipsorum prudentiæ forma quædam committitur, quæ Regis consilio, ut pacem referat, præsentatur. Cujus post multa decreto quilibet sibi conscius à villa præcipitur tendere, nec non libere ad locum sibi placitum properare. Qui vero post statutum tempus reorum numero fuerit inventus, se

† cognitus.

nisi Wilhelmus Comes Hannoniæ succurrisset eidem, qui cum sua coborte circumdando Flamingos fortiter impugnavit. Quibus à cæteris exercitibus pariter circumclusis, ex eis decies mille dicuntur fuisse perempti, ex parte Regis duobus millibus interfectis. Add. Mejer. & Continuat. Guillelm. de Nangis ad Ann. 1328.

ſe quoque purgare non potuerit, omni metallo non conſequetur veniam, verum quavis mora poſtpoſita rotarum patibulis ſuſpendetur. Hac utique forma vel ſimili *Brugis* miſericordiæ *Philippi* ſe contulit, in quo piorum ſalus & gaudium redundabit, cujus edicto ut certius pareatur, quingenti tribuuntur obſides, reliqui vero armis omnibus ſpoliantur. Hoc itaque pacto larga nimis Flandrenſium impietas ſubmittitur, Regis petitioni ſatisfactum traditur, qui per thronum ſuum capitiſque præcipuum juramentis, ut dicitur, inſeruit, quod ante humiliationem Brugenſium ut nunc ordinatis agminibus ad maria fugientium vivus ad Franciam non rediret. Concluſo itaque negotio ad ejus placitum, nec non Flandriæ Domino ſuis gradibus reſtituto, Francorum exercitus diſpergitur, cujus numero Dux Burgundiæ, qui pro tumultu fugam cum ſuis petiit, non habetur. Rex vero paucis aſſumptis *Inſulam* cum *Willelmo* Comite intraverat, ubi ſe quodam tempore poſt fatorum tædia refocillat, cujus abſentia Comes Flandriæ ſuorum concilio nititur procedere, nec non per villas ſingulas ſingulorum exceſſibus diſputare. Fit inſuper per partes Flandriæ inquiſitio Communitatis principalium, quamvis etiam mortuorum, quorum unus de cimiterio ut nunc cum eccleſiæ interdicto tollitur, cujus corpus in loco patibuli decapitatis ſibi fæderatis concrematur. Cujus ſimiliter quiſque ſimilis verſus *Brugdamme* cotidie trahitur. Ibi etenim ordinatis tormentorum machinis omnis impietatis filii cruciantur, quorum præcipuos Brugenſium voracitas poſt crapulam evomet. Horum etenim pernicie Flandriæ nobilitas magis ſtudet. Diviſo itaque per ſex partes Brugenſium populo ſubmiſſa veritas omnium ſtatuitur, & præcipue abſque decreto judicis occiſorum, quorum numerus ſexcentis non includitur. Quorum tortoribus quanta vel quam varia tormentorum genera illata fuerint ignoratur. Et ecce quod ſicut olim capta Iheruſalem per univerſum quaſi mundum Judæorum progenies diſpergitur, ſimiliter & hac hora per totam utique Franciam Flamingorum obſides diſtrahuntur, quorum calculo Ypra pluraliter ſe immiſcuit, quæ ſola tibi Sueſſio novies centum obſides commendavit.

Iſtis concludi quærunt tibi Flandria ludi
Annis durantes quater x. *& iniqua creantes.*

Iſtis

Istis vicino tempore sedata videlicet apud Flandriam tempestate apud Leodium inter cives & eorum Præsulem magnus horror cernitur. (1) In cujus auxilium Præsulis videlicet Comes Gelriæ vocitatur, qui collectis circa Rhenum nobilibus versus Galliam dirigitur. Cujus itinere quædam illius patriæ villula Leodiæ civibus infestatur, quorum multitudini Marscalcus Comitis paucis se immiscuit bellans viriliter, sed tamen moriens antequam Dominus cum exercitu supervenit, qui suorum contritione, sed *Willelmi* de *Bronghorst* præcipue non modicum confunditur, exhortationem faciens, ut omnis, qui ipsorum vindictæ memor non fuerit confundatur. Quorum impetu discerni poterat, quantum Gallorum species à Teuthonicorum pernicie se declinat. Viginti enim priorum milia, ut dicitur, duobus tantum Alemannorum milibus impetuntur, de quibus tamen solum quingenti cum Comite inimicis se offerunt, reliqui vero quia rustici fugierunt. Ubi veterum auctoritas propter multitudinem victoriam subtrahens verificari cernitur. Mille etenim per Comitem perditis ducenti vel amplius capiuntur. Quorum conflictui Episcopus se quasi decimo affuisse dicitur, verum ejus exercitum magna locorum distantia defecisse. Victis itaque Leodiensibus civibus, in fugamque conversis, Comes præda laudabili ad propria revertitur, cujus nomen sollempniter victoribus seculorum seculis annotatur.

Hæc fiunt sane quando socio Damiane
Templo laudaris vel Christicolis veneraris.

Horum itaque nequitia multis ut nunc miseriis tranquillata, fatuus Leodiensium populus maximo utique scandalo Præsuli subditur, de quorum præteritis quæstio sæva continens terminatur. Et ecce quod sicut apud Flandriam Communitas inobediens prius inclinata legitur, similiter & hoc tempore, quorum utrobique tortores Teuthonicorum Principes extitere. Flandria etenim per præsentiam Comitis Hollandiæ subjicitur. Quid

(1) Et armis Comes Gelriæ & pecuniis tulit opem, Mechlinia ei obligata, cum Antistiti dedisset mutuo XII. millia florenorum. Jo. Hocsemius *in Adolpho à Marcka cap.* 15.

Quid vero Gelrensis hic fecerit, jam narratur. Eodem anno.

De Bauri gestis sermo variatur, & hostis
Lingua dat obliqua, quibus impugnantur amica.

Quorum altercatio literis finem suscipit, quas idem Baurus sibi versus Germaniam fidelibus destinavit, quarum prima de verbo ad verbum per copiam sic infertur: *Ludovicus Dei gratia Romanorum Imperator & semper Augustus prudentibus viris Consulibus ac universis civium in Frankenvoert, Ghelenchusen, Vredenborgh, & in Wecstor suis & Imperii dilectis gratiam suam & omne bonum. Dedit nos Deus in lucem gentium, ut sit laus nostra usque ad supremum & ultimum terræ. Ecce enim peractis feliciter, quæ circa statum Lombardiæ, Tusciæ, ac Campaniæ, Matimape, Campestrini, & Montanarum, nec non & urbis Romæ, ejusque districtibus & vicinarum partibus fuerant facienda, perfectisque, quæ circa sollempnitatem coronationis nostræ & destitutionem illius Apostatici* Jacobi *de* Cathorco, *ac institutionem sanctissimi viri Domini* Nicolai *Papæ quinti & creationem Cardinalium extiterant adimplenda, in auctore salutis in Apuliam potenter progredimur ad illius hostis pestiferi* Roberti *de provincia exterminium sempiternum. Quo favente Domino breviter consummato totum mundum in pacis commodum reponemus.* Alteram vero Bauri literam, prout auditu & relatione didicimus taliter apponemus, scilicet qualiter Baurus (1) *Roberto* navali bello congreditur, quorum conflictu quinquaginta vel amplius Roberti galeæ contentis omnibus submerguntur. Cujus victoria, *Bauri* videlicet, *Johannes* Papa multum confunditur, cogitans per singula, qualiter suo pugili *Roberto* videlicet succurratur. Unde dispersis muneribus circiter mille

(1) Robertus Rex Neapolis & Regum progenies, natus Carolo II. & Maria Stephani Hungariæ Regis filia. Avum habebat Carolum I. Divi Ludovici Franciæ Regis fratrem, & cæsa Suevorum prole Manfredo & Conradino Regem Siciliæ. *Robertus igitur*, inquit Pandulphus Collenutius *lib. 5. hist. tertius in ordine, Caroli* II. *filius, patre mortuo Avinione erat, ibique pronuntiatur illius successor, & antequam ex Provincia discederet, à Clemente* V. *confirmatur.*

mille equites compoſuit, quorum unicus ad *Roberti* præſentiam non pervenit. Omnes enim à *Bauri* fidelibus, ſicut dicitur, medio itinere trucidantur. Quorum præda, centum videlicet & quinquaginta florenorum milia, *Bauro* tranſmittitur, quæ per ſingula, ut ejus voluntati placuit, erogantur.

Eodem tempore Hollandiæ Domina à Francorum rediens Curia à ſuis apud Hannoniam honeſtiſſime recipitur, cujus donativum florenorum videlicet quinque millium commendatur. Eodem anno hujus patriæ famoſiſſima de *Voerne* videlicet Domina moritur, cujus epitaphium noſtris breviter inſeri poſtulatur.

Francorum d'Urbi Katerinam contulit orbi
Primo communi ſed poſt vice conjugis uni,
De Voerne vico Teylinghe ſub hac benedico,
Virtutum geſtis quicquid Dorcas fuit eſt is
Tempore præfatæ modo Chriſte ſibi ſociatæ.

Eodem anno completis apud *Harlem* in feſto Katerinæ haſtiludiis *Willelmus* Comes verſus Franciam ſe dirigit, ubi uſque ad tempus quadrageſimæ moram fecit. Eodem anno quidam proſcriptorum Flandriæ electo apud Zelandiam Capitaneo verſus patriam navigio ſe dirigunt, cujus quodam noctis crepuſculo circa partes Zephyri portus quærunt, villas in ipſorum itinere minis & precibus attrahentes, nec non ſumma feſtinatione verſus illam, quæ *Brugis* dicitur, properantes. Putabant etenim ipſorum numero malorum ut prius audaciam attendere, totam quoque rurſus Flandriam contra Comitem informare; quorum propoſitum Deo diſplicuit. Unde aliter quam ipſis placuerit ordinavit. Percepto namque tumultu Brugenſium probitas armis munita, quibus infidelis communitas caruit, dictis nititur occurrere, bellum committere, totamque cohortem captis ipſorum ductoribus infirmare, quorum infortunio magis quam Regis triumpho gens dubia conteritur, omnis namque ſpes amplius reſiſtendi Principibus elongatur. Et nota partes Flandriæ quondam piiſſimas maxime nunc infectas, mores quoque juvenum ad omnem malitiam præparatos, qui ipſorum tempore nulla pietatis viderant opera, verum quovis latro-

cinio nequiora, quorum præmiis licet durissimis gavisi sunt, qui pacem amantes guerrarum copiis doluerunt.

Anno Domini CIƆ. CCC. XXIX. &c. Hic est annus, cujus mirabilia in hæc verba locuti sunt, qui anno Domini CIƆ. CCC. XXII. majores apud Hispaniam extiterunt. *Omnibus ad quos hæc litera pervenerit magister* Johannes Davidis *Toletanus*, *& omnes ejusdem loci magistri salutem & gratiam Sancti Spiritus & solamen. Noveritis, quod anno Domini* CIƆ. CCC. XXIX. *mense Septembri sole existente in libra convenient omnes planetæ in simul, & sol erit in cauda draconis, & fient signa rerum mirabilium & horrendarum, & fiet diluvium ventorum per Saturnum & Martem, crescetque mare ultra solitum, & erit ventorum tanta conflatio vel conflictio, quod flabunt omnes insimul, & obscurabunt, & denigrabunt totum aerem, & dabunt sonos horribiles, corda hominum dissipantes, & subvertentes ædificia & arbores, & plures valles adæquabunt montibus, & eos & multas civitates præcipitabunt, maxime Babylonem, Meccam, Baldac, & Tripolim, & præcipue civitates situatas in locis arenosis, sed ante omnia erit defectus solis, & erit sol à tertia usque meridiem ignei coloris & rubicundi, quod signat maximam effusionem sanguinis, & postea sequetur eclipsis Lunæ in coloribus permixtis, quod signat confusionem gentium, & postea erunt prœlia magna & occisiones in Oriente, & Occidente, & terræ motus erit universaliter per totum orbem, subvertens plurima loca, & erit caristia magna, & fames fere per totum orbem, & traditio hominum & regnorum adinvicem, & quidam magnus & potens Imperator morietur, ita quod post illorum ventorum diluvium pauci remanebunt viventes, sed quicunque remanebunt divitiis affluent, orieturque dubietas inter Sarracenos, & relinquent idola sua, & fient unum cum Christianis. Ideoque nos cum magnatibus, sodalibus pariter & Astrologis Toletanis, ista vobis duximus revelare, injungentes in redemptionem animarum vestrarum, ut prædicta ignorantibus reveletis, provideatisque vobis ubi habitabitis, quoad venti durabunt. Flabunt enim in mense Septembri, & tunc invenietur in terra vix mansio secura. Præparetis ergo cameras in planitie montibus circumdata, non tamen arenosis, non zabulosis. Sintque opertæ & terræ solidæ desuper positæ. Non sint ibi arbores, neque aliæ res quibus orificium Cameræ possit operiri, & ponantur intus cibaria ad* XXX. *dies. Et sciatur quod in horum veritate nobiscum omnes Philosophi convenerunt, Hispaniæ, Græciæ, Arabiæ, Armeniæ, & Hebreæ. Audivi-*

divimus etiam quod Meaclinus Rex constituit turrim superexcellentis ædificii, coadunaruntque eum in † castrum omnes subditi & amici, eritque turris ad instar magni montis. Hæc audivimus à Rege Ciculi, *quæ valde periculosa videntur.* Nos quoque hanc materiam hujusque tenorem nostris asscripsimus, ut si forte vera fuerint per hos commendemur. Eodem anno antiqua inter Reges Franciæ videlicet & Angliæ dissensio pro Aquitaniæ dominio renascitur, quorum invidia *Willelmus* Comes utrumque diligens, qui ut nunc Martii principio à Gallia veniens versus Zelandiam se dirigit. Unde pro fatorum concordia ipsius familiæ majores ad partes Britanniæ destinavit, qui statim conclusis Zelandiæ negotiis ad Brabantiam tendere dicitur, ubi pro salute Domini de *Valckenburgh* laboratur. Eadem vice filia *Willelmi* Comitis Ducis filio promittitur. (1) Quapropter antiqua sponsaliorum materia de Comitis videlicet filio & Ducis filia non vexatur. Quibus conclusis idem Comes ad partes Aquitaniæ summa festinatione se dirigit, bella si poterit præveniens, quæ ibidem Regi Franciæ Anglicus præparavit.

† *in castu* est in M. S.

Istis quasi vicino temporibus, sexto videlicet Idus Aprilis *Bauri* socia, *Willelmi* videlicet Comitis filia, quasdam literas versus Hollandiam dirigit, quarum unam Egmondensi Præposito, Abbati videlicet *Theoderico* in hæc verba per ordinem destinavit: *Margareta Dei gratia Romanorum Imperatrix semper Augusta venerabili viro Abbati Egmondensi suo & Imperii fideli dilecto gratiam suam & omne bonum. Cum ad ipsius laudem & gloriam immensa suæ divinitatis clementia Deus, qui est bonorum om-*

(1) Et biennio tamen post ei data in matrimonium. Auctor infra ad Ann. 1331. *Qui ludus, ut præsumitur, causa non modica ad Bruxellam Brabantiæ trahitur, ubi Willelmus Willelmi Comitis filius primum thalamis sociæ Ducis videlicet filiæ sociatur.* Joanna hæc cui pater Joannes III. Quæ & cæso à Frisiis marito Ann. 1346. nupsit iterum Wenceslao Joannis filio Regis Bohemiæ, Duci Lucenburgensi, Ducatu Lucenburgensi cum Brabantia deinceps juncto, postquam frater Joannæ Henricus morte immatura & sponsalibus irritis decessit. Ann. 1347. Divæ. *lib.* 14. *hist.* Henr. Loyens in vita Joannis III. Erat autem Willelmus annorum tum XIII. Nam ** ad annum præcedentem Auctor de eo ita *p.* 309. *Iste filius tali tempore* XII. *annos habuisse dicitur, qui post patris imperia judex justus fieri postulatur.*

** Scilicet infra ad Annum 1330. pag. 314. nobis vero pag. 707. Cl. Matthæus hic male allegat pag. 309. pro 314.

omnium conditor dividens singulis prout vult, his diebus nos & statum nostrum grandævum ad culmen gratiæ, singularis prærogativæ, nec non honorem & nomen totius posteritatis & progeniei pariter & alti sanguinis nostri dignatus fuerit sublimare, quod auribus vestris devotis & fidelium nostrorum cordibus cupimus insonare, hinc est quod dilectionem vestram, de qua fidem gerimus specialem, scire volumus, quod in urbe XVII. *die Januarii mensis, videlicet Dominica, qua cantatur* Omnis terra *multi honoribus & dignitatibus, tripudiis, cerimoniis, & ceteris quam plurimis fistulis & ornatibus ad hoc spectantibus specialiter & consuetis in ecclesia beati Petri Cæsareo & Imperiali diademate fuimus magnifice coronatæ. De cujus sollempnitatis reverentia discretos & honestos viros* Willelmum *de* Forges *militem & magistrum* Andream *clericum nostros peculiares dilectos vobis duximus trasmittendos, ob inde gaudium & lætitiam reportantes. Datum Romæ primo Idus Martii.*

Eodem anno Dux Brabantiæ pessimorum consilio sibi videlicet similium nititur procedere, nec non familiam Domini de *Valckenburch* suis contra Dominum muneribus subornare. Ubi duo specialiter milites quondam dissensionis materiam debiti videlicet proponentes à Domino nituntur fugere, & ad propria remeare. Qui Dominus post pauca unius habitaculum nititur impetere, nec non omnia, quæ murus non protegit devastare, qui utique castro stante non recederet, si nuncius Comitis de Juliaco preces offerens non adesset. Hujus vicino tempore (1) Dominus de *Valkenburch* versus Trajectum se dirigit, qui præordinatis insidiis paucos pro rapina pecorum destinavit, quorum nequitiam dum colæ perciperent, nec non ipsos usque ad insidiarum termi-nos

(1) Mentio Domini de Valkenburch iterum iterumque. Cur autem tam infestus ei, tam implacabilis Dux Brabantiæ, necesse, ut obiter tantum addam. Clarius autem non possum quam verbis Petri Divæi *lib.* 14. *Anno sequenti*, inquit, *Joannes Dux noster primum arma accinxit hac de causa: Gerardus Juliaci Comes post diuturnas conflictationes Reinaldum Falcoburgi Dominum captum in arce Niderga arctissime custodiebat. Qui tandem promissa ingenti pecuniæ summa dimissus, suos primum, mox & externos in agro suo prædia possidentes, immenso tributo onerabat. Id indignum rati Trajectenses querelam Ducis concilio deferunt. Legati, qui ablata Trajectensibus restitui, ac vi deinceps abstineri juberent, ad Reinaldum missi. Nihil ille Legatorum monitione mollitus, at pejora multo ausus, Trajectenses bello urgere cœpit. Quo comperto hostis judicatus, & bellum contra eum decretum, severissimo delectu toti Brabantiæ imperato &c.*

Digitized by Google

nos provocarent, Dominus de *Valkenburgh* suis licet comparatione paucissimis nititur surgere, atque occisis cum suo milite variis varios captivare, qui salvis suorum capitibus domum rediens magis gavisus est præda hominum quam brutorum. Quadam insuper hora similis insidiarum materia cuidam villæ proponitur. Unde ut prædam cum ceteris defenderet Ducis frater naturalis prima quasi arma deferens enodatur, cujus vires hac hora deficiunt. Ad placitum enim Domini de *Valkenburgh* cuncta deficiunt. Istis quasi temporibus *Coloniæ* proclamantur hastiludia, ad cujus stultitiam gressus Domini de *Valkenburgh* dirigitur, cujus in reditu semitam secundus miles sibi deficiens præoccupare nititur, nec non ad nobilissimi interitum armatorum militiam occultare, cujus nequitia Domino panditur, & per consequens urbis Consulibus, quorum Capitaneus ut se sufficienter præparet, Dominoque subveniat, informatur. Qui cum quodammodo moram faceret, nec ad nobilis placitum festinaret, ipse cum suis summa festinatione ad hostem se dirigit, qui ad malum suum ipsius præsentia ut dicitur, non modicum exultavit. Ubi subito confractis lanceis gladiorum aculeis impari numero decertatur. Quater denis enim nobilissimi sociis trecentorum manus impugnatur, quorum inæqualitas Coloniensium turba statim corrigitur, cujus impetu, qui par esse credidit, subjugatur. Cæsis itaque plurimis in fugamque conversis dictus miles ** se XIV°. capitur. Quorum custodia Coloniensium Principibus à Domino de *Valckenburgh* tali protestatione vel simili commendatur, videlicet ut mittantur in carcerem & continue teneantur. Quod si forte Dominus à Duce captus fuerit, Duxque ipsum morti tradiderit, ut tunc dicti apud *Coloniam* eadem perdantur mortis specie, quam Dominum de *Valkenburgh* perceperint pertulisse. Hoc pacto disceditur, ubi mox Domino de *Valkenburgh* nova traditionis materia nuntiatur, videlicet eosdem, quibus castrum nominis sui commiserat, pro tradendo corpore Ducis munera suscepisse, quatuor vero fideles non corde sed labiis consensisse. Quo percepto, mutato habitu se XIV°. versus castrum dirigitur, quorum bis quinque quidam insidiarum modus foris committitur, ipse vero cum reliquis castrum ascendens

** Vide supra pag. 512. & ibi not. sic Auctor mox: *Quo percepto, mutato habitu se XIV°. Versus castrum dirigitur, quorum bis quinque &c.*

dens more consueto voce libera quæsiit quid agatur. Ad cujus subito latera turba quatuor fidelium se dirigit. Traditorum vero alius alium inspiciens murmuravit. Quivis etenim sibi primo manus timuit injicere, aut aliqua, quibus irritari poterat, intimare. Ad cujus tamen instantiam uno ipsorum veritas panditur. Qua audita recedendi licentia postulatur. Qua concessa equi producuntur cum armorum sarcinis, per quos portis patentibus dicti ad placitum deportantur, quibus mox vico proximo insidiarum sociis mittuntur manus, & omnes deploratione modica occiduntur, quorum tam equi quam substantia ad castrum unde descenderant reducuntur. Sicque pius Dominus hac vice dictis traditoribus liberatur. Cujus post pauca constructis de ligno turribus castrum per Ducis familiam impetitur, quarum dum tertia erigitur, ipse cum suis à castro evolans hostesque infestans ducentorum tortor efficitur, xxx. captivos eligens, quorum unus præ ceteris reputatur, erat enim Ducis consanguineus, & in ejus consiliis principalis, cujus caput amputari præcipitur, & Duci mora postposita præsentari, cujus livor cum invidia tantis ebulliat, ut se confundat. Qualiter post hæc quidam agilis ad campos descenderit, nec non porcelli clamore greges porcorum Ducis ad castrum duxerit nostris breviter inseritur, licet eadem in risum materia quilibet audientium excitetur. Istis quasi temporibus quidam de *Valkenburgh* per Trajectenses capitur, qui requisito minus consilio decollatur. In cujus invidiam tres Trajectensium cives capti sunt, quorum binis abscissis singulorum manibus cæcitas adjicitur, tertio solum monoculo, ut ejus ducatu miserrima ipsorum familia repetatur. Istis atque similibus Dux multum offenditur. Unde constructis tribus contra *Valkenburgh* de ligno turribus sanior cohors Brabantiæ expeditionis tramite convocatur. Sicque vallatur castrum Principis, cujus cum salute semita in conspectu Domini dirigatur. Et ecce ut nunc quosdam Brabantiæ milites Dominum de *Valkenburgh* cognationis linea intuentes suspitionis causa proscribi, nec non bonis omnibus ordinatis per Ducem heredibus spoliari. Qua veraciter atque sine dubio causa Dux deficiet, nec non suorum sicut avunculus Anglorum videlicet Regulus præda fiet.

Horum veraciter dissensionis tempore Boemorum Rex qui versus *Prusiam* potentissime se direxerat, ibique occisis super cal-

calculum variis XL. vel amplius paganorum milia ad fidem veri numinis converterat, à dictis remotis videlicet finibus diversa sibi carissimis dirigit carmina, quibus finaliter Domini de *Valkenburgh* suffragia continentur. Francorum similiter cum Rege Principes Domino de *Valkenburgh* amicorum instantia condolentes varias Duci dirigunt literas finem discordiæ, si possibile fuerit, requirentes. Quid vero Dux Brabantiæ Regi ceterisque responderit, hactenus non addiscitur, verum scietur postea, quando proposita Principum conspiratio versus Brabantiam armatorum copiis dirigi propalatur. Interea quidam de *Brabantia* milites Domino de *Valkenburgh* specialiter invidentes quasdam pro ejusdem insidiis nituntur occupare semitas, quarum pro certo deviis fatum putabant Principem declinare, verum ipso tardante, nec ut isti conceperant veniente, tædio afflicti dispersi sunt, quorum quidam in laqueum Domini de *Valkenburgh* inciderunt. Quorum conflictu occisis utique variis Dominus de *Petercum*, miles videlicet nobilior, multis ejusdem ordinis capitur, cujus infortunio tota quasi cum Duce Brabantia contristatur. Nec est mirum Brabantiam non causa dicta sed ut dictum est contristari, cum eorum ad præsens Principem sole, luna, stellis, & quasi elementis singulis videant infestari, quum nec auxilio, nec consilio, licet magnus sit, protegitur, quin à modico multumque dissimili provocetur. Nam quicquid ab ipso velut in aurora proponitur, pessimo suis oraculo, antequam sol occidat, immutatur. Unde quandoque cum malis male perdi præsumitur, ejusque vineam ab aliis, Ducatum videlicet, occupari, quorum mysteriis vota dirigit, qui supra non modicum Flamingorum insolentiis disputavit, quorum sicut conteri nequitia cernitur, similiter & hujus Principis malitia conteratur.

Eodem anno mense Maji x. die mensis *Willelmus* Comes subito & quasi furtive apud *Haerlem* comparuit, versus *Hannoniam* cito rediens, cujus subitam pro & contra motionem proxima quasi societas ignoravit. Et nota, quod eadem vice *Willelmus* Comes pro Regum concordia versus Aquitaniam proponens tendere infirmitate corripitur, mittens illic cum fratre filium, Hollandiæ videlicet Domicellum, quorum cum ceteris instantia litis propositum declinatur. Nec offendatur istis quasi impossibilibus lector aliquis, quum Domicellus noster inter fatos

tos avunculum videlicet & fororium non tanquam inter Reges verum fibi amantiffimos arbitrio fungitur, cujus probitas paucis congaudeat, ut Hectori comparetur. (1) Eadem vice Comitiffa Gelriæ moritur, cujus patruus *Willelmus* bonæ memoriæ Trajectenfis Epifcopus fore fcitur.

Eodem tempore Nerei videlicet & Achillei vigilia caftrum de *Valkenburgh* maximis per tempora expenfis & laboribus impugnatum ad inftantiam Comitis de *Verneburgh* Duci traditur, quod dimiffis ad placitum incolis demolitur. Hic Comes quondam Domino de *Valkenburgh* fideliffimus, verum ut nunc non ex toto, fed quodammodo alienus, caftri cognofcens focios, horumque plurimos Ducis munere corruptos, hanc deditionem procurare nititur, & ne fideles Domino cum caftro pereant prævenire. Sic itaque miles piiffimus tyranno quafi nequiffimo patrimonii fubftantia pellitur, cujus recuperatio fanctorum precibus commendatur. Hujus itaque materiam prolixo magis carmine tetigimus, ut Ducis hac parte nequitiam ejufque fuperba monentium oftendamus.

Eodem anno *Johannes* Papa *Bauri* potentia quodammodo perterritus, paucorumque fiducia roboratus *Philippo* Francorum Regi decimas ecclefiarum ultro pro confolatione obtulit, quas idem Rex propriis Deo regratians fufcipere denegavit, dicens:

Pauper eram, dives effectus culmine Regni,
Sint precor indigni michi concordes nece cives,
Si modo tollatur, quo pauperis offa creatur.

Idem infuper Apoftolicus ab eodem Rege cum inftantia auxilium & confilium petiviffe dicitur, ut ordo quorundam medicantium,

(1) Obiit III. Non Maji Ann. 1329. Nomen ei Sophia Domini Mechliniæ Florentii filia de Berthout, magni nominis apud omnes ob incredibiles ipfius opes. Reinaldo II. hæc Gelriæ Duci nupta. Ex qua duæ ei filiæ, Maria & Johanna. Joanna data in matrimonium Joanni Domino de Arckel, Maria Duci Juliacenfi, ex quo duos fufcepit filios, Guilielmum & Reinaldum, Reynaldo III. & Eduardo fine liberis extinctis Gelriæ deinceps & Juliaci Duces. Pontan. *lib.* 7. *hift.*

cantium, minorum videlicet, destruatur, qui se hujus negotii causas & occasiones responsis ignorare tradidit, atque in his & in omnibus facta Apostolica commendare. Hic itaque Rex sanctus atque piissimus media via finem exspectat discordiæ, quam Papæ consules utinam utiles Bauro hactenus commovere. Hujus Regis justitiam, nec non in judiciis astutiam ad plenum dicere non possumus. Studet enim modis omnibus quicquid Deo placere respicit adimplere.

Eodem quasi tempore *Johannes* Papa quibusdam *Danorum* partibus casu quodam depingitur, ubi ad ejus usum annis utique variis maxima pecuniæ summa colligitur, nec ejus usui præservatur. Hæc namque quibusdam *Bauri* amicis prodita subtrahitur, quibus extra limites summi Pontificis deportatur, & ecce quia dictus *Johannes* sibi hac collectione atque superius varia non profuit, teste Psalmista, *Ignorans, est, quorum usui congregavit.*

Eodem anno mensis videlicet Junii principio apud Trajectum inferius dissensio efferbuit, cujus materiam domus de *Lichtenborgh* fabricavit. Hæc enim vero herede invito, viro utique notissimo, ad Communitatis rusticorum videlicet placitum venditur. Quorum nequitia inter diversos diversa sentientes, & præcipue inter fati cognatos diversimode ventilatur, qui ut nunc amicis & sociis sibi videlicet carissimis ab urbe quasi profugus dirigitur, quorum exitu jumentorum præda nobilis deportatur, cujus mox restitutio de bonis præfati *Johannis* videlicet cernitur; aperto enim ipsius cellario vina pro carnibus offeruntur. Isti statim deforis multi accrescunt nobiles noctu dieque pro civitatis incommodo laborantes, quorum radix *Willelmus* Comes fore creditur, (1) quoniam suis licentiam tribuit, ut

(1) Sic se literæ habent, quibus Comes eum recipit in protectionem: *Wi Willem Grave &c. maken condt &c. omme dat Jan van Lichtenbercbs Voirvoirders ende vrienden ons ende onse Voirvoirderen dicken gedient hebben, ende him die Stat van Utrecht veronrecht aen t'Huys te Lichtenberch, als hi seghet, dair wi der voorsz Stat omme gebeden hebben, dat si en niet veronrechten en willen, des si niet doen en wilden, so hebben wi Jan van Lichtenberch ende sinen vrienden geoirloft ute ende in te riden onse lant van Hollant, van Zeelant, ende van Vrieslant, ende scade te doene binnen onsen Lande der Stat ende den Borgers voersz toit alre tyt als sys gestaet sien. Ende dit en sullen* wi

ut *Johanni* de *Lichtenbergh* succurratur, qui etiam Comitis placito apud *Oudewater* opidanus efficitur, ut eruptione facta de pro-

wi Janne voirsz noch sinen vrienden niet wederseggen, ten ware dat sake dat die voerseyde Stat van Utrecht ende hoir Borgeren van alre sake ons geloven wilden, die si jegens hem te doen hebben. In oerconde &c. Gegheven in die Haghe op Sinte Servaes dach int jaer ons Heeren CIↃ. CCC. *en* XXIX. Erat domus de *Lichtenberch*, ubi Curia jam urbana est. Ex ea, & quæ vicina ei *Hasenberch*, quæ Hasiorum, extincta utraque familia, quæ nobilis olim, potens, & clientelis conspicua, ut tradit de Lichtenbergica Buchelius etiam ad Hedam *p.* 275. quum superiori ævo magistratus emisset ædes, constructa evasit Curia. Unde & carcer, qui in Curia, adhuc *Hasenberch* vulgo. Operæ pretium, ni fallor, faciam, si in gratiam Trajectensium verbo addam, quæ reperi in publicis urbis actis: *Anno* 1546. *des manendachs den* 18. *Januar. Op huiden is in den Rayde, als daer toe vergadert wesende, gelesen t'Octroy van de gratie deser Stadt van Keyserl. Maj. verleent van de quytschel dinge des leens van* Lichtenberch, *inhoudende op conditien, dat men den voorgevel van* Hasenberch *in de tyt van twee jaren na datum van t'Octroye afbreken ende gelyck Lichtenberch stellen soude &c.* Jovis den XXV. Februar. ejusd. anni: *Item noch sal men afbreecken Hasenberch, ende so verre innewaerts trecken, gelyck Lichtenberch nu is, ende t'selve wederom opmaken na vermogen t'patroon ende concept daer van synde.* Anno 1547. XIX. Januar. *Die Raydt verboort hebbende t'aengeven van de Burgemeesters, alse dat sy mit myn Heer die Schout, ende enige Schepenen, ende den yersten Cameraer deser Stad versproken hadden opt behagen ende believen van den Rade mit Herman van Vryhuysen als besitter van de huysinge van kleyn Lichtenberch, die hy over heeft van Anthonis Beeflant, Anthonis voersz leven lank, Welck gebruyck der voersz huysinge dese Stadt yerst na Anthonis voersz doot toekomen sal, Omme die selve huysinge nue te Paschen toekomende tot deser Stadts behoef aen te mogen tasten, ende te gebruycken, overmits dese Stadt (zo deser Stadt huysinge van Hasenberch half afgebroken, ende gelycx Lichtenberch weder opgemaect sal worden) deselve huysinge niet ontberen soude mogen, omme daegelicx gerechte daer inne te houden, oick een schryfcamer voor den Schepenen Secretaris daer inne te maicken, ende voorts s'nachts die waickers daer inne te laten walcken, ende boven op de solders een wooninge voor den Cipier te ordineren. Ende dat sy so veer mit Herman voersz versproken hadden, dat hy die selve huysinge te Paschen toecomende ruymen soude tot deser Stadts behoeff, mits dat dese Stadt betalen soude Anthonis Beeflant alsulcke jaerlicxe penningen ende wyn, alse hy hem jaerlicx voir 't gebruyck der huysinge voirsz sculdich is &c.*

proximo civitas cotidie promptius infestetur. Et nota, anno quodam præterito, ut supra scribitur, quosdam aggeres *Leckæ* fluminis conteri, inundationem quoque maximam quibusdam Hollandiæ partibus generari, quos etiam ut nunc Trajectenses proponunt evertere, horumque stillicidio fructus apud Hollandiam plurimos devastare, quorum rumore quidam armantur habiles fatum inundationis periculum aggeris custodia præcaventes. Horum contra vel pro nequitia pullulante, modicum quoque consilio licet vario procurante, nuntius *Willelmi* Comitis affuit, qui Dominum ad singula Trajectensibus incongrua obligavit, jubens inter cetera tam Hollandiæ quam Zelandiæ familiam armis indui, atque præparatos subito dum Comes poposcerit inveniri, qui suas à Trajectensibus petitiones consequetur ad placitum vel omine minuetur. Quæ dum Communitati recitantur, à nuntiis Comitis incommoda clamore maximo requiruntur, qui tamen ultima collatione omnium arbiter efficitur, tria personaliter Hollandensis monetæ librarum tollens milia, ut pacis inter eos hoc casu munia non lædantur. Quædam similiter villula ejusdem Provinciæ, *Campen* videlicet nomine, trecentas libras annuatim dare Comiti compellitur, quod veraciter desidiæ Præsulis imputatur. Mallet namque strenuus Pastor deficere, quam talia de suis ovibus sustinere, videlicet illas tondi ab extraneis, nec non quasi luporum faucibus infestari. Verum hanc confusionem *Johannes* Episcopus sibi suisque intulit, dum susceptis denariis castra patriæ *Willelmo* Comiti commendavit.

Eodem anno Princeps per cuncta laudabilis de Juliaco Comes videlicet moritur, cujus supra filio *Willelmi* Comitis † filia sociatur, qui statim patre sepulto versus Curiam se dirigit, ubi summi honoris affluentia ultra quam scribi valeat exultavit. Visa namque ipsius familia statim *Johanni* Papæ proditur, ad cujus mensam non semel sed pluries invitatur, cujus petitionum copiis vestimentorum nobilitas additur, quod paucis antea Alemanniæ Principibus imputatur, singuli quoque Cardinales, quod adhuc magis reputo, ad hujus hospitium veniunt, cum gratiarum actione suscipientes cibaria, quæ ejusdem servi nobilis obtulerunt. Cum autem iste juvenis *Bauri* quasi frater fuerit, similem quoque sibi cum *Bauro* conjugem ejusdem videlicet Comitis filiam copulaverit, quæritur, qua mente, quo studio, isti

† Joanna. Quatuor enim habebat filias Margaretam, Philippam, Joannam, & Isabellam. Froissart. *lib. 2. hist.*

iſti tanta pietas apud Curiam impenditur, ubi *Baurus* cotidie ſumma ſingulis invidia provocatur, cujus ſolutio illi committitur, qui ſcrutator eſt cordium, & cogitationum ſemitas intuetur. Verum ſi mihi cum licentia dicendo commiſſa fuerit, dicam breviter, hæc impenſa juveni, non ut ejus augeatur gratia, verum ut apud eundem ejuſque parentes *Bauri* gratia minuatur.

Eodem anno ad partes noſtras cum *Nicholai* bullis quidam veniunt clerici, poſtulantes ſe illarum auctoritate de beneficiis eccleſiaſticis provideri, ubi etiam bulla *Bauri* ad Principes ſemper affuit, quæ ſubtractione temporalium Canonicis dicta fieri procuravit. Et nota has collationes omnino inutiles, niſi forte in quantum pro digno popoſcerint Domini temporales. *Johanne* namque ſuperſtite auctoritas *Nicolai* rite deſpicitur, niſi forte *Johannes* in generali Concilio reprobetur. Eodem anno Bonifacii ſimiliter feſto major *Minorum* ordinis per *Johannem* Papam apud *Trajectum* à fidelibus ſecernitur, ubi in eum excommunicationis ſententia fulminatur. Quorum cauſa principalis inobedientia, ſicut dicitur, extitit, quoniam biennio jam tranſacto apud Curiam exiſtens eidem ſine ſummi Pontificis licentia ſe ſubtraxit, ſumma feſtinatione tendens verſus partes, quibus *Baurus* præerat, ubi ſtatim ſuis publice ſermonibus contra Apoſtolicum prædicabat.

Eodem anno Julii quaſi principio *Johannes* Boemiæ peregrinatione ſanctiſſima revertitur, qui incommodis Domini de *Valkenburgh* ultra quam dici valeat provocatur. Vellet enim multis ſuæ peregrinationis caſibus licet utilibus defuiſſe, fatoque contra Ducem milhi dictis ſuper negotiis aſtitiſſe. Quapropter fuſis per Germaniam muneribus turbam convocare nititur, & ut dictum quodammodo militem reſtituat laborare. Qui etiam in Sanctæ Margaretæ vigilia cum *Willelmo* Comite Aquiſgrani pro eodem negotio extitit, ubi multos Principes in ejus auxilium invitavit, tendens ſubito verſus *Magontiam* pro patrui negotio, Treverenſis videlicet Præſulis, contra de *Bonne* Præpoſitum ad ſedem *Magontiæ* poſtulati, volens ibidem civium vineas ſubvertere, vel quietam ſedis poſſeſſionem patruo procurare, qui ſummi Pontificis afflatione aſſiſtente Præpoſito ipſi dicuntur reſiſtere, verum deditionis tramite poſtea comparere. Et nota, quod Papa fato Præſuli ſedem cum inſtantia requi-

requirenti, nec tamen pristinam ante quietam hujus possessionem resignanti super cupiditate duorum Episcopatuum objectionem fecisse dicitur, dictum quoque Præsulem respondisse, quod eodem jure sibi duorum Episcopatuum regimen assumeret, quo idem Apostolicus Papatum & Imperium regere laboraret. Dicti interea Regis cum Duce dissensio tantis efferbuit, quod Hollandiæ Dominus vir utique pacificus quadam vice deditionem inter ipsos fieri procuravit, quorum arbitris octies mille grossorum libras Domino de *Valkenburgh* tribui, castrum quoque refici imperantibus Dux consentire renuit, quorum impetu invidiam Regis Franciæ nec non majorum in se omnium provocavit. Quorum hora Maguntinensium dissensio denuo efferbuit, ad quos obmissis præsentibus Rex Boemiæ tendere festinavit, multis diebus ibidem causa laborans patrui. Quorum studia proximi Novembris tempore nondum sentio terminari.

Eodem anno nativitatis videlicet Sacratissimæ Virginis crastino *Willelmus* Comes apud Hollandiam comparuit, cujus adventu turba nobilium exultavit. Quorum studio quædam apud *Haerlem* fiunt hastiludia feriis huic festo proximis celebrata.

Eodem anno quædam Treveris quodam cive contingunt mirabilia Cronicorum cedulis annotanda. Iste Burgensium ditissimus, verum usurariorum pessimus vice quadam febribus tangitur, cui diversis prædam sequentibus famulatur. Quorum præcipui minores ibidem fuerant, (1) qui suis post singula cimiteriis cadaver pessimum attrahebant, cujus depositione techa angulo quolibet accenditur. Quorum flamma dictorum fratrum domus quælibet annullatur.

Eodem anno prophetiæ Prophetarum Hispaniæ pro terræ motu & tempestatibus verificatæ sunt. Multæ namque urbes, varia quoque ædificia in locis montanis & superioribus corruerunt.

Eodem anno Lamberti festo *Willelmus* Comes apud *Hollandiam* comparuit suorum proventuum computationem exigens, quam sibi quisque Præpositus deliberatione congrua præsentavit. Quo

(1) Ex sepulturis etiam clero lucrum, ut plenius observavi *Man. ad jus Canon. tit.* 13.

Quo facto Mauritii festo versus *Leiden* tenditur, ubi casus *Johannis* de *Lichtenborgh* Comiti commissus sententiis terminatur. Istis itaque cum similibus apud *Hollandiam* terminatis *Willelmus* Comes VIII. Kal. Octobris versus *Flandriam* dirigitur, bis septem sui ordinis se Gandavensium miscens hastiludiis, pro Comitissæ illorum adventu primulo proclamatis. Iste ludus ut convenit Flandrensibus, aliarum quoque nationum nobilibus, summa devotione colitur, quorum inter omnes clementior *Willelmus* Comes Hollandiæ prædicatur, qui apertis utique januis summisque expensis cunctis escas tribuit, quos aut fames aut probitas invitavit.

Eodem anno secunda *Willelmi* Comitis filia de Juliaco videlicet Comitissa parentum absentia multum doluit, ad quam mater de Francia properavit dies festos secum agens plurimos jocis & muneribus imprægnatos. Quæ post hæc versus Hollandiam se dirigens à Domino Gelriæ honestissime suscipitur, nec non à Trajectensibus, ubi minimus ipsi servulus speciali munere veneratur.

Præsulis insigne tectum modo perditur igne
Trajecti, Guido gemitus novitate tibi do.
Hic destructorum minus arte dolens seniorum,
A specie cujus tamen errabit manus hujus
Pontificis vere, quia viva colens muliere
Non studet, ut veniant, quibus hic nova tegmina fiant.

Fata itaque Domina versus Hollandiam se dirigit, cujus adventu patriæ Communitas exultavit, nec immerito. Fiunt namque per eam convocatis nobilibus in omnium Sanctorum festis comessationes & lætitiæ, quæ ipsius absentia diebus plurimis non fuere. Eodem tempore assunt eidem Comitissæ satellites de torneamento apud *Compendium* laudes Comiti offerentes, nec non puerorum sponsalia, Ducis videlicet & Comitis scriptis & testibus innovata. Eodem tempore *Johannes* Episcopus variis debitorum angariis infestatus Zudensi Episcopo ejus videlicet suffraganeo omnium divinorum jurisdictionem studuit committere, atque cum ipso & aliis taliter ordinare, ut duo de proventibus librarum millia ejus victui cederent, reliqua vero

vero creditorum nutibus dissiparent. Sicque paulatim *Willelmus* Comes, ut supra, idemque Zudensis de Episcopatu se cernuntur intromittere, ut vix aliquando idem *Johannes* eos valeat amovere. Nota principium, respice finem. Eodem anno

Egmondæ monachis, quibus assunt munia pacis,
Ante Thomæ festum lux terna locum det honestum
Atque chori grata propter nova tecta negata
Mense quasi deno, sit honor, sit copia plena
Cornu Willelmo, cujus labor explicit almo
Tegmine constructo, dispensator fuit iste,
Cuncta Deo teste dispensans ordine recte.
Sique Thomæ dubites hyemis vice subtrabo lites,
Quis fuga sit nostris per eum, qui præsidet astri
Sive poli stellis, decor Egmondæ domicellis.

Fato proximis tempore *Willelmus* Comes apud Hollandiam comparuit, qui per totam hactenus hyemem pro concordia Principum Ducis videlicet & Domini de *Valkenburgh* laboravit, & frustra. Ducis enim oblatio Regi Boëmiæ non infigitur, cujus per cuncta suffragio causa Domini de *Valkenburgh* sustentatur, qui utique ut nunc liberius contra hostes disponitur, quam cum castrum de *Valkenburgh* maxima cura ejus custodiæ commendatur. Summis etenim eadem hyeme tempestatibus, ventis, & frigore provocatis versus partes Limburgensium se dirigit, ubi captis cum præda ad placitum plurimis tres villas, ut dicitur, præcipuas incidio suffocavit, quorum videlicet captivorum pretio, si Dux admitteret, castrum de *Valkenburgh* reformaret. Eadem quasi hora quidam Trajectensium sibi videlicet magis nocentium ejus itineri affuit, cujus sarcina mille libras Hollandicas vel amplius impetravit.

Eodem anno Lombardorum nequitiis Papæ muneribus subornatis quædam Ghelsorum milia ad *Bauri* destinantur perniciem, qui veraciter omnes quadringentis Theutonicorum manibus trucidantur, *Baurus* vero ad *Boniventi* provinciam rediit, ubi dierum numero militavit, ejus vero socia, *Willelmi* videlicet

Comitis

Comitis filia, versus Bauwariam dirigitur, ut illic partus tempore commodius sustentetur. Quales vero & quam varias *Johannes* Apostolicus & *Willelmus* Comes sibi invicem hoc tempore pro *Bauri* negotiis mittunt literas, scribi jam non præsumitur. Verum cum Deo propitio scripta pacem & concordiam inter fatos tribuerint, ostendetur.

Anno Domini cIↃ. ccc. xxx. &c. Inter maxima hujus temporis memorabilia lucide numerari poterit, Prælato sine causa dignitatis consueta subtrahi, nec non absque juris ordine ejusdem officio spoliari, velut ad præsens Abbas videlicet Sancti Pauli Trajectensis, qui proprio conventu hactenus quasi despectissime regitur, & per *Johannem* Pontificem pensione varia provocatur, quarum una modo negari dicitur. Quapropter & nunc ad inimicorum instantiam magis vi quam juris ordine per eundem Pontificem abjicitur, anuloque privatur. Ad cujus sedem mille librarum pensione promissa *Jacobus* quidam de *Colonia* trahitur. *Gberlandus* vero appellationem prosequens versus *Coloniam* tendere perhibetur, illic sui sanguinis incitando nobiles Archiepiscopum pro ipsius suffragio supplicantes.

Ejusdem anni Februario *Scolasticæ* videlicet virginis crastino diversarum civitatum incolæ deficiunt, quorum turres & habitacula tempestatum horroribus corruerunt, quarum una *Gandavum* extitit, quæ tamen magis dominorum interitu doluit quam domorum. Plures etenim, qui ejusdem civitatis majores exstiterunt tota simul familia perierunt, pauperes vero vel humiles suis tute casulis latitantes maximas Deo gratias, quoniam evaserant, retulerunt. Hæc autem tempestas in multis civitatibus similia exercuit, parcensque pauperibus divites deglutivit. Væ ergo vobis divitibus.

Eodem anno Valentini martyris crastino *Willelmus* Comes de Francia veniens apud *Brabantiam* comparuit, ad quem ejus Domina de partibus Hollandiæ properavit. Cui statim occurrunt satellites vicina filiarum puerperia nuntiantes, quæ subito causa veritatis inquirendæ nuntios competentes nititur quærere, nec non illos tam ad Angliam quam ad Italiam cum gaudio destinare. Et juste cum gaudio: nam si dictæ ipsius filiæ, ut dicitur, impraegnatæ fuerint, maresque tribuerint, fiducialiter sperare poterit, quod per summi gratiam avia Regum erit. Quæ autem major vel similis lætitia esse poterit Dominæ, quam Regum honeste

honeste procreatos visceribus natarum uberibus adhærere. Assunt similiter tali vice quædam literæ à *Bauro* venientes variam ipsius victoriam una cum morte *Nicholai* Romanorum Pontificis continentes. Quorum tenore & præcipue fati morte *Baurum* diligentes gavisi sunt, quorum præcipui *Willelmo* adhærentes Comiti extiterunt. Horum utique unus *Philippus* Francorum Rex fore dicitur, qui cotidie cum *Willelmo* Comite studet & discutit, qualiter *Baurus* ad *Johannis* Papæ gratiam pervenire possit, qui etiam eadem causa ad *Willelmi* Comitis instantiam se ad iter præparare dicitur, sed qua via vel quando hic vel ille properare voluerit ignoratur. Hujus vicino temporis principio videlicet Martii mensis dicta superius Domina ad partes Hollandiæ revertitur, ad cujus præsentiam apud *Haerlem* Præpositorum societas invitatur, quæ in illorum præsentia conjugis propositum propalare studuit, nec non ut ipsi subveniatur pro viatico singulos informare. Cujus clementia mentes tetigit omnium non solum Comiti consuete tribuentium; verum infinita quasi munera ab amicis & proximis impetrata. Omnes namque pietatem inspicientes Dominæ nituntur quasi plura quam postulat exibere. Negata namque sæpius Domino, sicut dicitur, in ipsius absentia ultro Dominæ tribuuntur, quæ tamen omnia ad conjugis manum Comitis videlicet perveniunt, quando cum eo versus Curiam turbæ nobilium viam quærunt. Et nota *Johannem* Papam & *Willelmum* Comitem varias sibi invicem misisse literas *Bauri* negotia continentes, pro cujus reconciliatione *Willelmus* Comes, si membrorum infirmitas cessaverit, personaliter ad Curiam tendere jam proponit, quam utique ad placitum, sicut dicitur, adjutorio Regis Franciæ consequitur. Quibus non solum gaudebit Italia, verum turba fidelium universa. Assit igitur divina pietas, monstrans quod Hollandiæ Principem tribuerit, qui mundo proficit universo. Hujus itaque transitus principium Sanctæ Gertrudis crastino Parisius cernitur, ubi turba nobilium hinc & inde accurrentium præparatur. Unde jam *Willelmus* comitatu pulcherrimo, juncto sibi Regis Franciæ germano, versus Provinciam tendere nititur, cujus quadam villula *Avinione* videlicet summus Pontifex hospitatur, ad quem pro causa superius fata gressus horum dirigitur, qui in conspectu tuo domine dirigi postulatur.

Eodem tempore patria Regis Arragoniæ paganis impetitur,

ad cujus auxilium dicto completo negotio *Willelmus* Comes totis viribus præparatur, quorum medio dictus Rex treugas biennii cum barbaris conficit, quibus *Willelmum* Comitem multis utique curis & laboribus elongavit.

Eodem anno inter Regem *Boëmiæ* & Comitem de *Bare* quædam dissensionis materia nascitur, quibus assignato die prælii amicorum diversitas invitatur, qui cum turmis ordinatissimis maxima utique invidia ad nominatam planitiem ex utraque parte tenderent, cædes quoque plurimas invicem facere proponerent, mandatum Regis Germaniæ causa Regis *Boëmiæ* se interposuit, bellumque præveniens pacem fecit.

Quo mox tempore adjutorio similiter Regis Germaniæ causa Domini de *Valkenburgh* eodem exercitu versus Brabantiam proponit tendere, & illam totis viribus infestare, ubi quidam prudentes infinitam utique Ducis vesaniam corrigentes paucis personis se nituntur intromittere, nec non decreto *Willelmi* Comitis cum eodem pacifica tractare, cui salvis salvandis talis pro emenda pensio adjicitur, qua Dux in ipsius omniumque suorum amicitiam revocatur.

Eodem tempore *Willelmus* Comes, qui maximis veraciter expensis, octingentis videlicet equitibus, frustra versus Curiam se direxerat, revertitur. (1) Frustra quidem diximus, quoniam sibi omnibusque suis Papæ præsentia denegatur. Restantibus etenim ab itineris sui termino dietis circiter tribus occurrunt, qui præmissi fuerunt, qui sibi percepta breviter nuntiabant, videlicet quod Papa ipsum nec audire, nec videre voluit, & forte quia ipsum tanta venturum multitudine percunctavit, & quia pontes fluminum destrui præceperat, per quos ejus fieri transitum præsumebat. Unde *Willelmus* converso itinere quasi cum impetu versus Franciam dirigitur, Regi gesta nuncians, qui ultra quam scribi valeat commovetur, Papæ scribens ut dicitur, quod *Willelmi* Comitis incongruis magis quam propriis irretitur. A quo *Willelmus* Comes accepta licentia

(1) Continuatio Chronici Guillelmi de Nangis ad Ann. CIƆ. CCC. XXIX. *in fin. Comes Hannoniæ Guillermus existens in Claromonte civitate Arverniæ. missis Ambassiatoribus ad Papam, & per eos audiens ejus adventum non esse gratum Papæ, indignatus contra eum vehementer ad propria remeavit.*

licentia versus *Hollandiam* dirigitur, cui in B. Servatii vigilia cum gaudio præsentatur. Et juste cum gaudio: quoniam si ad Curiam hac vice pervenisset, ut proposuit, omnibus ipsum sequentibus carceris ergastulum occupasset. Papa enim multa armatorum milia vocari præceperat, quibus calcatis forte fluminibus poterat infestari. Eodem quasi tempore idem *Willelmus* versus *Bauri* loca proposuit tendere, sibique prædictorum negotia denudare. Cujus iter *Bauri* præpeditur satellite Domini descensum versus Germaniam nuntiante. Unde *Willelmus* suspenso modicum tramite tandem ad villam, quæ *Vrankenvoerd* dicitur, tendere studuit, ubi *Bauri* præsentiam III. Nonas Junii recognovit.

Eodem tempore duo milites Avinionensi Curia venientes *Willelmum* Comitem quærebant cernere, dictisque processibus Apostolicum excusare, quos nec videre nec audire voluit, sed adjecit: *Quod eorum Dominum meis didici fecisse Nuntiis, faciam utique & suis, dicant tamen illi, qui ipsos destinat, & se Papam vocat, quod licet me alias despectum habuit, suam quoque mihi præsentiam negavit, quod me quandoque videbit velit nolit.* Quibus auditis confusi sunt milites omni festinatione ad Apostolicum redeuntes. *Willelmus* vero Comes multis illico diebus *Bauro* jungitur. quorum consiliis quid actum fuerit proximis ibidem Baptistæ sollempniis ignoratur. Cujus crastino ejusdem *Willelmi* Domina Hollanditæ videlicet Comitissa *Egmondæ* se præbuit, ubi reliquias Sanctissimi Adalberti una cum filio devotissime visitavit. Iste filius tali tempore XII. annos habuisse dicitur, qui post patris imperia judex justus fieri postulatur.

Eodem tempore *Willelmi* Comitis filia *Bauri* thalamis sociata *Theoderico* Abbati quasdam destinat literas de verbo ad verbum taliter eloquentes: *Margareta Dei gratia Romanorum Imperatrix semper Augusta viro Abbati Egmondensi suo & Imperii devoto dilecto salutem & bonorum omnium incrementum, Gestientes semper nostros Imperii zelatores devotos nostrarum prosperitatum fieri participes, vobis, quem hujusmodi novimus, per latorem præsentium, familiarem nostrum, ad gaudium invitamus, quia die Sabbathi ante Ascensionem Domini filius sanus & incolumis divina opitulante clementia natus est nobis. De cujus ortu lætentur fideles, exultent Imperii zelatores devoti, magnificante nobiscum omnipotentiam creatoris. Bene valete.*

Iste annus cum Philosopho quasi disputare nititur, ejus quoque

Digitized by Google

fructibus hujus Dialecticam infirmare. Illo etenim ex humore & calore omnia nasci scribitur, isto autem vero supra modum sicco, æstatis quoque tempore nimis frigido fructus siccissimi tribuuntur. Erat utique hæc æstas tanti frigoris tantique horroris, quod monachorum pellicia diebus veraciter paucissimis deponuntur. Aliquis tamen malo fuit usus in illo, quod muscæ & pulices consuetis vexandi officiis non utuntur.

Quare autem *Baurus*, ut supra scribitur, ad *Germaniam* redierit, *Lombardiamque* dimiserit, multis quæritur, quorum quæstio diversis diversa sentientibus diversimode figuratur. Quidam enim defectum pecuniæ, alii robustorum Germaniæ, tertii accessum divitis Austriæ causam tribuunt extitisse. Quorum primi veraciter verum dicerent, si suis assertionibus *Castrutii* nequitiam tetigissent. Iste *Bauro* specialissimus, tuo Papa numine subornatus, *Bauri* nuntiis se intromittere nititur, promittens pecuniæ sufficientiam reportare, qui *Bauro* fraudem faciens non solum in quærendis deficit, verum etiam omnia, quæ prius quæsita fuerant, deportavit. Hujus thesauri spoliatione, atque futurorum sibi præventione *Baurus* suis deficiens tantum angitur, quod dimissis, ut dicitur, Italicis Germanos visere commovetur, ubi ad eum subito turba Principum confluxerat, quorum pacificis intendebat, quorum etiam afflatione quædam formantur litteræ *Johanni* Apostolico pro *Bauri* commodis destinatæ, quibus & insertum dicitur, quod si idem Apostolicus decretum non mutaverit, *Baurum* quoque velut hactenus vexaverit, sciat quod omnia, quæ sibi fecerit, amplius quoque eadem Germaniæ Principibus faciet universis. Quorum tempore, Benedicti videlicet translatione *Willelmus* Comes *Bauro* dimisso versus Hollandiam dirigitur, cui in festo *Margaretæ* virginis præsentatur. Eodem tempore solis transitu in medio Zodiaco existente, luna quoque tricesima ejus cursui linealiter accurrente, solis eclipsim in divisionis Apostolorum crastino, die similiter Lunæ vidimus. Quinta post hæc feria *Willelmus* Comes Hollandiam deserens una cum conjuge versus Hannoniam dirigitur, quorum semita semper in conspectu tuo, Domine, dirigi postulatur. Horum namque discretio cum pietate erga subditos ad plenum diffamari non sufficit. Quapropter & illis, non solum familia, verum quævis ipsorum

rum patria benedicit. Vix enim unquam istis deficientibus creabuntur similes subditorum ut isti negotia omni pietatis studio procurantes. Horum utique tempore summa pax apud Hollandiam cernitur, quoniam devictis apud *Zirixcee* Flamingorum copiis nunquam post istorum tempore ad quid arma valeant indagatur.

Assunt hac vice quidam clerici *Bauri* Curia venientes ejusque rescriptis possessa per *Johannem* Apostolicum beneficia postulantes. Quorum possessores cum sua defenderent, se quoque institutos legitime proclamarent, Papa adversariorum replicatione quasi hæreticus confunditur, quod etiam ipsorum instrumentis annotatum publice legebatur. Scripsit enim *Baurus Jacobum* de *Cathorco* esse hæreticum, & ad omnia ecclesiasticorum officia minus dignum. Quapropter & beneficia, quæ ipse contulerat dictis clericis tanquam vacantia conferebat.

Eodem anno plurima multitudo Sarracenorum ex Africa transiens per angustum mare in Hispaniam magnam in Christianos exercuit plagam, intendens quam olim perdiderat recuperare Hispaniam, qui Christianorum populo atque fidelium gente de diversis mundi partibus accurrente bellis durissimis repressi sunt, quorum uno xv. & amplius milia corruerunt, fidelium veraciter numero ter solum quingentis laude pulcherrima demolitis, ubi inter victores, & ad patriam cum victoria redeuntes paucos novimus, Dominum vero de *Adinghen* commendamus. Et nota quod Rex Scotorum personaliter ad hæc loca venire decreverat, qui morte præventus cor suum illico quodam deferri milite procurabat, qui miles quadam lite cum beati Jacobi Antistite corruit, qui Antistes anno præterito de gentibus mirabiliter triumphavit.

Eodem anno Romanorum Antipapa, qui supra minus congrue dicebatur mortuus, propriæ humilitatis conscientia provocatus versus *Avinionam* se dirigit, quærens *Johannis* Apostolici gratiam, quam invenit. Benignissime namque suscipitur, & quasi alter Apostolicus à Papa & Cardinalibus nuncupatur. Nec est, qui crederet, si non vidisset, quod tanta pietas, quantam fato exibet, in *Johanne* Apostolico extitisset. Competenti namque familia ad Cameram & ad mensam ab eo recipitur secretorum conscius, quod nulli Cardinalium exibetur.

Eodem anno aurea per cunctas disponentis secula terras

Saturni tempora rediisse cernimus, genus quoque præcipuum numismatis extitisse. Nam sicut quodam potentiore minor proscribitur, ita & hoc tempore nummus argenteus aurea relegatur, ubi veraciter multi rurales & pauperes, quorum sine dubio parentes vix unquam aurum viderant, aureis habundabant. Ego similiter *Willelmus* procurator ut nunc ecclesiæ Egmondensis fatis affui, ea quoque experientia didici. Extitit enim mihi sæpe levius libras auro fundere, quam duos vel tres solidos nummis argenteis exhibere, ubi ** *Oratii* ** auctorem argentum auro vilius innuentem quodammodo defecisse conspicitur. Despectis namque in foro aureis mercator argentum offerens advocatur.

Eodem anno nova apud Angliam confusio cernitur, quia Regina filium quodammodo deserens, Regem videlicet, cuidam militi sociatur, quæ etiam modis omnibus arcem eum rebus quærere dicitur, quibus cadente filio fortuna militis exaltetur, cujus stultitia Regi quadam vice proditur, qui multo plura quam aures tribuerant, oculis perscrutatur. Nocte etenim quadam ad matris properans thalamum invenit eodem lectulo nuda nudum. Quibus inter cetera omnem patriæ tristitiam patris quoque cum nece miseriam obtulisse dicitur, & militem cum matris custodia captivasse. Hic est Dominus *de mari mortuo*, qui cum Regina proscriptus fuerat, & cum eadem de partibus Hollandiæ versus Angliam, ut supra scribitur, properabat. Cujus utique mors statim foribus assisteret, si speciei cum quantitate qualitas non deesset. Hæc itaque Regina, quæ summo honore ab exilio revertitur, patriæ redditur, maximo, ut nunc, dedecore in patria propriis tamen stultitiis annullatur, Et juste. Ipsa namque Reginam Franciæ quondam † perdidisse dicitur, cujus intuitu duobus vivis militibus pellis miro modo usque ad mortem inciditur, cui ut nunc eadem mensura, quam tunc tribuerat, mensuratur. Et ecce ut fati militis breviter compleatur miseria ejusque nequitia concludatur, omnem per pœnas effigiem in ipsius exerceri corpore, quæ *Hugoni Dispensier*, cujus tortor extitit, prius illata percipitur à lectore. Sicut enim ille maxima confusione distrahitur, distractus suspenditur, sic & iste. Caput etiam eodem castro verum novo stipite sublimatur, ubi etiam Regina pro majori ipsius confusione cum sola criminis conscia quadam cellula clauditur, de qua

† al. prodidisse.

** Horat. lib. 1. Epist. 1. vers 52. ** Leg. auctoritatem.

qua ad ejus placitum horis quaſi ſingulis dicta facies intuetur. Et nota de militis hujus nequitiis ejus conſcientiam per ſingula denudantis unum veraciter extitiſſe, ipſum anno præterito de Scotis infinitam quaſi pecuniam, ut dominum proderet, ipſiſque conſilio aſſiſteret ſuſcepiſſe. Alias *Johannes* Hannoniæ, qui paratiſſimo exercitu tunc Anglicis affuit, & cotidie contra hoſtes tendere propoſuit, voluntati ſatisfaceret, quia præſentem Scotorum familiam Chriſti adjutorio debellaret. Hic itaque traditor cauſa extitit, quare poſt incendia & rapinas, maximas quoque Regis Anglorum expenſas, ſalvo quaſi ſuorum numero Scotus ad propria ſe recepit.

Eodem anno diverſis ad Rhenum partibus non erat germen in vineis, æſtatis frigore, ceteris quoque tempeſtatibus annullatis. Unde vitis primitiæ, quæ circa Lamberti apparere conſueverant, vix ſequentis anni Februario univerſaliter per patrias apparebant. Quorum infortunio diverſa hominum ſpecies tangitur, verum *Alemannica* præcipue, quæ per ubertatem vineæ ſuſtentatur.

Imbribus & ventis quaſi confundi modo ſentis
Quamque orbis partem, maris unda tumens fugit artem,
Qua capitur piſcis lugereque flumina diſcis,
Subtracta nave, qua vina vel omne ſauve
Accurrunt genti procul horum ſede manenti.
Arva timentque fore ſine florum ſemper honore,
Cum deſint tractus aratri vel ſemine jactus,
Hæc & adhuc plura facit ætheris actio dura.

Eodem anno *Bauro*, ſicut ſcriptum eſt, redeunte, ſua quoque apud *Lombardiam* negotia claro minus ordine concludente, *Johannes* Rex Boemiæ miles veraciter nobiliſſimus verſus *Lombardiam* comitatu pulcherrimo dirigitur. Qui primis ibidem ſubito civitatibus honeſtiſſime ſuſcipitur, & ultra Alpium cacumina cum gaudio deportatur. Ubi tam Ghelfis quam Ghibelinis ultro præficitur, & paucis exceptis, omnibus, ut dicitur, civitatibus, & præcipue quatuordecim *Bauro* reſiſtentibus dominatur, quarum opulentior dum Bernenſi Comite Ghibelinorum videlicet Principe vexaretur, & rumor de adventu Regis Boemiæ

miæ audiretur, litteras formare ſtuduit, & Regem ut ſibi in adjutorium veniat ſupplicare. Qui Gibelinos à dictæ civitatis vexatione compeſcens, & ad illam ſine dilatione properans honeſtiſſime & quaſi pro domino ſuſcipitur, oblato ſibi cum clavibus munere, cujus pretium nemo ſibi aſtantium poterat numerare. Quod Rex ſtatim ex integro præcepit reſtitui, (1) & pictam unam à ſecum venientibus non teneri, qui apertis illico januis convivia celebraſſe dicitur, & non ſolum hujus civitatis incolas, verum omnes ejus per circuitum probitatem audientes ad ipſius amicitiam provocaſſe.

Anno Domini CIↃ. CCC. XXXI. Comes Flandriæ circa Pontiafeſtum haſtiludia *Brugis* proclamari fecerat, ad quæ univerſa circum circa nobilitas tendere proponebat. Qui ludus, ut præſumitur, cauſa non modica ad *Bruxellam* Brabantiæ trahitur, ubi *Willelmus Willelmi* Comitis filius primum thalamis ſociæ Ducis videlicet filiæ ſociatur. Eadem quaſi hora *Johannes* Hannoniæ frater videlicet *Willelmi* Comitis Hollandiæ perfectiſſima nobilium multitudine verſus *Hiſpaniam* dirigitur, ubi peſſima *Turcorum* acie populus Chriſto ſerviens infeſtatur. Cujus ſocietas circa quantitatem quingentorum ſcilicet numero breviter tangitur, qualitas vero triginta frenis auro fulgentibus prolixius commendatur. Quem *Philippus* Francorum Rex tardare voluit, ut dicitur, & ad ſui tranſitus tempora, ut ſecum properet, impetrare, ſed fruſtra, quoniam nec prece nec pretio per horam ab itinere divellitur, cujus tranſitu devictis Chriſti gratia ad placitum hoſtibus honoretur. Et nota quod *Joannes* Hannoniæ multis expenſis magniſque laboribus ad præfatas dyabolorum partes ſe dirigens treugas quoque annales apud *Robertum* Cyciliæ fati videlicet filium paganorum procuratas muneribus inveniens abſque conflictu revertitur, cujus tamen voluntas quam ſanctiſſima facti numero reputatur.

Eodem tempore nobis per quendam de Curia ſcribitur, quali adhuc vehementia *Johannes* Apoſtolicus contra *Ludovicum* Bauwariæ provocetur. Eſt enim interdicti & excommunicationis

(1) Minutiſſima hæc monetæ ſpecies. Charta Guillelmi Comitis Forcalcarii apud du Cange: *Quicunque à* XX. *ſolidis ad quantitatem* XX. *librarum in bonis habuerit, pro qualibet libra unam pictam ſolvat.* ** Vide ſupra pag. 561.

tionis in universitates & in personas quascunque ut nunc lata sententia, quæ in Dominica ante festum purificationis beatæ virginis ad fati citationem in Franconiam devenere. Insuper omnis mendicantium conventus per Alemanniam, qui postquam dicta ad eos pervenerunt, vel ne perveniant fecerint, ad mandatum *Bauri* vel ejus Officialium divina prophanaverint, vel in terris propter eum interdictis celebraverint, sunt omnibus privilegiis & exemptionibus prædicandi, confessiones audiendi, mortuos sepeliendi, & omnibus aliis libertatibus denudati, & personæ singulares excommunicatæ, non ab alio quam à Romano Pontifice nisi in mortis articulo absolvendæ. Eodem modo clerici & laici eos ad hujusmodi admittentes sunt excommunicati & universitates interdictæ. Supponuntur etiam ex tunc dicti mendicantes jurisdictioni ordinariæ sub potestate suorum nichilominus permanentes. Contra quos ex mandato Papæ Patriachæ, Archiepiscopi, Episcopi, & hæreticorum inquisitores alii procedent secundum statuta canonum & privilegia inquisitoribus concessa tanquam contra hæretici fautores, & de hæresi suspectos, nec eis uti suis privilegiis dicti Patriarchæ & alii post permittent. Quibus etiam dijudicatio *Michaelis* generalis quondam ministri *Minorum* ordinis suorumque sequatium ob hoc inserta fuerat, (1) qua Christum & Apostolos, in his, quæ habuerant, nullum jus proprietatis habuisse, sed † usum fructum tantummodo asserebant. † al. usum facti.

Eodem anno Aprilis veraciter principio *Willelmus* Comes de Francia veniens apud Hollandiam comparuit, tendens subito versus Zelandiam, ubi majorem patriæ discordiam multis annis

(1) Imo erant, qui negabant habuisse eos usumfructum, aut jus utendi fruendi. Et hos Papa damnavit. Vita tertia Joannis Papæ XXII. apud Baluzium: *declaravit edicto, quod in posterum pertinaciter affirmare Christum & ejus Apostolos nihil habuisse in speciali, nec non in communi, hæreticum sit censendum &c. Item pertinaciter affirmare, quod Christo ejusque Apostolis in his, quæ ipsos habuisse scriptura sacra testatur, nequaquam jus ipsis utendi competierit, nec illa vendendi donandive jus habuerint &c. erroneum & hæreticum declaravit &c.* Franciscani erant, qui ajebant id, ut stabilirent hac ratione & religiosam paupertatem & ordines mendicantium, exemplo Christi dictantes contentos eos rerum usu, quas populi liberalitas in eosdem conferret. Sed id multis displicuit, Dominicanis inprimis, qui in alia ibant omnia. Nic. Burgund. *lib. 2. hist. Bavar.*

annis Domini *Wulfardi* propagatam intuitu utriusque partis præsentia declinavit. Quo facto versus Hannoniam infirmus rediit, ubi illum Dominus *Theodericus* Abbas decentior *Egmondensis* causa sui cœnobii mense, qui *Junius* dicitur, visitavit. Et nota quare *Baurum* superius claro minus ordine de *Lombardia* rediisse scripsimus, ejusque turpiter ibidem negotia ingratitudine videlicet conclusisse, quoniam beneficii accepti immemor filios fidelissimi sibi Principis, ipsi quoque per multa tempora expensarum copiam tribuentes, post patris obitum vexare studuit, & pro quadam exactionis nequitia captivare. Quorum supplicio major ejus confusio per *Lombardiam* nascitur, paucos tamen incitans, quoniam Imperator studia negligens Veneris tantummodo exercere stultitiam gratulatur. Quo quasi deficiente Rex Boemiæ tali studio per *Lombardiæ* partes dirigitur, quo Germaniæ probissimis de die in diem ejus societas augmentatur, quorum numero Dominus de *Valkenburgh* societate pulcherrima misceri dicitur, cujus cum reditu recuperatio videatur. Qualiter autem processus Regis Boemiæ Apostolico placeat ex illo perpenditur, quod ejus affatus & facies Regis nuntiis denegatur. Hi namque cum apud *Carpentraes* existerent, & Papæ vesaniam per præmissos attenderent, reputatis quasi pro nichilo negotiis ad Dominum redeunt, cui breviter cuncta itineris nota fiunt. Quorum rumore Rex modicum ut audivimus tangitur, ejus namque præsentia tota quasi *Lombardia* jocundatur. Papa vero hoc casu multum desipuit. Rex namque, ut dicitur, salva honestate Imperii sibi obedire voluit, petens ab eo consilium, qualiter sublatis rancoribus procederet, tranquillitatem fidelibus & pacem ecclesiæ procuraret.

Eodem anno clemens Domina Hollandiæ videlicet Comitissa causa filiæ, Reginæ scilicet, pulcherrimo comitatu de Juliaco videlicet Comite, & de *Voerne* præclaro milite suisque sequacibus, quadringentos veraciter equos ducentibus, in Angliam devehitur, ubi donis & tripudiis largo tempore veneratur. Sed quia Propheta teste extrema gaudii luctus occupat, eadem vice

de Voerne miles pulcher juvenisque, parente
Ipsius astante, ludos hastis pueriles
Tractans conflictu perit, implens omnia luctu.

Eodem

Eodem anno

Principe Flandrorum tibi Francia Rex numerari
Postulat atque dari nummos, trenis populorum,
Quos Cassel misit consumptos, utque sibi sit
Hic procurata tellus, fratri sociata
Robberti nupta, Comitis patrui, minus apta.
Quo patriæ dantur, veluti præscripta loquuntur.

Eodem anno

Maguntinensis populus causa Treverensis
Præsulis hunc abicit, qui postremo benedicit.
Quapropter mille per Pontificem locus ille
Turmis vexatur, ubi lis brevis esse petatur
Ore beatorum, quod si lis aut furor horum
Prolixus fieret, Cæsar frustra sibi quæret
Teuthonica gente pia Romanis velut ante
Hic qui perdentur, quibus arma geri prohibentur.

Eodem anno

Pellitur impure per te Princeps tibi Dane
Regni tellure, quod jura jubent sit inane,
Ut timor aut pietas, quibus exultat prior ætas,
Prævia majori, tribuenda secunda minori.
Quapropter gentes quædam Rheno venientes
Sunt infestantes, Regi minus apta creantes,
Turbine bellorum, quibus assunt arma Deorum.

Eodem anno cruce signatis apud Prusiam dira sorte paganis occurritur. Nam de ipsorum fratribus decem ** duodenes occiduntur, quorum lictores non sine luctu ad propria redeunt, quoniam Regis Boemiæ suffragio tam in campo quam in itinere multa milia perdiderunt, & hoc ipsorum Regis vitio, qui

** Duodeni.

treugas ſervare noluit, quas perſonaliter apud fratres multis precibus cum inſtantia procuravit.

Eodem anno miles quidam apud Zelandiam *Symon* de *Marckenburgh* nomine die quadam de domo ſua curru tranſiens, medioque itinere ad aquæductum perveniens equis recalcitrantibus ſervum increpuit, & ut equos in nomine dyaboli moveat exclamavit. Quibus leviter tranſeuntibus ventoſus turbo ſtatim comparuit, qui malignos ſpiritus ſub avium ſpecie præſentavit, ubi ſalvo cum equis famulo miles de curru projicitur, cujus cadaver continuo fœtidiſſimum reperitur. Qui eodem curru ad hoſpitium retrahitur, fracta ſibi turbine lancea, quæ ſecum quaſi pro conſuetudine ferebatur, cujus cuſpis illæſis, ut dicitur, veſtibus in jacentis corpore reperitur. Hæc autem breviter movimus, ut oppreſſores pauperum timore ſaltem modico moveantur. Eodem anno

Fiunt rumores, quîs tanguntur meliores,
Ut Rex Francorum quod ad urbem Teuthonicorum
Notam vi tendet ſceptro dyademaque prendet
Cæſaris: hi vere modicum veri tribuere.
Fert quoque blaſphemus, quod nobilis ille Boëmus
Cauſa Prælati de Valkenburgh vocitati
Ad Brabantinos tendit bellis peregrinos
Actus tractando, quibus aſſunt aſtra negando.
Primum tardavit furor & vis Teuthonicorum,
Ultimus expavit fidei perverſa ſuorum,
Quos daret hic tergo cujus magnum datur ergo.

Anno Domini CIↃ. CCC. XXXII. hyemis pars præterita frigore caruit, quæ in Circumciſionis feſto magnis cum fulgure tonitruis in ventis & pluvia perſonavit. Fertur hoc tempore Regem Francorum *Philippum* pro communi ad terram ſanctam paſſagio laborare, duoſque ad Apoſtolicum miſiſſe Epiſcopos, qui crucem nomine ſuo ſuſciperent, ſibique & ſubditis apportarent, Regis votum cum fidelitate nuntiantes, & proteſtationem cum juramentis pro ipſo facientes, quod Deo propitio infra biennium iter ad terram ſanctam arripiet, & Turcorum ſuperbiam

ſuperbiam vi confundet. Quapropter *Willelmus* Comes Papæ permiſſione dictique Regis ordinatione ad *Baurum*, qui apud Franconiam extitit, & ibi Imperatoris officia exercuit, tendere nititur, ut pace quadam inter ipſum & dictos facta ipſe ſimiliter viam ſalutis arripiat, & omnis fidelium populus armiger Chriſti fiat. Sedit autem *Baurus* potentialiter & inaudito more pro tribunali in eodem loco, aſtantibus ſibi cunctis quaſi Alemanniæ Principibus, ubi inter cetera *Metenſem* civitatem pleno judicio omni libertate privavit, cives condempnavit, objiciens eos omnibus per circuitum tanquam hoſtes, & inimicis capitalibus, ſi eſſe poterunt nequiores. Simili modo *Henricus* Imperator *Robertum* Cyciliæ apud *Piſas* omni dignitate privavit, cujus ſententiam Clemens V. ſuis Decretalibus, *Paſtoralis* videlicet *capit.* revocavit. *Baurus* vero ut ſupra dictis ſoceri diverſa inſeruit, quorum orationes riſus mollior terminavit. *Willelmus* autem Comes tali reverſus itinere verſus Franciam dirigitur. Poſt hæc ad partes properans Zelandiæ menſe qui Martius nuncupatur.

Eodem anno *Henricus* Colonienſis Epiſcopus *Bauri* quondam negotia, velut ſupra ſcribitur, perſecutus de medio tollitur, cujus infula vir litteratus & nobilis frater videlicet de *Juliaco* Principis *Walraven* nomine decoratur. Eodem anno *Jacobus* de *Colonia*, qui *Gerlando* depulſo ſupra ad Sancti Pauli Abbatiam apud *Trajectum* trahitur III. Kal. Aprilis apud ſacrum montem, quodam juvene cauſa equi occiditur, qui juvenis *Helyas* de *Woudenbergh* appellatur.

Eodem tempore *Willelmus* Comes apud Middelburgh Zelandiæ podagræ morbis impetitur, cujus pigritia per menſem & amplius quaſi immobilis detinetur. Quorum tempore maximus apud Brabantiam tumultus oritur: terræ namque circuitus duobus Franciæ videlicet & Boemiæ Regibus, Treveris atque Leodii Pontificibus, ceteris quoque multis Principibus cum Domino de *Valkenburgh* ad Ducis ignominiam venientibus occupatur. Quo audito *Willelmus* Comes licet multum debilis geſtario ſe imponi præcipit, & Ducis vultui præſentari, ut qui cauſis & occaſionibus non poterat ſaltem conſilio ſubveniret. Cujus filium ne ſocero, Duci videlicet, competenti turma, ut propoſuit, ſubveniat, avunculus Rex ſcilicet Franciæ, quaſi in vinculis detinebat. Dux itaque hoſtium animoſitates conſi-

 derans

Digitized by Google

derans, suorumque comparative desidiam non ignorans ad vallem quandam adversariis quasi inaccessibilem toto simul exercitu tendere nititur, ubi post pauca non modicis pluviarum stillicidiis infestatur. Qui & cotidie ab hostibus rapinis & incendiis circumcirca debacantibus, ut ad planitiem bello congruam de latibulis veniat invitatur. Qui utique summo impetu Marti se committeret, si Comes *Willelmus* videlicet Hollandiæ non adesset. Hic cum suis festinatione & noctis crepusculo veniens vigiliarumque custodibus occurrens hostis creditur, armis impetitur, qui magno evadens periculo membris familiæ vulneratur. Ipse vero nichilominus Ducis honesta diligens fratrisque pericula, qui cum adversariis aderat, intuens lites præpedire nititur, & pro concordia laborare. Ad cujus instantiam guerra per duos menses suspenditur, quorum medio apud Compendium in præsentia Regis Franciæ pro pacis materia disputatur.

Eodem tempore *Reynoldus* Comes Gelriæ sororem Regis Angliæ duxit in conjugem, quorum nuptiæ diebus plurimis valde sollempniter apud *Novimagium* celebrantur. Eodem tempore completa mense Maji Egmondensis ecclesiæ materia Dominus *Theodericus* Abbas utique piissimus Domini *Hermanni* sui monachi instantia provocatus, ejusdem videlicet ecclesiæ custodis, & ad hoc opus, centum libras Turonensium tribuentis, eosdem famulos pro lignis dormitorii mittere studuit, quos anno IV. mense Julii pro lignis ecclesiæ destinavit. Eodem anno mulier quædam apud *Egmond* in die translationis beati *Adalbarti* ibidem patroni more consueto caseum faciens, suisque compressionibus coagulum glutinans, liquorem effundere nititur, ubi seri color modicus, verum sanguinis dimidium sextarii reperitur. In quo strages multorum pronosticari poterit. Nos autem petimus Deum cum patrono nostro eisdem miraculis venerari.

E X P L I C I T.



CON-

CONCLAVE ULTRAJECTINUM

QUO

PRINCEPS ULTRAJECTINUS

ET

DIOECESIS ANTISTES

constitutus

FREDERICUS

MARCHIO DE BADEN

Anno CIↃ. CCCC. XCVI.

CON-

Digitized by Google

C O N C L A V E
U L T R A J E C T I N U M

QUO

Princeps Ultrajectinus & diœcesis Antistes
constitutus

F R E D E R I C U S

M A R C H I O D E B A D E N

Anno cIↃ. cccc. xcvi.

Ex Chartulario majoris ecclesiæ Trajectensis.

N nomine sanctæ & individuæ Trinitatis Patris & Filii & Spiritus Sancti Amen. Anno à nativitate Dni nostri Jesu Christi cIↃ. cccc. xcvi. indictione quarta decima, die vero Jovis vicesima prima mensis Aprilis, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris & Dni nostri Dni *Alexandri* divina providentia Papæ sexti anno quarto, Venerabiles & egregii viri Dni Decani majoris, Sancti Salvatoris, & beatæ Mariæ, ac Vice-decani Sancti Petri & Sancti Johannis, Capitulaque & Canonici quinque ecclesiarum Trajectensium unum Capitulum generale ecclesiarum prædictarum repræsentantes & facientes, in domo Capitulari majori dictæ majoris ecclesiæ Trajectensis generali Capitulo ad infra scripta peragenda specialiter ut moris est convocato & indicto de mane hora Capitulari consueta, in mei *Michaelis Keyen* de *Breda* clerici Leodiensis diœcesis Notarii publici testiumque infra

Copia processus electionis Dni Frederici de Baden Episcopi Trajectensis.

Digitized by Google

scriptorum specialiter ad hoc vocatorum & rogatorum præsentia personaliter & Capitulariter congregati & constituti, per os venerabilis & egregii viri Dni *Ludolphi* de *Veno* utriusque juris Doctoris, Decani dictæ Majoris ecclesiæ Trajectensis, dixerunt & proposuerunt, seu dici & proponi fecerunt inter alia in effectu: Quod cum ad præsens ecclesia Trajectensis per obitum bonæ memoriæ *Davidis*, dum vixit, Episcopi Trajectensis die sexta decima præsentis mensis Aprilis in Castro suo *Duersteden*, sicut Altissimo placuit, vita functi, Pastoris solatio esset destituta, atque vacaret, & ad Prælatos & Canonicos Capitulares earundem ecclesiarum in sacris ordinibus constitutos, vacante ecclesia Trajectensi, hujusmodi futuri Episcopi Trajectensis electio seu postulatio, jus eligendi seu postulandi eundem tam de jure, quam ex antiqua & à memoria hominum citra & ultra legitime præscripta consuetudine, spectaret & pertineret, spectatque & pertineat, ipsique Decani & Capitulum intendant & velint una cum aliis Prælatis & Canonicis ibidem tunc non existentibus, electioni seu postulationi hujusmodi de jure aut consuetudine interesse debentibus & volentibus, ad electionem seu postulationem futuri Episcopi Trajectensis rite & legitime quantum in eis fuerit procedere, intelligerent quoque corpus præfati quondam *Davidis* Episcopi Trajectensis ecclesiasticæ sepulturæ nondum traditum esse, idcirco ut ad electionem seu postulationem hujusmodi rite procedere possent, omnibus melioribus modo, via, jure, causa, & forma, quibus melius & efficacius potuerunt & debuerunt, fecerunt, constituerunt, & deputarunt suos veros, certos, legitimos & indubitatos procuratores, Syndicos, seu actores, factores, negotiorumque suorum infra scriptorum gestores, ac Nuntios speciales & generales, ita tamen quod specialitas generalitati non deroget, nec è contra, videlicet venerabiles & circumspectos viros Magistros *Adrianum Ram* utriusque juris Doctorem majoris, *Albertum Schuerfack* beatæ Mariæ ecclesiarum prædictarum Canonicos ibidem præsentes, & onus Syndicatus & procurationis hujusmodi in se sponte suscipientes & receptantes, ac infra scripta se facturos fide promittentes, videlicet ipsorum Dnorum constituentium nomine & pro eis Magnificum & strenuum militem Dnm *Philippum Bastardum* de *Burgundia* fratrem naturalem dicti quondam.

Digitized by Google

dam *Davidis* Episcopi defuncti castrum prædictum de *Duersteden* tenentem accedendi, eumque debita cum instantia exhortandi & requirendi, ut corpus præfati quondam *Davidis* Episcopi in eodem castro adhuc detentum, quantocius posset, ecclesiasticæ traderet sepulturæ, ne ex diutina mora sepelitionis hujusmodi, quæ de jure & laudabili consuetudine expectari consuevit, antequam ad electionem seu postulationem novi Pontificis procedatur, ipsis Dnis Prælatis & Capitulo generali in electione seu postulatione futuri Episcopi aliquando præjudicium generari posset, desuper quoque illius mentem & animum explorandi, ac responsum & deliberationem reportandi, & generaliter omnia alia & singula, quæ in præmissis & circa ea necessaria fuerint, quæ ipsimet Dni constituentes facerent, seu facere possent, si præmissis omnibus & singulis præsentes & personaliter interessent, etiamsi talia forent, quæ mandatum exigerent magis speciale, quam præsentibus est expressum. Promittentes insuper iidem Dni constituentes michi Notario publico supra & infra scripto tanquam publicæ & auctenticæ personæ rite & legitime stipulanti & recipienti vice & nomine omnium & singulorum quorum interest, intererit, aut interesse poterit quomodolibet, se ratum, gratum atque firmum perpetuum habituros totum id & quicquid per dictos suos Syndicos seu procuratores actum, factum, dictum, gestum, procuratumve fuerit in præmissis seu quolibet præmissorum, relevando nichilominus Syndicos seu procuratores suos hujusmodi ab omni onere satisdandi, judicio sisti, & judicatum solvi, sub hypotheca & obligatione omnium & singulorum bonorum suorum, mobilium & immobilium, præsentium & futurorum, ac sub omni juris & facti renunciatione ad hoc necessaria pariter & cautela. Super quibus præmissis omnibus præfati Dni constituentes per os dicti Dni Decani Trajectensis sibi à me Notario publico infra scripto unum vel plura publicum seu publica fieri petierunt atque confici instrumentum vel instrumenta, Acta fuerunt hæc Trajecti anno, indictione, mense, die, hora, loco, & Pontificatu supra scriptis, præsentibus ibidem venerabilibus & egregiis viris Dnis *Ludovico* de *Montfoert* majoris, & *Gerardo* de *Turri* Sancti Petri Trajectensium ecclesiarum prædictarum Canonicis ** non Capitularibus, & honorabili viro *Theodrico* de *Malsen* Nuncio ecclesiæ Trajectensis jurato & præbendato, testibus ad præmissa vocatis specialiter atque rogatis.

** Canonici alii Capitulares, alii non item. Matth. Introd. ad jus Canon. lib. 1. Tit. 18.

Die vero vicesima secunda mensis Aprilis Dni *Adrianus Ram* majoris & *Albertus Schuersack* Beatæ Mariæ Trajectensium ecclesiarum prædictarum Canonici Syndici & procuratores supradicti coram præfatis Dnis Decanis, Vicedecanis, Canonicis, & Capitulis in Capitulo generali propterea, ut moris est, specialiter indicto congregatis in domo Capitulari majori hora Capitulari consueta personaliter constituti eisdem Dnis Decanis & Capitulo per os præfati Magistri *Adriani Ram* retulerunt, quod ipsi nomine procuratorio & syndicatus & ex parte Decanorum & Capituli generalis prædictorum heri paulo ante horam cœnæ supradictum D. *Philippum Bastardum* de *Burgundia* ante & prope castrum de *Duersteden* personaliter apprehensum amicabiliter & debita cum instantia rogarunt & requisiverunt, ut corpus præfati quondam Dni *Davidis* Episcopi Trajectensis fratris ipsius dum viveret naturalis quantocius ecclesiasticæ traderet sepulturæ, ex quo jam quamplures dies transacti essent, infra quos ipsum decenter, ut Episcopum sepeliri decet, merito ecclesiasticæ sepulturæ tradi potuisset & debuisset, timerentque Dni Decani, Vicedecani, & Capitulum prædicti, qui infra tempus à jure eis præfixum, ad electionem seu postulationem futuri Episcopi Trajectensis procedere intenderent & vellent, ipsis ex diutina mora sepelitionis hujusmodi præjudicium generari posse circa electionem seu postulationem hujusmodi, distulissentque iidem Dni Decani, Vicedecani, & Capitulum huc usque in hujusmodi electionis seu postulationis negotio quicquam attemptare seu procedere, aut illud inchoare, propter non sepelitionem corporis prædicti, *Quodque* præfatus D. *Philippus* ab eis sic rogatus & requisitus respondit, quod hactenus laborasset, ut corpus dicti quondam Dni *Davidis* Episcopi decenter & solemniter omni qua decet reverentia ecclesiasticæ traderet sepulturæ. Sed ex quo nec in civitate Trajectensi nec in locis circum vicinis reperiri possent ad prædictam sepelitionem solemniter faciendam necessaria & requisita, misisset, ad nundinas Bergenses actu exeuntes pro omnibus necessariis & requisitis antedictis. Et antequam illa emi & reperiri possent, nonnulli adhuc dies laberentur, attamen quod diligentiam suam facere vellet circa expeditionem hujusmodi negotii sepulturæ sibi possibilem. Qua quidem relatione sic facta Dni Decani, Vicedecani, & Capitulum generale supradicti nescientes,

tes, quid mora tam longa ſepelitionis hujuſmodi deſignare poſſet, ac timentes nichilominus eis præjudicium aliquod generari in electione ſeu poſtulatione prædictis, illamque aliquo modo turbari aut impediri poſſe, iterum de novo eoſdem Dnos *Adrianum Ram* & *Albertum Schuerſack* Canonicos præſentes & acceptantes omnibus modo, via, jure, cauſa, & forma, quibus melius & efficacius potuerunt & debuerunt, fecerunt, conſtituerunt, & deputaverunt ſuos, veros, certos, legitimos, & indubitatos Syndicos & procuratores, actores, factores, negotiorumque infra ſcriptorum geſtores & Nuncios ſpeciales & generales, ita tamen quod ſpecialitas generalitati non deroget, nec contra, ad rogandum & debita cum inſtantia requirendum denuo eundem D. *Philippum Baſtardum* de *Bourgundia* in præſentia mei *Michaelis Keyen* de *Breda* clerici, Notarii publici, & teſtium ad hoc ſpecialiter vocandorum, ut corpus dicti quondam Dni *Davidis* dum viveret Epiſcopi Trajectenſis, naturalis fratris ſui, quantocius eccleſiaſticæ tradere vellet ſepulturæ, ex quo jam plures dies ab obitu, ejuſdem Dni Epiſcopi tranſacti eſſent uſque in præſens, ubi ſextus ipſius obitus agitur dies, infra quos eum decenter, ut Epiſcopum ſepeliri decet, merito eccleſiaſticæ ſepulturæ tradere debuiſſet, timerentque iidem Dni Decani, Vicedecani, & Capitulum generale, qui infra tempus à jure eis præfixum ad electionem ſeu poſtulationem futuri Epiſcopi Trajectenſis procedere intenderent & vellent, ex diutina mora ſepelitionis hujuſmodi præjudicium eis generari poſſe circa electionem ſeu poſtulationem hujuſmodi, nec non ad proteſtandum, quod per ipſos Dnos Decanos, Vicedecanos, & Capitulum non ſtaret, neque ſtetit, quo minus corpus dicti quondam Davidis Epiſcopi jam dudum decenter & honorifice eccleſiaſticæ tradidiſſent ſepulturæ, & ſi illud haberetur decenter adhuc ſepeliretur, *Quodque* ipſi non erunt in culpa moræ hujuſmodi, ac propterea non vellent eandem moram ſibi in aliquo præſertim quoad electionem ſeu poſtulationem prædictam faciendam aliquo modo præjudicari debere, attentis diligentiis per eos factis prædictis De quo etiam iidem Dni Decani, Vicedecani, & Capitulum generale ibidem expreſſe proteſtabantur, & generaliter omnia & ſingula in præmiſſis & circa ea neceſſaria faciendum, dicendum, gerendum,

dum, exercendum, & procurandum, quæ ipſimet Dni conſtituentes facerent ſeu facere poſſent, ſi præmiſſis omnibus præſentes & perſonaliter intereſſent, etiamſi talia forent, quæ mandatum exigerent magis ſpeciale, quam præſentibus eſt expreſſum, Promittentes inſuper iidem conſtituentes michi Notario publico ſupra & infra ſcripto tanquam perſonæ publicæ & auctenticæ rite & legitime ſtipulanti & recipienti vice & nomine omnium & ſingulorum quorum intereſt, intererit, aut intereſſe poterit quomodolibet in futurum, ſe ratum, gratum, atque firmum perpetuo habituros totum id & quicquid per dictos ſuos Syndicos & procuratores actum, factum, dictum, geſtum, & procuratum fuerit in præmiſſis ſeu quolibet præmiſſorum, Relevantes nichilominus Syndicos ſeu procuratores ſuos hujuſmodi ab omni onere ſatiſdandi, judicioque ſiſti, & judicatum ſolvi, ſub hypotheca & obligatione omnium & ſingulorum bonorum ſuorum mobilium & immobilium, præſentium & futurorum, ac ſub omni juris & facti renuntiatione ad hoc neceſſaria pariter & cautela. Super quibus præmiſſis omnibus & ſingulis præfati Dni conſtituentes per os dicti Decani Trajectenſis ſibi à me Notario publico infra ſcripto unum vel plura publicum ſeu publica fieri petierunt atque confici inſtrumentum & inſtrumenta. Acta fuerunt hæc Trajecti anno, indictione, menſe, die, hora, & Pontificatu ſupraſcriptis, præſentibus ibidem honorabilibus viris Magiſtris *Theoderico* de *Malſen* Nuncio jurato & Jacobo *Hermanni Quant* Vicario perpetuo dictæ eccleſiæ Trajectenſis teſtibus ad præmiſſa vocatis pariter & rogatis.

Eodem die Veneris viceſima ſecunda menſis Aprilis hora ſexta vel circiter ante cœnam Dni *Adrianus Ram* & *Albertus Schuerſack* Canonici, procuratores, & Syndici ſupradicti nomine procuratorio & Syndicario hujuſmodi coram ſupradicto Dno *Philippo Baſtardo* de *Bourgundia* in mei *Michaelis Keyen* clerici, Notarii publici, quem de eorum conſtitutione ad faciendum infra ſcripta Notarium me hoc annuente rogatum dixerunt, teſtiumque infra ſcriptorum ad hoc ſpecialiter vocatorum & rogatorum præſentia, perſonaliter ante & prope caſtrum *Duerſteden* conſtituti, eundem Dnm *Philippum* nomine quo ſupra per os præfati Magiſtri *Adriani Ram* rogarunt, & debita cum inſtantia requiſiverunt, ut corpus dicti quondam Dni *Davidis* Epiſ-

Episcopi nondum ecclesiasticæ sepulturæ traditum quantocius ecclesiasticæ tradere vellet sepulturæ, ex quo jam plures dies ab obitu ejusdem *Davidis* Episcopi transacti essent, ubi sextus nunc obitus agitur dies, infra quos decenter eum merito ecclesiasticæ sepulturæ tradidisset, ex quo dicti Decani, Vicedecani, & Capitulum intendentes & volentes intra tempus à jure eis præfixum ad electionem seu postulationem futuri Episcopi Trajectensis procedere timent ex diutina mora sepelitionis hujusmodi præjudicium & multa pericula circa electionem seu postulationem hujusmodi eis generari posse. Quibus rogatione & requisitione sic per præfatos Adrianum & Albertum factis dictus Dns *Philippus* in effectu respondit eisdem, quod ipse heri eis desuper dedisset responsum, quod merito eis sufficere deberet, aliudque responsum pro tunc eis dare nescivit. Quo facto iidem Dni *Adrianus* & *Albertus* Syndici & procuratores quo supra nomine coram eodem Dno *Philippo* per os ejusdem Dni *Adriani Ram* protestabantur solempniter & expresse, quod per præfatos Dnos Decanos, Vicedecanos, & Capitulum non stabat nec staret, quominus dictum corpus hujusmodi jam dudum decenter traditum fuisset, & si ipsi illud haberent, traderent ecclesiasticæ sepulturæ, quodque mora hujusmodi non esset nec provenisset ex eorum culpa, & propterea non deberet merito eis quoquo modo esse nociva, neque ipsi vellent illam sibi in aliquo præsertim quoad electionem seu postulationem prædictam faciendum & ad illam procedendum nocivam fore, aut sibi præjudicare posse aut debere, attentis diligentiis & requisitione per eos factis supradictis. De & super quibus præmissis omnibus & singulis Dni *Adrianus* & *Albertus* Canonici Syndici & procuratores supradicti nomine quo supra sibi à me Notario publico supra & infra scripto unum vel plura publica fieri petierunt atque confici instrumentum & instrumenta. Acta fuerunt hæc anno, indictione, mense, die, hora, & loco proxime supradictis, præsentibus ibidem honorabilibus & honestis viris *Adriano Jacobi* & *Henrico Beyer* de *Rhenen* Clericis ac *Ottone Henrici* van *Elsweert* & *Wilhelmo* de *Asch* laycis Trajectensis diœcesis testibus ad præmissa vocatis specialiter atque rogatis.

Die vero Sabbati vicesima tertia dicti mensis Aprilis supradicti Dni *Adrianus Ram* & *Albertus Schuersack* Canonici ac Syndici

dici & procuratores supradicti coram præfatis Dnis Decanis, Vicedecanis, & Capitulo generali quinque ecclesiarum Trajectensium propterea ut moris est specialiter indicto & congregato in domo Capitulari minori ecclesiæ Trajectensis de mane hora Capitulari consueta personaliter constituti eisdem Dnis Decanis, Vicedecanis, & Capitulo per os præfati Magistri *Adriani Ram* retulerunt, quod illi Syndicatus & procuratorio nomine supradicto heri hora sexta vel circa paulo ante horam cœnæ supradictum D. *Philippum* Bastardum de *Bourgundia* ante & prope antefatum castrum de *Duersteden* personaliter apprehensum amicabiliter rogarunt, & debita cum instantia requisiverunt, ut corpus dicti quondam *Davidis*, Episcopi dum vixit Trajectensis, nondum ecclesiasticæ traditum sepulturæ, quantocius ecclesiasticæ tradere vellet sepulturæ, ex quo jam plures dies ab obitu ejusdem quondam Dni Episcopi transacti essent, infra quos eum decenter merito sepulturæ tradere debuisset, & ipsi Dni Decani, Vicedecani, & Capitulum intendentes & volentes infra tempus à jure eis præfixum ad electionem seu postulationem futuri Pontificis Trajectensis procedere timerent ex prædicta mora sepelitionis hujusmodi præjudicium aliquod seu periculum circa electionem seu postulationem hujusmodi generari posse, *Quodque* rogatione & requisitione sic per eos factis dictus Dns *Philippus* eis respondit, quod ipse pridie eis in præsentia eorum super requisitione hujusmodi dedisset responsum, quod merito eis sufficere debuisset, & aliud eis responsum dare desuper nesciebat. Quo facto ipsi nomine Syndicatus & procuratorio quo supra ibidem coram eodem Dno *Philippo* de *Bourgondia* expresse protestabantur, quod per præfatos Dnos Decanos, Vicedecanos, & Capitulum non stetit, neque staret, quominus corpus hujusmodi jam dudum decenter traditum fuisset, & si ipsi id haberent, traderent ecclesiasticæ sepulturæ, *Quodque* mora sepelitionis hujusmodi non esset ex eorum culpa, & propterea non deberet eis merito esse nociva, neque ipsi vellent illam sibi in aliis præsertim quoad electionem & postulationem prædictas faciendum & ad illas procedendum fore nocivam, aut sibi præjudicare posse aut debere, attentis diligentiis & requisitione per eos factis supradictis. Qua relatione sic ut præmittitur per eosdem Dnos *Adrianum Ram* & *Albertum Schuersack* Canonicos, Syndicos, & procura-

curatores antedictos facta, iidem Dni Decani, Vicedecani, & Capitulum gesta per illos, uti ea facta retulerunt, rata & grata habuerunt, & laudaverunt, ac protestationem per eosdem, ut supra, factam expresse de novo renovaverunt, protestantes quod per eos non stetisset, neque staret, quominus corpus prædictum ecclesiasticæ jam dudum sepulturæ traditum fuisset & traderetur. De & super quibus præmissis omnibus & singulis prælibati Dni Decani, Vicedecani, & Capitulum per os præfati Decani Trajectensis sibi a me Notario publico infra scripto unum vel plura publicum seu publica fieri petierunt atque confici instrumenta. Acta fuerunt hæc anno. indictione, mense, die, hora, loco, & Pontificatu proxime præscriptis, præsentibus ibidem dicto *Theodrico* de *Malsen* Nuncio præbendato, & honorabili viro Dno *Gysberto Gysberti* de *Montfoort* Vicario antedictæ ecclesiæ Trajectensis, testibus ad præmissa vocatis specialiter atque rogatis.

Quibus omnibus & singulis sic ut præmittitur peractis iidem Dni Decani, Vicedecani, & Capitulum generale, adhuc ut præfertur Capitulariter congregati, Capituloque ad infra scripta facienda propterea specialiter ut moris est convocato & indicto, habita aliquali deliberatione super electione seu postulatione futuri Episcopi Trajectensis celebranda & facienda, & processu desuper instituendo, per os supradicti Dni *Ludolphi* de *Veno* Decani in mei Notarii publici supra & infra scipti testiumque ad hoc vocatorum præsentia dixerunt & asseruerunt, quod ipsi cuperent summo ex corde corpus dicti quondam Dni *Davidis* Episcopi ecclesiasticæ traditum esse sepulturæ, & quia non stetisset neque staret per eos, quominus hoc factum fuisset atque fieret, ipsique circa hoc omnem debitam fecissent, & majorem, siquam scirent, diligentiam facerent, essetque ulterior mora sepelitionis hujusmodi, & propter illam diuturnior inchoationis processus ad electionem seu postulationem futuri Episcopi, ipsiusque processus mora eis valde periculosa ac posset fieri & esse præjudicialis, idcirco ipsi de his protestantes intenderent & vellent præjudiciis & periculis hujusmodi præcavere, cum ipse quondam *David* Episcopus jam sex diebus & ultra vita functus & propterea ecclesia Trajectensis Pastoris regimine destituta esset. Idcirco omnibus melioribus modo, via, jure, causa & forma, quibus melius & efficacius potuerunt & de-

debuerunt diem tertiam decimam mensis Maji poxime futuram, scilicet crastinum Ascensionis Dni nostri Jesu Christi, & horam Capitularem ejusdem diei de mane solitam & consuetam cum continuatione omnium dierum & horarum sequentium, quousque electionis seu postulationis hujusmodi negotium expeditum foret, & domum Capitularem majoris ecclesiæ Trajectensis, in qua electiones seu postulationes Episcoporum tempore occurrente hactenus semper fieri consueverunt, concorditer statuerunt & præfixerunt, ad electionem seu postulationem futuri Episcopi Trajectensis celebrandam, & ad alia peragenda, quæ ad ipsius electionis seu postulationis negotium qualitercumque spectare & attinere dinoscerentur. Et propterea ad citationes contra omnes & singulos, qui electioni seu postulationi futuri Episcopi Trajectensis de jure vel consuetudine interesse possent, vellent, & deberent, tam in civitate Trajectensi præsentes seu residentes, quam ab illa absentes, & in ea pro nunc non residentes, de quibus eis constabat, aut constare poterat, ut à dicta civitate absentes, qui tamen infra Coloniam constituti erant & moram traherent, videlicet Venerabilem in Christo patrem & Dominum Dnm *Conradum* Dei gratia Episcopum Osnabrugensem, Præposituram Sancti *Lebuini* Daventriensis & Archidiaconatum in ecclesia Trajectensi in commendam ad vitam obtinentem, nec non Venerabiles & egregios viros Dnm *Johannem Kerckhoff* Sancti Martini Embricensis, *Henricum* de *Wellis* Sanctæ Walburgis Arnhemiensis, *Vincentium* de *Eyll* Sancti Plechelmi Aldenzalensis ecclesiarum Præpositos, & in dicta ecclesia Trajectensi Archidiaconos, nec non *Johannem* de *Heesboem* Præpositum & Archidiaconum Sancti Petri, *Henricum* de *Lotting* Decanum Sancti Johannis, *Johannem Knyf* majoris, *Johannem Lensf*, *Johannem Baers*, *Johannem Vos* Sancti Salvatoris, *Godefridum Pymparè*, *Johannem* de *Nispen*, *Henricum Braem* Sancti Petri, *Johannem* de *Diepbolt*, *Gosuinum* de *Lotting* Sancti Johannis, *Johannem Listige*, *Johannem Oekell*, *Heydenricum* de *Beverwaerde* beatæ Mariæ ecclesiarum Trajectensium prædictarum Canonicos ad una cum eisdem de futuri electione seu postulatione Episcopi Trajectensis & ipso electionis seu postulationis negotio modo debito tractandum, eligendum, seu postulandum & prosequendum, aliasque & alia faciendum, in & sub formis, prout & quemadmodum

modum in patentibus citationum literis sigillorum supradictarum quinque ecclesiarum Trajectensium appensione munitis, & per me *Michaelem Keyen* Notarium supra & infra scriptum munitis & signatis inferius in præsenti processu & actis hujusmodi de verbo ad verbum insertis plenius continetur & habetur, decreverunt & emitti mandaverunt. De & super quibus præmissis omnibus & singulis prælibati Dni Decani, Vicedecani & Capitulum generale per os præfati Dni Decani Trajectensis sibi à me Notario publico infra scripto unum vel plura publicum seu publica fieri petierunt atque confici instrumentum & instrumenta. Acta fuerunt hæc anno, indictione, mense, die, hora, loco, & Pontificatu præscriptis, præsentibus ibidem præfato Magistro *Theodrico* de *Malsen* Nuncio præbendato, & honorabili viro D. *Martino Johannis* Vicario perpetuo supradictæ ecclesiæ Trajectensis, testibus ad præmissa vocatis specialiter atque rogatis.

Tenores vero citationum decretarum, de quibus supra fit mentio, sequuntur ordine, & sunt tales. Et primo tenor citationis generalis Nuncio jurato & præbendato directæ, & per cum candelabris & valvis quinque ecclesiarum Trajectensium affigendæ, sequitur & est talis.

Decani Majoris, Sancti Salvatoris, & beatæ Mariæ, ac Vicedecani Sancti Petri & Sancti Johannis, & Capitula ecclesiarum Trajectensium discreto viro *Theodrico* de *Malsen* Nuncio ecclesiæ Trajectensis jurato Salutem in Domino & nostris infra scriptis firmiter obedire mandatis. Cum recolendæ memoriæ *David* quondam Episcopus Trajectensis die sexta decima præsentis mensis Aprilis, quod non sine grandi mentis amaritudine referimus, naturæ solvendo debitum spiritum suum suo reddidit creatori, unde eccclesia ipsa Trajectensis pastoris solatio noscitur destituta, Nos vero attendentes diuturnam & longam ipsius eccclesiæ vacationem fore periculosam, hinc est, quod nos tibi in virtute sanctæ obedientiæ committimus & mandamus, quatenus visis & acceptis præsentibus accedens successive ad dictarum majoris, Sancti Salvatoris, Sancti Petri, Sancti Johannis, & beatæ Mariæ Trajectensium nostrarum ecclesiarum choros, & inibi ad candelabrum cujuslibet chori, & deinde ad valvas uniuscujusque ecclesiarum prædictarum, locis videlicet ad id deputatis & consuetis ex parte nostra voces, moneas, & requiras, omnes & singulos in negotio infra scripto

de jure aut consuetudine interesse habentes, ac habere volentes seu putantes, quos nos etiam tenore præsentium vocamus, monemus, atque requirimus, quatenus die tertia decima mensis Maji proxime futura, quæ erit in crastino Ascensionis Dni nostri Jesu Christi mane hora Capitulari consueta cum continuatione omnium dierum, & horarum sequentium, quousque negotium hujusmodi infra scriptum fuerit expeditum, Trajecti ad domum Capitularem majorem dictæ majoris ecclesiæ Trajectensis veniant & compareant una nobiscum de futuri electione aut postulatione Pontificis tractaturi aut processuri. Alioquin ipsis diutius non expectatis, nec ulterius etiamsi prædictus terminus prorogatus fuerit convocatis, in hujusmodi electionis seu postulationis negotio, ut præmittitur, tractabimus & procedemus ipsorum absentia non obstante, cum intimatione tali videlicet, quod si forte aliqua legitima aut justa causa impediti in dicto termino non poterunt interesse, & velint alicui Concanonicorum nostrorum Capitularium vices suas committere, aliquem ad nostram præsentiam transmittant, qui super impedimento hujusmodi juxta generalis statuta Concilii nobis fidem faciat. Diem vero executionis tuæ & quid in præmissis feceris nobis fideliter referas. Datum Trajecti sub dictarum quinque ecclesiarum nostrarum Trajectensium appensione sigillorum anno à nativitate Dni CIↃ. CCCC. XCVI. mensis Aprilis die vicesima tertia. *Michael Keyen* de *Breda* Notarius de mandato scripsit.

Tenor vero citationis Dno Episcopo Osnaburgensi, Præposito Daventriensi &c. directæ sequitur, & est talis: Reverendo in Christo Patri & Domino Dno Conrado Dei & Apostolicæ sedis gratia Episcopo Osnaburgensi ac Præposito ecclesiæ Sancti Lebuini Daventriensis, Archidiacono in ecclesia Trajectensi, Decani majoris, Sancti Salvatoris, & beatæ Mariæ, ac Vicedecani Sancti Petri & Sancti Johannis, & Capitula ecclesiarum Trajectensium Salutem in Christo salutis authore. Cum recolendæ memoriæ *David* quondam Episcopus Trajectensis die sexta decima præsentis mensis Aprilis, quod non sine grandi mentis amaritudine referimus, naturæ solvendo debitum suum suo creatori reddiderit spiritum, Nos nolentes, quod ecclesia Trajectensis Pastoris solatio diutius existat destituta diem tertiam decimam mensis Maji proxime futuram, quæ erit in crastino Ascensionis Dni nostri Jesu Christi,

Christi, & horam Capitularem de mane cum continuatione omnium dierum & horarum sequentium, quousque electionis aut postulationis negotium fuerit expeditum, concorditer præfiximus ad electionem seu postulationem futuri Pontificis celebrandam, & ad alia peragenda, quæ ipsius electionis aut postulationis negotium contingere dinoscuntur. Ut igitur Reverenda paternitas vestra ignorantiam prætendere nequeat, eidem præfixionem hujusmodi duximus intimandam, vocantes & ci tantes eandem Reverendam paternitatem vestram, quatenus dictis die & hora cum omnibus diebus & horis sequentibus, quos eidem Reverendæ paternitati vestræ tenore præsentium assignamus, ad domum Capitularem majorem majoris ecclesiæ nostræ Trajectensis antedictæ veniat una nobiscum de futuri electione aut postulatione Pontificis in ipso electionis seu postulationis negotio debito tractatura & processura, Alioquin eadem vestra Reverenda paternitate non expectata, nec ulterius etiamsi prædictus terminus prorogatus fuerit convocata, in hujusmodo electionis aut postulationis negotio procedemus ejusdem Paternitatis vestræ absentia non obstante. Si vero ipsa Reverenda paternitas vestra aliquo justo impedimento in dicto termino electionis seu postulationis nostræ hujusmodi non poterit interesse, & velit alicui Comprælatorum aut Concanonicorum nostrorum Capitularium vices suas committere, ad nostram præsentiam Nuncium sufficientem & ydoneum transmittat, qui super impedimento hujusmodi juxta generalis statuta Consilii nobis instrumentaliter fidem faciat. Datum Trajecti sub appensione sigillorum quinque ecclesiarum nostrarum antedictarum, Anno à nativitate Dni 1496. mensis Aprilis die vicesima tertia. *Michael Keyen* de *Breda* Notarius de mandato scripsit.

Tenor verocitationis Dno *Johanni* ** *Hoesboom* Præposito Sancti Petri Trajectensis & pluribus aliis Prælatis Canonicis quinque ecclesiarum Trajectensium directæ sequitur & est talis : Decani majoris, Sancti Salvatoris, & beatæ Mariæ, ac Vicedecani Sancti Petri & Sancti Johannis, Capitula ecclesiarum Trajectensium, dilectis in Christo *Johanni Hoesboom* Sancti Petri Trajectensis, *Johanni Kerkhoff* Sancti Martini Embricensis, *Henrico* de *Wellis* Sanctæ Walburgis Arnhemensis, *Vincentio* de *Eyll* Sancti Plechelmi Aldenzalensis ecclesiarum Præpositis, & in

** Supra *Hees-boom.*

dicta ecclesia Trajectensi Archidiaconis, *Henrico* de *Lotting* Decano Sancti Johannis, *Johanni Knyff* majoris, *Johanni Lenss*, *Matthiæ Baers* Sancti Salvatoris, *Johanni* de *Nispen*, & *Godefrido Pymparè* Sancti Petri dictarum ecclesiarum Trajectensium Canonicis nostris, & eorum cuilibet, Salutem in Christo salutis authore: Cum recolendæ memoriæ *David* quondam Episcopus Trajectensis die sexta decima præsentis mensis Aprilis, quod non sine grandi mentis amaritudine referimus, naturæ solvens debitum spiritum suum suo reddiderit creatori, Nos nolentes quod ecclesia Pastoris existeret solatio diutius destituta hodie Capitulariter in domo Capitulari ecclesiæ majoris Trajectensis præfatæ congregati diem tertiam decimam mensis Maji proxime futuri, quæ erit in crastino Ascensionis Dni nostri Jesu Christi, & horam Capitularem de mane cum continuatione omnium dierum & horarum sequentium, quousque electionis seu postulationis negotium fuerit expeditum, concorditer præfiximus ad electionem seu postulationem futuri Pontificis celebrandam, & ad alia peragenda, quæ ipsius electionis seu postulationis negotium contingere dinoscuntur. Nequis igitur ignorantiam prætendere queat, vobis & vestrum cuilibet præfixionem hujusmodi duximus intimandam vocantes & citantes vos & quemlibet vestrum, quatenus dictis die & hora cum omnibus diebus & horis sequentibus, quos vobis & vestrum cuilibet tenore præsentium assignamus, ad domum Capitularem majorem ecclesiæ majoris Trajectensis antedictæ veniat & compareat, ac quilibet vestrum veniat & compareat una nobiscum de futuri electione seu postulatione Pontificis & in electionis seu postulationis negotio modo debito tractaturus & processurus. Alioquin vobis aut quolibet vestrum non expectatis, nec ulterius etiamsi dictus terminus prorogatus fuerit convocatis, in hujusmodi electionis seu postulationis negotio tractabimus & procedemus vestra aut cujuslibet vestrum absentia non obstante. Si vero vos aut aliquis vestrum aliquo justo impedimento impediti vel impeditus non poteritis seu poterit in dicto termino interesse, & velitis seu velit alicui Concanonicorum nostrorum Capitularium vices vestras aut suas committere, ad nostram præsentiam Nuncium vestrum aut suum specialem & ydoneum transmittatis & transmittat, qui super impedimento hujusmodi juxta generalis Con-

Consilii statuta nobis instrumentaliter fidem faciat. Datum Trajecti sub dictarum nostrarum quinque ecclesiarum Trajectensium appensione sigillorum. Anno à Nativitate Dni 1496. mensis Aprilis die vicesima tertia. *Michael Keyen* de *Breda* de mandato scripsit.

Tenor citationis Dno *Johanni* de *Diepholt* Canonico Sancti Johannis Trajectensis & tribus aliis Canonicis &c. directæ sequitur & est talis: Decani majoris, Sancti Salvatoris, & beatæ Mariæ, & Vicedecani Sancti Petri & Sancti Johannis & Capitula ecclesiarum Trajectensium dilectis in Christo *Johanni* de *Diepholt* Sancti Johannis, *Johanni Lifstighe*, *Johanni Oekell*, & *Heydenrico* de *Beverweerde* beatæ Mariæ Trajectensium Ecclesiarum Concanonicis nostris, & eorum cuilibet in solidum, Salutem in Christo salutis authore. Cum recolendæ memoriæ *David* quondam Episcopus Trajectensis die sexta decima præsentis mensis Aprilis, quod non sine grandi mentis amaritudine referimus, naturæ solvens debitum spiritum suum suo reddidit creatori, Nos nolentes quod ecclesia Trajectensis Pastoris existeret solatio diutius destituta hodie in domo Capitulari majori majoris Ecclesiæ Trajectensis præfatæ Capitulariter congregati diem tertiam decimam mensis Maji proxime futuram, quæ erit in crastino Ascensionis Dni nostri Jesu Christi, & horam capitularem de mane cum intimatione omnium horarum & dierum sequentium, quousque electionis seu postulationis negotium fuerit expeditum, concorditer præfiximus ad electionem seu postulationem futuri Pontificis celebrandam, & ad alia peragenda, quæ præsens electionis aut postulationis negotium contingere dinoscuntur. Ut igitur ignorantiam prætendere nequeatis, vobis & vestrum cuilibet præfixionem hujusmodi duximus intimandam, vocantes & citantes vos & vestrum quemlibet, quatenus dictis die & hora cum omnibus diebus & horis sequentibus, quos vobis & vestrum cuilibet tenore præsentium assignamus, ad domum Capitularem majorem ecclesiæ majoris Trajectensis antedictæ veniatis & compareatis, & quilibet vestrum veniat, una nobiscum de futuri electione seu postulatione Pontificis & in ipso electionis seu postulationis negotio modo debito tractaturus & processurus. Alioquin vobis & quibuslibet vestrum non comparentibus non expectatis, nec ulterius etiamsi dictus terminus prorogatus fuerit, convocatis, in hujusmodi electionis seu postulationis negotio

tio tractabimus aut procedemus, vestra aut cujuslibet vestrum absentia non obstante. Si vero vos aut aliquis vestrum aliquo justo impedimento impediti vel impeditus non poteritis seu poterit in dicto termino interesse, & velitis seu velit alicui Concanonicorum nostrorum Capitularium vices vestras aut suas committere, ad nostram præsentiam Nuncium vestrum aut suum specialem & ydoneum transmittatis seu transmittat, qui super impedimento hujusmodi juxta generalis Consilii statuta nobis instrumentaliter fidem faciat. Datum Trajecti sub dictarum quinque ecclesiarum Trajectensium appensione sigillorum, Anno à nativitate Dni 1496. mensis Aprilis die vicesima tertia. *Michael Keyen* de *Breda* Notarius de mandato scripsit.

Tenor vero citationis Dno *Johanni Vos* Canonico Sancti Salvatoris & duobus aliis Canonicis directæ sequitur & est talis: Decani majoris, Sancti Salvatoris, & beatæ Mariæ, & Vicedecani Sancti Petri & Sancti Johannis, & Capitula ecclesiarum Trajectensium, dilectis in Christo *Johanni Vos* Sancti Salvatoris, *Henrico Braem* Sancti Petri, & *Gossuino* de *Lottingh* Sancti Johannis Trajectensium ecclesiarum Concanonicis nostris & vestrum cuilibet in solidum Salutem in Christo salutis authore. Cum recolendæ memoriæ *David* quondam Episcopus Trajectensis die sexta decima præsentis mensis Aprilis, quod non sine grandi mentis amaritudine referimus, naturæ solvens debitum spiritum suum suo reddidit creatori, Nos nolentes quod ecclesia Trajectensis pastoris existeret solatio diutius destituta, hodie in Domo Capitulari majoris ecclesiæ Trajectensis præfatæ Capitulariter congregati diem tertiam decimam mensis Maji proxime futuram, quæ erit in crastino Ascensionis Dni nostri Jesu Christi, & horam Capitularem de mane, cum intimatione omnium dierum & horarum sequentium, quousque electionis seu postulationis negotium fuerit expeditum, concorditer præfiximus ad electionem seu postulationem futuri Pontificis celebrandam, & ad alia peragenda, quæ ipsius electionis seu postulationis negotium contingere dinoscuntur. Ut igitur ignorantiam prætendere nequeatis, vobis & vestrum cuilibet præfixionem hujusmodi duximus intimandam, vocantes & citantes vos & quemlibet vestrum, quatenus dictis die & hora cum omnibus diebus & horis sequentibus, quos vobis & vestrum cuilibet tenore præsentium assignamus, ad domum Capitula-

rem

rem majorem ecclesiæ majoris Trajectensis antedictæ veniatis & compareatis, aut quilibet vestrum veniat una nobiscum de futuri electione seu postulatione Pontificis, ac in ipso electionis seu postulationis negotio modo debito tractaturi & processuri. Alioquin vobis aut quibuslibet vestrum non comparentibus non expectatis, nec ulterius etiam, si dictus terminus prorogatus fuerit, convocatis, in hujusmodi electionis seu postulationis negotio tractabimus & procedemus vestra aut cujuslibet vestrum absentia non obstante. Si vero vos aut aliquis vestrum aliquo justo impedimento impediti vel impeditus non poteritis seu poterit in dicto termino interesse, & velitis seu velit alicui Concanonicorum nostrorum vices vestras aut suas committere, ad nostram præsentiam Nuncium vestrum aut suum specialem & ydoneum transmittatis seu transmittat, qui super impedimento hujusmodi juxta generalis Consilii statuta nobis instrumentaliter fidem faciat. Datum Trajecti sub dictarum nostrarum quinque ecclesiarum Trajectensium appensione sigillorum, anno à nativitate Dni 1496. mensis Aprilis die vicesima tertia. *Michael Keyen* de *Breda* Notarius de mandato scripsit.

Die vero Lunæ vicesima quinta dicti mensis Aprilis ego *Michael* Notarius supra & infra scriptus de mandato præfatorum Dnorum Decanorum, Vicedecanorum, & Capitulorum quinque ecclesiarum Trajectensium præinsertas literas citatorias generales præfato Magistro *Theodrico* de *Malsen* Nuncio ecclesiæ Trajectensis jurato directas eidem Magistro *Theodrico* Nuncio, ut illas medio juramento per eum in receptione præbendæ seu officii sui præstito, juxta illarum vim, formam, continentiam, & tenorem exequeretur, & debitæ executioni demandaret, ac desuper relationem fidelem & legalem faceret, effectualiter ad manus suas ipsas literas benevole recipienti tradidi & assignavi. Subsequenter vero supradictus Dns *Ludolphus* de *Veno* Decanus ecclesiæ Trajectensis habens & tenens suis in manibus literas citatorias supradictas contra Dnos *Johannem de Hoesboom*, *Johannem Kerckhoff*, *Henricum de Wellis*, *Vincentium* de *Eyll*, *Henricum* de *Lotting*, *Johannem Knyff*, *Johannem Lenff*, *Matthiam Baers*, *Godefridum Pymparé*, & *Johannem* de *Nijpen* supranominatos decretas, ac sigillis quinque ecclesiarum Trajectensium sigillatas, & per Notarium subscriptum sub tenore superius de verbo ad verbum præinsertas, illas in præsentia multorum Dnorum Canonicorum

 ecclesiæ

Digitized by Google

ecclesiæ Trajectensis & Venerabilis viri Dni *Arnoldi Grundisse* Canonici dictæ ecclesiæ beatæ Mariæ Trajectensis nomine & ex parte aliorum Dnorum Decanorum, Vicedecanorum, & Capitulorum quinque ecclesiarum Trajectensium, à quibus citatio hujusmodi emanavit, discreto viro *Martino Hoyer* clerico Bremensis diœcesis publico Apostolica & Imperiali auctoritatibus Notario ad manus tradidit & assignavit, & eundem ut illas contra inibi nominatos salvo salario debito persolvendo debitæ executioni demandare, ac desuper relationem fidelem coram Capitulo generali tempore congruo & oportuno facere, ac quatenus opus foret instrumenta publicum seu publica conficere, quodque se sic facturum medio juramento constringere debere monuit & instanter requisivit. Unde idem *Martinus* requisitus easdem literas ad se recipiens promisit & erectis digitis juravit se hujusmodi literas in & contra personas inibi nominatas salvo salario suo prædicto debite exequi, ac relationem debitam de executione hujusmodi postquam ab eo facta foret, in generali Capitulo quinque ecclesiarum Trajectensium tempore congruo facere, nec non quatenus opus foret instrumentum & instrumenta publicum seu publica desuper conficere, atque ipsis Dnis de Capitulo assignare. De & super quibus omnibus & singulis præmissis idem Dns Decanus Trajectensis tam nomine suo quam Capituli generalis hujusmodi sibi à me Notario publico supra & infra scripto unum vel plura publicum seu publica fieri petiit atque confici instrumentum & instrumenta. Acta fuerunt hæc in domo Capitulari majori dictæ ecclesiæ Trajectensis prædicta, præsentibus ibidem præfato Magistro *Theodorico* de *Malsen* Nuncio jurato & honorabili viro Dno *Iacobo Hermanni Quant* Vicariis ecclesiæ Trajectensis testibus ad præmissa vocatis atque rogatis. Deinde eisdem die, loco, & hora præfatus Dns Decanus Trajectensis in præsentia præfatorum Dnorum Canonicorum quasdam alias literas citatorias contra præfatum Reverendum patrem D. *Conradum* Episcopum *Osnaburgensem* ex commendatione Apostolica Præpositum Sancti Lebuini Daventriensis, Archidiaconum in ecclesia Trajectensi, nec non alias citationis antedictæ literas contra Dnos *Johannem* de *Diepholt*, *Johannem Oekell*, *Johannem Listighe*, & *Heydenricum* de *Beverwaerde* supra nominatos decretas sub tenore de verbo ad verbum ut

ut ſupra apud acta hujuſmodi regiſtratas & præinſertas nomine & ex parte præfatorum Dnorum Decanorum, Vicedecanorum, & Capitulorum quinque eccleſiarum Trajectenſium, à quibus citationes hujuſmodi emanarunt, diſcreto viro *Henrico Divinc* clerico Oſnaburgenſi publico Imperiali auctoritate Notario ad manus tradidit & conſignavit, ac eundem, ut illas contra inibi nominatos debitæ executioni demandaret ſalvo ſalario debito ſibi perſolvendo ac deſuper relationem fidelem coram Capitulo generali tempore oportuno faceret, & quatenus opus foret inſtrumentum ſeu inſtrumenta publicum ſive publica conficeret deſuper, quodque ſic facturum medio ſuo juramento aſtringere vellet & deberet, attente monuit & requiſivit. Qui quidem *Henricus* eaſdem literas ad ſe recipiens promiſit, & erectis digitis juravit ſe hujuſmodi literas in & contra perſonas inibi nominatas ſalvo ſalario ſuo prædicto debere exequi, ac relationem debitam executionis earundem, poſtquam per eum facta foret, in generali Capitulo Trajectenſi tempore oportuno facere, nec non quatenus opus foret inſtrumentum & inſtrumenta publicum ſeu publica deſuper conficere, ipſiſque Dnis de Capitulo generali hujuſmodi conſignare. De & ſuper quibus præmiſſis omnibus & ſingulis præfatus Dns Decanus Trajectenſis tam ſuo quam totius Capituli nomine ſibi à me Notario publico præfato unum vel plura publicum ſeu publica fieri petiit atque confici inſtrumentum & inſtrumenta, præſentibus ibidem teſtibus immediate præſcriptis ad hoc etiam vocatis & rogatis. Inſuper ſupradictis die & hora & loco antefatus Dns Decanus Trajectenſis certas alias literas ſuperius præinſertas in & contra Dnos *Johannem Vos*, *Henricum Braem*, & *Goſuinum Lottbing* antedictos decretas nomine & ex parte præfatorum Dnorum Decanorum, Vicedecanorum, & Capitulorum quinque eccleſiarum Trajectenſium, a quibus emanarunt, diſcreto viro Dno *Jacobo Block* presbytero Trajectenſi publico Imperiali auctoritate Notario ad manus tradidit & conſignavit, ac eidem ut illas in & contra inibi nominatas perſonas ſalvo ſalario debito ſibi perſolvendo debitæ executioni demandare, ac relationem fidelem deſuper coram Capitulo generali tempore oportuno facere, & quatenus opus foret inſtrumentum ſeu inſtrumenta publicum ſeu publica deſuper conficere, quodque ſe medio juramento per eum ob id præſtando

ſic facturum aſtringere vellet & deberet, conſimiliter monuit & requiſivit. Unde idem. D. Jacobus literas ad ſe recipiens promiſit & manu dextra more ſacerdotum ad pectus poſita juravit ſe hujuſmodi literas in & contra inibi nominatos ſalvo ſalario ſuo antedicto debite exequi, relationemque fidelem earundem executionum, poſtquam per eum factæ forent, in generali Capitulo tempore congruo & oportuno facere, nec non inſtrumentum & inſtrumenta publicum ſeu publica quatenus opus foret deſuper conficere, ipſisque Dnis conſignare velle. De & ſuper quibus omnibus & ſingulis præmiſſis idem D. Trajectenſis Decanus nomine ſuo & totius Capituli generalis ſibi à me Notario publico hujuſmodi unum vel plura publicum ſeu publica fieri petiit atque confici inſtrumentum & inſtrumenta. Acta fuerunt hæc anno, indictione, menſe, die, hora, loco, & Pontificatu proxime præſcriptis, Præſentibus ibidem præfatis Magiſtris *Theodrico* de *Malſen* Nuncio & *Iacobo Hermanni Quant* Vicario in eccleſia Trajectenſi, teſtibus ad præmiſſa vocatis atque ſpecialiter rogatis.

Anno à nativitate Dni milleſimo quadringenteſimo nonageſimo ſexto, indictione quarta decima, die vero tertia decima menſis Maji, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri Dni *Alexandri* divina providentia Papæ ſexti anno quarto, hora octava ante meridiem vel circa Capitulari quinque eccleſiarum Trajectenſium ſive generalis Capituli Trajectenſis conſueta, corpore ſupradicti quondam Davidis Epiſcopi jam ante aliquot dies eccleſiaſticæ ſepulturæ tradito decenter, miſſaque hora prædicta de Sancto Spiritu in ſummo altari eccleſiæ Trajectenſis ob negotium electionis futuri Epiſcopi Trajectenſis feliciter celebrandum & perficiendum ſolemni prius decantata & celebrata, Venerabiles & egregii viri Dni & Magiſtri *Ludolphus* de *Veno* Decanus majoris, *Wilhelmus* de *Montfoert* Sancti Salvatoris Trajectenſis, *Henricus* de *Wellis* Sanctæ Walburgis Arnhemenſis, *Vincentius* de *Eyll* Sancti Plechelmi Aldenzalenſis diœceſis Præpoſiti Archidiaconi in eccleſia Trajectenſi, *Johannes* de *Hoesboom* Sancti Petri. *Adolphus* de *Rutenberch* beatæ Mariæ Trajectenſis Præpoſiti, *Hermannus* de *Lochorſt* Sancti Salvatoris & *Bernardus* de *Tyela* dictæ beatæ Mariæ Trajectenſis Decani, *Gerardus Zoudenbalch*, *Johannes* de *Drakenborch*, *Gerlacus* van der *Donck*, *Theodricus Byndop*, *Jacobus*

cobus de *Drieberge*, *Johannes Gruter*, *Wynandus* de *Doernick*, *Johannes* de *Montfoort*, *Wilhelmus* de *Weerdenburch*, ** *Nicolaus Pott*, *Fredericus* de *Voerde*, *Jacobus Johannes Ysbrandi*, *Elias* de *Noerden*, *Johannes* de *Renesse*, *Gerardus* de *Helmont*, *Johannes Foeyt*, *Johannes Modde*, *Johannes* de *Haeften*, *Johannes* de *Cluus*, *Ghilbertus Judoci*, *Gerardus* ten *Herenhove*, *Johannes Lensse*, *Petrus* de *Amerongen*, *Henricus Braem*, *Johannes Roberti* alias *Nys*, *Johannes* de *Amerongen*, *Abraham* de *Lewenberch*, *Anthonius Pott*, *Jacobus* de *Apelteern*, *Nicolaus* de la *Neve*, *Michael Wissens*, *Johannes Hermannus Tulleman*, *Arnoldus Consinck*, *Ægidius Gobbaert*, *Johannes Knyff*, *Anthonius* de *Vinea*, *Cornelius Zelbach*, *Arnoldus Grandick*, *Gerardus* de *Baern*, *Nicolaus Lamberti*, *Johannes Martini*, *Theodoricus* de *Haer*, *Anthonius* de *Winsen*, *Johannes Portick*, *Wynricus Huyer*, *Johannes Tulleman*, *Gerardus Zoudenbalch*, *Johannes* de *Tussenbroeck*, *Fredericus* de *Coninck*, *Johannes* de *Nispen*, *Petrus* de *Mera*, *Nicolaus Noenkens*; *Jacobus* de *Amerongen*, *Arnoldus Sgravesande*, *Johannes* de *Diepholt*, *Christianus Zenden*, *Gysbertus Byndop*, *Amelgardus* de *Haerlem*, *Henricus Zoudenbalch*, *Gosuinus* de *Lotthing*, *Heydenricus* de *Beverweerde*, *Henricus* de *Compostell*, *Adrianus Ram*, *Henricus Maerdewyck*, *Johannes* de *Molendino*, *Johannes Knyff*, *Petrus Wolphardi*. *Theodricus* de *Drakenborch*. *Arnoldus Boekelair*, *Johannes Vos*, *Bernardus Mommen*, *Jacobus Kroll*, *Albertus Schuerjack*, *Matthias Baers*, *Theodricus Lieverjan*, & *Theodericus Kogeck*, earundem majoris, Sancti Salvatoris, Sancti Petri, Sancti Johannis, & beatæ Mariæ ecclesiarum Trajectensium respective Canonici Capitulares, Capitulum generale ecclesiarum prædictarum repræsentantes & facientes in domo Capitulari majori dictæ majoris ecclesiæ Trajectensis, ejusdem majoris ecclesiæ ædificiis continue adhærente, in qua electiones Episcoporum Trajectensium, ecclesia Trajectensi vocante, ut ipsi Dni asserebant, fieri consueverant, Capituloque generali ad infra scripta peragenda, ut superius & inferius plenius continetur, & alias ut moris est specialiter & debite convocato & indicto, inque mei Notarii publici testiumque infra scriptorum ad hoc vocatorum specialiter & rogatorum præsentia personaliter &

** Hic inferendum nomen Adriani van Weerdenburch. Vide infra Cl. Matthæi Observationem pag. 798.

& Capitulariter congregati & constituti, ac Capitulum generale quinque ecclesiarum Trajectensium repræsentantes per os præfati D. *Ludolphi* de *Veno* Decani ecclesiæ Trajectensis dixerunt & proposuerunt, seu verius dici & proponi fecerunt in effectu, Quod cum ad eos vacante ecclesia Trajectensi futuri Episcopi Trajectensis electio seu postulatio & jus eligendi seu postulandi eundem futurum Episcopum ex antiqua & à memoria hominum citra & ultra legitime præscripta pertineat consuetudine, ac bonæ memoriæ *David* Episcopus Trajectensis præsenti anno CIↃ. CCCC. nonagesimosexto, die sexta decima mensis Aprilis, sicut Altissimo placuit, viam universæ carnis ingressus, & deinde intellecto per eos die vicesima prima ejusdem mensis Aprilis, quod corpus ipsius Episcopi defuncti nondum esset ecclesiasticæ sepulturæ traditum, unum majoris & alium beatæ Mariæ Trajectensium ecclesiarum prædictarum Canonicos Capitulares deputarunt eisque commiserunt, ut eorum nomine magnificum & strenuum militem Dnm *Philippum* de *Bourgundia*, & alios tenentes castrum de *Duersteden*, in quo dictus quondam Episcopus decessit, & corpus ejus erat, hortarentur & requirerent, quod illud, quantocius possent, ecclesiasticæ traderent sepulturæ, ne diutina mora sepelitionis hujusmodi ipsis Dnis Prælatis & Capitulo generali in electione seu postulatione futuri Episcopi præjudicium aliquod generaret. Commissioneque hujusmodi per eosdem Deputatos in personam dicti Dni *Philippi* die vicesima secunda ejusdem mensis executioni debite demandata, & responso ab eo recepto, quod misisset ad nundinas Bergenses pro emendis necessariis ad sepelitionem solemniter faciendam, quodque antequam illa emi & apportari possent aliquot dies laberentur, illoque responso per eosdem Deputatos eadem die ad eosdem Dnos Prælatos & Capitulum delato ipsi asserentes se nescire, quid mora hujusmodi designaret, Deputatos supra dictos ad præfatum D. *Philippum* remiserunt cum speciali mandato & commissione ad petendum denuo corpus prædictum ecclesiasticæ tradi sepulturæ, & quatenus illud tunc non obtinerent protestandum, quod per eos non staret, quominus corpus ipsius ecclesiasticæ sepulturæ honorifice traderetur, quodque si ipsi Prælati, Canonici, & Capitulares illud habuissent, jamdudum decenter sepelivissent, nec se esse in culpa moræ hujusmodi, ac propterea non vellent nec intende-

derent eandem moram sibi in aliquo forsitan quoad electionem seu postulationem faciendam præjudicare debere, de quo etiam expresse protestabantur. Et hac ultima commissione iterum per eosdem Deputatos in præsentia ejusdem Dni *Philippi* executioni debite demandata, & de hoc die vicesima tertia dicti mensis Aprilis plenaria relatione per præfatos Dnos Deputatos dictis Dnis Prælatis & Capitulo hora Capitulari Capitulariter ad infra scripta protunc peragenda congregatis facta, & iterum de diligentiis, responsis, & protestatione prædictis solenniter per eosdem Dnos Prælatos & Capitulum protestato, ipsi sic ut præmittitur Capitulariter congregati, quum ad electionem seu postulationem futuri Episcopi Trajectensis canonice celebrandam præsentem diem tertiam decimam hujus mensis Maji duxerint statuendam, citationes quoque contra omnes & singulos tunc præsentes & infra provinciam Coloniensem tunc absentes, qui electioni seu postulationi celebrandæ hujusmodi debuerunt, voluerunt, & potuerunt de jure aut consuetudine interesse, ad interessendum illi illamque perficiendam ad eandem diem tertiam decimam præsentis mensis ac horam Capitularem consuetam ejusdem diei & domum Capitularem majorem ecclesiæ Trajectensis supradictam decrevissent, ac Notarios publicos ad exequendum illas debite cum receptione juramenti de hujusmodi executione debite facienda quoad absentes inibi nominatos, nec non honorabilem virum magistrum *Theodricum* de *Malsen* Nuncium communis ecclesiæ Trajectensis ratione suæ præbendæ seu officii, Dormitorii nuncupati, juratum quoad omnes & singulos alios in negotio electionis seu postulationis futuri Episcopi Trajectensis de jure aut consuetudine interesse habentes seu habere putantes deputassent, illique adessent, ideo per os sæpedicti Dni Ludolphi Decani illos scilicet *Theodricum* de *Malsen* Nuncium juratum præfatum, ac *Martinum Hoyer*, *Jacobum Block* & *Henricum Divinc* Notarios publicos, pro executione dictarum citationum contra absentes in illis nominatos facienda, ut supra in præsenti processu sive actu hujusmodi latius continetur, juratos & deputatos ibidem præsentes astantes & audientes, ut de executionibus citationum hujusmodi per eos respective factis relationem ibidem facerent fidelem & legalem, & desuper instrumenta publica si ea confecissent, in medium exhiberent, rogarunt & requisierunt.

Unde

Unde præfatus magister *Theodricus* de *Malsen* Nuncius ecclesiæ Trajectensis juratus præfatas literas citatorias originales sibi ad exequendum decretas una cum instrumento publico executionum illarum per eum subscripto & publicato à tergo earundem literarum citatoriarum conscripto. ibidem in medium exhibuit atque produxit, referens medio suo juramento, quod in sui ad præbendam seu officium suum receptione de & super committenda sibi per Capitulum ecclesiæ Trajectensis fideliter exequendo præstitit, se executiones hujusmodi in omnibus & per omnia peregisse & fecisse, prout & quemadmodum in executionum hujusmodi instrumento per eum exhibito, & per me Michaelem Notarium præfatum ibidem publice alta & intelligibili voce lecto & publicato, cujus tenor inferius de verbo ad verbum insertus plenius continetur & habetur. Et deinde præfatus *Martinus Hoyer* Notarius antedictus sicut præmittitur literas citatorias originales sibi, prout supra in præsenti processu seu actu hujusmodi plenius continetur, ad exequendum contra inibi nominatos consignatas, nec non instrumentum publicum executionum earundem literarum citatoriarum per eum factarum una cum in illo inserta commissione Dni *Johannis Knyff*, *Matthiæ Boers*, & *Henrici* de *Lottingh* inibi nominatorum citatorum, quibus dictus Dns *Johannes Knyff*, Dno *Hermanno* de *Lochorst*, ac *Matthias Boers*, Dno *Theodrico Kryeck*, & Dns *Henricus* de *Lotthing* Dno *Gosuino* de *Lotting* supranominatis quoad electionem & postulationem & alia, de quibus in ipso instrumento fit mentio, facienda vices suas commiserunt manu, signo, & subscriptione ejusdem *Martini Hoyer* signatum & subscriptum, quæ ibidem suis habebat in manibus, in medium exhibuit atque produxit, referens medio suo juramento, quod alias coram supradicto Dno *Ludolpho* Decano ecclesiæ Trajectensis & aliis Dnis tunc præsentibus, ut supra in præsenti processu sive actu hujusmodi plenius continetur, præstitit se executiones hujusmodi in omnibus & per omnia peregisse atque fecisse, prout & quemadmodum in eodem executionum hujusmodi instrumento per me Notarium ibidem de mandato &c. lecto & publicato, cujus tenor de verbo ad verbum inferius est insertus, plenius, continetur & habetur. Quo quidem instrumento sic per me Notarium publicum supradictum lecto præfatus Dns

Dns Decanus Trajectensis ab omnibus & singulis Prælatis & Canonicis ibidem præsentibus, siquis eorum mandatum aliquod alicujus illorum citatorum absentium ad suum in electione seu postulatione hujusmodi consensum & votum præstandum seu eligendum haberet interrogavit. Ad quam interrogationem Dns *Joannes Roberti*, alias *Nys*, Canonicus Sancti Petri antedictus se quandam papyri cedulam à præfato Dno *Godefrido Pymparé* sibi missam accepisse respondit, quam michi Notario antedicto legendam & ibidem publicandam tradidit & consignavit, prout in eodem, cujus tenor etiam inferius post finem dicti instrumenti executionum est insertus, plenius continetur & habetur. Consequenter vero Dns ** *Matthæus Block* Notarius antedictus sicut præmittitur requisitus literas citatorias originales sibi, prout superius in præsenti processu seu actu hujusmodi plenius continetur, ad exequendum contra inibi nominatos consignatas una cum instrumento publico executionum per eum factarum manu ac subscriptione subscripto & subsignato a tergo earundem literarum citatoriarum conscripto, quæ ibidem in suis tenebat manibus, in medium exhibuit atque produxit, referens medio suo juramento, quod alias coram supradicto Dno Decano Trajectensi & aliis Dnis tunc præsentibus, ut supra in præsenti processu seu actu hujusmodi plenius continetur, præstitit se executiones hujusmodi in omnibus & per omnia peregisse & fecisse, prout & quemadmodum in eodem executionum instrumento per me Notarium ibidem de mandato præfatorum Dominorum Prælatorum & Capituli generalis publice alta & intelligibili voce lecto & publicato, cujus tenor inferius de verbo ad verbum est insertus, plenius continetur & habetur. Postmodum vero *Henricus Divinc* Notarius supradictus sic ut præfertur etiam requisitus literas citatorias originales sibi ut præmittitur ad exequendum in personam præfati Dni Episcopi Osnaburgensis ac ex commendatione Apostolica Præpositi ecclesiæ Sancti Lebuini Daventriensis Archidiaconi in ecclesia Trajectensi consignatas dixit se illas debite executum fuisse, ac ipsas literas eidem Dno Episcopo eas petenti dimisisse, reliquas vero citatorias literas originales sibi etiam ut præmittitur ad exequendum contra alios inibi nominatos consignatas una cum instrumento publico executionum ambarum literarum citatoriarum prædictarum per eum factarum signo &

** Supra pag. 739. & 743. vocatur *Jacobus*.

& subscriptione ipsius signato & subscripto, quæ ibidem suis tenebat manibus, in medium exhibuit atque produxit, referens medio juramento suo alias coram præfato Dno Decano Trajectensi, & certis aliis Dnis tunc præsentibus, ut superius in præsenti processu seu actu continetur, per eum præstito se executiones prædictas hujusmodi in omnibus & per omnia peregisse & fecisse, prout & quemadmodum in eodem executionum hujusmodi instrumento per eum exhibito ac per me Notarium publicum ibidem publice alta & intelligibili voce lecto & publicato, cujus tenor etiam de verbo ad verbum inferius est insertus, plenius continetur & habetur. Quo siquidem ultimo prædesignato instrumento executionum per me ut præmittitur lecto præfatus D. *Johannes* de *Diepholt* Canonicus ecclesiæ Sancti Johannis Trajectensis assurgens quoddam procurationis mandatum præfati Dni Episcopi Osnaburgensis & Commendatarii Præposituræ Daventriensis, Archidiaconi in Ecclesia Trajectensi, in medium exhibuit tenoris infra scripti, quod ego tunc *Michael* Notarius infra & supra scriptus de mandato dictorum Dnorum Decani & Capituli generalis alta & intelligibili voce perlegi, illoque sic lecto præfatus D. *Ludolphus* suo & totius Capituli generalis nomine alta & intelligibili voce interrogat, anne eorum aliquis præter supradictos Dnos *Hermannum* de *Lochorst* & *Johannem* de *Diepholt* haberet mandatum aliorum absentium per omnes & singulas literas citatorias supra designatas vocatorum & citatorum. Et cum nemo ad hujusmodi interrogationem respondisset, aut aliquod mandatum eorundem absentium exhibuisset, dictus Dns Decanus nomine quo supra à præfatis Dnis *Hermanno* de *Lochorst* & *Johanne* de *Diepholt*, anne alia mandata haberent, quam ea quæ superius in eorum personas ex parte dictorum Dnorum Episcopi Osnaburgensis & *Johannis Knyff* exhibita fuerunt, diligenter quæsivit & interrogavit. Ad quam interrogationem ipse D. *Hermannus* de *Lochorst* & *Johannes* de *Diepholt* responderunt se nulla alia habere mandata. Quapropter cum in illis non erat potestas data ad faciendam fidem super impedimentis inibi allegatis juxta generalis Consilii statuta cum juramento in forma juris ac juxta citationes emissas prædictas, idcirco unanimi totius Capituli decreto dicti Dni *Hermannus* de *Lochorst* & *Johannes* de *Diepholt* ad dandum pro dictis

dictis Dnis Episcopo Osnaburgensi & *Johanne Knyff* respective sua vota non fuerunt admissi, sed repulsi. Quibus omnibus & singulis peractis, Prælatis & Canonicis Capitularibus adhuc ut præfertur Capitulariter congregatis, & Capitulum generale dictarum quinque ecclesiarum repræsentantibus, ego *Michael* Notarius supra & infra scriptus de mandato dicti Capituli generalis per os præfati Dni *Ludolphi* Decani michi facto quandam cedulam monitionis, quam ibidem meis tenebam in manibus, & cujus tenor insertus, ibidem alta & intelligibili voce legi, per quam monebantur omnes & singuli excommunicati, suspensi, & interdicti & alii præsentes, qui electioni seu postulationi hujusmodi nnnc faciendæ non deberent de jure vel consuetudine interesse, ut exirent. Alioquin vota eorum nullum suffragium præstare, & per hoc non admitterentur ad electionem seu postulationem hujusmodi. Eaque cedula sic per me lecta iidem Dni Prælati & Canonici Capitulares prænominati Capitulariter ut præfertur adhuc congregati, de via & forma futuri Episcopi eligendi seu postulandi diligenter deliberantes, ac declaratis ibidem eis per os dicti Dni *Ludolphi* Decani tribus viis electionum seu postulationum, scilicet *Scrutinii*, *Compromissi*, & *Spiritus Sancti*, ipsi omnes & singuli una cum dicto Dno *Ludolpho* Decano diligenti deliberatione præhabita post longum & maturum tractatum inter eos desuper habitum concorditer nemine discrepante aut contradicente consenserunt se velle per viam *Scrutinii* ad electionem seu postulationem futuri Episcopi celebrandam procedere, & ea via ecclesiæ Trajectensi viduatæ de futuro Pastore providere. Hæc via omnibus & singulis placuit, & illam expresse unanimiter acceptarunt, & se in ea procedere velle dixerunt. Et hoc facto una voce nemine contradicente elegerunt & assumpserunt tres Scrutatores ex & de ipso Capitulo generali excellentes viros fide dignos, videlicet supra nominatos Dnos *Ludolphum* de *Veno* Decanum majoris, *Wilhelmum* de *Montfoort* Sancti Salvatoris, & *Johannem* de *Hoesboom* Sancti Petri Trajectensium ecclesiarum prædictarum Præpositos, illisque unanimiter dederunt omnimodam & plenariam potestatem secrete & singulatim primo sua, duo scilicet eorum tertii, ac deinde omnium & singulorum aliorum prænominatorum Prælatorum & Canonicorum Capitularium nullo omisso vota super electione seu postulatione

futuri Episcopi Trajectensis in mei Michaelis & honorabilis viri Dni *Johannis Lateur* clerici Cameracensis diœcesis Imperiali auctoritate Notarii, quem una mecum ad hoc & ad vota singulorum conscribenda unanimiter nominarunt, assumpserunt, & deputarunt, præsentia inquirendi, examinandi, & scrutandi, eaque in scriptis redigendi, seu per unum ex nobis Notariis prædictis redigi faciendi, & in scriptis sic redacta mox in communi publice alta & intelligibili voce publicandi seu per alium publicari faciendi, & insuper ipsi omnes Prælati & Canonici Capitulares adhuc præsentes, & ut præfertur Capitulum generale repræsentantes, dicto Dno *Ludolpho* Decano in hoc consentientes, plenariam & omnimodam concorditer dederunt & contulerunt potestatem debitam collationem & considerationem numeri ad numerum, zeli ad zelum, & meriti ad meritum, aliaque juxta juris dispositionem mox post publicationem prædictam diligenter habendi & faciendi, nec non post collationem hujusmodi mox & statim vice sui & Conscrutatorum suorum & omnium aliorum, qui in hoc Capitulo interesse debuerunt & interfuerunt, & in hoc consentientium electionem seu pôstulationem futuri Episcopi in scriptis verbaliter faciendi & pronuntiandi, ac solemniter alta & intelligibili voce in Capitulo primo & deinde coram populo in ecclesia publicandi, aliaque in præmissis & circa ea necessaria faciendi & exequendi. Super quibus omnibus & singulis præsenti die tertia decima mensis Maji prædicti hactenus factis, prout superius descripta sunt, præfatus Dns *Ludolphus* Decanus tam suo quam totius Capituli nomine sibi à me Michaele Notario publico supra & infra scripto unum vel plura publicum seu publica fieri petiit atque confici instrumentum & instrumenta. Acta fuerunt ea sub anno, indictione, & die tertia decima mensis Maji prædicta, hora & loco Capitulari præmissis, Præsentibus ibidem Venerabilibus & discretis viris Dnis & Magistris, *Ludovico* de *Montfoort* majoris, *Theoderico* de *Haer* juniore Sancti Petri, *Johanne* de *Worthem* beatæ Mariæ Trajectensium ecclesiarum Canonicis non Capitularibus, & Theodrico de Malsen Nuncio ecclesiæ Trajectensis jurato, testibus fide dignis, ad præmissa omnia & singula vocatis specialiter atque rogatis.

Quibus omnibus & singulis præmissis sic factis prænominati tres Scrutatores ad partem & quendam locum dictæ domus Capitu-

pitularis feorfim fecefferunt, & fe ibidem retraxerunt affumentes fecum nos *Michaelem Keyen* de *Breda* & *Johannem Lateur* Notarios fupra & infra nominatos ad omnia & fingula, quæ in fcrutinio hujufmodi contingerent, confcribenda, ibique exeuntes coram nobis eifdem Notariis audientibus & intelligentibus fua & omnium aliorum prænominatorum Prælatorum & Canonicorum Capitularium vota fcrutati fuerunt fecrete & fingulatim per ordinem; ac alias in omnibus & per omnia factum fuit, pro fequitur. Quæ vota omnia & fingula ego *Michael* Notarius præfcriptus dictis Scrutatoribus ita mandantibus & præfato meo Connotario præfente & in hoc confentiente confcripfi. Inprimis præfati duo ex Scrutatoribus Dni *Wilhelmus* de *Montfoort* & *Johannes* de *Hoesboom* habentes & detinentes in manibus dicti Dni *Johannis* de *Hoesboom* quandam cedulam hujufmodi tenoris fcilicet: *Adjuramus vos per Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum, & in periculum animarum veftrarum, & fub debito præftiti juramenti ecclefiæ, tactis facrofanctis fcripturis, ut fecundum veftram certam & juftam confcientiam, & juxta Deum duntaxat, ut omni carnalitatis favore, odio & amore, ac præmio temporali, & expectatione ejufdem præmii poftpofitis, & omni fpecie corruptelæ feclufa, in illum dirigatis votum veftrum & confenfum, quem creditis ecclefiæ Trajectenfi viduatæ utiliorem & ydoneum magis præficiendum in Epifcopum Trajectenfem.* Eandem cedulam præfato Dno & Magiftro *Ludolpho* Decano eorundem Confcrutatori per os præfati D. *Johannis* de *Hoesboom* alta & intelligibili voce perlegerunt, eumque prout in illa continetur interrogaverunt & adjuraverunt. Qui quidem D. *Ludolphus* fic interrogatus & adjuratus refpondit per hæc verba: *Ego Ludolphus de Veno Decanus ecclefiæ Trajectenfis fecundum Deum & confcientiam meam confentio in illuftrem Dnm Fredericum Marchionem de Baden Concanonicum noftrum ecclefiæ Trajectenfis, ut eligatur in Epifcopum Trajectenfem propter virtutes, quas intellexi à fide dignis viris veraciter in ipfo effe, & propter circumfpectionem in fpiritualibus & temporalibus, & credo etiam eum effe magis utilem ecclefiæ & toti patriæ Trajectenfi.* Deinde dicti Dni *Ludolphus* de *Veno* & *Johannes* de *Hoesboom* Scrutatores eandem cedulam præfato Dno *Wilhelmo* de *Montfoort* eorum Confcrutatori per os dicti Dni *Ludolphi* legerunt, eumque ut in ea continetur adjurarunt & interrogarunt. Qui fic adjuratus & interrogatus re-

 fpondit

Digitized by Google

ſpondit per hæc verba: *Ego Wilhelmus de Montfoort Præpoſitus eccleſiæ Sancti Salvatoris Trajectenſis conſentio in Venerabilem & illuſtrem Dnm Fredericum de Baden Concanonicum Trajectenſem, ut eligatur in Epiſcopum Trajectenſem propter virtutes, quas à fide dignis viris intellexi veraciter in ipſo eſſe, & propter circumſpectionem in temporalibus & ſpiritualibus, & credo etiam eum eſſe magis utilem eccleſiæ & toti patriæ Trajectenſi.* Deinde dicti Dni *Ludolphus* de *Veno* & *Wilhelmus* de *Montfoort* dictam cedulam præfato D. *Johanni Hoesboom* eorum Conſcrutatori per os dicti D. Ludolphi legerunt, eumque ut in ea continetur adjurarunt & interrogarunt. Qui ſic adjuratus & interrogatus reſpondit per hæc verba: *Ego Johannes de Hoesboom Præpoſitus eccleſiæ Sancti Petri Trajectenſis conſentio, ut Venerabilis & illuſtris Dns Fredericus de Baden eligatur in Epiſcopum Trajectenſem, & eum ad hoc nomino. Ad quod movet me primo, quod eccleſia & Dominium Trajectenſe ac ſubditi illius ſunt multis hoſtium incurſionibus devaſtati & indigent futuro Paſtore, cujus medio illa poſſint reparari, & cum ditio ipſa fuerit quaſi undique cincta Dominiis Illuſtriſſimi Dni Philippi Archiducis Auſtriæ & Dni Karoli Ducis Gelriæ, illique rogaverint, ut ipſe Fredericus Dns de Baden eligatur, ſpero quod ſi in Epiſcopum præficiatur omnia reparabuntur & eccleſiæ feliciter conſuletur. Accedunt ad hæc, quod ipſe Dns Fredericus eſt ſecundo gradu conſanguinitatis Dno Regi Romanorum conjunctus, & quod eſt alias ydoneus, utpote legitimus, ætatis ſuæ triginta quatuor annorum, major, liber, & Subdiaconus, & omnibus virtutibus, quæ Epiſcopalem decent dignitatem, pollet. Hæc dico quia novi eum à decem & ſeptem annis citra; etiam multa converſatione.* Quorum trium Scrutatorum votis ſic ut præfertur ſcrutatis dicti tres Scrutatores in loco ſcrutinii prædicto exiſtentes & permanentes nobis duobus Notariis prædictis adhuc præſentibus & ſimiliter in ipſo ſcrutinio permanentibus proceſſerunt ad omnium & ſingulorum aliorum prænominatorum Prælatorum & Canonicorum Capitularium ſcrutinium ſecrete & ſingulatim per ordinem cujuſlibet eorum votum ſucceſſive ſcrutantes ut ſequitur. Et primo D. *Henricus* de *Wellis* Præpoſitus eccleſiæ Sanctæ Walburgis Arnhemienſis Archidiaconus in eccleſia Trajectenſi antedictus lecta ſibi per os præfati Dni *Ludolphi* de *Veno* Decani cedula adjurationis prædicta ſecrete & ſeorſum per dictos tres Scrutatores, ut præfertur, juxta formam & tenorem ejuſdem

ejusdem cedulæ interrogatus & adjuratus respondit per hæc verba: *Ego Henricus de Wellis Præpositus ecclesiæ Sanctæ Walburgis Arnhemensis Archidiaconus in ecclesia Trajectensi consentio & nomino medio juramento præstito Venerabilem & illustrem D. Fredericum de Baden Canonicum ecclesiæ Trajectensis, ut eligatur in Episcopum Trajectensem, ex quo novi eum in Romana Curia & in partibus multis annis, & semper fuit bonæ famæ, & se gessit virtuosum, & multum poterit prodesse patriæ & diœcesi Trajectensi propter sibi conjunctos consanguinitate.* Consequenter Dns *Vincentius* de *Eyll* Præpositus ecclesiæ Sancti Plechelmi Aldenzalensis Archidiaconus in ecclesia Trajectensi præfatus per dictos tres Scrutatores similiter, ut præfertur, interrogatus respondit per hæc verba: *Ego Vincentius de Eyll Præpositus ecclesiæ Sancti Plechelmi Aldenzalensis Archidiaconus in ecclesia Trajectensi, ex quo audivi multa bona referri de Venerabili & illustri Dno Frederico* de *Baden Canonico Trajectensi, in ipsum consentio & eum nomino eligendum in Episcopum Trajectensem.* Deinde Dns *Adolphus* de *Rutenberch* Præpositus ecclesiæ beatæ Mariæ Trajectensis prædictus per dictos tres Scrutatores sic ut præfertur adjuratus & interrogatus respondit per hæc verba: *Ego Adolphus de Rutenberch Præpositus ecclesiæ beatæ Mariæ Trajectensis consentio in Venerabilem & illustrem D. Fredericum de Baden Canonicum Trajectensem* ** *magis utilem videre meo ad Episcopatum Trajectensem, ipsumque nominoe ligendum in Episcopum Trajectensem.* Deinde D. *Hermannus de Lochorst* Decanus ecclesiæ Sancti Salvatoris præfatus per dictos tres Scrutatores sic ut præfertur adjuratus & interrogatus respondit in hunc modum: *Ego Hermannus de Lochorst Decanus ecclesiæ Sancti Salvatoris Trajectensis consensum præbeo, ut illustris & venerabilis Fredericus Marchio de Baden eligatur in Episcopum Trajectensem, quia in conscientia mea neminem scio ydoneorem & utiliorem propter merita & virtutes suas.* Deinde D. *Bernardus* de *Tyela* Decanus ecclesiæ beatæ Mariæ Trajectensis antefatus per dictos tres Scrutatores sic ut præfertur adjuratus & interrogatus respondit in hunc modum: *Ego Bernardus de Tyela Decanus ecclesiæ beatæ Mariæ Trajectensis nomino & consentio in Venerabilem & illustrem Dnm Fredericum de Baden juxta conscientiam meam, ut eligatur in Episcopum Trajectensem, quia audivi bonam conversationem & bonam famam ejus, & quod sit virtuosus Dominus.* Deinde dictus D. *Gerardus Zoudenbalch* Canonicus majoris ecclesiæ Trajectensis per dictos tres Scrutatores sic ut præfertur adjuratus & interrogatus

** Hæc non cohærent.

Digitized by Google

tus respondit in hunc modum: *Ego Gerardus Zoudenbalch Canonicus majoris ecclesiæ Trajectensis nescio juxta conscientiam meam neminem alium ydoneorem eligendum in Episcopum Trajectensem, quam Venerabilem & illustrem D. Fredericum de Baden confratrem meum, quia audivi à multis etiam veridicis de virtutibus suis, & ideo quoad hoc in eum consentio.* Deinde præfatus D. *Johannes* de *Drakenborch* Canonicus majoris ecclesiæ Trajectensis per præfatos tres Scrutatores sic ut præfertur adjuratus & interrogatus respondit in hunc modum: *Ego Johannes de Drakenborch Canonicus majoris ecclesiæ Trajectensis consentio in Venerabilem & illustrem D. Fredericum de Baden confratrem meum, ut eligatur in Episcopum Trajectensem, quia audivi & intellexi multa de virtutibus suis.* Deinde dictus Dns *Gerlacus* van der *Donck* Canonicus ecclesiæ majoris Trajectensis per præfatos tres Scrutatores sic ut præmittitur adjuratus & interrogatus respondit in hunc modum: *Ego Gerlacus van der Donk Canonicus ecclesiæ majoris Trajectensis consentio in Venerabilem & illustrem Dnm Fredericum de Baden confratrem meum, ipsumque nomino eligendum in Episcopum Trajectensem, quia communis fama est, quod sit homo utilis & virtuosus.* Deinde præfatus D. *Theodricus* de *Byndop* Canonicus ecclesiæ Sancti Petri Trajectensis per dictos Scrutatores sic ut præmittitur adjuratus & interrogatus respondit in hæc verba: *Ego Theodricus de Byndop consentio in Venerabilem & illustrem Dnm Fredericum de Baden Canonicum Trajectensem, ut eligatur in Episcopum & Dominum Trajectensem propter multas virtutes quas de eo audivi.* Deinde D. *Jacobus* de *Drieberge* Canonicus ecclesiæ Sancti Johannis Trajectensis præfatus per dictos tres Scrutatores sic ut præmittitur adjuratus & interrogatus respondit ut sequitur: *Ego Jacobus Drieberge Canonicus ecclesiæ Sancti Johannis Trajectensis testor Deum, qui est scrutator cordium, quod nescio alium nominare ydoneiorem, ut eligatur in Episcopum Trajectensem, quam Venerabilem & illustrem Dominum Fredericum de Baden Canonicum Trajectensem propter virtutes & merita quas de eo audivi. Ideo consentio in eundem, ut eligatur in Episcopum Trajectensem.* Deinde D. *Johannes Gruter* Canonicus ecclesiæ majoris Trajectensis præfatus per dictos tres Scrutatores ut præmittitur adjuratus & interrogatus respondit ut sequitur: *Ego Johannes Gruter Canonicus ecclesiæ Majoris Trajectensis nomino Venerabilem & illustrem Dnm Fredericum de Baden confratrem meum propter virtutes & merita, quas de eo audivi, eligendum in Episcopum*

pum

pum Trajectensem & in hoc consentio. Deinde dictus Dns *Wynandus* de *Doornick* Canonicus ecclesiæ Sancti Petri Trajectensis per dictos tres Scrutatores sic ut præmittitur adjuratus & interrogatus respondit ut sequitur: *Ego Wynandus de Doornick Canonicus ecclesiæ Sancti Petri Trajectensis propter virtutes & merita, quas audivi de Venerabili & illustri D. Frederico de Baden Canonico Trajectensi eundem nomino & in hoc consentio ut eligatur in Episcopum Trajectensem.* Deinde dictus D. *Johannes* de *Montfoort* Canonicus ecclesiæ Sancti Salvatoris Trajectensis per dictos tres Scrutatores sic ut præmittitur adjuratus & interrogatus respondit, ut sequitur: *Ego Johannes de Montfoort Canonicus ecclesiæ Sancti Salvatoris Trajectensis consentio in Venerabilem & illustrem Dnm Fredericum de Baden Canonicum Trajectensem propter virtutes & merita, quas de eo audivi & intellexi.* Deinde præfatus D. *Wilhelmus* de *Weerdenburch* Canonicus ecclesiæ majoris Trajectensis, per dictos tres Scrutatores, ut præmittitur, adjuratus & interrogatus respondit, ut sequitur: *Ego Willelmus de Weerdenburch Canonicus majoris ecclesiæ Trajectensis nomino & consentio in Dnm Fredericum de Baden Canonicum Trajectensem, ut & eligatur in Episcopum Trajectensem propter virtutes & merita, quas de eo audivi.* Deinde dictus Dns *Adrianus van Weerdenburch* Canonicus ecclesiæ Sancti Salvatoris Trajectensis per dictos tres Scrutatores, ut præmittitur adjuratus & interrogatus respondit, ut sequitur: *Ego Adrianus de Weerdenburch Canonicus ecclesiæ Sancti Salvatoris Trajectensis nomino & consentio in Dn. Fredericum de Baden Canonicum Trajectensem, ut eligatur in Episcopum propter virtutes & merita, quas de eo audivi.* Deinde dictus Dns *Nicolaus Pott* Canonicus ecclesiæ beatæ Mariæ Trajectensis per præfatos tres Scrutatores ut præmittitur adjuratus & interrogatus respondit ut sequitur: *Ego Nicolaus Pott Canonicus ecclesiæ beatæ Mariæ Trajectensis juxta discretionem à Dno Deo michi traditam pro salute patriæ Trajectensis nescio alium ydoneorem eligendum in Episcopum Trajectensem, quam Venerabilem & illustrem D. Fredericum de Baden Canonicum Trajectensem, quem nomino eligendum in Episcopum Trajectensem & in eum consentio.* Deinde D. *Fredericus* ** de *Voird* Canonicus ecclesiæ Sancti Johannis Trajectensis præfatus per antedictos tres Scrutatores, ut præmittitur, adjuratus & interrogatus respondit in hunc modum: *Ego Fredericus*

** Supra pag 741. vocatur *de Voerde.*

dericus de Voird Canonicus ecclesiæ Sancti Johannis Trajectensis nomino & consentio in Venerabilem & illustrem D. Fredericum de Baden Canonicum Trajectensem, ut eligatur in Episcopum Trajectensem, propter virtutes & merita quas de eo audivi. Deinde dictus D. *Jacobus Johannis Isbrandi* Canonicus ecclesiæ majoris Trajectensis per prælibatos tres Scrutatores ut præmittitur adjuratus & interrogatus respondit ut sequitur: *Ego Jacobus Johannis Ysbrandi Canonicus majoris ecclesiæ Trajectensis nomino & consentio in Venerabilem & illustrem D. Fredericum* de *Baden confratrem meum, ut eligatur in Episcopum Trajectensem, propter merita & virtutes suas, quas de eo audivi.* Deinde antefatus D. *Helyas* de *Noirde* Canonicus ecclesiæ beatæ Mariæ Trajectensis per dictos tres Scrutatores ut præfertur adjuratus & interrogatus respondit ut sequitur: *Ego Helyas de Noirde Canonicus beatæ Mariæ Trajectensis pluribus consideratis pro salute ecclesiæ Trajectensis consentio in Venerabilem & illustrem Dnm Fredericum de Baden Canonicum Trajectensem, ut eligatur in Episcopum Trajectensem.* Deinde dictus D. *Johannes* de *Reneff* Canonicus & Scholasticus majoris ecclesiæ Trajectensis per dictos Scrutatores, ut præmittitur, adjuratus & interrogatus respondit ut sequitur: *Ego Johannes de Reneff Canonicus & Scholasticus majoris ecclesiæ Trajectensis consentio in Venerabilem & illustrem Dnm Fredericum de Baden confratrem meum, ut eligatur in Episcopum Trajectensem, ipsumque ad hoc nomino propter virtutes, & merita, quas de eo audivi.* Deinde præfatus Dns *Gerardus* de *Helmont* Canonicus ecclesiæ beatæ Mariæ Trajectensis per dictos tres Scrutatores ut præmittitur adjuratus & interrogatus respondit ut sequitur: *Ego Gerardus de Helmont Canonicus ecclesiæ beatæ Mariæ Trajectensis ex quo audivi à pluribus, quod Venerabilis & illustris D. Fredericus de Baden Canonicus Trajectensis erit proficuus ecclesiæ & patriæ Trajectensi in omnibus & per omnia ipsum nomino eligendum in Episcopum Trajectensem & in hoc consentio.* Deinde dictus D. *Johannes* ** *Foeyet* Canonicus majoris ecclesiæ Trajectensis per dictos tres Scrutatores sic ut præmittitur adjuratus & interrogatus respondit ut sequitur: *Ego Johannes Foeyet Canonicus majoris ecclesiæ Trajectensis per juramentum quod præstiti ecclesiæ Trajectensi consentio in Venerabilem & illustrem D. Fredericum de Baden confratrem meum, ut eligatur in Episcopum Trajectensem propter merita & virtutes suas, quas de eo*

** Supra pag. 741. vocatur *Foeyt.*

eo audivi. Deinde præfatus D. *Johannes Modde* Canonicus ecclesiæ Sancti Petri Trajectensis per antefatos tres Scrutatores, ut præmittitur, adjuratus & interrogatus respondit ut sequitur: *Ego Johannes Modde Canonicus ecclesiæ Sancti Petri Trajectensis consentio in Venerabilem & illustrem D. Fredericum de Baden Canonicum Trajectensem, ut eligatur in Episcopum Trajectensem propter merita & virtutes suas, quas de eo audivi.* Deinde D. *Johannes* de *Haeften* Canonicus ecclesiæ beatæ Mariæ Trajectensis præfatus per dictos tres Scrutatores ut præfertur adjuratus & interrogatus respondit ut sequitur: *Ego Johannes de Haeften Canonicus ecclesiæ beatæ Mariæ Trajectensis spero, quod Venerabilis & illustris Dns Fredericus de Baden Canonicus Trajectensis propter virtutes & merita, quas audivi de eo, erit utilis & proficuus ecclesiæ & patriæ Trajectensi, & nescio alium ydoneorem, Quare ipsum nomino eligendum in Episcopum Trajectensem & in hoc consentio.* Deinde dictus Dns *Johannes* ** de *Clivis* Canonicus ecclesiæ Sancti Petri Trajectensis per antefatos tres Scrutatores, ut præfertur, adjuratus & interrogatus respondit ut sequitur: *Ego Johannes de Clivis Canonicus ecclesiæ Sancti Petri Trajectensis spero, quod Venerabilis & illustris vir D. Fredericus de Baden Canonicus Trajectensis propter merita & virtutes, quas de eo audivi, erit proficuus & utilis ecclesiæ & patriæ Trajectensi, & nescio alium ydoneorem, Quare ipsum nomino eligendum in Episcopum Trajectensem, & in hoc consentio.* Deinde præfatus D. *Ghilbertus Judoci* Canonicus & Scholasticus ecclesiæ beatæ Mariæ Trajectensis per antefatos tres Scrutatores adjuratus & interrogatus respondit, ut sequitur: *Ego Ghilbertus Judoci Canonicus & Scholasticus ecclesiæ beatæ Mariæ Trajectensis, ex quo non habeo notitiam illius, pro quo est rogatum, sic ego consentio, quod postuletur Dns Ludovicus de Montfoort in Episcopum Trajectensem, ex quo ipsum nosco nobilem & humilem.* Deinde dictus Dns *Gerardus* ten *Heeren-hove* Canonicus majoris ecclesiæ Trajectensis per antedictos tres Scrutatores, ut præfertur, adjuratus & interrogatus respondit ut sequitur: *Ego Gerardus ten Heerenhove Canonicus majoris ecclesiæ Trajectensis consentio in Venerabilem & illustrem Dnm Fredericum de Baden confratrem meum, ut eligatur in Episcopum Trajectensem, propter merita & virtutes, quas de ipso audivi, etiam à fide dignis personis.* Deinde dictus Dns *Gerardus Lenss* Canonicus & Scholasticus ecclesiæ Sancti Salvatoris Tra-

** Supra pag. 741. vocatur de *Cluns*.

Trajectensis per prædictos tres Scrutatores, ut præmittitur, adjuratus & interrogatus respondit ut sequitur: *Ego Gerardus Lenff Canonicus & Scholasticus ecclesiæ Sancti Salvatoris Trajectensis nomino & consentio in Venerabilem & illustrem Dnm Fredericum de Baden Canonicum Trajectensem, ut eligatur in Episcopum Trajectensem, quia novi eum à multis annis virum Catholicum & ydoneum pro Episcopali dignitate Trajectensi.* Deinde dictus D. *Petrus* de *Amerongen* Canonicus ecclesiæ beatæ Mariæ Trajectensis per antefatos Scrutatores sic ut præmittitur adjuratus & interrogatus respondit ut sequitur: *Ego Petrus de Amerongen Canonicus ecclesiæ beatæ Mariæ Trajectensis consentio & nomino Venerabilem & illustrem Dnm Fredericum de Baden Canonicum Trajectensem, ut eligatur in Episcopum Trajectensem propter virtutes & merita quas audivi famamque de eo.* Deinde antedictus D. *Henricus Braem* Canonicus ecclesiæ Sancti Petri Trajectensis per sæpedictos tres Scrutatores sic ut præmittitur adjuratus & interrogatus respondit in hunc modum: *Ego Henricus Braem Canonicus ecclesiæ Sancti Petri Trajectensis nescio alium ydoneorem, ut eligatur in Episcopum Trajectensem, quam Venerabilem & illustrem Dnm Fredericum de Baden Canonicum Trajectensem, quia novi eum ydoneum ac virum probum & legalem.* Deinde D. *Johannes Roberti* alias *Nys* Canonicus ecclesiæ Sancti Petri Trajectensis præscriptus per antedictos tres Scrutatores, ut præmittitur, adjuratus & interrogatus respondit ut sequitur: *Ego Johannes Roberti alias Nys Canonicus ecclesiæ Sancti Petri Trajectensis nomino & consentio in Venerabilem & illustrem* D. *Fredericum de Baden Canonicum Trajectensem, ut eligatur in Episcopum Trajectensem propter merita & virtutes suas, quas de eo audivi.* Deinde dictus D. *Johannes* de *Amerongen* Canonicus ecclesiæ Sancti Johannis Trajectensis per præfatos tres Scrutatores sic ut præfertur adjuratus & interrogatus respondit ut sequitur: *Ego Johannes de Amerongen Canonicus ecclesiæ Sancti Johannis Trajectensis consentio in Venerabilem & illustrem Dominum Fredericum de Baden Canonicum Trajectensem propter ejus sapientiam, scientiam, & dignitatem, ut eligatur, in Episcopum Trajectensem.* Deinde dictus Dns *Abraham* de *Lewenberch* Canonicus majoris ecclesiæ Trajectensis per dictos tres Scrutatores ut præmittitur adjuratus & interrogatus respondit ut sequitur: *Ego Abraham de Lewenberch Canonicus ecclesiæ majoris Trajectensis propter virtutes* &

& merita, quas audivi publice famari de Venerabili & illustri Dno Frederico de Baden confratre meo ipsum nomino, & consentio, ut eligatur in Episcopum Trajectensem. Deinde præfatus D. *Anthonius Pott* Canonicus majoris ecclesiæ Trajectensis per supradictos tres Scrutatores sic ut præmittitur adjuratus & interrogatus respondit ut sequitur: *Ego Anthonius Pott Canonicus majoris ecclesiæ Trajectensis propter bonam famam & merita, quæ audivi relatu multorum fide dignorum Prælatorum & aliorum de Venerabili & illustri Dno Frederico de Baden confratre meo, & spero & credo, quod est digna persona non solum præessendi, sed etiam præficiendi ad ecclesiam Trajectensem, & idcirco ipsum nomino & consentio, ut eligatur in Episcopum Trajectensem.* Deinde dictus Dns *Jacobus* de *Apelteren* Canonicus majoris ecclesiæ Trajectensis per præfatos tres Scrutatores ut præmittitur adjuratus atque interrogatus respondit ut sequitur: *Ego Jacobus de Apelteren Canonicus majoris ecclesiæ Trajectensis nomino & consentio in Venerabilem & illustrem D. Fredericum de Baden confratrem meum, ut eligatur in Episcopum Trajectensem propter merita & virtutes, quas de eo audivi.* Deinde præfatus D. *Nicolaus* ** de *Lavennis* Canonicus majoris ecclesiæ Trajectensis per præfatos tres Scrutatores ut præmittitur adjuratus atque interrogatus respondit, ut sequitur: *Ego Nicolaus de Lavennis Canonicus majoris ecclesiæ Trajectensis medio juramento per me ecclesiæ Trajectensi præstito nomino & consentio in Venerabilem & illustrem D. Fredericum de Baden confratrem meum, ut eligatur in Episcopum Trajectensem propter bonam famam, quam de eo audivi.* Deinde Dns *Michael Wissens* Canonicus ecclesiæ Sancti Johannis Trajectensis præfatus per dictos tres Scrutatores ut præfertur adjuratus & interrogatus respondit ut sequitur: *Ego Michael Wissens Canonicus ecclesiæ Sancti Johannis Trajectensis nomino & consentio in Venerabilem & illustrem D. Fredericum de Baden Canonicum Trajectensem, ut eligatur in Episcopum Trajectensem propter merita & virtutes suas, quas de eo audivi.* Deinde dictus D. *Johannes* de *Castro* Canonicus ecclesiæ Sancti Johannis Trajectensis per præfatos tres Scrutatores, ut præmittitur, adjuratus & interrogatus respondit ut sequitur: *Ego Johannes de Castro Canonicus ecclesiæ Sancti Johannis Trajectensis nomino & consentio in Venerabilem & illustrem Dnm Fredericum de Baden Canonicum Trajectensem, ut eligatur in Episcopum Trajectensem propter merita & virtutes suas, quas de eo audivi.* Deinde præfatus Dns *Hermannus*

** Supra pag. 741. vocatur de la Neve.

Tulleman Canonicus majoris ecclesiæ Trajectensis per prædictos tres Scrutatores, ut præfertur, adjuratus & rogatus respondit, ut sequitur: *Ego Hermannus Tulleman Canonicus majoris ecclesiæ Trajectensis ex quo novi Venerabilem & illustrem Dnm Fredericum de Baden in Romana Curia, & etiam in partibus, & etiam de bona fama ipsius multum audivi, ipsum nomino ut eligatur in Episcopum Trajectensem, & in eum consentio, & nescio alium ydoneorem.* Deinde dictus Dns *Arnoldus Consinck* Canonicus majoris ecclesiæ Trajectensis per præfatos tres Scrutatores ut præfertur adjuratus & interrogatus respondit ut sequitur: *Ego Arnoldus Consinck Canonicus majoris ecclesiæ Trajectensis nomino & consentio in Venerabilem & illustrem Dnm Fredericum de Baden confratrem meum, ut eligatur in Episcopum Trajectensem propter merita & virtutes suas, quas audivi de eo.* Deinde præfatus Dns *Ægidius Gobbaert* Canonicus majoris ecclesiæ Trajectensis per dictos tres Scrutatores, ut præmittitur, adjuratus & interrogatus respondit: *Ego Ægidius Gobbaert Canonicus majoris ecclesiæ Trajectensis nomino & consentio in Venerabilem & illustrem Dnm Fredericum de Baden confratrem meum, ut eligatur in Episcopum Trajectensem propter merita & virtutes, quas de eo audivi, & etiam ab eo vidi in Romana Curia.* Deinde dictus Dns *Johannes Knyff* Canonicus ecclesiæ Sancti Salvatoris Trajectensis per prædictos tres Scrutatores ut præfertur adjuratus & interrogatus respondit ut sequitur: *Ego Johannes Knyff Canonicus ecclesiæ Sancti Salvatoris Trajectensis nomino & consentio in Venerabilem & illustrem Dnum Fredericum de Baden Canonicum Trajectensem, ut eligatur in Episcopum Trajectensem, & credo neminem fore ad hoc ydoneorem.* Deinde dictus D. *Antonius* de *Vinea* Canonicus ecclesiæ beatæ Mariæ Trajectensis per dictos tres Scrutatores ut præmittitur adjuratus & interrogatus respondit ut sequitur: *Ego Anthonius de Vinea Canonicus ecclesiæ beatæ Mariæ Trajectensis nomino & consentio in Venerabilem & illustrem Dnm Fredericum de Baden Canonicum Trajectensem, ut eligatur in Episcopum Trajectensem propter merita & virtutes suas, quas audivi de eo.* Deinde Dns *Cornelius* de *Zelbach* Canonicus ecclesiæ Sancti Salvatoris Trajectensis per antefatos tres Scrutatores, ut præmittitur, adjuratus & interrogatus respondit, ut sequitur: *Ego Cornelius de Zelbach Canonicus ecclesiæ Sancti Salvatoris Trajectensis nomino & consentio in Venerabilem & illustrem Dnm Fredericum de Baden Canonicum Trajectensem, ut eligatur in Episcopum Trajectensem*

sem

sem propter merita & virtutes suas, quas de eo audivi, & spero quod erit bene ydoneus pro ecclesia & patria Trajectensi. Deinde præfatus Dns *Arnoldus* ** *Grundick* Canonicus ecclesiæ beatæ Mariæ Trajectensis per dictos tres Scrutatores ut præmittitur adjuratus & interrogatus respondit ut sequitur: *Ego Arnoldus Grundick Canonicus ecclesiæ beatæ Mariæ Trajectensis nomino & consentio in Venerabilem & illustrem D. Fredericum de Baden Canonicum Trajectensem eligendum in Episcopum Trajectensem propter merita & virtutes suas, quas de eo audivi.* Deinde prælibatus Dns *Gerardus* de ** *Buren* Canonicus ecclesiæ Sancti Salvatoris Trajectensis per dictos tres Scrutatores, ut præmittitur, adjuratus & interrogatus respondit ut sequitur: *Ego Gerardus de Bueren Canonicus ecclesiæ Sancti Salvatoris Trajectensis nomino & consentio in Venerabilem & illustrem Dnm Fredericum de Baden Canonicum Trajectensem eligendum in Episcopum Trajectensem propter merita & virtutes suas, quas audivi de eo.* Deinde dictus Dns *Nicolaus Lamberti* Canonicus ecclesiæ Sancti Petri Trajectensis per dictos tres Scrutatores sic ut præmittitur adjuratus & interrogatus respondit ut sequitur: *Ego Nicolaus Lamberti Canonicus Sancti Petri Trajectensis nomino & consentio in Venerabilem & illustrem Dnm Fredericum de Baden Canonicum Trajectensem, ut eligatur in Episcopum Trajectensem propter merita & virtutes suas, quas de eo audivi.* Deinde Dns *Johannes Martini* Canonicus ecclesiæ Sancti Johannis Trajectensis præfatus per dictos tres Scrutatores ut præfertur adjuratus & interrogatus respondit, ut sequitur: *Ego Johannes Martini Canonicus ecclesiæ Sancti Johannis Trajectensis medio juramento per me ecclesiæ præstito, quia videtur michi, quod nosco Venerabilem & illustrem Dnm Fredericum de Baden Canonicum Trajectensem utilem & ydoneum ecclesiæ & patriæ Trajectensi, & non nosco utiliorem, ipsum nomino eligendum in Episcopum Trajectensem & in hoc consentio.* Deinde dictus Dns *Theodericus* de *Hair* Canonicus ecclesiæ Sancti Petri Trajectensis per præfatos tres Scrutatores sic ut præmittitur adjuratus & interrogatus respondit, ut sequitur: *Ego Theodericus de Hair Canonicus ecclesiæ Sancti Petri Trajectensis nomino & consentio in Venerabilem & illustrem Dnm Fredericum de Baden Canonicum Trajectensem, ut eligatur in Episcopum Trajectensem propter merita & virtutes suas, quas de eo audivi.* Deinde dictus Dns *Anthonius* de *Windshem* Canonicus ecclesiæ Sancti Petri Trajectensis per dictos

** Supra pag. 741. vocatur *Grandick.*

** Supra d. pag. vocatur *Baurn.*

dictos tres Scrutatores, ut præmittitur, adjuratus & interrogatus respondit, ut sequitur: *Ego Antonius de Windshem Canonicus ecclesiæ Sancti Petri Trajectensis nomino & consentio in Venerabilem & illustrem Dnm Fredericum de Baden Canonicum Trajectensem, ut eligatur in Episcopum Trajectensem propter merita & virtutes suas, quas de eo audivi.* Deinde dictus Dns *Johannes Poertick* Canonicus ecclesiæ Sancti Petri Trajectensis per præfatos tres Scrutatores ut præfertur adjuratus & interrogatus respondit ut sequitur: *Ego Johannes Poertick Canonicus ecclesiæ Sancti Petri Trajectensis nomino & consentio in Venerabilem & illustrem Dnm Fredericum de Baden eligendum in Episcopum Trajectensem, quia audivi à multis fide dignis personis non solum hic intra sed & extra civitatem Trajectensem, quod sit vir meritus & virtuosus.* Deinde dictus Dns *Wynricus Hoyer* Canonicus ecclesiæ beatæ Mariæ Trajectensis per dictos tres Scrutatores, ut præfertur, adjuratus & interrogatus respondit ut sequitur: *Ego Wynricus Hoyer Canonicus ecclesiæ beatæ Mariæ Trajectensis nomino & consentio in Venerabilem & illustrem Dnm Fredericum de Baden Canonicum Trajectensem eligendum in Episcopum Trajectensem, propter merita & virtutes suas, quas de eo audivi, & etiam ipsum novi pro digna persona.* Deinde dictus Dns *Johannes Tulleman* Canonicus ecclesiæ Sancti Salvatoris Trajectensis per dictos tres Scrutatores sic ut præmittitur adjuratus & interrogatus respondit ut sequitur: *Ego Johannes Tulleman Canonicus ecclesiæ Sancti Salvatoris Trajectensis nomino & consentio in Venerabilem & illustrem Dnm Fredericum de Baden Canonicum Trajectensem, ut eligatur in Episcopum Trajectensem propter merita & virtutes suas, quas de eo dici audivi.* Deinde dictus Dns Gerardus Zoudenbalch Canonicus majoris ecclesiæ Trajectensis per dictos tres Scrutatores sic, ut præmittitur, adjuratus & interrogatus respondit in hæc verba: *Ego Gerardus Zoudenbalch Canonicus majoris ecclesiæ Trajectensis nomino & consentio in Venerabilem & illustrem Dnm Fredericum de Taden confratrem meum, eligendum in Episcopum Trajectensem, propter merita & virtutes suas, quas de eo famari audivi.* Deinde præfatus Dns *Johannes de Tussenbroeck* Canonicus majoris ecclesiæ Trajectensis per antedictos tres Scrutatores, ut præmittitur, adjuratus & interrogatus respondit ut sequitur: *Ego Johannes de Tussenbroeck Canonicus majoris ecclesiæ Trajectensis, ex quo non scio aliquem ydoneorem pro Episcopatu Trajectensi, quam Venerabilem*

lem & illustrem Dnm Fredericum de Baden confratrem meum, quia novi eum ydoneam personam, & etiam id de fama publica percepi, nomino & consentio in eum, eligendum in Episcopum Trajectensem. Deinde dictus Dns *Fredericus* de *Coninck* Canonicus ecclesiæ Sancti Petri Trajectensis per antefatos tres Scrutatores, ut præfertur, adjuratus & interrogatus respondit ut sequitur: *Ego Fredericus de Coninck Canonicus ecclesiæ Sancti Petri Trajectensis nomino & consentio in Venerabilem & illustrem Dnm Fredericum de Baden Canonicum Trajectensem, ut eligatur in Episcopum Trajectensem propter virtutes & merita, quas de eo famari audivi.* Deinde dictus Dns *Johannes* de *Nyspen* Canonicus ecclesiæ Sancti Petri Trajectensis per dictos tres Scrutatores sic ut præmittitur adjuratus & interrogatus respondit ut sequitur: *Ego Johannes de Nyspen Canonicus ecclesiæ Sancti Petri Trajectensis dico juxta juramentum per me præstitum, quod ex quo novi Venerabilem & illustrem Dnm Fredericum de Baden Canonicum Trajectensem virtuosum & ydoneum virum, ipsum nomino eligendum in Episcopum Trajectensem & consentio in eum.* Deinde dictus Dns *Petrus* de *Mera* Canonicus ecclesiæ Sancti Petri Trajectensis per antedictos tres Scrutatores, ut præfertur, adjuratus & interrogatus respondit, ut sequitur: *Ego Petrus de Mera Canonicus ecclesiæ Sancti Petri Trajectensis nomino & consentio in Venerabilem & illustrem Dnm Fredericum de Baden Canonicum Trajectensem, ut eligatur in Episcopum Trajectensem propter virtutes & merita, quas de eo famari audivi, & à fide dignis personis etiam percepi, quod sit amator Cleri & pacis.* Deinde dictus Dns *Nicolaus* ** *Noeykyns* Canonicus ecclesiæ Sancti Johannis Trajectensis per sæpedictos tres Scrutatores, ut præfertur, adjuratus & interrogatus respondit ut sequitur: *Ego Nicolaus Noeykyns Canonicus ecclesiæ Sancti Johannis Trajectensis ratione juramenti præstiti nomino & consentio in Venerabilem & illustrem Dnm Fredericum Canonicum Trajectensem, ut eligatur in Episcopum Trajectensem propter virtutes & merita, quas de eo famari audivi.* Deinde præfatus Dns *Jacobus* de *Amerongen* Canonicus ecclesiæ beatæ Mariæ Trajectensis per antefatos tres Scrutatores sic ut præmittitur adjuratus & interrogatus respondit, ut sequitur: *Ego Jacobus de Amerongen Canonicus ecclesiæ beatæ Mariæ Trajectensis credo meliorem & utiliorem futurum Dnm Trajectensem Venerabilem & illustrem Dominum Fredericum de Baden Canonicum Trajectensem eligendum in Episcopum Trajectensem propter virtutes & merita, quas de eo famari audivi, & con-*

** Supra p. 741. vocatur *Noenkens.*

sentio in ipsum ut eligatur. Deinde dictus Dns *Arnoldus* de *Sgravesande* Canonicus majoris ecclesiæ Trajectensis sic ut præfertur adjuratus & interrogatus respondit ut sequitur: *Ego Arnoldus de Sgravensande Canonicus majoris ecclesiæ Trajectensis nomino Venerabilem & illustrem Dnm Fredericum de Baden Confratrem meum, & in ipsum consentio, ut eligatur in Episcopum Trajectensem propter virtutes & merita, quas de eo famari audivi.* Deinde dictus Dns *Johannes* de *Diepholt* Canonicus ecclesiæ Sancti Johannis Trajectensis per antedictos tres Scrutatores sic ut præmittitur adjuratus & interrogatus respondit ut sequitur: *Ego Johannes de Diepholt Canonicus ecclesiæ Sancti Johannis Trajectensis nomino & consentio in Venerabilem & illustrem Dnm Fredericum de Baden Canonicum Trajectensem, ut eligatur in Episcopum Trajectensem propter virtutes & merita, quas de eo famari audivi.* Deinde præfatus Dns *Christianus* de *Zenden* Canonicus ecclesiæ Sancti Salvatoris Trajectensis per prædictos tres Scrutatores sic ut præfertur adjuratus & interrogatus respondit ut sequitur: *Ego Christianus de Zenden Canonicus ecclesiæ Sancti Salvatoris Trajectensis nomino & consentio in Venerabilem & illustrem Dnm Fredericum de Baden Canonicum Trajectensem eligendum in Episcopum Trajectensem propter virtutes & merita, quas de eo famari audivi, & quia novi eum in Romana Curia bonæ famæ & reputationis.* Deinde præfatus Dns *Gysbertus Byndop* Canonicus ecclesiæ Sancti Salvatoris Trajectensis per antefatos tres Scrutatores sic ut præfertur adjuratus & interrogatus respondit ut sequitur: *Ego Gysbertus Byndop Canonicus ecclesiæ Sancti Salvatoris Trajectensis nomino & consentio in Venerabilem & illustrem Dnm Fredericum de Baden Canonicum Trajectensem, ut eligatur in Episcopum Trajectensem, propter merita & virtutes, quas de eo dici audivi.* Deinde dictus Dns *Amelgardus* de *Haerlem* Canonicus ecclesiæ Sancti Johannis Trajectensis per dictos tres Scrutatores sic ut præmittitur adjuratus & interrogatus respondit ut sequitur: *Ego Amelgardus de Haerlem Canonicus ecclesiæ Sancti Johannis Trajectensis nomino & consentio in Venerabilem & illustrem Dnm Fredericum de Baden Canonicum Trajectensem eligendum in Episcopum Trajectensem propter virtutes, & merita, quas de eo famari audivi.* Deinde præfatus Dns *Henricus Zoudenbalch* Canonicus ecclesiæ beatæ Mariæ Trajectensis per sæpe dictos tres Scrutatores, ut præfertur, adjuratus & interrogatus respondit ut sequitur: *Ego Henricus Zou-*

Zoudenbalch Canonicus ecclesiæ beatæ Mariæ Trajectensis nomino & consentio in Venerabilem & illustrem Dnm Fredericum de Baden Canonicum Trajectensem eligendum in Episcopum Trajectensem propter virtutes & merita, quas de eo famari audivi. Deinde præfatus Dns *Gosuinus* de *Lottbing* Canonicus ecclesiæ Sancti Johannis Trajectensis per antedictos tres Dnos Scrutatores sic ut præfertur adjuratus & interrogatus respondit ut sequitur: *Ego Gosuinus de Lottbing Canonicus ecclesiæ Sancti Johannis Trajectensis nomino & consentio in Venerabilem & illustrem Dnm Fredericum de Baden Canonicum Trajectensem ut eligatur in Episcopum Trajectensem propter virtutes & merita, quas de eo famari audivi.* Deinde præfatus Dns *Heydenricus* de *Beverwerde* Canonicus ecclesiæ beatæ Mariæ Trajectensis per sæpedictos tres Dnos Scrutatores sic ut præfertur adjuratus & interrogatus respondit ut sequitur: *Ego Heydenricus de Beverweerde Canonicus ecclesiæ beatæ Mariæ Trajectensis nomino & consentio in Venerabilem & illustrem Dnm Fredericum de Baden Canonicum Trajectensem eligendum in Episcopum Trajectensem propter virtutes & merita quas de eo famari audivi.* Deinde præfatus Dns *Henricus* de *Compostelle* Canonicus ecclesiæ beatæ Mariæ Trajectensis per sæpe dictos tres Scrutarores sic ut præfertur adjuratus & interrogatus respondit ut sequitur: *Ego Henricus de Compostelle Canonicus ecclesiæ beatæ Mariæ Trajectensis, nomino & consentio in Venerabilem & illustrem Dnm Fredericum de Baden Canonicum Trajectensem ut eligatur in Episcopum Trajectensem propter virtutes & merita, quas de eo famari audivi.* Deinde antedictus Dns *Adrianus Ram* Canonicus majoris ecclesiæ Trajectensis per sæpe fatos Dnos tres Scrutatores sic ut præmittitur adjuratus & interrogatus respondit ut sequitur: *Ego Adrianus Ram Canonicus majoris ecclesiæ Trajectensis credo utiliorem & ydoneorem pro Episcopatu Trajectensi Venerabilem & illustrem Dnm Fredericum de Baden confratrem meum. Quare ipsum nomino eligendum in Episcopum Trajectensem propter virtutes & merita quas de eo famari audivi, & ita consentio.* Deinde dictus Dns *Henricus* ** *Mandwyck* Canonicus majoris ecclesiæ Trajectensis per antedictos tres Dnos Scrutatores sic ut præmittitur adjuratus & interrogatus respondit ut sequitur: *Ego Henricus Mandwyck Canonicus majoris ecclesiæ Trajectensis nomino & consentio in Venerabilem & illustrem Dnm Fredericum de Baden Canonicum* ** *meum Trajectensem, ut eligatur in* Epi-

** Supra p. 741. vocatur *Maerdewyck.*

** Sic edidit Cl. Matthæus.

Digitized by Google

Episcopum Trajectensem, propter virtutes & merita, quas de eo famari audivi, & nescio utiliorem eo. Deinde prælatus Dns *Johannes* de *Molendino* Canonicus majoris ecclesiæ Trajectensis per antedictos tres Dnos Scrutatores sic ut præmittitur adjuratus & interrogatus respondit ut sequitur: *Ego Johannes de Molendino Canonicus majoris ecclesiæ Trajectensis secundum conscientiam meam & propter bonam spem quam habeo, & etiam propter merita & virtutes, quas intellexi ex fama publica de Venerabili & illustri Dno Frederico de Baden confratre meo, quod erit utilis ecclesiæ & patriæ Trajectensi, ipsum nomino eligendum in Episcopum Trajectensem. & in eum consentio.* Deinde prælibatus Dns *Johannes Knyff* Canonicus ecclesiæ Sancti Petri Trajectensis per antedictos tres Dnos Scrutatores sic ut præfertur adjuratus & interrogatus respondit, ut sequitur: *Ego Johannes Knyff Canonicus ecclesiæ Sancti Petri Trajectensis nomino & consentio in Venerabilem & illustrem Dnm Fredericum Canonicum Trajectensem, ut eligatur in Episcopum Trajectensem propter merita & virtutes, quas de eo famari audivi.* Deinde dictus Dns *Petrus Wolffardi* Canonicus ecclesiæ Sancti Salvatoris Trajectensis per antedictos tres Scrutatores sic ut præmittitur adjuratus & interrogatus respondit ut sequitur: *Ego Petrus Wolffardi Canonicus ecclesiæ Sancti Salvatoris Trajectensis attentis & consideratis utilitate & salute ipsius diœcesis & patriæ Trajectensis, ac patriarum circum adjacentium, nescio alium & ydoneorem, quam Venerabilem & illustrem Dnm Fredericum de Baden Canonicum Trajectensem, quem nomino & in illum consentio, ut eligatur in Episcopum Trajectensem.* Deinde præfatus Dns *Theodericus* de *Drakenburch* Canonicus majoris ecclesiæ Trajectensis per sæpedictos tres Dnos Scrutatores sic ut præmittitur adjuratus & interrogatus respondit ut sequitur: *Ego Theodericus de Drakenborch Canonicus majoris ecclesiæ Trajectensis nomino & consentio in Venerabilem & illustrem Dnm Fredericum de Baden confratrem meum, ut eligatur in Episcopum Trajectensem propter bonam famam, quam de eo audivi.* Deinde præfatus Dns *Arnoldus Boekelaer* Canonicus majoris ecclesiæ Trajectensis per antefatos tres Dnos Scrutatores sic ut præmittitur adjuratus & interrogatus respondit ut sequitur: *Ego Arnoldus Boekelaer Canonicus majoris ecclesiæ Trajectensis ex quo intellexi relatu multorum Prælatorum & aliorum hominum de probitate & qualificatione Venerabilis & illustris*

illustris Dni Frederici de Baden confratris mei, ipsum nomino & in ipsum consentio, ut eligatur in Episcopum Trajectensem. Deinde dictus Dns *Johannes Vos* Canonicus ecclesiæ Sancti Salvatoris Trajectensis per præfatos Scrutatores sic ut præmittitur adjuratus & interrogatus respondit ut sequitur: *Ego Johannes Vos Canonicus ecclesiæ Sancti Salvatoris nomino & consentio in Venerabilem & illustrem Dnm Fredericum de Baden Canonicum Trajectensem, ut eligatur in Episcopum Trajectensem propter bonam famam, quam de eo percepi & audivi.* Deinde dictus Dns *Bernardus Mommen* Canonicus majoris ecclesiæ Trajectensis per sæpedictos tres Dnos Scrutatores sic ut præfertur adjuratus & interrogatus respondit ut sequitur: *Ego Bernardus Mommen Canonicus majoris ecclesiæ Trajectensis medio juramento per me ecclesiæ præstito nomino & consentio in Venerabilem & illustrem Dnm Fredericum de Baden confratrem meum, ut eligatur in Episcopum Trajectensem, quia novi eum Romæ bene morigeratum, & intellexi eum legitimæ ætatis & literaturæ sufficientis, & credo quod erit utilis ecclesiæ & patriæ Trajectensi.* Deinde præfatus Dns *Jacobus Kroll* Canonicus ecclesiæ beatæ Mariæ Trajectensis per antedictos tres Dnos Scrutatores sic ut præmittitur adjuratus & interrogatus respondit ut sequitur: *Ego Jacobus Kroll Canonicus ecclesiæ beatæ Mariæ Trajectensis nomino & consentio in Venerabilem & illustrem Dnm Fredericum de Baden Canonicum Trajectensem, ut eligatur in Episcopum Trajectensem, propter merita & virtutes suas, quas de eo famari audivi.* Deinde dictus Dns *Albertus Schuersack* Canonicus ecclesiæ beatæ Mariæ Trajectensis per sæpefatos tres Dnos Scrutatores sic ut præmittitur adjuratus & interrogatus respondit ut sequitur: *Ego Albertus Schuersack Canonicus ecclesiæ beatæ Mariæ Trajectensis, ex quo ex relatu & fama audio omnes virtutes prædicari de Venerabili & illustri Dno Frederico de Baden Canonico Trajectensi, ipsum nomino, & in eum consentio, ut eligatur in Episcopum Trajectensem.* Deinde dictus Dns *Matthias*** *Boers* Canonicus ecclesiæ Sancti Salvatoris Trajectensis per antedictos Dnos Scrutatores sic ut præmittitur adjuratus & interrogatus respondit ut sequitur: *Ego Matthias Boers Canonicus ecclesiæ Sancti Salvatoris Trajectensis nomino & consentio in Venerabilem & illustrem Dnm Fredericum de Baden Canonicum Trajectensem eligendum in Episcopum Trajectensem propter virtutes & merita, quas de eo famari audivi, & quia nosco eum probum hominem, & habilem*

** Supra p. 741. vocatur *Baers*.

lem & ydoneum ad ecclesiam Trajectensem promovendum & eligendum. Deinde præfatus Dns *Theodericus Liverjan* Canonicus ecclesiæ Sancti Johannis Trajectensis per dictos tres Scrutatores sic ut præfertur adjuratus & interrogatus respondit ut sequitur: *Ego Theodericus Liverjan Canonicus ecclesiæ Sancti Johannis Trajectensis, credo utiliorem & meliorem Venerabilem & illustrem Dnm Fredericum de Baden Canonicum Trajectensem pro ecclesia Trajectensi. Quare ipsum nomino & in eum consentio, ut eligatur in Episcopum Trajectensem propter virtutes & merita, quas de eo famari audivi, & etiam quia vidi eum Coloniæ virum probum & devotum.* Tandem Dns *Theodoricus* ** *Kryeck* Canonicus ecclesiæ Sancti Salvatoris Trajectensis per sæpedictos tres Dnos Scrutatores sic ut præmittitur adjuratus & interrogatus respondit, ut sequitur: *Ego Theodericus Kryeck Canonicus ecclesiæ Sancti Salvatoris Trajectensis nescio aliquem ydoneorem pro ecclesia Trajectensi, quam Venerabilem & illustrem Dnm Fredericum de Baden Canonicum Trajectensem. Quare ipsum nomino & in eum consentio, ut eligatur in Episcopum Trajectensem, propter virtutes & merita, quas de eo famari audivi. Etiam propter utilitatem status & patriæ Trajectensis.* Et post exitum dicti Dni Theodorici Kryeck dictis Dnis Scrutatoribus adhuc in loco scrutinii existentibus, cumque ab illo nondum discesserant, rediit & retractavit supranominatus Dns *Ghilbertus Judoci* Canonicus & Scholasticus ecclesiæ beatæ Mariæ Trajectensis, & dixit hæc vel similia verba: *Ego Ghilbertus Judoci Canonicus & Scholasticus ecclesiæ beatæ Mariæ Trajectensis certis de causis animum meum ad hoc moventibus muto hic coram vobis Dnis Scrutatoribus adhuc scrutantibus & in scrutinio existentibus votum meum prius emissum & consentio in Venerabilem & illustrem virum D. Fredericum de Baden Canonicum Trajectensem, ut eligatur in Episcopum Trajectensem.* Quo siquidem scrutinio votorum ut præfertur facto & completo, & per me *Michaelem* Notarium in scriptis ut similiter præfertur redacto, mox & in continenti nullo alio intermedio dicti tres Dni Scrutatores inde ad loca sua priora in eadem domo Capitulari ecclesiæ Trajectensis accesserunt, ibique coram prænominatis omnibus Prælatis & Canonicis Capitularibus per os dicti Dni *Ludolphi* de *Veno* Decani alta & intelligibili voce dixerunt se omnium & singulorum Prælatorum & Canonicorum Capitularium vota scrutatos esse, & ea in scriptis per

** Supra p. 741. vocatur *Kogeck.*

per manum mei Michaelis Notarii prædicti redegisse, seque esse paratos ad illa sic ut in scriptis redacta per os mei Notarii hujusmodi publicandi, quatenus ipsis Dnis Prælatis & Canonicis Capitularibus placeret. Illis autem omnibus respondentibus hoc eis placere dictus Dns *Ludolphus* de *Veno* Decanus de expresso consensu & commissione suorum Conscrutatorum prædictorum dixit alta & intelligibili voce sua ac omnium & singulorum Prælatorum & Canonicorum Capitularium vota in unum videlicet Venerabilem & illustrem Dnm *Fredericum* ex Marchionibus de *Baden* Canonicum ecclesiæ Trajectensis directa fuisse, prout in scriptis per me *Michaelem* Notarium antedictum redacta essent, mandans michi propterea de simili consensu eorundem Conscrutatorum suorum, ut hujusmodi omnia & singula vota sic in scriptis redacta ibidem in medium alta & intelligibili voce publice in communi legerem & publicarem. Cui mandato ego *Michael* Notarius prædictus obtemperans vota hujusmodi, prout supra inserta sunt, publice alta & intelligibili voce in communi ibidem legi atque publicavi. Qua publicatione sic facta mox & in continenti nullo alio actu intermedio præfatus Dns *Ludolphus* Decanus juxta potestatem sibi ut præscribitur traditam in totius Capituli prædicti præsentia alta & intelligibili voce supranominatis Dnis Prælatis & Canonicis Capitularibus dixit hæc vel eis in effectu similia verba: Venerabiles Dni mei ex quo nos tres Scrutatores & vos omnes & singuli in unum videlicet Venerabilem & illustrem virum Dnm Fredericum ex Marchionibus de Baden Canonicum Trajectensem, ut Episcopus Trajectensis eligeretur, consensimus, & propterea non sit habenda aut facienda collatio numeri ad numerum, nec zeli ad zelum, aut meriti ad meritum, sed duntaxat diligens collatio & consideratio de hoc, quod ego una cum Conscrutatoribus meis & vobis excedimus duas partes Capituli generalis quinque ecclesiarum Trajectensium, & omnium eorum, qui huic electioni de jure aut consuetudine interesse potuerunt & debuerunt, quod appareat potestatem Capituli ad eligendum seu postulandum apud hic præsentes residere. Idcirco considero hic non abesse ex illis, qui huic electioni de jure aut consuetudine interesse potuerunt & debuerunt, & qui de Capitulo generali quinque ecclesiarum Trajectensium existunt, nisi duntaxat Venerabiles & egregios Dnos,

Dnos, *Simonem* de *Slusa* Præpositum & Archidiaconum ecclesiæ Trajectensis, dictum Dnm *Conradum* Episcopum *Osnaburgensem*, Commendatarium Præpositurae Daventriensis, *Johannem Kerckhof* Præpositum Embricensem, Archidiaconos in ecclesia Trajectensi, *Gysbertum* de *Stoutenborch* Præpositum Sancti Johannis, & *Stephanum* de *Reumeler* Decanum Sancti Petri, nec non *Johannem Renesf*, *Johannem* de *Boechove* majoris, *Godefridum Pymperé* Sancti Petri, *Johannem Zyll*, & *Anthonium* de *Boechout* Sancti Johannis, ac *Rodolphum Vries*, *Johannem Oeckell*, & *Johannem Listige*, beatæ Mariæ ecclesiarum Canonicos, ac quondam Dnm *Henricum* de *Lotthing*, dum vixit, Decanum ecclesiæ Sancti Johannis Trajectensis, qui cum ut in instrumento executionis infra inserto citatus & vocatus fuerat ante duos dies ab hac luce decessit. Et sic tredecim duntaxat esse absentes de Capitulo quinque ecclesiarum prædictarum, qui electioni hujusmodi interesse potuissent & debuissent, & nos qui illi electioni interesse potuimus & interfuimus, ac nostra vota dare potuimus & dedimus, esse numero * octuaginta sex, & propterea nos longe excedere duas partes totius Capituli generalis prædicti, & eorum, qui huic electioni interesse potuerunt & debuerunt, & potestatem Capituli generalis apud nos hic præsentes residere, quodque omnes prædicti, qui vota sua dederunt, & in præfatum Dnm *Fredericum* de *Baden* consenserunt bono zelo, videlicet, quod ipse Dns *Fredericus* de *Baden* ecclesiæ Trajectensi utilis erit Pastor & Episcopus, & ob ejus præclara merita atque virtutes, ac in spiritualibus & temporalibus circumspectionem in eum sua vota direxerunt & consenserunt, ut in Episcopum Trajectensem eligeretur. Quæ considero atque confero, quodque ipse Dns *Fredericus* est vir plenæ ac maturæ ætatis, utpote qui jam tricesimum suæ ætatis annum exegit, de illustri ac legitimo matrimonio susceptus, & in Subdiaconatus ordine constitutus, morum honestate, ac virtutibus, nec non literarum sufficiente scientia pollet, ac jura ecclesiæ Trajectensis defendere poterit, sitque alias habilis & ydoneus, ut in Episcopum Trajectensem præficiatur. Quas siquidem considerationes & collationes idem Dns *Ludolphus* Decanus sic ut præmittitur ibidem alta & intelligibili voce fecit nemine penitus contradicente, ac propterea mox & in continenti nullo actu intermedio ad electionem dicti Dni *Frederici* de *Baden* in futurum Episcopum Tra-

* Heda in vita Frederici *pr. nec unquam tot concordia suffragia visa in electione alicujus Episcopi Trajectensis, quæ ultra numerum octuagenarium ascendebant.*

Trajectensem procedendum dixit, atque processit, habensque & tenens suis in manibus quandam papyri cedulam electionis hujusmodi illam ibidem coram omnibus Prælatis & Canonicis Capitularibus prænominatis in Capitulo generali prædicto publice alta & intelligibili voce in scriptis pronuntiavit & publicavit hujusmodi sub tenore: *In nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti ego Ludolphus de Veno Decanus ecclesiæ majoris Trajectensis ad actum infra scriptum faciendum à Prælatis & Capitulis quinque ecclesiarum Trajectensium Capitulariter congregatis assumptus & deputatus in honorem omnipotentis Dei & gloriosæ virginis Mariæ, & præcipue patroni nostri gloriosissimi beati Martini, eligo vice mei & Conscrutatorum meorum & omnium aliorum, qui in hoc Capitulo interesse debuerunt, & interfuerunt, qui in hoc unanimiter consenserunt, Venerabilem & illustrem Dnm Fredericum ex Marchionibus de Baden Canonicum dictæ ecclesiæ majoris Trajectensis, confratrem meum, in Episcopum & Pastorem ecclesiæ Trajectensis.* Eisque electione, pronuntiatione, & publicatione factis, mox & in continenti omnes & singuli Prælati & Canonici Capitulares prænominati electionem, pronuntiationem, & publicationem hujusmodi una ac alta & intelligibili voce, nemine contradicente concorditer laudarunt, acceptarunt, & approbarunt. Quo facto præfati Dni Prælati & Canonici Capitulares Capitulum generale prædictum ut præfertur repræsentantes per os dicti Dni *Ludolphi* de *Veno Theodrico* de *Malsen* Nuncio ecclesiæ Trajectensis jurato ibidem præsenti mandaverunt, ut statim & in continenti majorem campanam ecclesiæ Trajectensis pro congregatione populi ad audiendam publicationem electionis hujusmodi pulsari faceret. Qua tandem pulsari inchoata, & pulsa etiam ad notabile tempus, deinde præfati Dni Prælati & Canonici Capitulares in dicta domo Capitulari majoris ecclesiæ Trajectensis, processionaliter bini & bini chorum ipsius ecclesiæ Trajectensis accesserunt, Canonici quoque se ad stallos suos in choro receperunt, & illis inibi stantibus Prælati prænominati locum quendam certum & eminentiorem ante chorum ipsius ecclesiæ extantem ascenderunt, ibique dictus Dns *Ludolphus* Decanus juxta facultatem sibi, ut supra dicitur, traditam, electionem prædictam de persona dicti Dni *Frederici* ex Marchionibus de *Baden*, per eum etiam speciali facultate sibi à toto Capitulo generali data, vice sua, & omnium aliorum

qui huic electioni interfuerunt, factam & pronunciatam & concorditer ab omnibus Prælatis & Canonicis, qui electioni interfuerunt, ratificatam & acceptatam, coram magna multitudine nobilium & legislatorum ac populo civitatis & diœcesis Trajectensis personum campanæ prædictæ ac alias congregata, publice alta & intelligibili voce, ac materna & Teutonica lingua publicavit, & exclamavit, illique læto vultu altas voces ingentem lætitiam & applausum per hujusmodi electionis insinuationem emiserunt. Et deinde ipsi Prælati ad suos stallos in choro † Canonicis & aliis ministris ecclesiæ Trajectensis canticum *Te Deum laudamus* in organis, ac ad cordis jubilationem, solemniter decantarunt: De & super quibus omnibus & singulis præmissis post scrutinium votorum prædictorum factum & completum, ut præfertur, gestis atque factis, iidem Dni Prælati & Canonici nomine suo & totius Capituli per os dicti Dni Ludolphi Decani sibi à nobis *Michaele* & *Johanne Lateur* Notariis supra & infra scriptis unum vel plura publicum seu publica fieri petierunt atque confici instrumentum & instrumenta. Acta fuerunt hæc sicut præfertur post dictum scrutinium completum gesta atque facta, anno, indictione, & die tertia decima mensis Maji prædicti respective in domo Capitulari, ac ante chorum & in choro ecclesiæ Trajectensis supradictæ, præsentibus ibidem Venerabilibus & discretis viris Dnis ac Magistris *Ludovico* de *Montfoort* majoris, *Theoderico* de *Hair* juniore Sancti Petri, *Joanne* de *Morthem* beatæ Mariæ Trajectensium ecclesiarum Canonicis non Capitularibus, & *Theodrico* de *Malsen* Nuncio ecclesiæ Trajectensis jurato testibus fide dignis ad præmissa omnia & singula post dictum scrutinium completum vocatis specialiter atque rogatis.

† Deest *cum.*

Tenores vero principiorum & finium citationum reproductarum & instrumentorum executionum earundem, nec non cedulæ papireæ per Dnm *Johannem Nys* ac mandati per Dnm Johannem de Diepholt superius ut præmittitur exhibiti, ac etiam cedulæ monitionis per me *Michaelem* Notarium Capitulariter lectæ, sequuntur per ordinem, & sunt tales. Et primo tenor executionis citationis generalis per Nuncium juratum ecclesiæ Trajectensis factæ una cum principio & fine ejusdem citationis præinsertæ superius exhibitæ & reproductæ, unde supra fit mentio, sequitur, & est talis:

De-

Digitized by Google

Decani Majoris, Sancti Salvatoris, & beatæ Mariæ, ac Vicedecani Sancti Petri & Sancti Johannis, & Capitula ecclesiarum Trajectensium discreto viro *Theodrico* de *Malsen* Nuncio ecclesiæ Trajectensis jurato Salutem &c. Datum Trajecti sub dictarum quinque ecclesiarum nostrarum Trajectensium appensione sigillorum, sub anno à nativitate Dni millesimo nonagesimo sexto mensis Aprilis die vicesima tertia.

Egregiis & Venerabilibus viris Dnis Prælatis & Capitulis quinque ecclesiarum Trajectensium retro scriptarum obedientiam ac reverentiam. Noveritis præsens vestrum retroscriptum mandatum juxta sui formam & tenorem debite executum fuisse in singulis quinque ecclesiis supradictis & retroscriptis in modum infra scriptum, videlicet in majori ecclesia Trajectensi sub decantatione vigiliarum ante vesperas, primo candelabro in medio choro stanti, in quo similes executiones fieri solitæ sunt, idem mandatum una cum copia debite auscultata & subscripta apposui, & deinde idem mandatum una cum simili copia debite subscripta valvis rubeis ejusdem ecclesiæ Trajectensis affixi, & mandato, postquam aliquamdiu affixum fuit, tandem hinc inde deposito, copias prædictas in utroque loco appositas stare dimisi, præsentibus ibidem honorabilibus viris *Jacobo Hermanni Quant* & *Renero Spall* Vicariis dictæ ecclesiæ Trajectensis. Deinde similiter sub decantatione Vigiliarum in ecclesia Sancti Salvatoris Trajectensis candelabro in medio chori stanti & valvis borealibus ejusdem ecclesiæ dictum mandatum cum Copiis subscriptis apposui & affixi, & tandem mandato ad me recepto copias in dictis duobus locis affixas stare permisi, præsentibus ibidem honorabilibus viris Dnis *Henrico Bunninck* & *Balduino* de *Beverwyck* Vicariis ejusdem ecclesiæ. Insuper in ecclesia Sancti Petri Trajectensis sub decantatione Vesperarum simili modo idem mandatum candelabro chori ad id deputato & valvis borealibus ejusdem ecclesiæ una cum copiis debite subscriptis apposui & affixi, & mandato tandem deposito copias prædictas stare affixas dimisi, Præsentibus ibidem honorabilibus viris *Tymanno Gerardi* & *Joanne Pen* Vicariis ejusdem ecclesiæ. Simili modo sub decantatione vesperarum in ecclesia Sancti Johannis Trajectensis dictum mandatum candelabro chori ad id deputato & valvis borealibus ejusdem ecclesiæ affixi, & mandato tandem deposito copias prædictas

Digitized by Google

dictas affixas stare dimisi, præsentibus ibidem honorabilibus viris, Dnis *Wilhelmo* de *Windsem* & *Tymanno Wolffardi* Vicariis dictæ ecclesiæ. Deinde sub decantatione completorii in ecclesia beatæ Mariæ Trajectensis sæpe dictum mandatum una cum Copiis debite subscriptis candelabro chori ad id deputato affixi, & tandem mandato hujusmodi amoto Copias antedictas in ambobus locis affixas stare permisi, præsentibus ibidem honorabilibus viris Dnis *Gerardo* de *Daventria*, & *Egberto Bor* Vicariis ejusdem ecclesiæ, testibus hinc inde ad præmissa vocatis & rogatis. Acta sunt hæc prout præscribitur locis & tempore supradictis, sub anno à nativitate Dni CIↃ. CCCC. nonagesimo sexto die vicesima septima mensis Aprilis.

Tenor vero instrumenti executionis citationis specialis per *Martinum Hoyer* Notarium factæ una cum principio & fine ejusdem citationis præinsertæ, exhibitæ & reproductæ, unde supra fit mentio, sequitur & talis: Decani Majoris, Sancti Salvatoris, ac Vicedecani Sancti Petri & Sancti Johannis, & Capitula ecclesiarum Trajectensium dilectis in Christo Johanni Hoesboom &c. Datum Trajecti sub dictarum nostrarum quinque ecclesiarum appensione sigillorum. Anno à nativitate Dni millesimo quadringentesimo nonagesimo sexto mensis Aprilis die vicesima tertia.

Hujus præsentis publici instrumenti serie cunctis pateat evidenter & sit notum, quod anno à nativitate Dni millesimo quadringentesimo nonagesimo sexto, indictione quarta decima, die vero Lunæ vicesima quinta mensis Aprilis, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri Dni *Alexandri* divina providentia Papæ sexti anno ejus quarto constitutus venerabilis & egregius Dns & Magister *Ludolphus* de *Veno* Decanus Trajectensis, ac alii plures Canonici ecclesiarum Trajectensium nomine dictarum ecclesiarum Trajectensium in domo Capitulari majori dictæ ecclesiæ Capitulariter congregati, hora vesperarum vel quasi, quasdam literas patentes sigillis dictarum ecclesiarum sigillatas idem Dns Decanus suis tenens in manibus, vigore quarum me Notarium infra scriptum rogavit atque requisivit, quatenus easdem juxta & secundum tenorem earum & continentiam executioni debitæ demandarem. Quas quidem literas de manu ipsius Dni Decani reverenter ut decuit ad me recipiens onus legalis & debitæ executionis earundem

medio

medio meo juramento corporaliter præstitio in me suscepi. Quarum literarum tenor sequitur & est talis: *Decani majoris, Sancti Salvatoris, ac beatæ Mariæ, & Vicedecani Sancti Petri & Sancti Johannis, & Capitula ecclesiarum Trajectensium dilectis in Christo Johanni de Hoesboom dictæ Sancti Petri, Henrico de Wellis Sanctæ Walburgis Arnhemensis, Johanni Kerckhoff Sancti Martini Embricensis, Vincentio de Eyll Sancti Plechelmi Aldenzalensis ecclesiarum Præpositis & in ecclesia Trajectensi Archidiaconis, Henrico de Lotthing Sancti Johannis Decano, Johanni Renesse majoris, Johanni Lensi, Matthiæ Boers Sancti Salvatoris, Godefrido de Pymperè, & Johanni de Nyspen Sancti Petri Trajectensium ecclesiarum Canonicis nostris & eorum cuilibet in solidum Salutem in Christo salutis authore: Cum recolendæ memoriæ David quondam Episcopus Trajectensis die sexta decima præsentis mensis Aprilis, quod non sine grandi mentis amaritudine dolentes referimus naturæ solvens debitum spiritum suum suo reddidit creatori. Nos nolentes quod ecclesia Trajectensis Pastoris existeret solatio diutius destituta hodie Capitulariter in domo Capitulari majori ecclesiæ majoris Trajectensis præfatæ congregati diem tertiam decimam mensis Maji proxime futuram, quæ erit in crastino Ascensionis Dni nostri Jesus Christi, & horam Capitularem de mane cum continuatione omnium dierum & horarum sequentium, quousque electionis seu postulationis negotium fuerit expeditum, concorditer præfiximus ad electionem seu postulationem futuri Pontificis celebrandam, & ad alia peragenda, quæ præsens electionis seu postulationis negotium contingere dinoscuntur. Ut igitur ignorantiam prætendere nequeatis vobis & vestrum cuilibet præfixionem hujusmodi duximus intimandam, vocantes & citantes vos & quemlibet vestrum, quatenus dictis die & hora sequentibus, quos vobis & vestrum cuilibet tenore præsentium assignamus, ad domum Capitularem majoris ecclesiæ nostræ Trajectensis antedictæ veniatis & compareatis, ac quilibet vestrum veniat & compareat, una nobiscum de futuri electione seu postulatione Pontificis, & in ipso electionis seu postulationis negotio modo debito tractaturi & processuri. Alioquin vobis & quolibet vestrum non comparentibus non expectatis, nec ulterius etiamsi dictus terminus prorogatus fuerit, convocatis, in hujusmodi electionis seu postulationis negotio tractabimus & procedemus vestra aut cujuslibet vestrum absentia non obstante. Si vero vos aut aliquis vestrum aliquo justo impedimento impediti vel impeditus non poteri-*

tis seu poterit in dicto termino interesse, & velitis seu velit alicui Concanonicorum nostrorum Capitularium vices vestras aut suas committere, ad nostram præsentiam Nuncium vestrum aut suum specialem & ydoneum transmittatis seu transmittat, qui super impedimento hujusmodi juxta generalis Consilii statuta nobis instrumentaliter fidem faciat. Datum Trajecti sub dictarum nostrarum quinque ecclesiarum appensione sigillorum, Anno à nativitate Dni 1496. mensis Aprilis die vicesima tertia, Michael Keyen de Breda Notarius de mandato scripsit.

His vero peractis die Martis quæ fuit die vicesima sexta dicti mensis Aprilis arripui iter literas præscriptas unicuique in eisdem nominato successive intimaturus & insinuaturus. Deveni itaque primum ad villam *Apelteren* vocatam Coloniensis diœcesis, ibidemque literas prænarratas ac omnia & singula in eisdem contenta Venerabili Domino *Godefrido Pymperè* Canonico ecclesiæ Sancti Petri Trajectensis insinuavi, & ad ejus indubitatam notitiam deduxi. Qui quidem Dns *Godefridus* habito dictarum literarum plenario intellectu & se modicum deliberato respondit & dixit. *Juxta mandatum & rogatum Dnorum meorum ecclesiarum Trajectensium die & tempore michi in præsentibus literis præfixis comparebo Trajecti & ex nunc habeo me pro citato & legitime vocato.* Actum in villa Apeldoorn præfata in campo prope parochialem ecclesiam ibidem anno quo supra, die XXVII. mensis Aprilis præfati, hora vesperarum vel quasi, præsentibus ibidem honorabilibus & discretis Dnis *Petro* de *Mera* & *Nicolao Vergell* presbytero & layco dictæ Coloniensis diœcesis testibus ad præmissa rogatis. Insuper ad statim eundo ad opidum Xanctense Coloniensis diœcesis prænarratas literas, omniaque & singula in eis contenta, Venerabili & egregio viro Dno *Vincentio* de *Eyl* Præposito Aldenzalensi & Archidiacono in ecclesia Trajectensi insinuavi copiam collationatam earundem eidem dimittendo. Qui respondit: *Ob rogatum Dnorum meorum indubie veniam & comparebo Dno volente, & ex nunc habeo me pro legitime citato atque vocato.* Actum ibidem in ecclesia collegiata dicti opidi Xanctensis de sero hora quasi quarta, anno, die, & mense supra proxime designatis, præsentibus ibidem Venerabili & honestis Dno *Wesselo Hottman* Præposito Reessensi Coloniensis diœcesis, testibus ad præmissa vocatis. Deinde veniendo Coloniam pulsavi

pulſavi ad domum habitationis Venerabilis & egregii Dni & magiſtri, Magiſtri *Johannis* de *Hoesboom* Præpoſiti Sancti Petri & Archidiaconi in eccleſia Trajectenſi, requiſivi à familia ejuſdem, ubinam eſſet Dns Præpoſitus. Quæ reſpondit & dixit ipſum non eſſe pro præſenti in civitate Colonienſi, ſed iviſſe ad civitatem Trajectenſem. Cui ego dixi: *In caſum & eventum, in quibus contingat dominum veſtrum Dnm Præpoſitum reverti ad civitatem Colonienſem infra hinc & decimam tertiam diem menſis Maji proxime futuram dicatis ſibi, quod ego fui hic miſſus nomine quinque eccleſiarum Trajectenſium inſinuando ſibi diem decimam tertiam menſis Maji præfati fore diem electionis futuri Pontificis Trajectenſis, & quod habeat ibidem comparere.* Quæ reſpondit: *Jam ivit, & forte non revertetur ante illud tempus. Si autem reverſus fuerit in tempore, ego faciam ambaſiatam juxta informationem veſtram michi traditam.* In continenti ivi ad domum proximam, domum videlicet Venerabilis & egregii viri Dni *Johannis Lenſs* Canonici & Scholaſtici Sancti Salvatoris Trajectenſis. Interrogavi de præſentia ejuſdem. Ubi pariformiter ut in domo Dni Præpoſiti præfati per ſervitorem michi fuit reſponſum, dictum Dnm *Johannem Lenſs* una cum memorato Dno Præpoſito iviſſe Trajectum. Dixique & egi pari modo cum eodem ſervitore, prout per me in domo Dni Præpoſiti dictum & actum jam narravi. Actum Coloniæ ut ſupra anno & menſe præallegatis, die viceſima nona de mane, hora quaſi ſeptima, præſentibus hinc inde Venerabili & egregio Dno *Godefrido Henrici* Decano Weerdenſi Colonienſis diœceſis, & *Hermanno Lapicida* clerico dictæ Colonienſis diœceſis teſtibus ad hoc rogatis. Ex tunc ivi ad domum habitationis Venerabilis & egregii Dni Magiſtri *Johannis Kerckhoff* Præpoſiti Sancti Martini Embricenſis & Archidiaconi in eccleſia Trajectenſi, cui pariformiter præfatas literas, ac omnia & ſingula in ipſis deſignata, inſinuavi atque perlegi. Quibus per eum auditis & intellectis reſpondit, quod ut obediens omnino ad diem præfixam perſonaliter venire intenderet, & in eventum ſi non compareret aut comparere non poſſet, ex tunc pro legitime citato ſe haberet & haberi vellet, & nullatenus pro contempto, ita quod libere poſſent in nomine Dni ad electionem procedere ejus abſentia non obſtante. Actum ut ſupra anno die & menſe proxime ſupra allegatis, hora veſperarum,

perarum, præſentibus ibidem honorabili & honeſto *Johanne de Meſcha* Paſtore in *Meren*, & *Cornelio* de *Zierczee* Colonienſis & Trajectenſis diœceſis teſtibus ad præmiſſa rogatis. Tandem vero deveni ad domum habitationis Venerabilis viri Dni *Johannis Reneſs* Canonici majoris eccleſiæ Trajectenſis ipſique literas ſuperius deſcriptas inſinuavi, & ad ejus quantum potui deduxi notitiam. Quibus per eum ſane ut aſſeruit intellectis reſpondit & dixit, ſe omnino venturum ad diem ſtatutum, niſi infirmitas corporis, qua pro nunc in parte laboraret, eum prohiberet. Et in eventum quo comparere non poſſet, ex tunc commiſit & dedit vices ſuas quoad electionem præfatam perficiendam ſeu celebrandam Venerabili & egregio viro Dno *Hermanno* de *Locborſt* Decano eccleſiæ Sancti Salvatoris, dans atque concedens eidem omnem poteſtatem agendi & exercendi in dicto electionis negotio, quæ ipſemet faceret aut facere poſſet, ſi præſens & perſonaliter intereſſet. Actum ut ſupra anno, die menſe antea deſignatis, hora quaſi octava poſt meridiem, præſentibus ibidem *Johanne Valckensrock* & *Johanne Krueder* laycis Colonienſis diœceſis. Poſtea vero veniendo ad opidum Trajectenſe Leodienſis diœceſis ivi ad domum Venerabilis & egregii viri Magiſtri *Henrici* de *Wellis* Præpoſiti Sanctæ Walburgis Arnhemenſis, & Archidiaconi in eccleſia Trajectenſi, cui literas prænominatas oſtendendo perlegi atque inſinuavi. Quibus viſis & intellectis eas tanquam inſinuatas habuit & reſpondit. Ob reverentiam Dnorum meorum Trajectenſium veniam & comparebo ad diem michi ſtatutam Deo duce. Actum ubi ſupra anno qui antea ſcriptus, die prima menſis Maji hora duodecima in meridie, præſentibus Venerabili & honeſtis Dnis *Johanne Billeren* Canonico Leodienſi, & *Gysberto* presbytero dictæ Leodienſis diœceſis teſtibus fide dignis. Ac ſtatim eiſdem anno, die, menſe, hora, & loco ſtatim præſcriptis, ac coram eiſdem teſtibus literas ſuperius deſcriptas Venerabili viro Dno *Matthiæ Boers* Canonico Sancti Salvatoris Trajectenſis inſinuavi, & ad ejus veram notitiam deduxi, quas idem humane ſuſcipiens, & intelligens habenſque ſe pro legitime vocato, dixit ſe pro hac vice venire non poſſe propter certas cauſas rationabiles. Quapropter vices ſuas pro hac vice quoad actum futuræ electionis celebrandæ commiſit atque dedit omnimodo Venerabili viro Dno *Theoderico*

Kryeck

Digitized by Google

Kryeck dictæ ecclesiæ Sancti Salvatoris Canonico, habens ratum & gratum totum id & quicquid ipsius nomine per ipsum Dnm *Theodericum* quoad actum seu negotium electionis præfatum fieri contingeret. Deinde vero veniendo *Berck* literas prius designatas Venerabili viro Dno *Johanni* de *Nispen* Canonico Sancti Petri Trajectensis insinuavi, ostendi, ipsumque vigore earundem citavi atque vocavi. Quibus per eum intellectis dixit se venturum indubie ad diem electionis eisdem literis designatum. Actum ibidem in ecclesia collegiata, anno quo supra, die secunda mensis Maji præfati, hora quasi sexta de sero, præsentibus ibidem Venerabili & discretis Dnis *Nicolao* Decano & *Gerardo* de *Merode* Canonico Leodiensis diœcesis, testibus ad præmissa rogatis. Hinc vero finaliter veniendo in *Bextell* Leodiensis diœcesis accessi venerabilem virum Magistrum *Henricum* de *Lotthing* Decanum ecclesiæ Sancti Johannis Trajectensis, cui sæpedictas literas tradendo insinuavi, ipsum juxta earundem continentiam citavi atque vocavi. Quibus per eum sane intellectis se pro citato atque vocato habuit, atque haberi voluit, sed quia debilis corpore dixit se non posse comparere ad diem præfixam, sed ne negotium electionis futuræ ejus absentia impediretur dixit & commisit vices suas plenarias quoad actum & negotium electionis instantis perficiendæ nepoti suo Dno *Gosuino* de *Lotthing* Canonico Sancti Johannis Trajectensis, quem ibidem venturum asseruit. Actum ubi supra in ecclesia collegiata ibidem anno superius descripto die sexta mensis Maji præfati hora decantationis summæ missæ, præsentibus ibidem honorabilibus Dnis *Waltero* de *Tuell* & *Leonardo* de *Buscho* Canonicis ibidem, testibus ad præmissa rogatis. Super quibus omnibus & singulis sic ut præmittitur diversimode per me factis idem Dnus Decanus majoris nomine quinque ecclesiarum Trajectensium, cæterique Dni Prælati & Canonici ecclesiarum Trajectensium sic ut præmittitur diversimode vocati atque citati petierunt, & quilibet eorum petiit sibi à me Notario infra scripto fieri atque confici publicum seu publica instrumentum & instrumenta. Actum anno, die, mense, horis, & locis præscriptis, præsentibus quoque quibus supra. Et ego *Wilhelmus Hoyer* clericus Bremensis diœcesis publicus sacris Apostolica & Imperiali auctoritatibus Notarius, quia prædictarum literarum præsentationi, rece-

receptioni, debitæ executionis earundem demandationi responsioni, ipsorum citatorum & vocatorum receptioni, potestatis, ac vicis dationi, exonerationi, & excusationi, omnibusque aliis & singulis dum sic ut præmittitur diversimode fierent & agerentur, una cum prænominatis testibus præsens interfui, eaque sic fieri vidi, scivi, & audivi, atque peregi, idcirco præsens publicum instrumentum manu mea fideliter scriptum exinde confeci, subscripsi, publicavi, & in hanc publicam formam redegi, signoque & nomine meis solitis & consuetis signavi rogatus & requisitus in fidem omnium & singulorum præmissorum.

Tenor vero cedulæ papyreæ per Dnm *Johannem Nys* Canonicum Sancti Petri Trajectensis porrectæ, unde supra fit mentio, sequitur, & est talis. *Fraternalem amorem honorabilis Dne Johannes confrater, Habeatis me excusatum coram confratribus in electione, quia pro hac vice non venio, sed committo Omnipotenti Deo, beatæ Mariæ, Sancto Martino, beato Petro, ac omnibus Sanctis, ac die noctuque rogo pro anima ipsius pii Pastoris Davidis defuncti, atque acquisitione boni, honesti, providi Præsulis, acquirendi patriæ Trajectensi. Et sic mea præsentia parum potest prodesse, Idcirco peto me excusatum coram omnibus confratribus nostris, & salutentur omnes in Dno Jesu Christo. Godefridus Pymperè Confrater vester paratissimus in omnibus.*

Tenor vero instrumenti executionum citationis specialis per Dnm *Jacobum Block* Notarium factarum una cum principio & fine citationis ejusdem præinsertæ superius exhibiti & producti, & unde supra fit & habetur mentio, sequitur & est talis. *Decani majoris, Sancti Salvatoris & beatæ Mariæ, ac Vice-decani Sancti Petri & Sancti Johannis & Capitula ecclesiarum Trajectensium dilectis in Christo Johanni Vos &c. Datum Trajecti sub dictarum nostrarum quinque ecclesiarum Trajectensium appositione sigillorum, Anno à nativitate Dni* 1496. *mensis Aprilis die vicesima tertia.*

In nomine Domini Amen. Notarius infra scriptus ad infra scripta facienda per venerabiles Decanos, Vicedecanos, & Capitula quinque ecclesiarum Trajectensium retro scriptarum legitime requisitus & specialiter assumptus insinuavi venerabili viro Dno *Gosuino* de *Lotthing* Canonico Sancti Johannis Trajectensis literas præfixionis, intimationis, vocationis & citationis

nis retro ſcriptas ſibi intimando, illumque vocando & citando ac alias & aliter faciendo, prout in literis retro ſcriptis plenius continetur. Et nichilominus eidem Dno *Goſſevino* petenti & recipienti ac literas hujuſmodi pro ſufficiente inſinuatione & executione expreſſe habenti in ſignum veræ & realis inſinuationis & executionis literarum retro ſcriptarum hujuſmodi quandam auctenticam copiam earum tradidi & conſignavi. Actum in *Bueren* in domo *Henrici* de *Graina* ibidem ſub anno à nativitate Dni CIↃ. CCCC. XCVI. indictione quarta decima, die vero viceſima ſexta menſis Aprilis, hora veſperarum vel quaſi, Pontificatus Dni Alexandri Papæ ſexti anno quarto, præſentibus ibidem honeſtis *Ottone* de *Lotthum* & *Henrico* de *Graina* prædicto, teſtibus ad præmiſſa vocatis & rogatis. Deinde autem die Mercurii viceſima ſeptima prædicti menſis Aprilis, hora primarum vel quaſi, ego idem Notarius modo præmiſſo requiſitus & aſſumptus executus fui præſentes retro ſcriptas intimatorias vocationis literas juxta omnem tenorem in Venerabilem Dnm *Johannem Voſs* Canonicum Sancti Salvatoris Trajectenſis perſonaliter apprehenſum. Qui dictus Dns *Johannes* illis debite inſpectis & pro parte perlectis michi Notario in effectu reſpondit: *Habeo literas hujuſmodi pro ſufficienter inſinuatis & executis.* Actum in Schoonhovia juxta portam aquarum ibidem, præſentibus ibidem diſcretis viris *Alberto Jacobi* & *Jacobo Arnoldi*, teſtibus ad præmiſſa vocatis pariter atque rogatis. Deinde vero eodem Mercurii ſupradicti menſis Aprilis, hora veſperarum vel quaſi, anni, indictionis, & Pontificatus præſcripti, ego idem Notarius infra ſcriptus inſinuavi venerabili viro Dno *Henrico Braem* Canonico Sancti Petri Trajectenſis in retro ſcriptis literis ſcripto ante portas opidi de *Yſelſtein* perſonaliter reperto literas præfixionis, intimationis, vocationis, & citationis retro deſcriptas, illarum verum & effectualem tenorem ſibi intimando, ipſumque vocando & citando, ac alias & aliter faciendo, prout in eiſdem literis latius dignoſcitur contineri, & nichilominus eidem petenti & recipienti copiam earundem literarum ſufficienter auctenticam in ſignum veræ & realis inſinuationis & executionis hujuſmodi ad manus tradidi & conſignavi. Et nunc idem Dns *Henricus* michi Notario reſpondit ſe habere literas hujuſmodi pro ſufficienter inſinuatis & executis. Acta ſunt hæc ante portas opidi de Yſelſteyn

ſteyn prædicti, præſentibus ibidem Dno *Hectore Henrici* presbytero, Paſtore in *Oudewater*, & *Gerardo Walteri*, ac *Gysberto* de *Waal* incolis dicti opidi de *Yſelſteyn*, teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter atque rogatis. In cujus rei teſtimonium ego idem Notarius infra ſcriptus hanc meam relationem per alium fidelem hic ſcriptam manu mea propria ſubſcripſi & ſignum meum appoſui conſuetum. Sic ſubſcriptum. *Et ego Jacobus Block clericus Trajectenſis publicus Imperiali auctoritate Notarius, quia præmiſſis omnibus & ſingulis una cum prænominatis teſtibus præſens interfui, eaque ſic fieri vidi & reſpective fieri, ideo hanc meam relationem per alium hic ſcriptam publicavi & ſubſcripſi, ac ſigno & nomine meis ſolitis & conſuetis ſignavi rogatus & requiſitus in fidem & teſtimonium omnium & ſingulorum præmiſſorum.*

Tenor vero inſtrumenti executionum citationum ſpecialium per *Henricum Divinc* Notarium factarum una cum principiis & finibus earundem citationum præinſertis, unde ſupra fit mentio, ſequitur & eſt talis:

Reverendo in Chriſto Patri & Domino Dno Conrado Dei & Apoſtolicæ ſedis gratia Epiſcopo Oſnaburgenſi ac Præpoſito eccleſiæ Sancti Lebuini Daventrienſis, Archidiacono in eccleſia Trajectenſi &c. Datum Trajecti ſub appenſione ſigillorum quinque eccleſiarum Trajectenſium noſtrarum antedictarum, Anno à nativitate Dni 1496. menſis Aprilis die viceſima tertia.

Decani majoris, Sancti Salvatoris, ac beatæ Mariæ ac Vicedecani Sancti Petri & Sancti Johannis & Capitula quinque eccleſiarum Trajectenſium dilectis in Chriſto Johanni de Diepholt &c. Datum Trajecti ſub dictarum noſtrarum quinque eccleſiarum Trajectenſium appenſione ſigillorum, Anno à nativitate Dni 1496. menſis Aprilis die viceſima tertia.

In Chriſti nomine Amen. Anno à Nativitate ejuſdem milleſimo quadringenteſimo nonageſimo ſexto, indictione quarta decima, die Mercurii viceſima ſeptima menſis Aprilis de mane, hora tertiarum vel quaſi, ego *Henricus Divinc* clericus & Notarius publicus infra ſcriptus ſuper citationibus & executionibus infra ſcriptis faciendis, & ad hoc pro parte Venerabilium egregiorumque Dnorum Decanorum majoris, Sancti Salvatoris, & beatæ Mariæ, Vicedecanorumque Sancti Petri & Sancti Johannis Trajectenſium eccleſiarum, Capitulorumque earundem inſtanter requiſitus & ad hoc deputatus ſpecialiter

cialiter de fideliter exequendo ac ſtipulatione Dni Decani majoris eccleſiæ præfatæ juratus literas Prælatorum & Capitulorum quinque eccleſiarum hujuſmodi, in quibus ipſi ſede epiſcopali Trajectenſi per obitum felicis recordationis Dni *Davidis*, dum viveret, Epiſcopi Trajectenſis vacante, terminum ſuper futuro eligendo Epiſcopo Trajectenſi ad tertiam decimam menſis Maji proxime futuram Capitulariter ſtatuerunt & præfixerunt, & ad hoc omnes abſentes, qui de jure vel conſuetudine debuerunt, voluerunt, & commode intereſſe potuerunt, vocari & citari mandaverunt & voluerunt pridem ſub data videlicet viceſima tertia menſis hujus Aprilis ſub quinque eccleſiarum ſigillis hujuſmodi decretas & ſubſcriptas per honorabilem Dnm Michaelem Keyen Notarium publicum factas & communitas, Quas patulas in originalibus earum formis in meis tunc geſſi manibus in opido *Daventrienſi* Trajectenſis diœceſis Venerabilibus Dnis *Johanni* de *Diepholt* Sancti Johannis in Curia habitationis ſuæ primum, & deinde immediate poſtea *Johanni Oeckell* beatæ Mariæ Trajectenſium eccleſiarum Canonicis Capitularibus in eccleſia Sancti Lebuini dicti opidi ſucceſſive perſonaliter apprehenſis, per me ipſum reverenter, ut decuit, præſentavi & inſinuavi, eoſdemque & eorum quemlibet literarum ipſarum vigore & prætextu ad veniendum & comparendum Trajecti in termino ſupradicto ſuper futuri electione Pontificis cum præfatis Dnis Prælatis & Capitulis tractaturos & proceſſuros vocavi & citavi juxta literarum ipſarum omnem vim, continentiam & tenorem. Quibus ſibi ac per eoſdem & eorum quemlibet viſis, lectis, & ſufficienter intellectis pro ſufficientiori executione copias auſcultatarum literarum earundem in promtu exhibui eiſdem & cuilibet ex ipſis. Qui Dni *Johannes* de *Diepholt* primum & deinde *Johannes Oeckell* conſequenter copiis ſibi exhibitis à me receptis ſe hujuſmodi literas pro ſufficienti intimatione, ſeque vocatos & citatos juxta illas publice confeſſi & proteſtati fuerunt, præſentibus in executione in perſonam Dni *Johannis* de *Diepholt* Dno *Johanne Valckruick* Canonico dictæ eccleſiæ Daventrienſis & *Conrado Diepholt* clerico Oſnaburgenſis diœceſis, in perſonam autem *Johannis Oeckell* Dno *Antonio Oems* Scholari Trajectenſis diœceſis, & *Conrado Diepholt* proxime prædicto, teſtibus ad præmiſſa ſpecialiter rogatis. Quibus ſic peractis pro ulteriori præfatarum lite-

Digitized by Google

literarum executione facienda me transtuli versus dioecesim Osnaburgensem. Quo veniens in eadem die Veneris xxix. mensis supradicti accessi Reverendum in Christo Patrem & Dominum Dnm *Conradum* Episcopum *Osnaburgensem* & ex commendatione Apostolica Præpositum Daventriensem, Archidiaconum in ecclesia Trajectensi, in castro *Eversborch* per me personaliter compertum, cui etiam reverenter literas supradictas vocationis & citationis ut præmittitur decretas in originali ipsarum forma sigillatas & subscriptas præsentavi & insinuavi, & ad legendum & intelligendum ad ipsius manus tradidi & porrexi, ipsumque vocavi & citavi ad comparendum Trajecti in termino statuto & præfixo, ac ad tractandum, eligendum, seu postulandum juxta omnem literarum earundem continentiam & tenorem. Qui Dns *Conradus* Episcopus literas sibi pro sufficienter insinuatis, seque vocatum & citatum benevole profitebatur, & respondit, præsentibus ibidem venerabili Dno *Henrico Marngolt* Præposito ecclesiæ Osnaburgensis & *Gerardo Dixclage* clerico Osnaburgensis dioecesis, testibus ad hoc vocatis specialiter & rogatis. Post hæc civitatem Monasteriensem accessi, in qua die ultima Sabbati mensis Aprilis venerabilem Dnm *Johannem Listige* Canonicum ecclesiæ beatæ Mariæ Trajectensis supradictæ in domo habitationis suæ penes veterem ecclesiam Sancti Pauli ibidem sita personaliter comprehensum & inventum, exhibitis & præsentatis sibi per me literis præfixionis, vocationis, & citationis supradictis in originali ipsorum forma, illisque per ipsum receptis, visis, ut dixit, & sufficienter intellectis, vocavi & citavi eundem ad comparendum Trajecti in termino statuto ad contractandum & peragendum in omnibus & per omnia, prout in literis latius continebatur. Qui Dns *Listige* perlectis literis originalibus & visis sufficienter per eundem illas michi restituens confessus & attestatus fuit se illas habere pro sufficienter intimatis, seque pro satis vocato & citato, præsentibus ibidem honorabilibus & discretis viris magistris *Bernardo Brockman* Canonico dictæ veteris ecclesiæ Sancti Pauli & *Johanne Spykerhoff* clerico Monasteriensi, testibus ad hoc rogatis. Deinde ex civitate Monasteriensi iterando iter me transtuli ad oppidum *Aldenzalense* Trajectensis dioecesis pro citando D. *Henrico* de ** *Bevervoerde* Canonico ecclesiæ beatæ Mariæ Trajectensis. Quo cum pervenissem die Martis tertia mensis Maji de mane hora tertiarum domum *Antonii Reygers* opidani

** *Revervoerde.*

opidani dicti opidi, in qua præfatus Dns *Henricus*, cum in *Aldenzael* moratur, hospitium suum continue habere solet, personaliter accessi, & à familiaribus ipsius hospitii, quos inibi repperi de persona & præsentia Dni *Henrici* ejusdem pro eo vocando & citando ut supra diligenter inquisivi. Qui mihi responderunt eundem Dnm *Henricum* pridem ab *Aldenzaell* iter versus civitatem Trajectensem arripuisse & Trajectum repetisse. Hoc per me audito citationem hujusmodi prout melius potui ad domum & hospitium suum hujusmodi dimissa ibi copia feci & insinuavi, præsentibus ibidem discretis *Wesselo Keper* & *Egberto Causeng* laycis Trajectensis diœcesis testibus ad præmissa vocatis & requisitis. Sic subscriptum. *Et ego Henricus Divinc clericus Osnaburgensis publicus Imperiali auctoritate Notarius & ad supradicta sic facienda & fideliter exequenda specialiter juratus & deputatus, quia literas præfixionis termini ad eligendum vocationis & citationis, ut supra scribitur, executus sum, vocationique & citationi in persona Dominorum supra nominatorum, & in locis suis respective expressis, personaliter interfui, & sic fieri vidi & audivi, ideo præsens executionis instrumentum publicum per alium me alias legitime præpedito fideliter scriptum subscripsi & inde confeci, signoque & nomine meis solitis & consuetis signavi rogatus & requisitus in fidem & testimonium omnium & singulorum præmissorum.*

Tenor vero mandati procurationis prælibati Dni Episcopi Osnaburgensis superius per Magistrum *Johannem* de *Diepholt* prædictum exhibiti sequitur, & est talis:

Universis & singulis quinque ecclesiarum Trajectensium Prælatis & Canonicis Capitularibus in quibuscumque dignitatibus constitutis, nec non aliis cujuscunque status, gradus, ordinis, vel conditionis existant sive fuerint, præsentes nostras literas inspecturis, visuris, lecturis, seu legi audituris Salutem in Domino. Nos Conradus de Rechbergh Dei & Apostolicæ sedis gratia Episcopus Osnaburgensis gravi cum querela conquesti sumus & conquerimur, quod arduis causis territorium & diœcesim nostram Osnaburgensem concernentibus, præpediti ac animum nostrum à profectione territorii & diœcesis nostræ retrahentibus & moventibus, ad electionem seu postulationem futuri Pastoris sive Pontificis ecclesiæ Trajectensis pro hac vice nullatenus comparere possumus, quamvis ad hoc quodam mandato dictarum ecclesiarum nobis per Notarium publicum intimato & præsentato vocati & citati fuerimus.

Digitized by Google

fuerimus. Quare vocem & auctoritatem nostram Venerabili viro Dno & Magistro Johanni de Diepholt in ecclesia Daventriensi Scholastico, Vicario nostro ac confratri, ecclesiæ Sancti Johannis Trajectensis Canonico ad eligendum seu postulandum futurum Episcopum seu Pontificem non partialem, sed ecclesiæ & diœcesi prædictis ydoneum, proficuum, & utilem, omniaque alia & singula faciendum & agendum, quæ circa negotium electionis seu postulationis prædictæ necessaria videantur & oportuna, transmisimus & commisimus, prout transmittimus & committimus per præsentes. In quorum fidem & testimonium omnium & singulorum præmissorum præsentes nostras literas jussimus & fecimus sigilli nostri appensione communiri. Datum in castro nostro Forstennouwe dictæ nostræ diœcesis, die Saturni, quæ fuit septima mensis Maji Anno. Dni 1496.

Tenor vero cedulæ monitionis per me Michaelem Notarium Capitulariter lectæ & publicatæ, unde supra fit mentio, sequitur est talis:

Monemus & requirimus omnes majori exommunicatione excommunicatos, suspensos, & interdictos, & alios quoscunque in hoc Capitulo præsentes, qui electioni seu postulationi Episcopi Trajectensis nunc faciendæ non debent de jure vel consuetudine interesse, quatenus exeant. Alioquin protestamur, quod vota ipsorum nullum suffragium præstabunt eligendo vel postulando, & quod ipsos non intendimus admittere ad electionem seu postulationem prædictas.

Die vero Dominica quinta decima dicti mensis Maji mane hora Capitulari quinque ecclesiarum seu generalis Capituli Trajectensis consueta Venerabiles & egregii viri Dni Prælati & Capitula quinque ecclesiarum Trajectensium Capitulum generale earundem quinque ecclesiarum repræsentantes & facientes in domo Capitulari majori dictæ ecclesiæ Trajectensis, Capitulo generali, ut moris est, & debite convocato & indicto, in mei *Michaelis Keyen* Notarii publici & testium infra scriptorum specialiter ad hoc vocatorum & rogatorum præsentia personaliter & Capitulariter congregati & constituti, omnibus modo, via, jure, causa, & forma, quibus melius & efficacius potuerunt & debuerunt, fecerunt, constituerunt, & solemniter ordinaverunt suos veros, certos, legitimos, & indubitatos Syndicos & procuratores, actores, factores, negotiorumque suorum infra scriptorum gestores ac Nuncios speciales & generales, ita tamen quod specialitas generalitati non deroget,

deroget, nec è contra, videlicet egregios & venerabiles viros Dnos & Magiſtros *Ludolphum* de *Veno* Decanum majoris, *Wilhelmum* de *Montfoort* Sancti Salvatoris, *Johannem* de *Hoesboom* Sancti Petri Præpoſitos, & *Hermanum* de *Locborſt* dictæ Sancti Salvatoris eccleſiarum Trajectenſium Decanum præſentes, & omnes Syndicatum & procurationem hujuſmodi in ſe ſponte ſuſcipientes, & quemlibet eorum in ſolidum, ita tamen quod non ſit melior conditio primitus occupantis, nec deterior ſubſequentis, ſed quod unus eorum incepit alter eorundem id proſequi valeat mediare & finire ad ipſorum Dnorum conſtituentium nomine & pro eis electionem prædictam de perſona venerabilis & illuſtris viri Dni *Frederici* de *Baden* Canonici Trajectenſis ad Epiſcopatum Trajectenſem per eos factam, ac inſtrumentum electionis ejuſdem eidem Dno *Frederico* Electo omni qua decet reverentia præſentandum, eumque ut electioni hujuſmodi conſentiat, ac illam ratam & gratam habeat, aliaque circa hæc neceſſaria & oportuna faciat, petendum, rogandum, & exhortandum, & generaliter omnia alia & ſingula faciendum, dicendum, gerendum, exercendum, & procurandum, quæ ipſimet Domini conſtituentes facerent, ſeu facere poſſent, ſi præſentes & perſonaliter intereſſent, prout in inſtrumento publico Syndicatus ſeu procurationis hujuſmodi ſigillorum quinque eccleſiarum Trajectenſium prædictarum per transfixionem illius per inſtrumentum electionis ſæpedictæ per me Michaelem & Johannem Lateur Notarios publicos ſcripto & ſigillorum appenſione munito, cujus tenor una cum tenore ejuſdem inſtrumenti electionis inferius eſt inſertus, plenius continetur & habetur. Super quibus omnibus & ſingulis præmiſſis dicta die quinta decima hujus menſis Maji, ut præfertur, factis atque geſtis præfati Dni Prælati & Capitulum generale per os dicti Dni Ludolphi Decani ſibi à me Notario publico unum vel plura publicum ſeu publica fieri atque confici petierunt inſtrumentum & inſtrumenta. Acta fuerent hæc dicta die quinta decima menſis Maji, ut præfertur, anno, indictione, & Pontificatu quibus ſupra in dicta domo Capitulari majoris eccleſiæ Trajectenſis præſentibus ibidem honorabilibus viris Dnis *Nicolao* de *Medenblick* majoris & *Gerardo* de *Beverwyck* Sancti Salvatoris eccleſiarum Trajecten-

sium prædictarum Vicariis, testibus ad præmissa vocatis specialiter atque rogatis.

Tenores vero electionis, & procurationis, & Syndicorum constitutionis instrumentorum publicorum, de quibus supra fit & habetur mentio, sequuntur successive, & sunt tales.

In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis, Patris & Filii & Spiritus Sancti Amen. Anno à nativitate Dni millesimo quadringentesimo nonagesimo sexto, indictione quarta decima, die vero Veneris tertia decima mensis Maji, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri, Dni *Alexandri* divina providentia Papæ sexti anno quarto, hora octava ante meridiem Capitulari quinque ecclesiarum Trajectensium consueta, decantata & celebrata prius in summo altari ecclesiæ Trajectensis solemniter missa de Sancto Spiritu, Venerabiles & egregii viri Dns *Ludolphus* de *Veno* Decanus majoris, *Wilhelmus* de *Montfoort* Sancti Salvatoris Trajectensis, *Henricus* de *Wellis* Sanctæ Walburgis Arnhemensis, *Vincentius* de *Eyll* Sancti Plechelmi Aldenzalensis Trajectensis diœcesis Præpositi & Archidiaconi in ecclesia Trajectensi, *Johannes* de *Hoesboom* Sancti Petri, *Adolphus* de *Rutenberch* beatæ Mariæ ecclesiarum Præpositi, *Hermanus* de *Lochorst* dictæ Sancti Salvatoris, *Bernardus* de *Tyela* dictæ beatæ Mariæ Trajectensis Decani, *Gerardus Zoudenbalch*, *Johannes* de *Drakenburch*, *Gerlacus* van den *Donck*, *Theodericus Byndop*, *Jacobus de Drieberge*, *Johannes Gruyter*, *Wynandus* de *Doernick*, *Johannes* de *Montfoort*, *Wilhelmus* de *Weerdenborch*, *Adrianus* de *Weerdenborch*, *Nicolaus Pott*, *Fredericus* de *Voerd*, *Jacobus Johannes Ysbrandi*, *Helyas* de *Noerde*, *Johannes* de *Reneff*, *Gerardus* de *Helmont*, *Johannes Foeyt*, *Johannes Modde*, *Johannes* de *Haeften*, *Johannes* de *Clivis*, *Gilbertus Judoci*, *Gerardus* ten *Heerenhove*, *Johannes Lenff*, *Petrus* de *Amerongen*, *Abraham* de *Lewenberch*, *Anthonius Pott*, *Jacobus* de *Apeldoern*, *Nicolaus* de *Lavennis*, *Michael Wiffens*, *Johannes* de *Castro*, *Hermanus Tulleman*, *Arnoldus Gruysing*, *Ægidius Gobbaert*, *Johannes Knyff*, *Anthonius* de *Vinea*, *Cornelius* de *Zelbach*, *Arnoldus Grundick*, *Gerardus* de *Bueren*, *Nicolaus Lamberti*, *Johannes Martini*, *Theodricus* de *Haer*, *Anthonius* de *Windshem*, *Johannes Portick*, *Winricus* ** *Hoyer*, *Johannes Tulleman*, *Gerardus Zoudenbalch*, *Johannes* de *Tuffenbroeck*, *Fredericus* de *Coninck*, *Johannes*

** Supra pag. 760. etiam vocatur *Hoyer*. Ergo supra pag. 741. pro *Huyer* Leg. *Hoyer*.

Digitized by Google

nes de *Nispen*, *Petrus* de *Mera*, *Nicolaus Noeykyns*, *Jacobus* de *Amerongen*, *Arnoldus t'Sgravenzande*, *Johannes* de *Diepholt*, *Cunradus* de *Zenden*, *Gysbertus Byndop*, *Amelgardus* de *Haerlem*, *Henricus Zoudenbalch*, *Gosuinus* de *Lotthum*, *Heydenricus* de *Beverweerde*, *Henricus* de *Compostelle*, *Adrianus Ram*, *Henricus Mandwyck*, *Johannes* de *Molendino*, *Johannes Knyff*, *Petrus Wolffardi*, *Theodricus de Drakenborch*, *Arnoldus Boekelaer*, *Johannes Voss*, *Bernardus Mommen*, *Jacobus Kroll*, *Albertus Schuersack*, *Matthias Boers*, *Theodricus Liverjan*, & *Theodricus Kryeck* earundem Majoris, Sancti Salvatoris, Sancti Petri, Sancti Johannis, & beatæ Mariæ ecclesiarum Trajectensium respective Canonici Capitulares Capitulum generale ecclesiarum prædictarum facientes, & repræsentantes in domo Capitulari dictæ majoris ecclesiæ Trajectensis ejusdem majoris ecclesiæ ædificiis adhærente, in qua electiones Episcoporum Trajectensium ecclesia Trajectensi vacante fieri consueverunt, Capitulo ut infra dicitur ad infra scripta peragenda specialiter & debite convocato & indicto, in nostrorum Notariorum publicorum testiumque infra scriptorum ad hoc specialiter vocatorum & rogatorum præsentia personaliter & Capitulariter congregati, & Capitulum generale quinque ecclesiarum Trajectensium repræsentantes, cum ad eos vacante ecclesia Trajectensi futuri Episcopi Trajectensis electio & jus eligendi ex antiqua & à memoria hominum citra & ultra legitime præscripta consuetudine spectet & pertineat, per os præfati Dni *Ludolphi* de *Veno* Decani dixerunt; Quod bonæ memoriæ *David* Episcopo Trajectensi præsenti anno CIƆ. CCCC. nonagesimo sexto, die sexta decima mensis Aprilis, sicut Deo placuit, viam universæ carnis ingresso, & deinde intellecto per eos die XXI. ejusdem mensis Aprilis, quod corpus ipsius Episcopi nondum esset ecclesiasticæ traditum sepulturæ, unum majoris & alium beatæ Mariæ ecclesiarum prædictarum Canonicos Capitulares deputarunt, eisque commiserunt, ut eorum nomine Magnificum & Strenuum virum Dnm *Philippum* de *Burgundia* & alios tenentes castrum *Duerstеden*, in quo dictus quondam Episcopus decessit, & corpus ejus erat, hortarentur, & requirerent, quod illud, quantocius possent, ecclesiasticæ traderent sepulturæ, ne diutina mora sepelitionis hujusmodi ipsis Dnis Decano & Captiulo in electione futuri Episcopi præjudicium aliquod generaret, commissioneque hujus-

Digitized by Google

modi per eosdem Deputatos in personam dicti Dni *Philippi* die vicesima secunda ejusdem mensis executioni debitæ demandatæ, & responso ab eo accepto, quod misit ad nundinas Bergenses pro emendis necessariis ad ipsam sepelitionem solemniter faciendam, quodque antequam illa emi & apportari possent, aliquot dies laberentur, illoque responso per eosdem Deputatos eodem die ad eosdem Dnos Decanum & Capitulum delato ipsi asserentes se nescire, quid mora hujusmodi designaret, Deputatos supradictos ad præfatum Dnm *Philippum* remiserunt cum speciali mandato & commissione ad petendum denuo corpus supradictum ecclesiasticæ tradi sepulturæ, & quatenus illud tunc non obtineretur protestandum, quod per eos non staret, quominus corpus ipsum ecclesiasticæ sepulturæ honorifice traderetur, quodque si ipsi illud habuissent jamdudum decenter sepelivissent, nec se esse in culpa moræ hujusmodi, ac propterea non intenderent eandem moram sibi in aliquo præsertim quoad electionem faciendam præjudicare debere, de quo etiam tunc expresse protestabantur. Et hac ultima commissione iterum, per eosdem Deputatos in personam ejusdem Dni Philippi executioni debitæ demandata, & de hoc vicesima tertia dicti mensis Aprilis plenaria relatione per præfatos Dnos Deputatos dictis Dnis Decano & Capitulo hora Capitulari Capitulariter ad infra scripta pro tunc peragenda congregatis facta, & iterum de diligentiis, responsis, & protestatione prædictis solemniter per eosdem Dnos Decanum & Capitulum protestato, ipsi sic ut præfertur Capitulariter congregati ad electionem futuri Episcopi Trajectensis canonice celebrandam præsentem diem tertiam decimam hujus mensis Maji duxerint statuendam, citationesque contra omnes & singulos tunc præsentes & infra provinciam Coloniensem tunc absentes, qui electioni celebrandæ hujusmodi debuerunt, voluerunt, & potuerunt de jure aut consuetudine interesse, ad interessendum illi illamque perficiendum ad eandem diem tertiam decimam præsentis mensis Maji ac ad horam Capitularem consuetam ejusdem diei & domum Capitularem majorem ejusdem ecclesiæ Trajectensis supradictæ decreverunt, citationibusque hujusmodi postmodum per Notarios publicos ad hoc specialiter respective deputatos & juratos executioni debitæ demandatis, & deinde corpore præfati Dni defuncti Episcopi jam ecclesiasticæ tradito sepulturæ, & præsenti tertia decima die hujus mensis adveniente, executioni-

tionibusque hujusmodi coram ipsis Dnis Decano & Capitulo hinc ut præfertur Capitulariter in dicta domo Capitulari majori congregatis exhibitis, ipsi de electione futuri Episcopi tractare inceperunt, & post diversos tractatus inter eos habitos placuit eis universis & singulis per viam *Scrutinii* procedere, & suæ viduatæ ecclesiæ providere, ac tandem concorditer una voce elegerunt tres *Scrutatores* videlicet prænominatos Dnos *Ludolphum* de *Veno* Decanum, *Wilhelmum* de *Montfoort* Sancti Salvatoris, & *Johannem* de *Hoesboem* Sancti Petri Trajectensium ecclesiarum Præpositos fide dignos. Deinde eisdem unanimiter plenariam potestatem, ut secrete & singulatim primum sua, duo scilicet tertii, ac deinde omnium & singulorum aliorum prænominatorum Prælatorum & Canonicorum vota inquirerent & scrutarentur, atque in scriptis redigereut, atque in scriptis redacta mox in continenti publicarent. Et statim præfatus Dns *Ludolphus* Decanus, cui desuper plenariam ex tunc ipsi contulerunt potestatem, tam numeri ad numerum, quam zeli ad zelum, ac meriti ad meritum, ac alias juxta dispositionem juris debitis collatione & consideratione per eum habitis diligentibus, illum eligendi, in quem inveniret omnes vel majorem partem dicti Capituli consensisse, in quod ipse Dns Decanus vice sua & Conscrutatorum suorum ac aliorum omnium & singulorum prænominatorum Prælatorum & Canonicorum electionem eandem pronunciaret in scriptis & solemniter publicaret. Et sic tres dicti Scrutatores secedentes ad partem in eadem domo Capitulari primum sua, ita quod duo tertii, & deinde ipsi tres simul omnium aliorum Prælatorum & Canonicorum prænominatorum coram nobis Notariis antedictis, sicut prænominatis Prælatis & Canonicis postea retulerunt, secreto & singulatim diligenter debita adjuratione præcedente inquisierint, & in scriptis redegerint, & sic redacta mox in continenti publicaverint. Et in continenti dictus Dns *Ludolphus* Decanus juxta commissionem sibi, ut præfertur, datam in totius Capituli præsentia, cum ipsi tres Scrutatores ac omnes & singuli Prælati prænominati & Canonici in unum videlicet in Venerabilem & illustrem virum Dnm *Fredericum* ex Marchionibus de *Baden* Canonicum Trajectensem ut in Episcopum eligeretur consensissent, habita collatione & consideratione diligenti de hoc, quod ipse & prænominati sui

Conscrutatores una cum aliis prænominatis Prælatis & Canonicis longe excedebant duas partes Capituli generalis quinque ecclesiarum prædictarum, ac omnium eorum, qui huic electioni interesse possent & deberent, sic quod potestas Capituli ad eligendum apud ibi præsentes residebat, ac de bono & justo zelo, quod in Dnm Fredericum ad hoc ut in Episcopum eligeretur, consenserunt, quodque idem Dns *Fredericus* esset vir plenæ & maturæ ætatis, ut puta quia jam tricesimum annum ætatis suæ exegit, & de legitimo matrimonio susceptus, ac in sacris ordinibus constitutus, ac morum honestate & virtutibus, ac literarum sufficienti scientia polleret, ac jura ecclesiæ Trajectensis defendere posset, & alias habilis & ydoneus esset ad hoc, ut Episcopali dignitati præficeretur, vice sua & Conscrutatorum suorum & omnium aliorum Prælatorum & Canonicorum præfatorum in hoc consentientium invocata Spiritus Sancti gratia in suum & aliorum prænominatorum Prælatorum & Canonicorum ac ecclesiæ Trajectensis † alta & intelligibili voce per quandam cedulam, quam ibidem legebat, dictum Dnm *Fredericum* elegit Episcopum & Pastorem, eamque electionem sic in scriptis pronunciavit & publicavit. Eaque electione, pronuntiatione, & publicatione factis, mox & in continenti omnes & singuli Prælati & Canonici prænominati illam una & alta ac læta voce laudarunt concorditer, acceptarunt, & approbarunt. Et ipsis in eadem domo Capitulari ad parvum temporis spatium remanentibus jussu eorum campana magna pro convocatione populi pulsari inchoata, eoque pulsu durante eis ab eadem domo Capitulari processionaliter chorum dictæ ecclesiæ Trajectensis accedentibus, & Canonicis inibi in suis stallis stantibus Prælati prænominati locum quendam altum & eminentem ante chorum ipsius ecclesiæ existentem ascenderunt, ibique dictus Dns *Ludolphus* Decanus publice alta & intelligibili voce, ac materna & Teutonica lingua electionem prædictam de persona dicti Dni *Frederici* concorditer factam coram magna multitudine Nobilium & legislatorum ac populi Civitatis & diœcesis Trajectensis per sonum campanæ prædictæ ac alias congregata ex commissione totius Capituli publicavit, illis læto vultu altas voces, ingentem lætitiam, & applausum pro hujusmodi electionis insinuatione emittentibus. Et deinde ipsis Prælatis ad suos stallos in choro acce-

† Deest *solatium* aut tale quid?

accedentibus ibidem una cum prænominatis Canonicis & aliis ministris ecclesiæ canticum *Te Deum laudamus* cum organis ac omni cordis jubilo more solito decantaverunt. De & super quibus præmissis omnibus & singulis præfatus Dns *Ludolphus* Decanus vice sua & totius Capituli prædicti sibi à nobis Notariis infra scriptis unum vel plura publicum seu publica fieri petiit atque confici instrumentum & instrumenta. Acta fuerunt hæc Trajecti, sub anno, indictione, mense, die, hora, Pontificatu, & loco prædesignatis, præsentibus ibidem generoso, venerabilibus, & discretis viris Dnis *Ludowico* de *Montfoort* majoris, *Theodrico* de *Haer* juniore Sancti Petri, *Johanne* de *Worthem* beatæ Mariæ prædictarum ecclesiarum Trajectensium Canonicis non Capitularibus, & *Theoderico* de *Mussen* nuncio præbendato & jurato sæpedictæ ecclesiæ Trajectensis, testibus ad præmissa vocatis specialiter & rogatis. Sic subscriptum.

Et ego *Michael Keyen* de *Breda* clericus Leodiensis diœcesis publicus Apostolica & Imperiali auctoritatibus Notarius præfatorumque venerabilium Dnorum Prælatorum, Canonicorum, & Capituli generalis Trajectensis Scriba juratus, quia prædictis viæ Scrutinii, assumptioni prænominatorum Scrutatorum, deputationi, publicationi, collationi, electioni, approbationi, cæterisque omnibus & singulis, dum sic ut præmittitur agerentur & fierent una cum infra scripto Connotario meo ac prænominatis testibus præsens intersui, eaque fieri vidi & audivi, & in notam sumpsi, ex quo hoc præsens publicum instrumentum manu mea propria scriptum confeci, subscripsi, publicavi, & in hanc publicam formam redegi, signoque & nomine meis solitis & consuetis signavi in fidem, robur, & evidens testimonium omnium & singulorum præmissorum rogatus & requisitus.

Et ego *Johannes Lateur* clericus Cameracensis diœcesis publicus sacra Imperiali auctoritate Notarius ac venerabilis Curiæ Archidiaconalis Trajectensis Scriba juratus, quia prædictis viæ scrutinii, assumptioni, deputationi, publicationi, collationi, electioni, approbationi, cæterisque omnibus & singulis præmissis dum sic ut præmittitur agerentur & fierent, una cum ante scripto Connotario meo & prænominatis testibus intersui, eaque sic fieri vidi & audivi, ideo hoc præsens publicum instrumentum manu ejusdem antescripti Connotarii mei me aliis

aliis negotiis legitime impedito fideliter scriptum subscripsi, publicavi, & in hanc publicam formam redegi, signoque & nomine meis solitis & consuetis signavi in fidem & testimonium omnium & singulorum præmissorum rogatus & specialiter requisitus.

Tenor vero instrumenti constitutionis Syndicorum ad insinuandam Dno Electo electionem &c. unde supra fit mentio, sequitur de verbo ad verbum, & est talis:

Nos Prælati & Capitula majoris, Sancti Salvatoris, Sancti Petri, Sancti Johannis, & beatæ Mariæ ecclesiarum Trajectensium notum facimus universis & singulis præsentes nostras literas seu præsens publicum instrumentum visuris & audituris, quod nos die tertia decima præsentis mensis Maji Venerabilem & illustrem virum Dnm *Fredericum* ex Marchionibus de Baden Canonicum ecclesiæ Trajectensis in Episcopum Trajectensem elegimus, quodque omnia & singula facta fuerunt, prout in instrumento publico, cui hæ nostræ literæ transfiguntur plenius continetur, idcirco omnibus melioribus modo, via, jure, causa, & forma, quibus melius & efficacius possumus & debemus, facimus, constituimus, deputamus, & solemniter ordinamus nostros veros, certos, legitimos, & indubitatos Syndicos & procuratores, actores, factores, negotiorumque infra scriptorum gestores ac Nuncios speciales & generales, ita tamen quod specialitas generalitati non deroget, nec è contra, videlicet egregios ac Venerabiles viros Dnos ac Magistros *Ludolphum* de Veno Decanum majoris, *Wilhelmum* de *Montfoort* Sancti Salvatoris, *Johannem* de *Huesboom* Sancti Petri Præpositos, & *Hermannum* de *Lochorst* dictæ Sancti Salvatoris ecclesiarum Decanum præsentes, & onus procurationis & Syndicatus hujusmodi in se sponte suscipientes, ac quemlibet eorum in solidum, ita tamen quod non sit melior conditio primitus occupantis, nec deterior subsequentis, sed quod unus eorum incepit, alter eorundem id prosequi valeat, mediare, & finire, ac ad effectum debitum deducere specialiter & expresse, ad nomine nostro & pro nobis electionem hujusmodi ac instrumentum prædictum præfato Dno *Frederico* Electo omni qua decet reverentia præsentandum, eumque ut hujusmodi electioni consentiat, eamque ratam & gratam habeat, aliaque circa hæc necessaria & oportuna faciat, magna cum de-

vo-

votione & humilitate petendum, rogandum, & exhortandum, & generaliter omnia alia & singula faciendum, gerendum, exercendum, & procurandum, quæ in præmissis & circa ea necessaria fuerint & quomodolibet oportuna, & quæ nosmet ipsi faceremus & facere possemus, si præmissis omnibus & singulis præsentes interessemus, etiamsi talia forent, quæ mandatum exigerent magis speciale, quam præsentibus est expressum, promittentes insuper Notario nostro publico infra scripto tanquam personæ publicæ & auctenticæ rite & legitime stipulanti & recipienti vice ac nomine omnium & singulorum, quorum interest, intererit, aut interesse potuerit quomodolibet in futurum, nos ratum, gratum, atque firmum perpetuo habituros totum id & quicquid per dictos nostros Syndicos & procuratores ac eorum alterum actum, factum, dictum, gestum, procuratum fuerit in præmissis seu aliquo præmissorum, relevantes nichilominus eosdem Syndicos nostros & procuratores hujusmodi & eorum quemlibet in solidum ab omni onere satisdandi judicioque sisti & judicatum solvi, sub ypotheca & obligatione omnium & singulorum bonorum nostrorum mobilium & immobilium, præsentium & futurorum, ac sub omni juris & facti renuntiatione pariter & cautela. In quorum omnium & singulorum fidem & testimonium præmissorum has nostras literas exinde fieri, & per Notarium nostrum publicum infra scriptum subscribi & publicari, nostrorumque sigillorum per transfixionem prædictam jussimus & fecimus appensione communiri. Datum & actum Trajecti in domo Capitulari majoris ecclesiæ Trajectensis nobis inibi mane hora Capitulari consueta Capitulariter ad supra scripta facienda congregatis, Anno à nativitate Dni CIↃ. CCCC. nonagesimo sexto, indictione quarta decima, die vero xv. mensis Maji prædicti, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri, Dni *Alexandri* divina providentia Papæ sexti anno quarto, præsentibus ibidem honorabilibus viris, Dnis *Nicolao* de *Medenblick* majoris & *Baldewino* de *Beverwyck* Sancti Salvatoris ecclesiarum Trajectensium Vicariis perpetuis, testibus ad præmissa vocatis specialiter atque rogatis. Et ego *Michael Keyen* de *Breda* clericus Leodiensis diœcesis publicus Apostolica & Imperiali auctoritatibus Notarius præfatorumque venerabilium Dnorum,

Digitized by Google

Prælatorum, Canonicorum, & Capituli generalis Trajectensis scriba juratus, quia dictorum Syndicorum & procuratorum constitutioni, ratihabitioni, relevationi, ceterisque præmissis omnibus & singulis, dum sic ut præmittitur agerentur & fierent, una cum prænominatis testibus præsens interfui, eaque omnia & singula sic fieri vidi & audivi, ac in notam sumpsi, ex qua has præsentes literas sive præsens publicum instrumentum manu mea propria scriptum confeci, subscripsi, publicavi, & in hanc publicam formam redegi, signoque & nomine meis solitis & consuetis una cum præfatorum sigillorum quinque ecclesiarum Trajectensium per transfixionem appensione signavi, in fidem, robur, & evidens testimonium omnium & singulorum præmissorum.

Die vero Mercurii decima octava dicti mensis Maji intra octavam & nonam horas ante prandium coram illustri & venerabili Dno *Frederico* ex Marchionibus de Baden Canonico Trajectensi in Episcopum Trajectensem, ut supra scribitur, electo, in meique *Michaelis Keyen* Notarii publici testiumque infra scriptorum ad hoc vocatorum specialiter & rogatorum præsentia personaliter constituti Venerabiles & egregii viri Dni *Ludolphus* de *Veno*, *Wilhelmus* de *Montfoort*, *Johannes* de *Hoesboem*, & *Hermannus* de *Lochorst* procuratores & Syndici prænominati electionem ipsius Dni Frederici in Episcopum Trajectensem ad longum eo ordine & serie, prout in instrumento electionis hujusmodi, quod dictus *Ludolphus* de *Veno* in suis tenebat manibus, & superius in processu, decreto, sive actu electionis registratum existit, narratur & continetur, factam eidem Dno Frederico per os ipsius Dni *Ludolphi* de *Veno* insinuarunt, illamque ac instrumentum hujusmodi una cum mandato Syndicatus sive procurationis eorum, de quo supra in præsenti processu, decreto, sive actu hujusmodi, fit mentio, eidem electionis instrumento transfixo, ipsi Dno *Frederico* electo instrumentum electionis & mandatum Syndicatus seu procurationis hujusmodi ad se recipienti, cum omni qua decuit reverentia, de facto, realiter, & in scriptis præsentarunt, ac eidem, ut electioni hujusmodi consentiret, ac illam ratam & gratam haberet, aliaque circa hoc necessaria & opportuna faceret, magna cum devotione ac humilitate petierunt,

roga-

rogaverunt, & hortati fuerunt, aliaque omnia & singula, quæ eis videbantur, ut asseruerunt, in hoc necessaria & oportuna. Quibus sic gestis & factis idem Dns *Fredericus* Electus per os Venerabilis & egregii viri Dni *Ludolphi* de *Eusschengen* Præpositi ecclesiæ Sancti Simeonis Treverensis utriusque juris Doctoris & Reverendissimi & illustrissimi Patris & Dni *Johannis* Archiepiscopi Treverensis ** respondit atque dixit se super hujusmodi petitione & consensu præstando ac aliis præmissis deliberare, atque per totam præsentem diem ipsis Dnis procuratoribus & Syndicis respondere velle. Super quibus omnibus & singulis præmissis tam ipse Dns Fredericus Electus quam procuratores & Syndici prædicti nomine quo supra sibi à me *Michaele* Notario publico infra scripto unum vel plura publicum seu publica petierunt confici & quilibet eorum petiit instrumentum, & instrumenta. Acta fuerunt hæc in castro sive arce opidi de Breda partium Brabantiæ Leodiensis diœcesis, sub anno, indictione, dictaque die decima octava mensis Maji prædicti, hora & Pontificatu, quibus supra, præsentibus ibidem honorabilibus viris Dno *Martino Johannis* majoris & *Baldewino* de *Beverwyck* Sancti Salvatoris Trajectensium ecclesiarum prædictarum Vicariis perpetuis, ac *Henrico Wezeken* & *Hartmanno Hundebeken* clericis Paderbornensis & Monasteriensis diœcesis testibus ad præmissa vocatis specialiter atque rogatis.

** Forte deest *Consiliarii* vel simile quid.

Eadem die hora quarta post prandium vel circa venerabiles & egregii Dni *Ludolphus* de *Veno*, *Wilhelmus* de *Montfoort*, *Johannes* de *Hoesboom*, & *Hermannus* de *Lochorst* Syndici & procuratores antefati coram dicto Dno *Frederico* de *Baden* Electo in mei Michaelis Notarii præscripti & testium infra scriptorum præsentia personaliter constituti per os præfati Dni Ludolphi Decani sibi super insinuatione & petitione per eos hodie porrectis responsum à Dno Electo magna cum devotione petiverunt, rogaverunt, & exhortati fuerunt. Unde idem Dns *Fredericus* Electus per os præfati Magistri *Ludolphi* de *Eusschengen* ibidem astantis respondit magnum admodum fore onus & jugum ad se delatum, seque timere, quod ad illud digne supportandum & perficiendum indignus foret, & propterea multipliciter se excusavit, ipsis tamen Syndicis & procuratoribus vehementer instantibus & asserentibus eum non aliqua corrup-

Hhh hh 2 tela,

tela, ſed divina quadam diſpoſitione, bono zelo, & ob ejus merita unanimiter & concorditer, nemine aliter votante, divina quadam inſpiratione in Epiſcopum Trajectenſem electum eſſe, & propterea eum merito huic electioni non reſiſtere, ſed illi conſentire debere, idem Dns Electus modica deliberatione per os dicti Dni *Ludolphi* de *Euſſchengen* reſpondit, quod ipſe timens divinæ quodammodo diſpoſitioni hujuſmodi contraire, invocato divinæ pietatis auxilio, votis in eum conſentientium acquievit, electionique hujuſmodi conſenſit, & illam gratam & ratam habuit & acceptavit. Et his per eundem Dnm *Ludolphum* de *Euſſchengen*, ut præmittitur, dictis, idem Dns Fredericus Electus perſonaliter dixit: *Ego ita prout dictus Dns Ludolphus de Euſſchengen prædixit electioni huic conſentio, eamque accepto.* Super quibus omnibus & ſingulis dicta quarta hora vel circa diei decimi octavi menſis Maji prædicti ut præfertur geſtis tam Dns *Fredericus* Electus, quam Syndici & procuratores præfati, nomine quo ſupra, ſibi à me *Michaele* Notario publico ſupra & infra ſcripto unum vel plura publicum ſeu publica fieri atque confici petierunt & quilibet eorum petiit inſtrumentum & inſtrumenta. Acta fuerunt hæc in ſupradicto caſtro opidi de *Breda* Leodienſis diœceſis, ſub anno, indictione, die, menſe, Pontificatu, & hora quarta immediate præſcriptis, præſentibus ibidem honorabilibus viris Dno *Baldewino* de *Beverwyck* Vicario perpetuo eccleſiæ Sancti Salvatoris Trajectenſis, & *Henrico Weſeken* clerico Paderbornenſis diœceſis & quam pluribus aliis fide dignis perſonis in multitudine copioſa aſtantibus, teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis.

Et ego *Michael Keyen* de *Breda* clericus Leodienſis diœceſis publicus Apoſtolica & Imperiali auctoritatibus Notarius, præfatæque eccleſiæ Trajectenſis Scriba juratus, quia prædictis procurationi & Syndicorum conſtitutioni, promiſſioni, relevationi, ratihabitioni, relationibus, reſponſionibus, rogationibus, requiſitioni, proteſtationi, diei & loci ad eligendum præfixioni & aſſignationi, citationi, decreto, juramentorum præſtationi, aſſignationi, receptioni, exhibitioni, repulſioni, viæ ſcrutinii, & Scrutatorum aſſumptioni & deputationi, ſcrutinio, illiuſque publicationi & lectioni, conſiderationi, collationi, electioni, illiuſque pronuntiationi,

Digitized by Google

tioni, & publicationis jussioni, decantationi, electionis præsentationi, & illius ad consentiendum in illam petitioni, & consensus in eandem præstationi, instrumentorum petitioni, omnibusque aliis & singulis præmissis dum sic ut præmittitur fierent & agerentur, una cum respective prænominatis testibus, excepto *Scrutinio*, in quo supra nominati tres Dni Scrutatores ac discretus vir Dns *Johannes Lateur* Notarius publicus supra & infra scriptus ad hoc una mecum deputatus duntaxat & sine testibus interfuerunt, respective interfui, eaque sic fieri vidi & audivi atque partim feci, ac omnibus & singulis post dictum scrutinium die tertia decima mensis Maji præscripti gestis præfatus Dns *Johannes Lateur* in ea parte Connotarius meus mecum una cum testibus ibidem annotatis etiam rogatus & requisitus interfuerit, ideo processum sive decretum seu acta hujusmodi publicum seu publica manu alterius me aliunde legitime occupato in præcedentibus quadraginta foliis papyri conscriptum seu conscripta exinde confeci, ac una cum dicto Connotario meo subscripsi, & in hanc publicam formam redegi, signoque & nomine meis solitis & consuetis una cum dictarum quinque ecclesiarum Trajectensium sigillorum appensione signavi, in fidem, robur, & evidens testimonium omnium & singulorum præmissorum rogatus & requisitus.

Et ego *Johannes Lateur* &c. quia dicto *Scrutinio* una cum præfatis tribus Dnis Scrutatoribus & discreto viro Magistro *Michaele Keyen* de *Breda* Connotario meo in hac parte prædicto absque testibus, & deinde post ipsum *Scrutinium* illius publicationi & lectioni, considerationi, collationi, electioni, illiusque pronunciationi & publicationis jussioni, & decantationi supra dicta die tertia decima mensis Maji una cum præfato meo in ea parte Connotario & testibus supradictis interfui, eaque sic fieri vidi & audivi, ideo processum, sive decretum seu acta hujusmodi publicum seu publica manu alterius fideliter in præcedentibus quadraginta foliis papyri conscriptum seu conscripta una cum eodem Connotario meo subscripsi, publicavi, & in hanc publicam formam redegi, signoque & nomine meis solitis & consuetis una cum sigillorum dictarum quinque ecclesiarum Trajectensium appensione signavi, in fidem & testimonium omnium & singulorum præmissorum,

quibus me ut præfertur, interfuisse præscripsi rogatus & requisitus.

OBSERVATIO

AD

PRÆCEDENTIA.

** Vide Supra pag. 741.

** Votum *Adriani* de *Weerdenburch* inseruimus supra pag. 753.

OMissum supra, sed incuria typothetæ, ** quod obiter tantum moneo, & nomen & votum Adriani van Weerdenburch Canonici S. Salvatoris. ** Dixit, postquam dixisset Wilhelmus van Weerdenburch, & dixit, ut sequitur: *Ego Adrianus de Weerdenburch Canonicus ecclesiæ S. Salvatoris Trajectensis nomino & consentio in Dn. Fredericum de Baden Canonicum Trajectensem, ut eligatur in Episcopum propter virtutes & merita, quas de eo audivi.* Patrem habuit Fredericus Carolum Marchionem. Mater ei soror Frederici III. Imperatoris, frater Christophorus, Comes Spanheimensis, Gubernator Lutzenburgi & Comitatus Chiny. Sic in Regis Romanorum Maximiliani, & Philippi filii ejus literis Ann. CIƆ. CCCC. XCIV. Frater major natu, cui uxor Odilia Comes in Catzenelleboge, patri Carolo successit. Vid. Munster. Cosmograph. *fol.* 535. *edit. Basiliens.* Agnatus ejusdem nominis, Chorepiscopus Trajectensis factus à Friderico. Ann. 1498. scriptis codicillis XXVII. Septembr. quorum hoc est initium: *Fredericus Dei gratia Episcopus Trajectensis, Marchio Badensis, illustri Principi Dn. Cristophoro Marchioni Badensi, nepoti nostro charissimo salutem in Domino sempiternam. Nobilitas generis, vitæ ac morum honestas, aliaque laudabilia probitatis & virtutum merita, quibus apud nos plurimum commendamini, nos inducunt, ut vos specialibus favoribus prosequamur. Hinc est, quod vobis Choriepiscopatum ecclesiæ nostræ Trajectensis ad præsens & novissime per liberam resignationem dilecti nobis in Christo Domini Johannis Pavonis &c. in manibus nostris coram Notario & testibus sponte factam &c. contulimus &c.* Chorepiscopus quis, &

Digitized by Google

& quodnam ejus officium, dixi *Manud. ad jus Canon. lib.* 1. *tit.* 11. & 17. Quam magnificus Frederici in Principatum introitus patet ex Actis publicis. Ex quibus duo hæc instrumenta. Quorum primum se habet ita:

Int jaer ons Heeren doe men screef CIↃ. CCCC. *ses ende t'negentich na doode van Biscop* David *van Bourgoengen, die sterf opten* XVI. *dach in April ontrent tien uren na der sonne int selve jaer opten sloote tot Duersteden, so is die Hoochgeboren, Doorluchtige Furst ende Heer, Heere* Frederick *geboren Marckgrave van Baden &c. Elect gecoren gemaeckt by der ecclesie van Utrecht eendrachtich op Sinte Servaes dach, ende was den* 13. *Dach in Mey int jaer voersz.*

Item daer naer in den selven jare voersz op Sinte Lamberts dach, ende was den XVII. *dach in Septemb. so is die selve Elect voorsz mit grooter statie, heerlicheyt, ende staet, mit ontrent seven hondert peerden, daer mede was die Biscop van Trier synen Oem, die Marckgrave van Baden synen broeder, ende des Marckgraven twee sonen, ende Jonker* Johan *van* Nassouwen. *ende meer andere Heeren, Ridderen, ende Hofluden, alse eyn Elect binnen der Stadt van Utrecht gecomen sonder eenige ballingen, voorvluchtigen, uytgeweecken, of der Stadt van Utrecht verboden mit hem inne gebrocht, ofte begeerende inne te brengen mitter lynde, ofte anders, ende en heeft ook geene lynde uytgesteecken oft gehadt om eenige inne te brengen, als Erfheeren in andere landen wel gewoonlyck syn te doen. Ende heeft doen by binnen der Stadt van Utrecht was int Capittelhuys der ecclesie een eydt gedaen als hier na volgt.*

Die rechten mynre Kerken van Utrecht int geestelyk ende weerlyck sal ik trouwelyck administreren, onder holden, ende administreren naer uytwysinge des Lantbriefs. ende nae die oude rechten ende gewoonten myns lants van Utrecht, ende een ygelick sal ick syn privilegien ende vryheden onderhouden, ende die niet verbreecken. Ende als ick die confirmatie mynre electie van den stoel van Romen verworven sal hebben, sal ick sweeren ende den eedt doen, die myn Voorvaderen Bisscoppen t'Utrecht te doen ende te sweeren plagen, ende den Lantbrieve sal ick na der gewoonten mynre Voorvaderen besege'en, ende ander dingen sal ick doen, die myn Voorvaders in haer aanneminge te doen plegen. So helpe my Godt ende alle syne Heyligen ende t' geloif der heyliger Evangelien.

Ende

Ende doe hy aldus als voersz synen eedt gedaen hadde, so beeftmen dat Ridderschap, der Stadt van Utrecht, Amersfoort, Wyck, ende Rhenen hare Gedeputeerden int Capittelhuys doen comen, ende hem dat te kennen gegeven, ende den eedt doen hooren die hy gedaen hadt als voersz. Item in den selven jare doen hy die confirmatie verworven had &c. Extant, quæ sequuntur, *lib.* 2. *de Nobilit. cap.* 47.

* Bisschop Frederik van Badens incomste binnen Utrecht op Dynsdach na Willebrordi den 8. Novemb. Ann. 1496.

Alterum vero ita: *Onsen Genadigen Heere* Frederick *geboren Marckgrave van Baden Elect ende Confirmeert t'Utrecht quam van Wyck door Zeyst, daer hy de † clock luyde, so men seyde, en ontrent drie uren na middach quam hy binnen onse Stadt en voor t'Raedthuys stont hy af van syn peert, ende de nieuwe Overste gingen hem te gemoet tot voor de deure, en brachten hem opt Raedthuys, daer den ouden ende niewen Raedt vergadert was, ende syne Genade op den Huyse gecomen synde, volgende onse Overste, worden hy ende synen Broeder den Marckgrave van Baden geset boven op de bancken, ende den Borgemeester* Henrick van Gent *met myn Heere van Montfoort met een deel van den Schepenen gingen ter rechterhant, en die Schepenen weken ter slinckerhant acn d'andere zyde, die haer neder setten, ende den gantschen Raedt staende ende bleven staen, daer onsen Genadigen Heere voorgeleyt worde, of hy aldaer gecomen was om onse Stadts rechten ende privelegien &c. na gewoonte te besegelen ende te besweren, want sy waren bereyt dat goedichlyck van hem te ontfangen. Hy antwoorde* Ja, *ende den brief lag op de kiste met meer andere brieven by de voorgaende Bisschoppen besegelt, ende den brieff t'syner vermaninge wiert doen gelesen, ende gecollationeert met twee van de andere brieven. Terstont dede hy den brief besegelen. Daer na las hem den Secretaris den behoorlycken eedt, die hy dede, syne hant leggende op den besegelden brieff, synde in de hant van onsen Borgemeester. Daer na wenschten hem onsen Borgemeester veel gelucks, ende heete syn Genade*

† De Henrico Bavaro Hortens. *lib.* 1. *hist. Mox paulo Sesti pulsu campana inauguratur. Veteres caremonia novorum Episcoporum tenuerant, postquam in sedem Episcopatus collocati essent, quia in urbibus nullum imperium nullumque jus habebant, prater jus dicendi Pratorem, ut jurisdictioni suburbana inaugurarentur. Sesti motu campana imperium ejus inire consueverant. Unde ad bella iturorum Principum arma, dato per agros signo, plebs rustica sequi cogebatur &c.*

nade dienstelyck wellekom, ende ten orber ende ten profyte onser Stadt, die men hem opende, onsen Borgermeester begeerde van myn Genade sekere poincten, als van buyten bieren niewers in den Gesticbte, niet te brouwen, ons oock af te bouden van den pensioen in Hollant, te verlichten, ofte ons t' onderhouden dat gene, daer over de Hollantsche dickwils in gebreke sijn van't Sticht te veyligen, ende meer andere poincten. Daer syn Genade deuchdelyk antwoort op gaf. Daer Mr. Evert van Ens *als hem sulks voorquame by de Geschikte uyt den gilden, so by verhoorde daer toe geschickt te syn, vorder op seyde, dat syner niet te nae en ginge, en daer de Stadt buyten syn Genade schade gevordert mochte werden, soudemen syn Genade vorderlyck ende goetwillich bevinden. Comende vant Raethuys ginck hy in de Buerkerck inde Sacristie, ende dede syn Choorkleet op met de besse, ende worde gehaelt met processie van de vyf Godtshuysen tot in den Dom int midden van de kercke, voort int Capittelbuys, ende voort naer t'hooge Outaer, daer wierde gesongen ende gespeelt,* Te Deum laudamus.

Fessus senio, curisque, rerumque per Diœcesin fluentium minus prospere affectus tædio diuturno cessit Episcopatum, annitente ad id, quantum posset, Domo Austriaca, Philippo Burgundo, decessoris sui fratri, Ann. CIↃ. IↃ. XVI. Obiit non diu post, sequenti nimirum anno, Lyræ in Brabantia, XXIV. Septemb. ibidem etiam sepultus in choro S. Gummari, ære obducto sarcophago. Translatum tamen mox corpus & illatum debito apparatu majorum sepulchris, quotannis facto in memoriam ejus, requiem animæ, & refrigerium sacrificio solenni. Quod quo promtius quotannis fieret, præmiis, quorum res erat, invitati, hujusmodi:

Memoria Illustrissimi Dni Frederici de Baden Episcopi Trajectensis.

Summa dividenda XXXII. *flor. auri de pondere.*	IV. *sol.*
Holland. Facit in currente moneta Hollandica XLIV. *flor. Et dicta summa ministrabitur in hunc modum videlicet.*	
Item celebrans missam habebit	IV. *sol.*
Item Diaconus	III. *sol.*
Item Subdiaconus	III. *sol.*
Item Provisor	III. *sol.*
Item celebrantes in singulis quinque ecclesiis in augmentum præsentiarum celebrantium	XX. *sol.*
Facit	V. *lib.*

Digitized by Google

Item Thesaurarius pro candelis xx. *sol.*
Item campanarius majoris ecclesiæ xv. *sol.*
Item campanarii singularum aliarum ecclesiarum inter se xxx. *sol.*
Item cantantes novem lectiones ix. *sol.*
Item cantantes novem versus ix. *sol.*
Item ebdomadarius servans officium ii. *sol.*
Item Sacrista majoris ecclesiæ v. *sol.*
Item quatuor succentores majoris ecclesiæ, quilibet. ii. *solid. Facit.* viii. *sol.*
Item xvi. *chorales majoris ecclesiæ, quilibet.* ii. *solid. Facit.* xvi. *sol.*
Item octo succentores quatuor aliarum ecclesiarum. ii. *sol.* xvi. *sol.*
Item xxxvi. *chorales aliarum ecclesiarum singuli.* vi. *den. Fac.* xviii. *sol.*
Item ministrator majoris ecclesiæ, qui istam præsentiam ministrabit, & solvet vi. *sol.*
Item singulis Vicariis omnium ecclesiarum in vigiliis. xii. *den. & in missa* xii. *den. Facit in toto de centum.* x. *lib.*
Item Nuncio Capituli majoris ecclesiæ intimanti exequias. v. *sol.*
Item Choralibus intimantibus, cuilibet i. *solid. Facit.* ii. *sol.*

Et totum quod superest detractis præmissis ministrabitur Dnis Prælatis & Canonicis & cum eis participantibus præsentibus modo prædicto. Ita quod omnes gaudeant æqualibus portionibus.

Summa inter Officiantes xiii. *libr.* xiv. *sol. & de centum Vicariis* x. *libr. Facit* xxiii. *libr.* xiv. *sol. solido computato pro dimidio stufero Holland. Facit in pecunia* xi. *flor.* xvii. *stufer. Sic maneret summa dividenda pro Dominis* xxxiii. *flor.* iii. *stuf. Et si fuerint plures Vicarii quam centum debent adhuc detrahi de summa prædicta ministranda pro Dominis . . . . . .*

FINIS TOMI SECUNDI.



INDEX

INDEX
RERUM ET VERBORUM MEMORABILIUM.

B.

C.

Com-

Co-

Eu-

Frede-

Digitized by Google

H.

Hasti-

Hie-

I.

Infan.

K.

Ken-

Mattiaci

Digitized by Google

N.

O.

P.

Parma

Possi-

Robo-

T.

Testa-

Digitized by Google

X.

Y.

Z.

E R R A T A.

Pag. 3. Lin. 7. à fine. 1524. leg. 1594.
36. lin. 22. Augusti de sermone. leg. Augustini de sermone.
138. lin. 21. suæ successionis XI. leg. suæ successionis VI.
147. infra in notis. *ubi vide notas Matthæi nostri vero Tom.* 4. leg. ubi vide notas Matthæi nostri. Tom. 4.
175. infra in margine. *Concalescunt* Cod. leg. *Concalescunt* Cod. Gron.
252. lin. 30. desen brief mit. leg. desen brief besegelt mit.
254. lin. finali. 1593. leg. 1493.
432. in margine. pag. 62. leg. pag. 26.
438. lin. 10. cıɔ. xciii. leg. cıɔ. xxiii.
459. lin. 31. Ottendyk. leg. Otterdyk.
480. lin. 28. Otto Dux Sueviæ oriundus. leg. Otto Dux Sueviæ ex Suevis oriundus.

Addendum.

Pag. 604. in margine. 1223. sic in editione Matthæi; sed legendum 1323.

Digitized by Google

Digitized by Google

005656365

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

